SUEVIA ET WIRTENBERGIA SACRA

Johann Ulrich Pregitzer

Digitized by Google

Google

JO. ULRICI PREGIZERI,
U. J. D. Juris Publici, Eloquentiæ, Historiarum & Politices per complures Annos in Illustri Collegio, quod est Tubingæ, Professoris, Consiliarii Wirtenbergici, & in supremo Senatu Justitiæ & Dicasterio Assessoris, b. m.

SUEVIA ET WIRTENBERGIA SACRA,

Sive

STATUS CHRISTIANÆ RELIGIONIS IN HIS REGIONIBUS POST EXTIRPATUM GENTILISMUM PER EPISCOPATUUM, ABBATIARUM, PRÆPOSITURARUM, COLLEGIORUM SACRORUM, MONASTERIORUM, ALIARUMQUE UNIVERSITATUM FUNDATIONES ET PROGRESSUS,

Conciliorum, Synodorum, Colloquiorum Canones, Decreta, Acta, Confessorum, aliorumque præcipuorum Ecclesiæ Doctorum Ministeria & Scripta publica, ipsamque adeò Reformationem,

JUXTA SECULORUM SERIEM SERVATO ANNALIUM ORDINE, BREVI COMPENDIO EXHIBITUS.

OPUS POSTHUMUM

Et planè novum,

Singulari cura revisum & cum variis supplementis editum

à

B. AUCTORIS FILIO,

M. GEORGIO CONRADO PREGIZERO

ECCLESIÆ TUBINGENSIS DIACONO.

Cum Approbatione & Censura Ducalis Consistorii Wirtenbergici.

Tubingæ, apud JOHANNEM GEORGIUM COTTAM, An. MDCCXVII.

Digitized by Google

JO. ULRICI PREGIZERI,
U. J. D. Juris Publici, Eloquentiæ, Historiarum & Politices per complures Annos in Illustri Collegio, quod est Tubingæ, Professoris, Consiliarii Wirtenbergici, & in supremo Senatu Justitiæ & Dicasterio Assessoris, b. m.

SUEVIA ET WIRTENBERGIA SACRA,

Sive

STATUS CHRISTIANÆ RELIGIONIS IN HIS REGIONIBUS POST EXTIRPATUM GENTILISMUM PER EPISCOPATUUM, ABBATIARUM, PRÆPOSITURARUM, COLLEGIORUM SACRORUM, MONASTERIORUM, ALIARUMQUE UNIVERSITATUM FUNDATIONES ET PROGRESSUS,

Conciliorum, Synodorum, Colloquiorum Canones, Decreta, Acta, Confessorum, aliorumque præcipuorum Ecclesiæ Doctorum Ministeria & Scripta publica, ipsamque adeò Reformationem,

JUXTA SECULORUM SERIEM SERVATO ANNALIUM ORDINE, BREVI COMPENDIO EXHIBITUS.

OPUS POSTHUMUM

Et planè novum,

Singulari cura revisum & cum variis supplementis editum

à

B. AUCTORIS FILIO,

M. GEORGIO CONRADO PREGIZERO

ECCLESIÆ TUBINGENSIS DIACONO.

Cum Adprobatione & Censura Ducalis Consistorii Wirtenbergici.

Tubingæ, apud JOHANNEM GEORGIUM COTTAM, An. MDCCXVII.

Digitized by Google

JO. ULRICI PREGIZERI,

U. J. D. Juris Publici, Eloquentiæ, Historiarum & Politices per complures Annos in Illustri Collegio, quod est Tubingæ, Professoris, Consiliarii Wirtenbergici, & in supremo Senatu Justitiæ & Dicasterio Assessoris, b. m.

SUEVIA

ET

WIRTENBERGIA SACRA,

Sive

STATUS CHRISTIANÆ RELIGIONIS IN HIS REGIONIBUS POST EXTIRPATUM GENTILISMUM PER EPISCOPATUUM, ABBATIARUM, PRÆPOSITURARUM, COLLEGIORUM SACRORUM, MONASTERIORUM, ALIARUMQUE UNIVERSITATUM FUNDATIONES ET PROGRESSUS,

Conciliorum, Synodorum, Colloquiorum Canones, Decreta, Acta, Confessorum, aliorumque præcipuorum Ecclesiæ Doctorum Ministeria & Scripta publica, ipsamque adeò Reformationem,

JUXTA SECULORUM SERIEM SERVATO ANNALIUM ORDINE, BREVI COMPENDIO EXHIBITUS.

OPUS POSTHUMUM

Et planè novum,

Singulari cura revisum & cum variis supplementis editum

à

B. AUCTORIS FILIO,

M. GEORGIO CONRADO PREGIZERO

ECCLESIÆ TUBINGENSIS DIACONO.

Cum Adprobatione & Censura Ducalis Consistorii Wirtenbergici.

Tubingæ, apud JOHANNEM GEORGIUM COTTAM, An. MDCCXVII.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

A

S

E

DN

DN

DN.

DN.

DN.

DN.

Digitized by Google

INCLUTI

DUCATUS WIRTENBERGICI

ORDINUM PROVINCIALIUM

UTRIUSQUE SENATUS

ASSESSORIBUS GRAVISSIMIS,

VIRIS

Summe Reverendis, Magnifico, Digniſſimis, Excellentiſsimis, Conſultiſsimis, Nobiliſsimis, Ampliſsimis, Prudentiſſimis & Spectatiſpmis,

DN. JO. ANDREÆ HOCHSTETTERO, SS. Theol. Doctori Profundiſsimo, Cœnobii Bebenhuſani Abbati & Generali Supetattendenti Meritiſsimo.

DN. JOHANNI OSIANDRO, Sacræ Regiæ Majeſtatis Suecicæ & Polonicæ Conſiliario Eccleſiaſtico, Sereniſsimi Wirtenbergiæ Ducis Conſiliario Status Intimo, Ducalis Conſiſtorii Directori, Academiæ Tubingenſis Viſitatori & Monaſterii Hirſaugienſis Abbati, undique Graviſsimo, Splendidiſsimo.

DN. JO. THEODORICO HOERNERO, J. U. L. & Ordinum Provincialinm Conſiliario Seniori Dexterrimo.

DN. JO. BERNHARDO SATTLERO, J. U. L. Curiæ Neoſtadienſis Directori & Ordinum Provincialium Conſiliario Prudentiſsimo.

DN. ERNESTO CONRADO REINHARDO, Monaſterii Alpirſpacenſis Abbati Digniſsimo.

DN. CRISTOPHORO ZELLERO, Ducalis Conſiſtorii Aſſeſſori & Cœnobii Laureacenſis Abbati Meritiſsimo.

Digitized by Google

DN. JO. DANIELI HOFFMANNO, J.U.L. & Supremi Dicasterii Assessori.
DN. JO. ADAMO KURRERO, J.U.L. & Supremi Dicasterii Assessori.
DN. JO. PHILIPPO BRENNERO, Supremi Dicasterii Assessori.
DN. PHILIPPO FRIDERICO WEISSIO,
DN. JO. JUSTINO KERNERO.
DN. JOSEPHO JENISCHIO.
DN. HENRICO STURMIO, Serenissimi Wittenbergiæ Ducis Consiliario Expeditionum & Ordinum Provincialium Secretario.

} Stuttgardiæ, Tubingæ, Nirtingæ, Vayhingæ, Göppingæ & Leobergæ Consulibus spectatissimis

DN. JO. CHRISTOPHORO HEMMINGERO,
DN. JO. FRIDERICO BELLON.
DN. JO. PETRO WALTHERO.
DN. JO. FRIDERICO JÆGERO.
DN. JO. FRIDERICO SPITTLERO.
DN. JOANNI BELLING.

} Marpaci, Weinspergæ, Calvæ, Brackenhemii, Cantstadii & Uraci Consulibus Meritissimis.

DOMINIS

resp.

Cognatis, Affinibus, Patronis & Fautoribus

suis, decenti pietatis Cultu suspiciendis.

Non

NOn diu nobis dubitandum fuit, PROCERES PATRIÆ Sapientiſſimi, num SUEVIA & WIRTENBERGIA SACRA Chriſtianum Veſtrum PATROCINIUM ſibi polliceri queat. Nam cum præcipua & nobiliſſima pars curæ Veſtræ pro Patria ſit, Eccleſiæ inprimis Salutem quovis modo promovere & puram Religionem Evangelicam in his terris ſartam tectamque conſervare, hæreſes verò & ſcandala, quantum pote eſt, tollere, Syſtema hoc Sacræ Hiſtoriæ Suevo-Wirtenbergicæ ad vos etiam potiſſimum ſpectare, meritò judicavimus. Quippe non tantùm Anteceſſorum Veſtrorum, veterum PRÆSULUM Reverendiſſimorum, in tuendâ & propagandâ verâ Religione & Diſciplinâ Eccleſiaſticâ Zelus hoc opere, ut par erat, celebratur, ſed & propria Veſtra, Abbates Graviſſimi, merita, quibus ſtellarum inſtar coruſcatis, heic decenter ſuo loco recenſentur.

Præterea Beatus noſter PARENS, Sereniſſimæ Domui WIRTENBERGICÆ humilimo Cultu addictiſſimus, pro PATRIÆ egregio, BONOque Publico multùm deſudavit & veſtra quoque commoda, Jura ac Privilegia, quantùm in officiis ſuis potuit, naviter urſit & vobis ob Candorem ſuum quàm chariſſimus fuit. Agite ergò, VIRI de Communi PATRIA Meritiſſimi,

PRÆLATI, PROCERES, lectique ex pluribus omnes!

Agite & hunc Librum, quem piâ Veneratione vobis inſcribimus, Veſtro Paterno favore dignamini, deque Eccleſia & Politia Wirtenbergica bene mereri pergite, ut plura de Veſtris virtutibus cantare poſthac etiam atque commentari queat poſteritas. Inſpiret Vobis SAPIENTIA Cœleſtis porrò ſalutaria Conſilia. Coronet cana Veſtra & veneranda CAPUT ANTIQUUS DIERUM, PATER Æternitatis, Omnigena Benedictione & Splendidiſſimum Veſtrum COLLEGIUM ſub ſuo divino Præſidio in piâ Concordiâ usque ad finem Mundi ſalvum

& illi

& illibatum conſervet, ut Sereniſſima Domus WIRTENBERGICA ſemper inter Vos habeat VIROS JOSEPHO Sapientia & pietate, OBADIÆ fide & integritate ſimilimos. Ita prævia ſua obſequioſiſſima commendatione animitus & enixiſſimè precantur

Splendidiſsimorum

VESTRORUM NOMINUM

Tubingæ d. 6. Sept.
A. MDCCXVI.

Cultores devotiſſimi,

B. AUTHORIS SUEVIÆ & WIRTENBERGIÆ SACRÆ
Filii & Gener,

M. Jo. Ulricus Pregizer, Paſtor inf. Türckemii,
M. Georg-Conrad Pregizer, Eccleſ. Tubingenſis Diaconus.

Jo. Eberhardus Pregizer, J. U. L. Sereniſſ. Wirtenbergiæ Ducis in Senatu Juſtitiæ & Judicio Matrimoniali Secretarius.

M. Frid. Christophorus Weismann, Eccleſiaſtes & Præceptor Bebenhuſanus.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Istit se tandem Conspectui Tuo, LECTOR benevole, desiderata toties à multis Patriæ Historiæ amantibus, SUEVIA & WIRTENBERGIA SACRA, à Beato meo PARENTE conscripta. Equidem potuisset jam diu cum Erudito orbe communicari hoc opusculum, sed modestia Hæredes B. Authoris usque huc detinuit. Nolebant mundum, sub mole librorum diu jam gementem, libro, à B. Authore non ad finem perducto, onerare. Interim urgebant Editionem hujus Historiæ sanctæ & jucundæ multi φιλοπατρίδες. Provocavit etiam nos publico scripto, satis quidem acriter, Pl. Reverendus Dn. M. LUDOVICUS MELCHIOR FISCHLINUS, hoc tempore Specialis Superintendens & Pastor Heidenheimensis, cujus Dignitati placuit, operis hujus mentionem facere in Præfatione Historiæ Theologorum Wirtenbergicorum.

Stimulavit inprimis Editores faventissimum de hoc opusculo Judicium Viri Magnifici Dni. JO. WOLFFGANGI IÆGERI, SS. Th. D. & Professoris in Illustrissima hac EBERHARDINA Primarii Celeberrimi, Cancellarii & Præpositi Academiæ & Ecclesiæ Tubingensis Splendidissimi, Domini, Patroni, & Antistitis mei, Parentis instar piè & submissè Colendi. Supervenit Inclyti Ducalis CONSISTORII Wirtenbergici solennis adprobatio, & benignissima eademque adcuratissima Censura hujus operis; ut adeò non sola, sed gravissimorum VIRORUM Authoritate munita, in publicum prodeat SUEVIA & WIRTENBERGIA SACRA.

Maximum pondus Editioni hujus operis dedit Sanctum Mandatum Sere-

niſſimi & Clementiſſimi noſtri PRINCIPIS, Cujus nutu & juſſu B. meus Parens utramque Hiſtoriam Patriæ Sacram & Civilem ex ipſis Archivis magno ſtudio concinnavit. Primum Decretum Ducale Mandatorium Clementiſſimum accepit à Sereniſſimo Principe ac DOMINO, DOMINO FRIDERICO CAROLO, Duce Wirtenbergiæ &c. Supremo tùm Adminiſtratore & Tutore; Cujus mandati mentionem facit Magnificus Dn. Cancellarius D. LÆGERUS in opere ſuo Hiſtorico, Hamburgi impreſſo, hiſce verbis: *Vicennium eſt, ex quo Sereniſſ. Wirtenbergiæ Princeps FRIDERICUS CAROLUS, cujus memoria ſit in benedictione, in favorem literarum diſpoſuit, ut tres Viri in Ducatu Wirtenbergico Hiſtoriæ curam, præteriti inprimis Seculi XVII. ſuſciperent. Primus erat eo tempore Dn. Pregizerus, Vir Profeſſorius ac non in Jure tantum Civili, ſed & Hiſtoria ac Antiquitate Verſatiſſimus, Cui in commiſſis datum, ut, VVirtenbergiæ Hiſtoriam quoad diverſas vices ſuas texeret, adeòque Eccleſiaſtica & Politica pari filo tractaret. Cui negotio Vir Integerrimus & diligentiſſimus ita ſe adplicuit, ut, quanquam in Conſilio Juſtitiæ ſuperiore multa haberet alia, pro Patriæ ſalute tractanda, plena ſcrinia dictæ Hiſtoriæ VVirtenbergicæ reliquerit. Fato autem functus eſt; ut opus pene conſummatum, uti ſæpe fit, in ultimo ſuo partu relinquere coactus fuerit, nondum planè vel abſolutum, vel excoctum &c. Hæc de B. PARENTE favenſiſſimè memorat* Magnificus Dn. Cancellarius D. IÆGERUS in Præfatione Operis ſui Hiſtorici & addit, ſibi etiam atque Beato Abbati San-Georgiano, Dn. ANDREÆ CAROLO, demandatam fuiſſe ſpartam, ſcribendi Hiſtoriam Sacram. Secundum Mandatum Ducale Clementiſſimum Digniſſimo D.D. ANDREÆ ADAMO HOCHSTETTERO, Antiſtiti meo piè venerando, inſcriptum, ſuperiori Anno ad me delatum eſt, vi Cujus Editio SUEVIÆ & WIRTENBERGIÆ SACRÆ cum meis ſupplementis ſuſcipienda & procuranda fuit.

Itaque magno ſtudio diu noctuque huic operi incubui. Volvenda & tollenda mihi erant immania ſaxa. Manuſcriptum Originale revidi, reviſum deſcribendum dedi, deſcriptum apographum cum autographo conferens correxi & allegatos Authores evolvi: Juſſu Magnifici Domini Cancellarii D. IÆGERI ſupplementa addidi & Epilogum, adſpertis ubique piis monitis & reflexionibus. Beatus LUCAS OSIANDER, Senior, unus ex Majoribus meis, Proaviæ ſcilicet meæ paternæ TABITHÆ PREGIZERIÆ, Natæ *Heſchia*, quæ uxor fuit Cancell. PREGIZERI. Avus, omni veneratione digniſſimus, LUDOVICI Pii, Ducis Wirtenbergiæ, gratiâ Ducali planè ſingulari ſuffultus, Hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam ſcripſit. Laudatiſſimus Princeps non modo Clementiſſimo decreto illum in ſuo inſtituto pergere juſſit, & hunc laborem, Hiſtoricum exquiſitiſſimo ſuo judicio comprobavit, verum etiam in eodem decreto à quibusdam aliis occupationibus vacationem ipſi conceſſit, ut & liberius in hoc labore ſuſcepto pergere, & vires animi atque corporis diutius conſervare poſſet, unde memorato decreto manu ſuâ clementiſſimâ adſcripſit verſum:

Quod caret alternâ requie, durabile non eſt.

Me

Me etiam gratia Principis noſtri Clementiſſimi in hoc Opere ita ſuffulcivit, ut ſine illâ (graviſſimo quippe & poſt B. mortem D. D. FROMMANNI, Deſideratiſſimi & Integerrimi mei EVANDRI, duplici aliquandiu munere functus,) opus hoc perficere non potuiſſem. Hinc quia Clementiſſimus Princeps non vult, ut SERENITATIS SUÆ Miniſtri Eccleſiæ nimiis laboribus premantur, per Ducalis Stipendii Theologici Ephoros, Patronos meos Honoratiſſimos, novem Stipendiarios mihi adjunxit, nempe Dn. M. Paulum Biberſteinium, Dn. M. Matthæum Fridericum Ledererum, Dn. M. Georgium Conradum Mezium, Dn. M. Georgium Widmannum, Dn. M. Andream Chriſtophorum Schollium, Dn. M. Jo. Chriſtoph. Schüzium, Dn. M. Jo. Adamum Wæckerlinum, Dn. Ludov. Fridericum Hellerum, & Dn. Joannem Fridericum Huberum: qui deſcribendo me ſtrenuè juverunt, digni, ut heic publicè celebrentur & Mecænatibus decenter commendentur. Maxima etiam fuit in me ſublevando & in corrigendo hoc opere diligentia atque dexteritas Nobilis & Præclariſſimi juvenis, Domini Guilielmi Godofredi Gmelini, Medicinæ Studioſi, pietate & eruditione valdè conſpicui, Parens cujus fuit VIR Excell. Dn. JOANNES GEORGIUS GMELINUS, Med. Doctor, Sac. Regiæ Majeſtatis POLONICÆ & totius Electoralis Domus SAXONICÆ nec non Sereniſſimi noſtri Ducis Conſiliarius & Archiater Celeberrimus. Hunc etiam Studioſum eximiæ ſpei, Maximorum Virorum, de Patria & Exteris Meritiſſimorum Filium & Nepotem, Patronis Literarum obſequioſiſſimè commendo.

Nullis verò laudibus ſatis deprædicare poſſum VIRI Maximè Rev. Ampliſſimi & Digniſſimi, DN. ANDREÆ ADAMI HOCHSTETTERI, SS. Theol. D. & Profeſſ. in Academia noſtra ordinarii Celeberrimi &c. paternum favorem, quo me, uti aliâs ſæpius, ita etiam in expoliendo & ornando hoc opere viriliter adjuvit, ut ſub multis oneribus Eccleſiaſticis, quibus triſtiſſima funera tot CHARITATUM mearum & ipſius dilectiſſimæ, fideliſſimæque MATRIS ultima acceſſerant, gemiſcenti, imò fatiſcenti, ſuccumbendum fuiſſet, niſi gratia Divina ſumma & Chriſtianum VIRI Optimi Patrocinium me languentem confortaſſet. Faventiſſimos etiam habui Excell. Dn. D. SCHWEDERUM, Excell. Dn. ASSESS. HARPPRECHTUM, Digniſſ. Dn. Abbatem REINHARDTUM, Excell. Dn. Prof. BRENNERUM, Excell. Dn. Prof. ROESLERUM, Excell. Dn. Prof. OSIANDRUM, Nobiliſſ. Dn. D. SCÆFFERUM, Nobiliſſ. Dn. Lic. BAIERUM, Nobiliſſ. Dn. Lic. ZENCKIUM, Plur. Rev. Paſtorem WALLISERUM, Venerandum Dn. Præceptorem FERBERUM, & Clariſſ. Dn. Repet. HOFFMANNUM, Quibus ut & Excell. Dn. Syndico SCHICKARDO, & Digniſſimis Dnis WEISMANNIS pro communicatis mihi ſubſidiis literariis, publicas heic decentiſſimas gratias perſolvo & feliciſſima fata toto corde adprecor.

Quid verò memorem de Te? VIR Excellentiſſime, Domine JO. JACOBE HELFFRICH, U. J. D. Sereniſſimi Noſtri Principis Conſiliarie, Hiſtoriarum,

Eloq. & Politices in Illustri Collegio Professor atque Societatis Anglicanæ Literariæ Collega Meritissime, Tu rarissimos & selectissimos libros, quos in laudatissimis Tuis Itineribus collegisti, amicissimè mihi communicasti, ultimam hac Tuâ Benevolentiâ pietatem exsolvens Antecessori Tuo, Beato meo PARENTI, Cujus in Cathedra ut diu de re literariâ benemerearis, & quàm prosperrimè cum Tuis porrò valeas, gratiâque cœlesti largissimè fruaris, animitus opto & voveo.

De cætero quid heic præstitum fuerit, res ipsa loquitur. Beatus Author breviter & nervosè præcipua momenta Veteris Historiæ Sacræ Suevo-Wirtenbergicæ hoc opusculo tradidit. Amanuenses habuit Fratres meos Dilectissimos, M. JOANNEM ULRICUM PREGIZERUM, Türckhemii inferioris prope Cantstadium Pastorem vigilantissimum (qui variis Operibus Historicis, *ἀνανύμως* editis, bene de re literaria jam diu meruit, variaque amplissima itinera cum B. Parente excolendæ Historiæ gratiâ fecit) & JO EBERHARDUM PREGIZERUM, J. U. L. & Sereniss. nostri Ducis in Senatu Justitiæ & Judicio Matrimoniali Secretarium fidelissimum, deque Bono publico meritissimum, qui etiam B. PARENTEM in variis itineribus secutus, Scrinia & Manuscripta Paterna, collectumque in itineribus thesaurum inæstimabilem, dispositi & ordinavit. Mihi eadem felicitas obtigit, ut cum B. PARENTE excursum fecerim ad Burgundos, Helvetios, Bavaros, Palatinos, Cattos & Wetteravos. Finito in Academia Patria Tubingensi Studiorum meorum curriculo eundum mihi fuit cum Sereniss. Principe ac DNO. DNO. FRIDERICO LUDOVICO, Duce Wirtenbergiæ & Teccіæ, Comite Montispeligardi & Dynastâ Heidenheimii, S. Regiæ Majestatis POLONICÆ Generali vigiliarum Præfecto, DOMINO & PRINCIPE meo Clementissimo, in Saxoniam, ubi per biennium & ultra Officio Informatoris & Concionatoris itinerarii defunctus, peragratâ inferiori & superiori Germaniâ feliciter per gratiam DEI, ducentibus me ANGELIS, in Patriam redii. Diaconia Calvensi per quatuor annos defunctum divina Providentia Tubingam reduxit, ut loco hoc commodo ea etiam perficerem, quæ B. PARENS in sacra Historia Wirtenbergica inceperat. Ut ut verò timidiusculè ad hunc laborem accesserim, infirmitatis meæ satis gnarus, sensi tamen opem Divinam præsentissimam, quâ fretus & animatus, mare hoc ingressus sum. Nunc dùm ad portum deduxi naviculam meam, rogandus es, Lector Benevole, ut studiis meis faveas, & æquum de universo hoc opere Judicium feras. B. Author Sueviæ & Wirtenbergiæ Sacræ, ejusque Editor

Fecit, quod potuit: potuit, quod CHRISTE, dedisti;
Improba fac melius, si potes, Invidia.

Me certè nulla ambitio, sed innocens amor in patriam & B. Parentem ad susципiendum tantum laborem permovit: Illustris semper fuit eorum fama, ut *Burcard. Gotthelff. Struvius* ad *Jo. Reinhardum Vegelinum*, J. U. I.. scribit,

ſcribit, illuſtris ſemper fuit eorum fama, qui patriam fortiter defenderunt: magnum eorum nomen, qui pro Patriæ ſtatu curam & quicquid vitæ erat, impenderunt. Neque tamen ſola laus armis debetur, ſed habent etiam litteræ ſuas prærogativas ſuasque vires, quæ pro Patriæ defenſione gnaviter impenduntur. Ingrati enim civis eſt, aliarum gentium res geſtas illuſtrare, de patria verò tacere. Grati è contrario civis eſt, argumentum, de patriis rebus potius eſſe ſolicitum, quàm de alienis. Hanc grati Civis notam in præſenti adimplere ſtudui, dum pro patria calamum arripui. Et quid magis me, verbi divini præconem, decuit, quàm Magnalia divina hoc etiam opere Hiſtorico decantare, quantaque à DEO Opt. Max. SION SUEVICA ET WIRTENBERGICA acceperit beneficia ſpiritualia, toto orbe quaſi ebuccinare. Veniant jam Momi & Zoili, meque dentibus ſuis arrodant, ſatis tutus ero ſub clypeo & protectione DEI, cujus in hoc opere laudes recenſentur. Qui ſapiunt & DEUM timent, illi gratias agent DEO pro hoc opere, quo rariſſimæ & utiliſſimæ materiæ pertractantur. Inprimis φιλοπατρίδες, Sueviæ & Wirtenbergiæ cives, Sacram hanc Hiſtoriam patriæ ſuæ cupidiſſimè legent.

Ordinem totius hujus ſyſtematis Hiſtorici quod concernit, ſiſtuntur heic ſedecim integra ſecula Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Suevo-Wirtenbergicæ. Sequitur Sueviam Sacram Suevia Gentilis. Inde progreſſus fit ad recenſionem originum & incrementorum Ducalis Stipendii Theologici, Seminarii Scholarum & Eccleſiarum Wirtenbergicarum Celeberrimi, quod par in Germania non habet. Siſtuntur hoc opere cætera Monaſteria Wirtenbergica utriuſque ſexus cum Abbatibus Evangelicis ad hæc uſque tempora. Recenſentur breviter omnes & ſinguli Rectores Academiæ Tubingenſis uſque ad Magnificum Dn. D. PFAFFIUM, cui interim in Rectorali munere ſucceſſit VIR Nobiliſſimus, Experientiſſimus & Excellentiſſimus Dominus RUDOLPHUS JACOBUS CAMERARIUS, Medic. Doct. & Profeſſor in Illuſtriſſimâ hac EBERHARDINA Ordinarius Celeberrimus, Societatis Naturæ Curioſorum Hector ſecundus, Dominus, Cognatus, & Patronus meus ſingulariter Colendus, cui de ſuperato haud ita pridem graviſſimo morbo animitus publicè gratulor, & ſupremum Numen ardentiſſimis precibus imploro, ut Virum, Scholæ & Reipublicæ noſtræ omninò NECESSARIUM cum Excellentiſſimo Fratre, Hectore tertio, per hanc ætatem etiam languente, in integrum reſtituere, & quàm diutiſſimè ſalvum atq; incolumem præſtare velit. Repræſentantur etiam in hoc opere, tanquam in virtutum SPECULO, omnes Præpoſiti Evangelici Stuttgardiani & Tubingenſes, Academiæ Tubingenſis Cancellarii, Theologi cæteri celebriores & Sereniſſimi noſtri Principis hodierni Alumni. Agitur porrò in hoc opere de renovato Monaſterio Denckendorffenſi, de Ducali Synodo, de quatuor Generalibus Eccleſiæ Wirtenbergicæ Diœceſibus, de Ducali Conſiſtorio, de Senatu Eccleſiaſtico, de Pædagogiis & de Gymnaſio Stuttgardiano. Poſt hæc ducitur Lector Benevolus in Bibliothecam Suevo-Wirtenbergicam,

ubi

ubi varia occurrunt Repoſitoria, varii foruli comparent. Adjeci Mantiſſam & appendicis loco breviter recenſui Epiſcopos Conſtantienſes & Auguſtanos, nec non origines Chriſtianiſmi in præcipuis Europæ Regnis. Denique ſupplevi Bibliothecam Suevo-Wirtenbergicam, quæ tamen ne ſic quidem ſatis integra, tantò ſemper fiet auctior, quanto quis erit ſtudioſior, Hiſtoriam Literariam Suevo-Wirtenbergicam excolendi. Poſſent recenſitis libris ſequentes addi.

Abdruck des von Löbl. Theologiſchen und Juriſten Facultäten auff der Fürſtl. Wirtenbergiſchen Univerſität Tübingen ertheilten Bedenckens / betreffend die von Seiner Hoch-Fürſtl. Gnaden zu Schwartzenberg Ihro treu-gehorſamſter Evangeliſcher Gemeinde zu Marckbraith in Francken angemuthete Beobachtung der neuen Zeit und Veränderung des bishero daſelbſt üblich-geweſenen Kirchen-Calenders. Anno 1698. in 4. Abdruck dreyer verſchiedenen Bedencken und Approbationen von Löblichen der Juriſten und Philoſophen Facultäten beeder Hohen Schulen zu Tübingen und Gieſſen / worinnen die Unrichtigkeiten des von dem Frey-Adelichen Weltlichen Stifft zu Lindau angeblichen Kayſerlichen Gnaden und Stifftungs-Briefes / aus Hiſtoriſcher und Juriſtiſcher Wahrheit beſtättiget werden.

Danielis Heideri, Syndici Lindavienſis, Acta Lindavienſia edita A. 1643. in fol.

Caſpari Sagittarii Antiquitates Lacus Bodamici.

Kurtzer ex Actis gezogener gründlicher Bericht verſchiedener und fürnehmſten Gravaminum, welche ſeither dem An. 1648. zu Münſter und Oßnabrügg geſchloſſenen allgemeinen Frieden der des Heil. Römiſchen Reichs Stadt Lindau von ſeiten eines Löbl. Frey-Adelichen Weltlichen unſer lieben Frauen-Stiffts daſelbſten / wider die ausdrückliche Verordnung und klaren Innhalt nicht allein des Inſtrumenti Pacis, Executions-Receſſes, und alter Verträgen / ſondern auch deren des Heil. Römiſchen Reichs Abſchieden und gemeiner Rechten in Sacris & profanis zugezogen worden. An. 1692. in fol. S. R. I. Liberæ Civitatis Lindavienſis Prærogativa Antiquitatis præ Illuſtri ad D. Virginem Cœnobio, ejusdemque famoſi Diplomatis Ludoviciani falſitas contra iniqua Maximiliani Raſsleri. Soc. Jeſu, nuperæ vindicationis Argumenta per modum diſſertationis denuò retecta à Jo. Reinhardo Wegelino J. U. L. Lindavia-Acroniano. Jenæ A. 1712. in 4.

Ferdinandi Fürſtenbergii, Epiſcopi Paderbornenſis, Principis doctiſſimi, Epiſtola, ad *Herm. Conringium* ſcripta, de falſitate Diplomatis Ludoviciani à Parthenone Lindavienſi pro genuino habiti, vid. ſyntagma Epiſtolarum H. Conringii à C. Cörbero edit. Epiſt. 29. Epiſtolæ *G. Guilielmi L. B. de Leibniz*, Sereniſſimi ac Potentiſſimi Electoris Brunſvic. Luneburgenſis Conſiliarii intimi nec non *Burcardi Gotthelffii Struvii*, U. J. D. Hiſtoriarum Profeſſoris in Academia Jenenſi Celeberrimi, ſuper valore famoſi Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis. Lindauiæ A. 1712. in 4.

Beſt-gegründete Rechtliche und Hiſtoriſche Repræſentatio, was es mit dem vondes (Tit.) Herrn Prälaten zu Zwifalten Hochwürden in dero zu Reuttlingen inhaben-

inhabenden Hof/ nicht allein wider den/ in Anno normali 1624. ſondern auch bereits vor und nach dem Paſſauiſchen Vertrag und Religions-Frieden Annis 1552. & 1555. bis auff und in dem 30. Jährigen Krieg wie auch in nachgefolgten Zeiten/ fürnehmlich ex ipſis Zwifaltenſibus Annalibus repræſentirten Statum Religionis vor einigen Jahren Clancularie angelegten kleinen Capellen/ und darinnen contra Pacem Weſtphalicam eigenmächtig und ſtimlich errichteten Actibus Religionis für eine wahrgründliche Beſchaffenheit habe/ aus höchſtringender Noth heraus gegeben in des Heil. Römiſchen Reichs Freyen Stadt Reuttlingen. A. 1714. in fol.

Baſilea ſacra, ſive Hiſtoria Germanica Epiſcopatus Baſileenſis, quo 73. Epiſcopi Baſileenſes, quorum primus Juſtinianus A. 346. Epiſcopatui Baſileenſi præfuit, recenſentur. Brundruti 1685. in 8. opus valdè rarum, quia pauca fuere Exemplaria impreſſa: Multum autem ex illo opere ob viciniam illuſtratur Hiſtoria Sacra Suevica.

Hiſtoriſche Beſchreibung aller Biſchöffe zu Speyer/ durch Philippum Simonis, Capituli Spirenſis Secretarium, verfertiget. Freyburg in Breyßgau/ 1608. in fol. Incipit hic Author à primo Epiſcopo, qui jam A. 330. Epiſcopatui præfuit & deſinit in Epiſcopo Eberhardo, qui A. 1583. Ordine fuit Epiſcopus ſeptuageſimus ſecundus. Multùm ex hoc opere Lucis accipit Hiſtoria Cœnobii Maulbronnenſis, quod olim erat ſub diœceſi Spirenſi

M. Davidis Stromajeri, V. D. M. in Eccleſia Evangelica Biberacenſi & Scholarchæ, ſcriptum Antipapiſticum Germanicum de noxia Apoſtaſia ab Evangelica Religione ad Romano-Catholicam ex Matth. X, 32. 33. & de nullitate ſacrificii Miſſatici. Auguſtæ 1709. in 4.

Auſtria, Chriſtiani orbis contra Barbaros Hoſtes Tutrix, oratione ſolenni Honori Auguſtæ Domus celebrata in Illuſtri Collegio à Georgio *Friderico de Blndovsky*, Eq. Siles. Tubingæ A. 1677. in fol.

Matthæi Chriſtophori Pfaffii, Sereniſſimo Principi Hæreditario Wirtenbergico à directione ſtudiorum, Tractatus de genuinis Lectionibus Novi Teſtamenti, in Belgio editus in 8.

Jo. Rudolphi Oſiandri, Græcæ & Orientalium Linguarum Profeſſoris Ordinarii in Academia Tubingenſi Exegeſis Cardinalis dicti Eſajani cap. 9, 6. 7. Critico-Theologico-Practica. Tubingæ 1716. in 4.

Jo. Wendelini Bardili, Profeſſoris Logices in Illuſtri Gymnaſio, quod eſt Stuttgardiæ, Itinerarium Auguſtiſſimi Suecorum Regis, CAROLI XII. Linguâ Germanicâ ſcriptum ſub hoc titulo: Reiß-Beſchreibung von Pultawa durch das Deſert dzike Pole nach Bender/ und durch die Wallachey und Moldau nach Teutſchland. Darinnen auf vielfältiges Begehren nebſt vielen ſeltenen Begebenheiten die Beſchaffenheit dieſer Oerter und der Sitten derer Innwohner communicirt wird. A. 1714. in 8.

M. Georgii Jacobi Mellini diſſertatio Hiſtorica de Fœdere Suevico in 4

PRÆFATIO.

Status Circuli Suevici, qui in diætis, maximam partem Ulmæ haberi solitis, votum & sessionem habent, sunt vel Ecclesiastici, vel Politici. Ecclesiasticis accensentur Episcopus Constantiensis, Episcopus Augustanus, Abbas Campidunensis, Principalis Dignitatis, Præpositus Ellvvangensis, pariter Princeps Imperii. Prælati: Salmansvillanus, Weingartensis, Ochsenhusanus, Gengenbacensis, Elchingensis, Irsingensis, Urspergensis, Roggenburgensis, Münchrodensis, Schussenriedensis, Weissenoviensis, Marchthalensis, Petershusanus & Wettenhusanus, Commendator Balliviatus Alsatici & Burgundici Alschusanus. Abbatissæ: Lindaviensis, Principalis Dignitatis, Buchoviensis, Principalis Dignitatis, Baintensis, Heggenbacensis, Guttenzellensis, & Rothen-Monasteriensis. Abbatem Zvvifaltensem & S. Ulrici & Afræ quidam etiam huc referunt, sed *Martinus Zeilerus* in Tractatu suo de X. Circulis Imperii Romano-Germanici neutrius mentionem facit. Qui succinctam Circuli Suevici descriptionem Germanicâ linguâ concinnavit, de Abbate Zvvifaltensi memorat, quod ejus causam Dux Wirtenbergiæ in Comitiis agat.

Status Politici in Circulo Suevico sunt triplicis Ordinis, nempe Principes, Comites & Urbes Imperiales. Inter Principes Politicos primum locum in Circulo Suevico occupat Dux Wirtenbergiæ, hunc sequuntur, Princeps Oetingensis, Principes Zollerenses, Princeps Fürstenbergensis, Imperatore quoque, titulo Principatûs Sueviæ, magnam ejus partem tenente.

Comites Suevici sunt Oetingensis, Fürstenbergici, Sulzenses e Domo Schwarzenbergicâ, Pappenheimenses, Dapiferi de Waldburg, Königseccii, Grafeneggenses, Hohenemsienses, Fuggeri, Montfortii, Lövvensteinii, Rechbergensis.

Urbes Imperiales Suevicæ sunt Augusta Vindelicorum, Ulma, Eslinga, Reutlinga, Nerolinga, Hala, Uberlinga, Rottvvila, Heilbronna, Gamundum, sive Gaudium mundi ob amœnissimum situm, Memminga, Lindavia, Dinckelsbihla, Biberacum, Ravensburgum, Campidunum, Kauffbyra, Wila, Wanghemium, Isna, Leutkirchemium, Wimpina, Gienga, Ahlena, Bopfinga, Pfulendorffium, Buchorna, Buchovia, Offenburgum, Gengenbacum, Zella ad Hamerbacum.

Hic est conspectus Sueviæ synopticus, Lector Benevole. Contemnant alii Suevos & eorum simplicitatem in proverbium ducant,

Simplicitas RECTUMQUE Tuum me, CHRISTE, gubernent.

Suevi certè in Imperatoribus Suevicis toti fere Orbi imperarunt & contra tyrannidem dominatumque papalem strenuè pugnarunt. Quis nescit Mare Suevicum? nempe Suevi totum orbem circumambularunt. Quis nescit, Augustissimum nostrum IMPERATOREM CAROLUM VI. Suevorum ex gente natum? Quis nescit Potentissimum Borussorum Regem & Electorem Brandenburgicum esse Principem Zollerensem, ex majoribus Suevum? Quis nescit,

Sere-

Sereniſſ. Anglorum Regem, Electorem Hanoveranum Brunſvicenſem ex Comitibus Guelphicis Altorffenſibus eſſe Suevum?

Sed ſatis præfatus ſum, cætera textus habet. Nævos Typographicos, quorum pauci erunt, Benevolus Lector ipſe corriget. Sub finem TIBI Clementiſſime DEUS, Sueviam & Wirtenbergiam Sacram, id eſt, Librum hunc totum, humillimè commendo, protege illum contra hoſtes veritatis & Lectorum corda flecte, ut Bonitatem, ſapientiam & omnipotentiam Tuam, quæ circa conſervationem Sueviæ & Wirtenbergiæ huc uſque ſingularis fuit, agnoſcant, laudent & celebrent. Sanctifica, DOMINE, Suevos in veritate Tua, verbum Tuum veritas eſt. Sparge ſemen verbi Tui in corda noſtra, & fac, ut lætos feramus fructus, tolle Zizania errorum & peccatorum, conſerva, auge & amplifica in hiſce Terris Regnum Tuum, quod eſt Juſtitia, pax & Lætitia in SPIRITU Sancto. Deſtrue in nobis Regnum tenebrarum & ejice ex TEMPLO Tuo, quicquid TIBI diſplicet. Fac, ut vivum ſimus TEMPLUM ſanctitatis Tuæ, & corda noſtra IPSE conſecra, ut ſint TABERNACULA GLORIÆ TUÆ. Collegiſti TIBI etiam in hac noſtra Suevia & Wirtenbergia Eccleſiam & ſanctiſſimum cœleſtis doctrinæ depoſitum apud nos conſervaſti. Circumda gregi Tuo ſepem Angelicæ cuſtodiæ. Erige in Eccleſia noſtra altiſſimam paternæ Tuæ providentiæ ſpeculam, ut ab omni devaſtatione utimaneamus per Tuam Cuſtodiam. Da & conſerva nobis pios, ſapientes & benignos Zeloque divino ardentes Magiſtratus. Emitte & extrude in meſſem Tuam operarios fideles & laborioſos, Paſtorum atque Auditorum corda conſtringe arctiſſimo ſanctæ charitatis vinculo, ut mutuis ſimul pugnent precibus, ac mutuo ſeſe erigant ſolatio. Tandem ex hac Eccleſia militante nos transfer & educ in Eccleſiam triumphantem, ubi in æternum gaudebimus & pſallemus! AMEN! HALLELUJAH.

Tubingæ d. XXVII. Auguſt.
An. MDCCXVI.

M. Georgius Conradus Pregizer,
Eccleſiæ Tubing. Diaconus.

Digitized by Google

Ad

D. T. O. M.

ET

Sereniſſimos Duces VVirtenbergicos, Pro Stirpis hujus perennitate, Ex Inſignibus Ducalibus VVirtenbergicis deductum VOTUM.

B. Jo. Conradi Brotbeccii, Med. D. & Prof. Ord. in Academia Tubingenſi, B. AUTHORIS Sueviæ Sacræ SOCERI.

TECCIA, ſeu CORNU CERVI, Stent CORNUA Stirpis!
Atque AQUILAM Superet Solibus (a) hæc AQUILA.
Ut reſonat ſylvis fera BUCCINA VENATORIS,
Sic Templis reſonet Buccina vera DEI!
Tu VIRGO canos vivas non cana per annos!
Nec Canâ ille canis dente feroce cadat.
Vos PISCES, fœcunda cohors, date ſymbola verna,
Haud rares nantes gurgitis usque fore.
Stet quoque VEXILLUM fidei, cui TESSERA REGNI (b)
Terra ac Cœlorum transvolat Imperium.

(a) Id eſt Annis vitæ rejuveneſcentis. Pſal. CIII, 5.
(b) Aquila Imperii Cœleſtis CHRISTUS, terreſtris CÆSAR.

Digitized by Google

INDEX GENERALIS,
SIVE
CONSPECTUS TOTIUS OPERIS.

PRÆFATIO ad Lectorem.

VITA B. Authoris Sueviæ & Wirtenbergiæ S. cum Epistolis Illustrium Virorum, Seckendorffii, Pufendorffii, & Hermanni von der Hardt/ ad ipsum scriptis.

PROLEGOMENA de tristissimo Statu Religionis in Suevia ante Christianismum sub Gentilismo pag. 1.

SECULUM primum post CHRISTUM natum sistit Statum Religionis Christianæ in Suevia, sub Lucio Cyrenæo, Materno Eucherio, Valerio & Curio pag. 2.

SECULUM secundum agit de Lucio, Rege Britanniæ, & S. Emeritâ, Evangelii in his terris, secundum quosdam, prænonibus. pag. 2. & 3.

SECULO tertio Eleuterius Evangelii in his regionibus fuit Præco. Monastica vita hoc seculo incipit pag. 3. & 4.

SECULUM quartum recenset Martyres Suevicos & Helveticos, nec non origines Episcopatus Augustani pag. 4. 5. 6. 7.

SECULO quinto Christiana Religio per Concilium Ephesinum, & per Fundationem Episcopatus Curiensis in his terris stabilitur pag. 7. Augusta Vindel. vastatur pag. 8. S. Severinus Afer cum fratre Victorino in his terris Evangelium prædicat pag. 9. Clotildis, Regina Francorum, Christianæ Ecclesiæ inter Suevos Mater pag. 9. Clodoveus, Francorum Rex, devictis Alemannis fit Christianus, & Christianæ Religionis in Sueviæ Restaurator pag. 10. 11. 12.

SECULO sexto S. Fridolinus in his terris Evangelium prædicat pag. 13. Monasteriorum Origines pag. 13. De Benedicto, Ordinis Benedictini Authore pag. 14. De Concilio Aurelianensi pag. 14. Suevi Hispanis imperant, & Christianam Religionem in Hispania stabiliunt p. 15. Origines Episcopatus Constantiensis pag. 15. 16. Incrementa Christianismi in Suevia sub S. Columbano, & S. Gallo p. 16.

SECULUM septimum infestavit Bonifacii III. P. R. impius dominatus, Arianismus & Gonzo, Dux Sueviæ, Christianæ Religionis hostis pag. 17. Origines Cœnobii San-Gallensis, S. Galli mors, Episcopatus Constantiensis incrementa p. 18. Origines Cœnobii Hirsoviensis. Brico, Episcopus Augustanus, cum S. Chiliano Arianos impugnat. Ethico, Dux Sueviæ, Monasteriorum quorundam in Alsatia Pater p. 19. Gostefridus, Dux Sueviæ, Cleri Benefactor p. 20.

SECULO octavo fundatur Ethonis Monasterium in Hercynia Sylva, S. Bonifacius, Anglus, in Germania Evangelium, sed non admodum purè, prædicat, p. 20. S. Ottmarus & S. Pirminius de Ecclesiis Suevica bene meritus p. 21. Pipinus, Rex Francorum, nimium papizat: S. Magnus, præco Evangelii in Suevia p. 23. Cœnobii Elephantiaci, vulgo Elwangen, & Cœnobii Buchovienſis Origines p. 24. Orthodoxum Carmen de Merito Christi p. 25. Monasterii Ottenburensis, Campidonensis, & decem Epi-

Digitized by Google

ſcopatuum Germanicorum fundationes atque ſuperſtitionis incrementa p. 25. 26. Verus & primus Monaſteriorum uſus p. 29.

SECULUM Nonum pertractat Originem Cœnobii Lindavienſis, Murrhartenſis & San-Georgiani, p. 29. 30. 31. Nova fundamenta Monaſterii Hirſaugienſis p. 32. Teſtimonium Veritatis ex Trithemio contra Monachorum vitia p. 33.

SECULO decimo fundatur Cœnobium Urſpringen/Canonicatus Bacnangenſis, Nottingus, Epiſcopus Conſtantienſis, Studium Biblicum amat. Ducatus Suevicus extincta Stirpe Carolingicâ caput attollit; Ulricus, Epiſcopus Auguſtanus, per quinquaginta annos Celeberrimus p. 37. Wiborada Martyr: Diſciplina Hirſoviæ reſtauratur, Otho M. imp. erga Epiſcopos Suevicos beneficus p. 38. Monaſterii Campidonenſis, ab Hunnis vaſtati, reſtauratio p. 39. Origines Cœnobii Anhuſani & Blaſiani p. 40. Imp. Othonis cura pro Eccleſia Suevica p. 41. Wolffgangus, natione Suevus, Epiſcopus Ratisponenſis, in Hungaria Evangelium prædicat. p. 41. Cœnobii Petershuſani fundatio p. 41. Origo Cœnobii Wettenhuſani p. 42. Eberhardus malus Abbas Cœnobii Hirſovienſis p. 42. Cœnobii Kircho-Teccenſis origo p. 42. Fundatio Monaſterii Minoris Augiæ, vulgò Minderau und Weiſſenau / p. 42. Origo Cœnobii Oberſtenfeld / p. 43. Monaſteria ex domiciliis virtutum & literarum fiunt ignorantiæ & vitiorum Aſyla p. 43.

SECULUM Undecimum recenſet vitia Monachorum, quorum gratiâ inſtitutæ Synodi ab Henrico II. Imp. p. 43. Hermannus Contractus eruditione clarus p. 44. Synodus Conſtantienſis ab Henrico Imp. habita p. 44. Eccleſia DEI hoc tempore ægrotans, aliquantum reſpirare incipit. 44. 45. aliqua affulget Eccleſiæ emendatio ſub Leonis IX. Pontificatu, intermixtis tamen nævis p. 45. Leo IX. P. Rom. Comes Calvenſis Calvam & Hirſaugiam venit, atque Agnatum Adelbertum, Com. Calvenſem, ut deſolatum Monaſterium Hirſovienſe reſtauret, hortatur. p. 45. Superſtitioſa peregrinatio ad Sepulchrum Chriſti incipit. p. 46. Monaſterii Hirſovienſis reſtauratio pag. 46. Wilhelmus, Abbas Hirſovienſis, unus ex melioribus 46. Conjugium Sacerdotum ab Othone, Epiſc. Conſtantienſi, defenditur 47. Monachorum avaritia, Epiſcoporum & Abbatum per Cæſarem Conſtitutio p. 47. Henrici IV. Imp. fata adverſa, diſſidia in Epiſcopatu Auguſtano, p. 48. Bellum inter Gregorium VII. P. Rom. & Henricum IV. Imp. Sueviæ valdè noxium. p. 48. Wilhelmus, Abbas Hirſovienſis, Cœnobium ſuum extendit p. 48. Baronum Hohenſtauffenſium evectio, Eccleſiæ & Scholis in hiſce terris proficua. p. 49. Hirſaugia ampliatur. p. 49. Origo Prioratus Reichenbach p. 49. Veri Benedictini p. 49. Præpoſituræ Syndelfingenſis fundatio & translatio p. 50. Lites inter Henricum IV. Imp. & Wilhelmum, Abbatem Hirſovienſem p. 50. Guelpho, Bavariæ Dux, Auguſtam Vindel. vaſtat. p. 51. Sigefridi, Epiſcopi Auguſtani, adverſa fata p. 51. Monaſterium Zwifaltenſe plantatum ex Monaſterio Hirſaugienſi ab Abbate Wilhelmo. p. 51. Wilhelmi Abbatis Hirſov. obitus p. 51. Iter in Palæſtinam ſuperſtitioſum, inde

de bellum ſanctum, minimè ſanctum p. 53. Cœnobii Blabyrenſis fundatio p. 53. Origines Cœnobii Neresheimenſis & Alpirſpacenſis. p. 45. Fundationes Albæ Augiæ, Ordinis Carthuſiani, Ciſtercienſis & Bernardini, nec non Cœnobii Carthuſiani Buxheim, & Monaſterii Biblingenſis p. 55. & 56.

SECULUM Duodecimum tradit Originem Monaſterii Laureacenſis, vulgò Lorch / p. 56. Agitur ibidem de Hoſpitalariis, Templariis & Teutonicis Equitibus p. 56. 57. De Ruperto Monaſterii Ottenburani Reformatore p. 57. De Brunone, Comite Wittenbergiæ, Abbate Monaſterii Hirſaugienſis, pietate claro p. 57. De Tyrannide Pontificum p. 57. De Bernhardo, Abbate Claræ vallenſi, Teſte veritatis p. 57. Quid D. D. A. A. Hochſtetterus de Bernhardo ſentiat? p. 58. De Friderico Luſco, Duce Sueviæ, virtute inſigni. p. 58. De diſcordi Electione Abbatiali in Monaſterio San-Gallenſi, p. 58. De Fundatione Cœnobii Braitenau p. 58. De transactione inter Henricum V. Imp. & Pont. R. Eccleſiæ noxiâ, Henricus V. Imp. confirmat Cœnobium Alpirſpacenſe, 59. Monaſterii Denckendorffenſis & Anhuſani Origines p. 59. Henricus V. Imp. moritur, inde diſſidia in Imperio ob ſucceſſionem pag. 59. Has lites componit Bernhardus, Abbas Claræ vallenſis. p. 60. Fundationes Cœnobiorum Mönchsroth / Edelſtetten / Urſpringen p. 60. De Arnoldo Presbytero, Teſte veritatis p. 61. Origines Cœnobiorum Elchingen / Kayſersheim p. 61. Thomæ Lyreri Chronicon Suevicum inepte ſcriptum, non tamen planè ſpernendum p. 61. Origines Cœnobii Salemitani, Salmans-Weiler / Albæ Dominorum & Dominarum p. 62. Miſera corruptio Cœnobiorum, de ea Teſtimonium veritatis antiquum p. 62. Bellum inter Guelphos & Gibellinos p. 63. Origo Cœnobii ad aquarum hauſtum, oder H. Creutzthal / pag. 63. Fundatio Cœnobii Ochſenhuſani & Herbrechtingenſis p. 64. Bernhardus, Abbas Claræ vallenſis, ſuâ alias laude dignus, nimium favet peregrinationi ſuperſtitioſæ, & multis fatali in Palæſtinam 64. Per hanc expeditionem Germania & Suevia à multis prædonibus purgatæ p. 65. Origines Cœnobiorum Maulbronn & Wiler p. 65. Eccleſia ſuperſtes mediis in tenebris p. 66. Hadriani, P. R. Ambitioni Principes Germaniæ ſe opponunt p. 66. Rupertus, Abbas Hirſovienſis, collapſæ diſciplinæ reſtaurator p. 67. Origo Monaſterii Adelbergenſis, Bebenhuſani & Irſingenſis p. 67. 68. Mors Friderici Barbaroſſæ Imp. p. 69. Origo Ordinis Teutonici p. 69.

SECULUM decimum tertium refert Ordinis Dominicani initia p. 69. Ibi agitur de Thomâ Aquin. & Alberto M. p. 70. De Philippo Imp. Suevo, Cleri Reformatore p. 70. Adducitur Notabilis Confeſſio fidei Chriſtianæ p. 70. 71. Fridericus II. Imp. natione Suevus odio Papæ petitur, & bellum ſanctum prædicatione iteratâ urgetur p. 71. In conſcientias per Inquiſitionem ſævitur p. 72. Ipſi ſcriptores quidam Pontificii Gregorii Papæ Tyrannidem agnoſcunt & improbant pag. 73. Cruſius notatur p. 73. Kirchemii, urbis in Wittenbergia celebris, incrementa p. 74. Academiæ Viennenſis & Cœnobii Sœfflingenſis origines p. 74. Iterata Friderici II. Imp. excommunicatio p. 74. 75. Petri de Vineis & Aventini teſtimo-

Digitized by Google

nia veritatis p. 75. Diſſidia inter Guelphos & Gibellinos Italiam turbant p. 76. Helvetii Fridericum II. Imp. contra Papam protegunt p. 76. Hic Cæſar Gregorio Papæ ſe maſculè opponit p. 77. Etiam Eberhardus, Archi-Epiſcopus Salisburg. contra hunc Papam inſurgit p. 79. Nec non Rudolphus Habspurgicus pag. 79. Henricus, Landgravius Haſſiæ, Friderici II. Anti-Cæſar p. 79. Reuttlinga manet Friderico II. Imp. fidelis p. 80. Wilhelmus, Comes Hollandiæ Anti-Cæſar p. 80. Concilium Lugdunenſe. p. 80. Teſtes veritatis Suevo-Hallenſes. pag. 80. Alberti Stadenſis perverſum ſtudium hæretificandi p. 80. Mors Friderici II. Imp. p. 81. Siniſtrum Antonini, Archi-Epiſcopi Florentini, de Friderico II. Imp. judicium p. 81. Melius de illo ſentit Pandulphus p. 82. Dominicanus Ordo in Suevia invaleſcit p. 82. Cœnobii Offenhuſani, vulgò Gnadenzell/ origo. p. 83. Hartmannus laudabilis Epiſcopus Auguſtanus p. 83. Corruptio Cleri p. 83. Ulricus, Comes Wirtenbergiæ, Benefactor Cœnobii Adelbergenſis. p. 84. Initia Monaſterii Auguſtiniani Tubingenſis. p. 84. Collegii Beutelſpacenſis fundatio p. 84. Diſciplina hoc tempore fere in omnibus Cœnobiis collapſa. 84. Superſtitio & luxuria hujus ſeculi p. 84. Conradinus, Sueviæ Dux, patitur odium Papæ. p. 84. Ejus mors Sueviæ fatalis p. 85. Eſslingenſe Monaſterium Carmelitarum, valde ſuperſtitioſum. 86. Iniquum Antonini, Archiepiſcopi Florentini, de Ducibus Sueviæ, & inprimis de Conradino, judicium p. 86. Melius ſentit Cruſius 86. Suevis in Imperio Rom. ſuccedunt Comites Habſpurgici, & Archi-Duces Auſtriæ p. 86. Ignavia & luxuria Cleri p. 87. Probi Franciſcani, Epiſcopi Tullenſis, cordata contra Tyrannidem Papalem oratio, in conventu Herbipolenſi habita p. 87. Godofredus, Abbas Hirſovienſis, fruſtra tentat emendationem collapſæ diſciplinæ p. 88. Indulgentiæ Papales notatæ p. 88.

SECULUM decimum quartum recenſet primum Jubilæum à Bonifacio VIII. P. R. ex avaritia inſtitutum 89. Ibidem deſcribitur fundatio Monaſterii Regiofontani p. 89. Advocatia Cœnobii Zwifaltenſis p. 90. Albertus Imp. fuit Monaſterii Bebenhuſani Protector 91. Fridericus Späth laudabiliter præfuit Epiſcopatui Auguſtano 91. Wirtenbergia ſub Henrico VII. Imp. adfligitur 91. Templarii in Concilio Viennenſi condemnantur. 91. Wirtenbergia poſt mortem Henrici VII. Imp. reſpirat 91. Collegium Beutelſpacenſe Stuttgardiam transfertur p. 90. Pauperes de Lugduno ſe Pontifici Rom. opponunt 91. Defenduntur à Ludovico Bavaro Imp. quem Papa proſcribit, W. Occam defendit p. 91. Ulricus Hangenohr teſtatur de Veritate p. 92. Quomodo ea, quæ hactenus de Monaſteriis ſcripta ſunt, intelligi debeant? 93. Papæ ſe opponit Archiepiſcopus Moguntinus p. 94. Indulgentiæ Papales p. 94. Judæorum malitia punita 94. Pontificis odium in Ludovicum Imp. 94. Ulma fit libera Urbs Imperii 94. Blabyrenſis Cœnobii adverſa fata 94. Judæi nimis rigide puniti p. 95. Ordo Flagellantium quibusdam ingratus p. 95. Origines Cœnobii Rorhaldenſis p. 95. Nundinatio Papalis p. 95. Triſtis Bombardarum inventio p. 95. Trithemii invectiva in ignavos Monachos. p. 95.

p. 95. Pragenſis Academiæ fundatio 96. Duo Parthenones Tubingenſes pag. 96. Templum Luſtnovienſe reparatum p. 96. Schisma Papale 97. Müntziger, Rector Ulmenſis, Teſtis Veritatis p. 97. Johannes Huſs oppugnat Papatum p. 97. Academiæ Erfordienſis initia. p. 97. Wicleſi & Huſſi doctrina etiam à multis Suevis adprobatur p. 98.

SECULO decimo quinto Annatæ inſtituuntur p. 98. Fridericus II. Abbas Hirſaugienſis diſciplinam reſtaurat ibid. Cœnobium Elchingenſe reformatur, & Concilium Conſtantienſe celebratur pag. 99. Jo. Huſs & Hieronymus Pragenſis Martyrio obeunt ibid. Recenſentur Acta Concilii Baſileenſis & Florentini 100. 101. Diſſidia inter Papam Nicolaum, & Johannem Spänlinum, Præpoſitum Herrenbergenſem pag. 102. Huſſi doctrina Auguſtæ Vindelicorum prædicatur 102. 103. Ibi Jo. Capiſtranus pœnitentiam prædicat 103. Jo. Reuchlini natalis 103. De corruptione Cœnobii Gnadenzellenſis, de Origine Academiæ Friburgenſis, augmento Eccleſiæ Collegiatæ Stuttgardianæ, & H. Bebelio, Prof. Tubingenſi, bono cuſtode morum 104. De Jo. Nauclero, de itinere Eberhardi, Com. Wirt. in Paleſtinam, & fundatione Monaſterii Prædicatorum Stuttgardiani 105. De Johanne Reuchlino ibid. De Fundatione Academiæ Tubingenſis 106. 107. De Eccleſiæ Tubingenſis Parochialis elevatione, de Nauclero, primo Academiæ Tubingenſis Rectore, & Dominicanis Tubingenſibus eruditione Auguſtinianos ſuperantibus 107. De Nicolao, pio in Helvetia Eremita p. 108. De Burſa, ſive Contubernio Tubingenſi, & de Auguſtiniani Monaſterii Tubingenſis Reformatione ibid. De Advocatia Cœnobii Zwifaltenſis 109. De Magnificentia Templi Ulmenſis, & Origines Cœnobii in Sylva Schönbuch, ibid. Eximia Orationis Dominicæ Encomia 109. 110. Evectio Wirtenbergiæ in Ducatum ibid. Eberhardi, primi Ducis Wirtenb. & G. Bielis obitus ibid. Ducis Eberhardi, vulgò Barbati, virtutes 111. Natales Ph. Melanchthonis & Jo. Brentii ibid.

SECULUM decimum ſextum tradit initia Reformationis per Lutherum ſuſceptæ 111. Jo. Reuchlini diſceptationes cum Doctoribus Colonienſibus propter libros Judæorum 113. Acta Comitiorum Trevirenſium, propter Reformationem Eccleſiæ habitorum 114. De capto per Ducem Ulricum Abbate Zwifaltenſi ibid. Cur Leo X. Pontifex Rom. Duci Ulrico Electionem ſuam literis ſignificaverit? ibid. Plura de Jo. Reuchlino 115. Natales Chriſtophori, Ducis Wirt. ibid. Legatio Ulrici, Ducis Wirt. ad Papam ibid. Teſtimonium Veritatis H. Bebelii, Profeſſ. Tubing. ibid. Indulgentiarum fœditas maturat Reformationem Eccleſiæ 116. Ad Comitia Auguſtana, ab Imp. Maximiliano morituro inſtituta, venit etiam Lutherus citatus 117. Amicitia inter Lutherum, Reuchlinum, Brentium, Melanchthonem & Frechtum ibid. Ultima Fata Maximiliani I. Imp. & Exilium Ulrici, Ducis Wirt. 118. Carolus V. Maximiliano I. Imp. ſuccedit ibid. Lutheri primæ ob Evangelium perſecutiones ibid. Lutherus ſe ſiſtit Cæſari Carolo V. in Comitiis Wormatienſibus. ib. Plura de Reuchlino, ibid. Diepholdi, Confeſſoris Veritatis Exilium 119. De

ſucceſſu prædicationis Evangelii & de Miniſterio Sacro Andreæ Oſiandri ibid. Ultima Reuchlini 120. Halæ Suevorum & Auguſtæ Vindelicorum prædicatur Evangelium ibid. Encomium Hirſaugiæ ibid. Natales Victorini Strigelii 120. 121. de Reformatione Eccleſiæ Nerolingenſis ibid. de Ulrici Zwinglii Reformatione apud Helvetios. ibid. de C. Schwenckfeldio, & belli ruſtici initiis ibid. De Jo. Hyglino, Martyre 122. de Anabaptismo in Suevia gliſcente 122. 123. De Ambroſii Blaureri Sacro Miniſterio & Reformatione 123. Natales Jac. Andreæ ibid. quando? & cur? Principes contra Papam proteſtati fuerint? ibid. De Iconoclaſtis & Exulibus Evangelicis Rottwilenſibus ibid. Lutherus cum Zwinglio Marpurgi colloquitur 124. M. Mart. Cleſſii, cognomento Ulingeri, in profitenda veritate Evangelicâ Vigor & Conſtantia ibid. Panegyris Statuum Imperii Auguſtiſſima ab Imp. Carolo V. etiam ob cauſam Religionis Auguſtæ Vindelicorum inſtituta, ibid. Exhibitio ſacratiſſimæ Confeſſionis Auguſtanæ ſolenniſſima ibid. Ejus Vindiciæ 125. Laudabilis principum Evangelicorum Zelus in tuenda Veritate Evangelica ibid. Providentia divina circa conſervationem Chriſtophori, Ducis Wirtenbergiæ, occupatiſſima 125. 126. De ſomniis Auguſtini Baderi, Anabaptiſtæ Auguſtani 126. de Fœdere Schmalcaldico ibid. De Reformatione Eccleſiæ Eislingenſis ibid. De Statu Eccleſiæ Auguſtanæ Evangelicæ valde adflicto 126. 127. Ultima fata Martini Plantſchii, Fundatoris Stipendii Martiniani Tubingenſis p. 127. Glorioſus atque Felix Ducis Ulrici in Wirtenbergiam reditus ibid. de initiis Reformationis Eccleſiæ Wirtenbergicæ 128. 129. De fuga Abbatis Zwifaltenſis, Reformationem recuſantis 129. De diſceſſu Ambroſ. Widmanni, Præpoſ. & Cancell. Tubing. ob eandem cauſam ibid. Felices ſucceſſus Reformationis in Germania & Suevia ibid. Eccleſiæ Stuttgardianæ Reformatio 130. De Caſp. Grætero, Concionatore Aulico Ducis Ulrici eximio ibid. Quando? & per quos Doctores Academia Tubingenſis reformata fuerit? ibid. Quando Stipendium Theologicum Tubingæ florere inceperit? ibid. De Reformatione Cœnobii Albæ Dominorum, & Sacro fœdere inter Lutherum atque Bucerum 131. Chriſtophorus, Dux Wirt. Papam non vult adorare 132. De Colloquio Ratisponenſi inter Evangelicos & Pontificios 134. Pius ex hac vita deceſſus Lutheri ibid. Ulrici, Ducis Wirtenbergiæ, ſecundum Exilium 135. Ejus cum Imp. Carolo V. reconciliatio 136. Librum Interim, à Theologis Evangelicis cordatioribus paſſim rejectum, Pontificii per vim in Wirtenbergia diſſeminant 137. Ultima Erh. Schnepfii, Reformatoris Wirtenbergici 138. Pontificii irruunt in Cœnobia Wirtenbergica p. 138. 139. Vergerii, Epiſc. Juſtinopolitani diſceſſus à Papismo, & adventus in Wirtenbergia ibid. Obitus Ulrici, Ducis Wirtenb. ibid. Ejus ſoptimus ſucceſſor, idemque filius, Dux Chriſtophorus 142. De Mauritii, Elect. Saxon. conatibus contra Cæſarem Carolum V. ibid. Chriſtophorus, Dux Wirt. Theologos ſuos ablegat ad Concilium Tridentinum, & egregiam edit fidei ſuæ Confeſſionem 141. De Pace inter Cæſarem & Principes Evangelicos ibid. De Sacro Miniſterio Joh.

Johann. Brentii & aliorum Theologorum Wirtenbergicorum 142. Natales Ludovici pii, Ducis Wirtenb, ibid. Sanctio Pacis Religioſæ 143. Memorabilis Caroli V. Imp. quietem animæ poſt tot turbas expetentis, abdicatio ibid. Verbi divini efficacia apud Nobilem de Liebenſtein 144. Egregium veritatis Evangelicæ monumentum in Monaſterio Paulino Rothaldenſi prope Tubingam ibid. De notabili peregrinatione Theologorum Wirtenbergicorum in Galliam ad Colloquium Eccleſiaſticum Poſſiacenſe 145. De Colloquio Maulbronnenſi 146. Primi Truberi Carniolani, Paſtoris Derendingenſis prope Tubingam, ſancti labores ib. Jac. Andreæ Ducatum Brunsvicenſem luce Evangelii colluſtrat. ibid. Ultima pia fati Ducis Chriſtophori & Brentii 147. Steph. Gerlachii, Theologi Wirtenbergici, iter ſanctum Conſtantinopolitanum ibid. De Commercio literario inter Eccleſiam Græcam & Wirtenbergicam ib. Felicia initia Catecheſis in Eccleſiis Wirtenbergicis 148. Piè obiit Maximilianus II. Imp. Evangelicis favens. ibid. Primum ſeculare Feſtum Academiæ Tubingenſis ibid. Publicatio Formulæ Concordiæ ibid. Finis Commercii Tubingenſium & Græcorum p. 149. De novo Cruſii Commercio literario cum Thracibus & Ægyptiis inſtituto ibid. Evangelii novum Calendarium Papale non admittunt 150. De Gebhardo, Elect. Colon. Teſte Veritatis, & Theologis Wirtenbergicis favente ibid. De Reconciliatione inter Jacobum Scheckium, & Theologos Tubingenſes ibid. De Colloquio Mompelgartenſi, & morte primi Truberi atque Theodorici Schnepfii 151. Cruſii Celebritas Græcos quosdam Tubingam ciet ib. De Samuele Hubero 152. De Exilio Johannis Parſimonii, per gratiam Ducis Chriſtophori finito ibid. Pia mors Parſimonii & Jac. Andreæ. ibid.

SUPPLEMENTUM Hiſtoriæ Sacræ Wirtenbergicæ ab A. MDXC. ad A. MDC. à Sueviæ Sacræ B. Authoris Filio M. Georgio Conrado Pregizero, Eccleſ. Tubingenſis Diacono, ſcriptum. 153.

Notabilia de piâ morte Jac. Andreæ, Cancell. Tubing. 153. p. ſeqq. De ſucceſſore ejus Jac. Heerbrando 155. Heerbrandi & Cruſii litteræ ad Jeremiam, Protomyſtam Byzantinum, 156. 157. Reſponſum Patriarchæ pag. 158. 159. Quantum Brentius Heerbrandum æſtimaverit? 159. De Providentia divina circa Eccleſiam Evangelicam Badenſem occupata ibid. Illuſtris eruditione Fridericus Achilles, Dux Wirtenbergiæ, naſcitur in decus literarum ibid. Plura de Samuele Hubero 160. ſeqq. De Puccianismo 163. 164. Pia ultima fata Ludovici pii, Ducis Wirten. 165. Ejus ſplendidiſſima Crypta ibid. Mauſoleum aliorum Ducum Wirtenbergiæ in primario Templo Tubingenſi valdè conſpicuum p. 166. ſeqq. De Paulo Sperato à Rutilis, Nobili Suevo, & eximio Theologo 171. De Matth. Aulbero, Inclytæ urbis Imperialis Reuttlingæ Celeberrimo Reformatore ibid. De Jacobo Beurlino, Cancell. Tubing. Lutetiæ Pariſiorum beatè defuncto 173. ſeqq. De Andreæ Oſiandri, Theologi Regiomontani, Controverſia, per Theologos Wirtenbergicos mitiſſime, ſolidiſſimeque examinatâ, & per Filium L. Oſiandrum egregiè deſcriptâ. 176. De piâ morte D. Henr. Weickersreuteri, Abbatis Hirſovien-

ſovienſis 178. Schopfii Academia Jeſu Chriſti 179. Inauguratio Illuſtris Collegii Tubingenſis ibid. Peſtis Stuttgardiæ & Tubingæ dormientes homines ex veterno peccatorum excitat 180. Mart. Cruſius cum Academia Tubingenſi gratias Deo agit publicas ob averſum peſtis malum, ib. Diverticulum Academiæ Tubing. tempore peſtis apud Calvenſes & Herrenbergenſes ib. de Morte Eberhardi Bidenbachii, primi Abbatis Evangelici Bebenhuſani 181. De libro Staffortenſi 182. Abit ex hoc ergaſtulo mundano Magnus Theologus Jac. Heebrandus ib. Epilogus Sueviæ & Wirtenbergiæ Sacræ cum doxologia & ſuſpirio ad Deum 183. 184.

SUEVIA Gentilis M. Georgii Jacobi Mellini, quondam Magiſtri, ut vocant, Legentis in Acad. Jenenſi, 185. ſeqq.

Die alte Heydniſche Schrifften und Bilder / ſo jetzo unter dem groſſen Luſt-Haus zu Stuttgardt zu ſehen ſeynd / oder Heydniſche Monumenta in Wirtenberg. pag. 211. ſeqq.

M. Georgii Conradi Pregizeri, tum temporis Repetentis in Illuſtri Stipendio Theol. Tubing. Oratio Anniverſaria Auguſtiniana, nomine & juſſu inclytæ Facultatis Theologicæ Tubingenſis in Feſto S. Auguſtini de Origine, progreſſu & celebritate Stipendii Theologici Tubingenſis, Monaſterii quondam Auguſtiniani, habita. pag. 252. ſeqq.

Nicodemi Friſchlini, Poetices Profeſſoris in Academia Tubing. Aureum Carmen de Illuſtri Stipendio; ad latus recenſentur Rectores Academiæ Tubingenſis, Præpoſiti Stuttgardiani & Tubingenſes, Cancellarii Tubingenſes, Antiſtites Eccleſiæ Collegiatæ Stuttgardianæ, Concionatores Aulæ Wirtenbergicæ & Sacellani, Paſtores Eccleſiæ Tubingenſis ad D. Georgium, Vivum Stipendium Ducale Theologicum, ſive hodierni Alumni per aliquot Claſſes pag. 260. ſeqq.

MONASTERIA DUGATUS WIRTENBERGICI, à laudato Celeberrimo Poeta, Nicod. Friſchlino, deſcripta, ad latus recenſentur Abbates Evangelici omnium Coenobiorum Wirtenbergicorum à Reformatione usque ad hæc tempora pag. 314. ſeqq.

BIBLIOTHECÆ SUEVO-WIRTENBERGICÆ PARS PRIMA, ſive Recenſio Librorum Theologg. in omnibus partibus Eruditionis Theologicæ, Theticæ, Catecheticæ, Exegeticæ, Polemicæ, Practicæ, Caſualis, & Hiſtoricæ, à Theologis Suevis & Wirt. poſt Reformat. ad hæc usq; tempora ſcriptorum, Sueviæ & Wirt. Sacræ inſerta & adornata, à M.G.C. Pregizero, Eccleſ. Tubing. Diac. pag. 369. ſeqq.

Ej. ſtudio adornata Biblioth. Suevo-Wirtenb. Pars 2. ſive Recenſio præcipuor. Scriptorum rerum Suevicarum & Wirtenbergicarum Ordine Alphabetico pag. 439. ſeqq.

Ej. LINEÆ HISTORICÆ in Compendio exhibentes Epiſcopos Conſtant. & Auguſtanos, ut & Origines Chriſtianismi in præcipuis Europæ Regnis, loco Mantiſſæ, ſive Appendicis, Sueviæ & Wirt. Sacræ inſertæ pag. 457. ſeqq.

SERIES EPISCOPORUM CONSTANTIENS. cum brevi deſcriptione Epiſcopatus Conſtantienſis pag. 458. ſeqq.

De EPISCOPATU AUGUSTANO in Suevia, & Epiſcopis Auguſtanis pag. 480. ſeqq.

Origines Chriſtianæ Relig. in Germania 495. ſeq.

Origines Chriſtianismi in Gallia, ex Epiſtola Petri de Marca, Archiepiſc. Toloſani & Pariſ. ad Henricum Valeſium ſcripta pag. 497. ſeqq.

Origines Chriſtianiſ. in Suecia ex Relatione Andreæ Burei, Sueci, cujus additur Hiſtorica commentatio de propagatione Relig. per Sueciam ejusdemq; Reform. tempore Lutheri item ſerie Archiepiſcoporum Upſalienſium p. 513. ſeqq.

De Origine Chriſtianismi in Dania, p. 513. ſeq.

Origines Chriſtianismi in Polonia 526. ſeq. in Ruſſia 527. 528.

De Relig. Lapponum Chriſtiana ex Jo. Schæfferi, Argentoratenſis Hiſtoria Lapponica 529. ſeqq.

Orig. Chriſtian. in Hungaria 542. 543. in Italia 543. ſeqq. in Hiſpania 547. ſeqq. in Anglia 550.

Reflexiones circa Hiſtoriam Originum Chriſtianismi in Regnis Europæis 554. ſeqq.

Supplem. Bibliothecæ Theologicæ Suevo-Wirt. 560. ſeqq. Bibliothecæ Hiſtoricæ 563. ſeqq.

Supplementum Scriptorum rerum Suevic. & Wirtenbergicarum 565. ſeqq.

Libri Theolog. Practici & Hiſtorici à Theologi Romano-Cathol. ſcripti & in Suev. editi 571. ſeq.

VITA

VITA
B. D. JO. ULRICI PREGIZERI,
AUTORIS
SUEVIÆ & WIRTENBERGIÆ SACRÆ,
Programmate Funebri Academico
delineata.

PErmultis Natalem ſuum diem non uno modo extitiſſe memorabilem ac inſignem, cum in omni vitæ curſu, tum in exitu inprimis, paſſim adnotarunt Hiſtoriarum conditores illi, qui Vitas Illuſtrium Virorum curioſius deſcripſerunt. De Timoleonte Corinthio, magno ſine dubio omnium judicio Viro, memorat Nepos in Viris Excellentium Imperatorum, ad excellentem ejus reliquam bonitatem mirabiles acceſſiſſe caſus, in eorumque refert numero illud, quod prælia maxima Natali die ſuo fecerit omnia, eoque factum ſit, ut eundem feſtum haberet univerſa Sicilia. Enimvero ex adverſo aliis inauſpicatus fere ac fatalis accidit, ut exemplis comprobari poteſt pluribus. Nimirum Antipater Sidonius Poeta quotannis uno die Natali febri correptus, eoque demum etiam, cum ad ſummam ſenectutem viviſſet, extinctus eſt, Plinio teſte. Alexander M. ſextum Thargelionis, id eſt, Aprilis diem primum extremumque vitæ ſuæ habuit. Cn. Pompejus Natali ſuo periit, & Julius Cæſar æmulus Idibus Martiis natus, interfectus fuit. E Philoſophis veteribus divinus ille Plato, quo die lucem hanc adſpexit, eo diem obiit ſupremum; ac ſequiore ævo idem dies idemque thalamus, qui vitam olim dederat, Garſiæ, Franciſci Petrarchæ Proavo paterno, abſtulit; & Germaniæ Præceptor, æterna memoria dignus, Philippus Melanchton XIII. Kalend. Maji initium vivendi quondam finemque fecit. Ut verò ne plura è longinquo petamus exempla, facit noviſſimum, quod per hos dies intrà pomœria hæc noſtra fidem rei fecit. Deceſſit proximo die Martis, qui ſecundus *Februarii*, & in Faſtis noſtris Purificationis Mariæ nomine ſignatur, & à DEO O. M. circa tertiam pomeridianam è mortali hac vitâ ad immortalem illam tranſlatus eſt VIR *Nobiliſſimus*, *Conſultiſſimus*, atque *Excellentiſſimus* DN. JO. ULRICUS PREGIZERUS, U. J. D. *Sereniſſimi Wirtembergiæ Ducis in Supremo Juſtitiæ Senatu Conſiliarius*,

)(

filiarius, Summique Provocationum Tribunalis Aſſeſſor per multos annos longè meritiſſimus. Deceſſit, inquam, eodem, quo vivere ante unum & ſexaginta hos annos hic Tubingæ cœpit. Fatalem igitur habuit hunc ipſum diem, & prorſus etiam memorabilem. Auſpicatum verò dicam, an inauſpicatum? Imò vero auſpicatum! quod & naſcendi eum ſors melior illuſtravit, & æterni illius factus eſt natalis, uti ſupremum Vitæ diem homo etiam non Chriſtianus appellavit Seneca. Editus enim in hanc lucem eſt Anno CIↃIↃCXLVII. D. II. *Februarii* Parentibus Majoribusque non generis minus ſplendore, quam munerum dignitate meritorumque gloria conſpicuis. Pater *Vir Maximè Reverendus, Amplisſimus atque Excellentiſſimus*, DN. JO. ULRICUS PREGIZERUS, *SS. Theol. Licentiatus, Philoſophiæ Practicæ per annos XXIIX. Prof. Publ. Ordinar. & Superioris Principatus Padagogarcha Meritiſſimus* in hac ipſa Academia tunc docebat florebatque: Mater verò D. MARIA BARBARA, Celeberrimi tunc temporis Medici, D. GEORGII RENZII, *Archiatri Wirtembergici, Phyſicique Stuttgardiani Ord. Experientiſſimi*, ex antiqua inclutaque RENZIORUM familia, quæ olim Epiſcopis Auguſtanis & Elwangenſibus Præpoſitis Cancellarios & Miniſtros dedit, ſingularique gratia etiam Maximiliani I. Auguſti floruit, oriundi, *Filia*, inter ſexus ſui decora, matronasque probatiſſimas ſingulariter præfulgebat. Hunc Natalem excepit illico alter Natalis, uti pia quidem antiquitas amavit appellare, quo regeneratus initiatusque fuit ad cœleſtem illam æternæ beatitatis hæreditatem. Inde, quoad licebat, in prima ſtatim ætatula religionis veræ atque evangelicæ initiamenta tenello pectori inſtillarunt non modo qui ipſum genuere, ſed & Venerandi Avi paterni inſtitutio ſingularis acceſſit, VIRI nempe *Summè Reverendi*, DN. JO. ULRICI PREGIZERI, *SS. Theol. Doctoris, ac Profeſſoris, Sereniſſimi Wirtembergiæ Ducis*, EBERARDI III. *glorioſæ memoriæ, Conſiliarii, Eccleſiæ noſtratis Collegiatæ Præpoſiti, Academiæque Cancellarii Graviſſimi.* Sic focillata provocataque ſollicita educatione indoles eximia mox egregiis veluti præludiis magis ſe prodere in dies occœpit, & in primula illa ætate non in DEUM modo Conditorem ſuum, Cuſtodem ac Conſervatorem, luculenta non fucatæ nec fallacis, aut artificio ſimulationis eruditæ pietatis documenta edidit, ſed & eas ingenii dotes oſtendit, quæ natum ad ſtudia melioresque literas ſic ſatis ſignificabant, magnumque Virum poſteritati promittebant. Miſſus igitur eſt in ludum Patrium Anatolicum, & in tirociniis ibidem depoſitis in Academiam tranſire juſſus eſt Anno CIↃIↃCLX. Fecit autem & heic, quod ſuarum partium eſſet, ſtrenuè, ac ſapientiæ doctrinis, moderantibus juxta Venerandum Parentem laudatiſſimum inſtitutum reliquis Ordinis Philoſophici Doctoribus, Grafftio, Mœglingio, Caldenbachio ac Cellario, animum probè excoluit, eosque profectus collocupletavit, qui non Prima tantum, quam vocant, ſed & Secunda Philoſophiæ Laurea, prolatis in publicum pulcherrimis eruditionis haud vulgaris ſpeciminibus non multo poſt dignum oſtendebant. Quæ pignora quaſi fuere majorum præmiorum, quæ ſingulari induſtria magis magisque deinceps emeruit. Neque verò in Scholis Jureconſultorum, inter quos præter Academicos Doctores publicos etiam audivit Celeberr. JCtum & Illuſtris Collegii tunc Profeſſorem D. Scheinemannum, alium ſe exhibuit, ſed in iis pariter aliquot annos, partim publicis privatisque

que auſcultationibus, Jurisque ſtudio exercita induſtria explevit, partim de arduis quæſtionibus propoſitis ſubtiliter & copioſè diſſerendo ſtrenuè pulcherrimèque contra adverſarios ſteit. Atque ut parvam exigui temporis uſuram mortalibus conceſſam probè intellexerat, ita reliquum tempus optimis ſtudiis incredibili ſolertia impendit, & immenſum hiſtoriarum pelagus tentare auſus, in eo tam felici ſucceſſu profectus eſt, ut per omnium ætatum ſpatia ad exitus optatos, id eſt, incomparabilem Hiſtoriarum cognitionem perveheretur. Hinc ultimi ævi res geſtas omnes animo complexus eſt: Familias Illuſtres in numerato habuit, Artemque inſignium, ſi quisquam, percalluit. Præcipue tamen Hiſtoria Germaniæ, Patriæque Wirtenbergiæ, utpote Juris Publici ſtudio olim inprimis profutura, in deliciis eſt habita. Latent ſane in ſcriniis ipſius non pauca, quæ cum ad univerſum Germaniæ Statum ſacrum civilemque generatim, tùm Wirtenbergiæ noſtræ ſigillatim illuſtrandum faciunt, ſatisque reſtantur, multi ſudoris laborisque patientiſſimum fuiſſe Virum. Sacram autem Hiſtoriam cumprimis amavit, intellexit, excoluit, Eccleſiæque patriæ antiqua & nova fata præcipuè notavit. Sueviam & Wirtenbergiam Sacram, poſthac edendam, ſcripſit; tum & ad Concilii Conſtantienſis Hiſtoriam, illuſtri opere à Celeberrimo Viro, Hermanno ab Hardt conſcriptam, ſchedas ſuas, in itinere, eam ob cauſam juſſu Sereniſſimi Ducis Brunsvicenſis RUDOLPHI AUGUSTI ſuſcepto, collectas, contulit, & Annales Zwifaltenſes, ab Arſenio Sulgero editos, Principis ſui voluntate ad hiſtoriæ veritatem exegit, atque è Tabulario Wirtenbergico, cum in ejusdem, tum Principis Heredis uſum, probatiſſimis excuſſis documentis Hiſtoriam Wirtenbergicam conſignavit. Sane autem Cl. Jo. Heinrico Bœclero Argentoratenſi, cujus convictu quoque uſus eſt, in hoc ſtudii genere permultum debuit, & ſub inſtitutione ejus, ſuaque ingenii bonitate, hoc aſſecutus, & exemplo etiam excitatus magis confirmatusque fuit. Egit hoc Tubingæ, egitque Argentorati, Doctoribus ibidem tam in Jure Publico, quam Civili uſus excellentiſſimis Viris, Rebhanio, Stœſſero ac Tabore per integrum quidem quinquennium, ut quod diebus melior eſſet ac doctior, & revectus in hanc patriam Academiam nil reſtare amplius exiſtimavit, quam ut publicis ſtudiorum ſuorum exiſtimatoribus, Viris in Magnifico Jureconſultorum Ordine celebratiſſimis, Lauterbachio, Gravio, Bardilio & Frommanno, quo Præſide etiam Diſſertationem auſpicalem, *De his, qui Reipublicæ cauſa abſunt*, habuit, ſeſe nunc ſubmitteret. Ita haud difficulter pro eo, atque commeruerat pridem, impetravit, ut, qui diſcendo ſeſe condignè exercuit, publica ſolennique renuntiatione Anno CIↃ IↃC LXX. D. XXIV. *Octobr.* Doctoribus adſcriberetur. Quo die gemina felicitate aucto faces ſimul nuptiales accenſæ ſunt, cum in Thorum ſuum adſciviſſet fidiſſimam, optimamque, & felicis uteri uxorem, DN. REGINAM MAGDALENAM, *Viri Nobiliſſimi, Experientiſſimi atq; Excellentiſſimi*, DN. JO. CUNRADI BROTBEQUII, *Med. D. & Prof. Publ. Ord. in hac Academia Celeberrimi*; & DN. CHRISTINÆ, cognomento paterno BARDILIÆ, gnatam natu maximam, quæ in ſocietate hactenus fortunarum omnium ei fuit, ac rei familiaris piam prudentemque conſortem ſeſe adprobavit. Libero alii lectulo negent quidquam eſſe jucundius aut felicius: hoc utriusque thoro, ſive mutuum infinitumque conjugum a-

morem, ſive amoris pignora & ſeptenam ſobolem, quæ Dei beneficio procreata eſt, ſive diuturnitatem ipſam conjugii, quod raro exemplo ſeptem & triginta annorum, & quod excedit, ſpatio circumſcribitur, ſpectes, nil ſane felicius & jucundius extitit. Quid enim jucundius accidere potuerat, quam prolem ſuam reipublicæ & eccleſiæ natam admotamque videre? quid felicius obtingere, quam ejusdem domum atque rem familiarem florentem conſpicere. Vidit autem tres filios, è quinque, ſuperſtites, ampliſſima munia in Eccleſia & Cura Principis obire. Et natu maximus quidem *Vir Plurimum Reverendus atq; Doctiſſimus* DN. M. JO. ULRICUS, præeſt cœtui ſacro in Eccleſia Unter-Turckheimenſi, & matrimonio ſecum junxit Anno CIↃ IↃC IC. DN. MARIAM DOROTHEAM MARGARETHAM, DN. JO. PHILIPPI BURCKII, *Præfecti Nürtingenſis* filiam, quæ quinque liberorum Avum eum fecit, è quibus tamen non niſi tres, *Dorothea* nimirum, *Philippus Ulricus*, & *Jo. Ulricus* ſuperſunt. Alter *Vir pariter Plurimum Reverendus atq; Doctiſſimus*, DN. GEORGIUS CUNRADUS, Eccleſiæ Calvenſis Diaconus eſt, in matrimoniumque delegit A. CIↃ IↃ CCV. DN. MARIAM CATHARINAM, DN. JO. ISAACI ANDLERI, *Quæſtoris quondam Bebenhuſani gnatam*, quæ nullum adhuc marito prolem peperit, & cum eo orbitatem ſuam divinæ voluntatis placito ſolatur. Tertius *Vir Nobiliſſimus atq; Præclariſſimus*, DN. JO. EBERHARDUS, U. J. L. & in Supremo quod Stuttgardiæ eſt, Juſtitiæ Conſilio Secretarius exiſtit, & & in conjugium aſſumſit A. CIↃ IↃ CCIII. DN. VERONICAM ELISABETHAM, DN. GEORGII LUDOVICI A KLEIN, *Senioris in Conſilio*, quod vocant, *Expeditionis Redituum Cameral. per multos annos longè Meritiſſimi*, filiam, quæ quidem quintam ſobolem, ſed nullam ex ea vivam, exemplo quodam plane luctuoſo enixa eſt. Ceterum filia unica, DN. LUDOVICA TABITHA, felici auſpicio in manus convenit *Viri Plurimum Reverendi atq; Doctiſſimi*, DN. M. FRIDERICI CHRISTOPHORI WEISSMANNI, *Eccleſiaſtæ atq; Præceptoris in Vicino Cœnobio Bebenhuſano Digniſſimi*, è cujus thoro beate defunctus tres nepotes, quorum tamen alter triennio abhinc jam vita exceſſit, unamque neptim accepit, & ſuperſtites quidem ex illis *Fridericum Ludovicum*, *Jo. Ulricum*, & *Reginam Tabitham* vidit. Poſt initum auſpicato matrimonium, partumque decus Doctoris, exceperunt ipſum mox labores varii, munera & honores, quibus dextre fungendis ab aliquot inde annis tanto ſtudio ſe præparaverat. Anno enim CIↃ IↃC LXXV. à Divo GUILIELMO LUDOVICO, Duce Wirtenbergiæ, nactus eſt munus ampliſſimum docendi publice Hiſtoriam cum Eloquentia & Politica in Collegio hoc illuſtri, in quo Principes Patriæ ac Germaniæ, tum Comites, Baronesque quamplurimos docuit, in quibus ſummi Ordinis diſcipulis, qui Regum, Electorum & Principum Curiis nunc præſunt, memoria illius perpetim viget floretque. Inde A. CIↃ IↃC XXCIIX: ſplendidiſſimo quoque Aſſeſſorum Supremi Dicaſterii Collegio eum addidit Principatus tunc hujus Adminiſtrator, Divus FRIDERICUS CAROLUS; qui & præterea Anno CIↃ IↃC XXCIIX. Juris Publici Profeſſionem in laudato Collegio Illuſtri clementiſſimè ipſi delegavit, cui per aliquot annos cum ſingulari gravitate ac dexteritate præfuit, donec tandem à Sereniſſimo Principe Regente, Domino,

Domi-

Domino EBERHARDO LUDOVICO, A. CIↃ IↃC XCIV. locum in Consilio Supremo obtinere jussus, & ex hac Academia evocatus, Stuttgardiam concessit, ibique, non sine magno tamen & singulari Tubingæ suæ desiderio, annos tredecim & amplius exegit, & tam in sacris, quàm civilibus negotiis, publicisque Deliberationibus, moderatiora semper consilia in ore habuit ac fovit. Summatim autem tantum atque breviter cum Vita ejus signari heic possit, & præconiorum amplitudine Volumen impleri queat, potiora capita tamen brevi complexû subjicere, arbitramur interesse publice, quæ insignem Virum exerte ostentant, & semper ostentare debent. Quippe in Deum non pro seculi more fucata pietate, sed diligens Verbi divinioris auditor, & accuratus sacri Codicis Lector, quique non ad ostentationem cognitionis, sed verum usum emendationis legeret. De quo præterea testatur satis frequens sacri epuli usus, quo se nuperrimè ipso anniversario Thomæ Apostoli novissimè recreavit, & Librorum, pietatem præsertim informantium aut instigantium, selecta supellex, tùm condiscendæ demum Linguæ Hebraicæ studium, in quo tamen, quo minus optatos speratosque profectus faceret, concatenati labores impediverunt. Parentes vivos mortuosque reverentissime coluit: Uxorem, liberosque, sorores & affines, & charitates suas omnino omnes effusissime amavit: imo alios juxta se homines, inprimis vero afflictos miserosque, omni officiorum genere, quoad ejus fieri potuit, juvit, & benefaciendi ac inserviendi alacritate nulli secundus esse studuit. Cumque probe apud animum reputaret, neminem sibi solum nasci, ortusque partem præcipuam vindicare patriam, huic addictissimus extitit, utpote de qua non pauca etiam conscripsit, & A. CIↃ IↃC XCIII. sub exitiosam his regionibus Gallorum irruptionem periculosum pro ejus salute iter ingredi non dubitavit. De studiis literisque omnibus bene mereri omni ope connisus est, quod & superius præmissa commemoratio satis quidem comprobat, & quæ ex commercio literario, quod cum Viris excellentissimis, Theologis, Politicis atque eruditis aliis, frequentavit, magno numero supersunt epistolæ, varii selectissimique argumenti, demonstrant. Sed præterea devotus naturæ Scrutator fuit, & Patriæ nostræ Historiam Naturalem condidit, atque ante hoc octiduum demum Illustrissimo Comiti à Trautmansdorff, S. Cæs. Majest. ad Pagos Helveticos Legato splendidissimo, curiosa Naturæ, apud nos collecta, transmisit, eidemque præcipuo Augustissimi Imperatoris amico afflictam patriam enixè commendavit. Itinera, quæ Reipublicæ ac literariæ bono in diversas provincias comparavit, varia sunt ac periculosa. An. CIↃ IↃC XXCIX. Helvetiam, Alsatiam, Comitatum Burgundiæ, & Allobroges adiit, & jussu Serenissimi tunc Administratoris omnes Bibliothecarum ac Tabulariorum forules, qua licuit, in usum Collegii Historici, quod Augusti Imperatoris Imperiique auctoritate instituebatur, curatè excussit, singularique inprimis Archiepiscopi Vesontini Grammondi gratia usus est. A. CIↃIↃCXC. ad JOSEPHI Romanorum Regis Inaugurationem Augustam Vindelicorum concessit, jussuque Serenissimi Principis sui Illustris Collegii nomine LEOPOLDO Augusto Panegyricum obtulit, qui ea ipsum singulari gratia dignatus est, ut pariter sermone Romano, quo ipse allocutus Eum fuerat, clementissimum responsum auferret. Anno CIↃIↃCXCV. cum Princeps, nunc Elector Brandenburgicus, nunc Augustus Borussorum Rex, universa-

Digitized by Google

que Sereniſſima Domus Brandenburgica Norimbergæ cum Sereniſſima Domo Zollerenſi Pactum Gentilitium conſtitueret, & ſuccedendi jure tractaret, ipſe etiam à Sereniſſima Zollerenſi Domo eo miſſus, negotium ex voto confecit, poſteaque integrum Opus, quod in eruditorum manibus eſt, ac Berolini triennio abhinc juſſu Boruſſorum Regis editum fuit, de rebus Zollerenſibus concinnavit. Anno CIↃ IↃ CCI. Francofurtum ad Mœnum abiit, ut cum Illuſtri Ludolfo de cauſa Collegii Imperialis Hiſtorici, in quod & ipſe antehac cooptatus fueras collega, colloqueretur, ſuaque Analecta, eam ad rem & Hiſtoriam primi poſt Chriſtum natum ſeculi, quam pene elaboratam nunc reliquit, pertinentia, coram exhiberet. Anno CIↃ IↃCCII. in cauſa ſucceſſionis Hiſpanicæ, juſſu Cæſareo, ſuique Principis permiſſu, Veſontionem profectus eſt, ut Tabularium ibidem Imperiale Caroli V. Imp. per heredes Granvellanos eo delatum, perluſtraret. Ut vero alia itinera complura, quæ diverſorum munerum cauſa inire debuit, nunc taceamus, ultimum iter ad nuptias Tubingenſes, ad nuptias, inquam, Cœleſtes inſtituit. Stutgardia diſcedens cum Filio natu majore tum præſente ad Jacobi I. Capitis comma duodecimum memorabilem ſermonem habuit, & mente quaſi præſaga ſic laribus ſuis valedixit: in ipſo vero itinere ſtatim, ut olim B. Lauterbachius, male nonnihil habere cœpit. Huc delatus in ædes Dilectiſſ. ſororis DN. ANNÆ ELISABETHÆ SCHWEDERIÆ divertit, ubi An. CIↃIↃCLXXVII. etiam *menſe Februario* Optimus ſocer Brotbequius vita exceſſit, & ab ea non minus, quam Excellentiſſimo Marito, reliquisque Familiis Graſſiana, Frommanniana, Reinhardina atque Brotbequiana, quas propinquitate conjunctas in hac vita habuit, prout per omnem antehac vitam, ita extremo hoc morbo tam prolixe beneficeque habitus & curatus eſt, ut ſuperſtites liberi, ſe nunquam inuſitatam iſtam benevolentiam prædicare ſatis, aut redhoſtire poſſe, impenſe doleant. Morbus ipſe originem ex tuſſi, illaque invaletudine traxit, qua ante triennium letaliter decubuit, cum pulmonibus tunc exulceratis ruptisque phtiſis eum invaſiſſet. Pronuper vero D. XXV. *Januar.* cum recrudeſcere videretur, aucta nimis materia purulenta, increvit anhelatio, dolorque lateralis, cum vehementiſſima febri acuta continua, acceſſit, ut viribus tandem omnibus deficeretur. Ex quo autem hæc ingens vis morbi eum adorta eſt, præſenti ſemper erectoque animo fuit, & hinc viſitanti Theologo optimo, quem ſemper ſingulariter ſuſpexit, Digniſſimo Dn. D. Hochſtettero inter alia animoſè repoſuit: MILITEMUS. OMNIA AB UNO AD UNUM. Hinc DEO ſe permiſit, & ipſo die decretorio iteratis vicibus repetiit: ITA DEO PLACUIT! MIHI BENE EST! Imo pridie ejus diei, cum ultimam omnino adeſſe horam adſtantes putarent, tantas à DEO corporis animique vires recepit, ut ſua ſponte, lætus in DEO ac Servatore ſuo, alta & virili voce ex hymno ſacro GLORIAM DEI ingemineret, & inter ſupremas voces Pſalmi quoque XXV. comma primum & ſecundum ſæpius recineret. Delictorum veniam à DEO demiſſiſſime petiit, & in pignus gratiæ divinæ Sacrum quoque epulum ſumpturus fuiſſet, niſi certas ob cauſas pia veneratione abſtinendum ſibi potius exiſtimaſſet. Sed interclutus tandem divinus ſpiritus ad eum reverſus, à quo venit, ſicque voti ſui compos factus eſt Noſter, quo Tubingæ mori, & apud Parentes, Liberos, ac Propinquos quieſcere ſubinde præoptavit, eaque propter jam olim etiam,

am, cum Argentorati graviter aliquando ægrotasset, ultimamque voluntatem pio scripto complexus fuisset, non optavit modo, sed scripto quoque obtestatus efflagitavit, ut corpus ad cineres & ossa Parentum ac majorum Tubingam transferretur. Usum rationis ad ultimum fere usque vitæ halitum in tanto acutissimi morbi æstu singulari Dei beneficio integrum semper servavit, sæpiusque levatis in Cœlum manibus, oculisque defixis, ardenti corde atque ore luctantem animam commendavit, Principique, Patriæ & omnibus in ea Ordinibus, quod solenne alias in omni ei vita fuit, grato devotoque animo non una vice bene precatus fuit. Ita ergo, si quid judicamus, auspicatissimum omnino æterni gaudii natalem habuit NOSTER PREGIZERUS, & nunc inter Cœlites cum Simeone gaudet ac triumphat. Quid vestri nunc sit officii vel etiam me indicente intelligitis, CIVES! Jubet ipsa pietas ac humanitas, & imperat reverentia in amplissimas familias, quas tanti jactura Viri funestavit, atque in acerbissimum luctum conjecit. Valebit id quidem ad singulare mœstissimæ Viduæ liberorumque solatium, at vobis non minus perhonorificum erit, si frequenti comitatu meritissimo de re publica literariaque Viro justa funebria rite ac condigne persolvatis. Ducetur autem funus ex ædibus Excellentissimi Amantissimique Collegæ nostri D N. D. Schwederi, in quibus pie defunctus animam Deo suo reddidit. PP. *sub Sigillo Rector.* D. V. *Februar. ipsa Dom. Septuages.* Anno CIↃIↃCCIIX.

Viti Ludovici Seckendorffii, Samuelis Pufendorffii & Hermanni von der Hardt EPISTOLÆ ad D. JO. ULRIC. PREGIZERUM, SUEVIÆ SACRÆ AUTOREM, scriptæ.

Literæ V. L. à SECKENDORFF.

VEreor, Vir Nobilissime & Excellentissime, ne minus urbane à me factum putes, quod ad literas Tuas, d. 24. April. ad me datas, tam sero respondeam. Menzingerus, cui eas ferendas tradideras, per occasionem eas ad me misit, ipse hucusque non comparuit, licet Lipsiæ versetur, & una atque altera vice spem fecerit, me conveniendi. Si vene-

venerit, ejus cauſa tuæque commendationis reſpectu, nihil omittam, quo ei amorem teſter. Interim moræ culpa ex parte in illum transferri poteſt; ego verò officium diutius non differo. Sed quid in me ſit, quo Tuæ humanitati, quam literæ Tuæ ſpiranti, paria præſtem, equidem non facile invenio. Conſolatur me æquitas animi Tui, quam ex epiſtola Tua, ſatis perſpicere mihi videor: Inde enim eſt, quod mea ſtudia laboresque plus juſto æſtimes, quanquam Tu ex illis ſis, qui accurate examinare ſolent omnia, in iſta certe materia, quam ipſe, ut video, multis cum adminiculis tractas, errоribusque & defectibus, quos ipſe non paucos agnoſco, ſuccurris. Plus ſane à me expectare orbis literatus & Eccleſia noſtra fortaſſis potuiſſet, ſi, quæ deſiderabam, ſuggeſta mihi eſſent ab omnibus, quos eo nomine ſolicitavi. Sed plurimi aut non potuerunt, aut cauſas habuere, cur noluerint. De rebus Wirtenbergicis multa ſe congeſſiſſe ſcripſit olim ad me D. Wildius b. m. quem Eſslingâ Darmſtadium vocatum, ibique inopinatâ morte poſt brevem novi muneris uſuram defunctum eſſe, non ignorabis. Offerebat mihi etiam omnia, ſed tardius, quam ut uti iis potuerim: Si ab hæredibus ad Te pervenire poſſent, quæ parata, aut effecta habuit, fortaſſe ad propoſitum Tuum aliquid conducerent. Gaudeo interim, quod paucula quidem, quæ ego de rebus illis obſervavi, Tibi non diſplicuerint. Poſtulant à me Viri egregii, ut compendium aliquod operis mei concinnem, inter alia hanc ob cauſam, ne alius, non ſatis inſtructus, aut diverſa à me intentione id laboris ſuſcipiat. Flagitant idem plurimi ex honeſtis Viris Fœminisque Latinæ Linguæ ignari, ſed ordinem rerum in reformatione geſtarum cognoſcendi cupidi. Feci initium aliquod, & horum quidem cauſa lingua patria; Sed Senecta & multæ, quas non omnes vitare in otio hoc meo poſſum, interruptiones obſtant, quo minus tam expedite, quam vellem, labor procedat. Videbo, quid hyeme ſequenti, ſi Deus mihi vires vitamque ſervaverit, præſtare poſſim. Illuſtrem Schertelium viciſſim meo nomine, ut officioſiſſime ſalutes, peramanter rogo, lætus, quod ex familia, ex qua matrem & aviam paternam, optimas ſane matronas, habui, extet, qui majorum & inprimis Sebaſtiani Abavi mei, &, ut puto, etiam ſui, aut atavi, memoriam meritis in Rempl. illuſtribus renovet. Doleo, quod Diarium vitæ hujus, quod habeo, truncatum ſit initio, nec ultra annum 1560. continuatum, cum tamen ſexto demum poſt id tempus anno deceſſerit. Longe magis diſplicet cautela Avi mei Materni, Bürtenbachii quondam Dynaſtæ: in cujus ſcriniis Schediasma ante annos fere quadraginta caſu quodam inveni, vel alius ex familia, qui priores Schediasmatis paginas ſuſtulit, in quibus ſine dubio parentes & educationem primæque juventæ ſuæ fata deſcripſiſſe Virum pro candore ſuo, oportet. Me profecto adeo non puderet, Majores ejus & tenuia principia noſſe, ut mihi potius gloriæ ducam, ortus partem tali Viro debere, qui ex modico loco in illuſtriorem magna virtute & induſtria ſemel evexit, eo etiam cum ſucceſſu, qui non omnibus, paria molientibus, contigit, & divinæ gratiæ argumentum præbet, ut jam in quintam generationem poſteris dignitas & pars opum ſervata ſit, incrementis forte non deſperandis, ſi plures ex ſuis imitatores earum artium habuiſſet, quibus ipſe inclaruit. Si tibi grave non eſt, literarium aliquod Commercium mecum continuare, mihi quoque id haud ingratum futurum eſſe confidas, nec alia literas ad me perferendi via

opus

opus eſt, quam ut Lipſiam curentur, inde etiam meæ ad Te pervenire poterunt, has tamen Menzingio, per quendam ex cognatis meis, quo commenſali Lipſiæ utitur, commendavi. Vale Meuſelwiz, d. 4. Auguſt. 1692.

Excellentiæ Tuæ

deditiſſimus officio & ſtudio,

Vitus Ludovicus à Seckendorff,
manu propria.

EPISTOLA I.

SAMUELIS PUFENDORFFII.

VIR Nobiliſſime & Conſultiſſime, attulit à Te Lagerlöfius literas, ita quidem gratas mihi, acceptasque, ut verbis id exprimere vix poſſim. Nam cum per ſe maximi ſit æſtimanda egregiorum Virorum benevolentia & amicitia; tum vero huic multum pretii accedit, ſi eadem ex ejusmodi cauſa originem duxerit, quæ non poſſit non animos, quantumcunque modeſtiæ ſtudium profeſſos, exquiſito quopiam jucunditatis ſenſu afficere. Eam benevolentiam cum & Tu tam multis ab annis alueris, & nunc tanta cum humanitate literis Tuis exprimas, importuniſſimus mortalium fuerim, ni eandem grato animo acceptarem, & tantum ſinceri affectus remetirer, quantum accepi, poſtquam vix alia officii documenta locorum intervalla reponere patiuntur. Cæterum quod aliquem è ſcriptis meis fructum Te cepiſſe profiteris, id non modico mihi ſolatio cedit adverſus moleſtias, quas mihi illorum nomine quorundam hominum importunitas excitavit. Quos quidem ego facile paſſus fuiſſem ſuo ſenſu abundare, ni per maligniſſimum calumniæ artificium pravas circa divina ſententias mihi impingere conati fuiſſent, quas tanto acrius à me repellendas judicavi, quo major labes habetur; quam iſtæ adſpergunt; cum illis, quibus per eruditionis defectum alicubi obrepſerunt lapſus, communis hominum conditio facilem veniam conciliet. Qui & ſimul, dum liquidiſſimas notiones, & per ipſam rerum naturam, ſenſuumque ſuffragio comprobatas, faſtidiunt atque cavillantur, ac novas ſubinde hypotheſes comminiſcuntur, & officia, præſenti mortalium conditioni quadrantia, e paradiſiaco ſtatu, dudum amiſſo, & nunquam in his terris recuperando, extruere ſatagunt, non parum remoræ efflorescenti quam maxime diſciplinæ injecerunt. Eo ipſo enim eandem in Syrtes quæſtionum Theologicarum pertraxerunt, cum à me id præcipue ageretur, ut

)( )(

eadem

eadem ad ſolius luminis Naturalis directionem revocata, in locum jejunæ Ethicæ Ariſtotelicæ officia vitæ civilis communia evolveret, ac ſolida principia ſtudium Juris Civilis aggreſſuris ſubſterneret. Quam feliciter autem in hoc ſtudio progrediantur, qui univerſali iſthac diſciplina imbuti jura perpetua & immota à poſitivis, & ex indole civitatis Romanæ promanantibus diſcernere callent, ipſe optime noſti. Sed quod iſte labor, quem circa deſignandam viam ad hiſtoriam recentiorem poſui, id felicitatis ſortitus ſit, ut ad formanda quoque Principum ſtudia adhibeatur, eò magis mihi gratulari debeo, quod fructus ſcientiæ, quem id faſtigii homines capiunt, in totam Rempublicam ſeſe diffundere ſoleat. Et tantas habet illecebras hiſtoria, ut, qui ſemel eas deguſtavit, intra iſta rudimenta non ſit ſubſtiturus, ſed longius ſemper in eo campo progredi ſit gaviſurus, prout & hominibus in Republica verſantibus quotidie fere occaſio ſubnaſcitur, eam ſcientiam augendi. Commentarii mei de rebus Suecicis ſuo jure aliquam ſibi gratiam expectare poſſe videbantur apud eos, qui in hiſtoria ſolidam magis & incorruptam rerum notitiam, quam inania verborum lenocinia quærunt. Nam apud reliquos, qui ſua ſuorumque acta ſilentio premi maluerunt, non potuit non iſta odium peperiſſe; quod tamen rationem & tempus apud plerosque mitigaturum, ſpes eſt ſane in aula Cæſarea: cum initio non pauci indignarentur, Ferdinandorum conſilia ita ſimpliciter à me expreſſa, poſt usque adeo præſtare viſum offenſam diſſimulare, ut & privilegio eum librum dignarentur. Quod idem circa Saxones meos contigit. Sed & iræ, puto, reſederunt apud Ducem Lauenburgicum, quas concepiſſe dicebatur, quod patruum ipſius, Franciſcum Albertum, cædis in Regem Guſtavum Adolphum patratæ arguiſſe viſus eſſem. Cum tamen non meam, ſed communem Suecicæ nationis ſententiam expreſſerim, quam aliquot rationibus adſtruere placuit, ne is Princeps injuria iſtius facinoris infimulatus fuiſſe videretur. Quin à me duæ circumſtantiæ præteritæ ſunt, non parum ad rem facientes, quarum unam expreſſit Paulus Piaſecius, quod ab iſto Principe cædes Regis primum Walenſteinio nuntiata ſit. Altera enim paucis in Suecia cognita eſt, ſed revera maximi momenti. Fuerat iſte Franciſcus Albertus aliquot ante bellum annos in Suecia, ubi, cum Rex eum aliquando in aula matris ſuæ licentius agentem deprehendiſſet, effervescente ſubito motu bile, alapam iſti infregit; quo nomine & in Duellum deſcenſuri fuerant, ni Axelius Oxenſtierna id impediiſſet. Quanquam autem poſt qualiscunque reconciliatio interveniſſet, manſit tamen alta mente repoſtus ſenſus ignominiæ, quæ quanti à Viris militaribus, ejus cumprimis faſtigii habeatur, nemini ignotum eſt. Sed quod Seckendorffius patris ſui mortem, ſine affectu à me traditam, ulcisci velle videtur, inſtigato in me Valentino Alberto, ut Erotem Lipſicum pareret, id neſcio, an ipſi valde gloriosum ſit futurum. Saltem in reſponſo meo ad id ſcriptum, quod Francofurti jam ſub prelo eſt, adparebit, me iſtius Viri iras parum curare. Prelum quoque brevi ſubibit hiſtoria Caroli Guſtavi Regis à me compoſita, & ipſa juſtum volumen impletura, etſi argumentum ejus Germaniam minus, quam prius volumen tangat. Libellus de habitu Religionis Chriſtianæ ad vitam civilem Saxonibus meis aliisque, ut audio, ſic ſatis ſe adprobavit. Noſtrates heic Sacerdotes muſſitant, apud quos inolita eſt iſta ſententia, ordini Sacerdotum divi-

divinitus aliquid jurisdictionis collatum, à potestate Summi Imperii civilis haud dependens. Quæ quomodo admitti possit, si quis radicitus Dominatum Pontificis convellere instituat, ego non video. De Religione ante lapsum Adami aliquid commentari, mihi nunquam in mentem venit: unde miror, quo autore iste amicus ex Holsatia tale quid ad te scripserit. Sufficere nobis potest, eam tueri Religionem, qua in præsens salvari queamus. Paradisiacam rimentur. qui magis ingenio & otio abundant. Quid deinceps laboris mihi sit suscipiendum, in ambiguo est. Nam ad componendam historiam Sereniss. Elect. Brandenburgici conditionibus honestis evocatus sum, accedente consensu Regiæ Majestatis. Sed post aliqui ostenderunt, parum convenire dimitti illum, qui plures per annos archivum Regni evolvit, ac fortasse in historia Electorali quædam occursura, nationi Suecicæ parum gloriosa. Quo tamen ista dubitatio evasura sit, intra paucos dies adparebit. Nam si utique migrandum est, ante pluviam autumni tempestatem, quæ his in oris fœdissima est, id fieri debet. Si Deus vitæ quid adhuc largiri velit, putem plus me utilitatis patriæ meæ afferre posse, si Berolini, quam si Holmiæ degam. Justo verbosiorem reposui epistolam, ut vel hoc indicio constaret, gratissimas Tuas mihi fuisse literas. De cætero profiteor, me pro affectu Tuo, quem tam effusum ostendis, magnopere Tibi obstrictum, eumque, ut deinceps quoque conservare velis, magnopere contendo, pro virili, quæ amicitiæ lex dictitabit, vicissim exhibiturus. Deum rogo, ut prosperrima quæque Tibi largiatur. Optime Vale

Holmiæ, d. 29. Julii, A. 1687.

Celeberrimo Nomini Tuo

addictissimus,

Samuel à Pufendorff.

EPISTOLA II.

SAMUELIS PUFENDORFFII.

VIR Celeberrime. Reddidit mihi literas, sub finem Superioris anni scriptas, juvenis quidem, sed qui de reditu suo in patriam eo tempore mihi significabat, ut responsum iidem tradere non vacaret. Nunc autem commoda valdè scribendi occasio sese offert, dum ad vos è peregrinatione remeat Dominus Hedingerus, qui instaurandæ valetudinis causa per duos menses in ædibus meis egit. Qui idem & testari poterit, quanti Te æsti-

Digitized by Google

mem, & quantopere inſtituto Tuo faveam, per quod inſigne lumen patriæ Tuæ allatum is. Nec minus iſte referre poterit, ſi id tanti eſt, quousque labores mei proceſſerint, quos ipſe coram inſpexit. Iisdem per quadriennium fere, quo heic vixi, nemine interturbante vacare potui, poſtquam iſti, qui olim inficeta me lite vexabant, vel in gratiam mecum redierunt, vel ad inglorium ſilentium redacti ſunt. Ac ſpes eſt, ab ejusmodi me rixis, quod ſupereſt vitæ, immunem exacturum, poſtquam in aliud plane ſtudiorum genus devolutus ſum, contradictioni haut ita obnoxium, & quæ adhuc illuſtrandæ Juris naturalis ſcientiæ medikabar, aliis elaboranda commiſi: Et ipſa ætas, ad ſexageſimum jam annum provecta, me monet, ut de laboribus ad umbilicum deducendis potius ſatagam, ne illi poſt mea fata Vitrici cujuspiam arbitrium ſubeant, quam ut de novo quopiam opere ſuſcipiendo cogitem. Etſi dum valetudo ſupereſt, vix ſperem, plenum mihi otium indultum iri. Caroli Guſtavi Hiſtoria dudum adſpicere lucem poterat, ni malevolorum livor editionem hucusque impedire, ac præmio laboris me privare laboraſſet. Forte tamen iſtorum importunitatem brevi ſuperabo. Saltem efficiam, ut ea hiſtoria haut interpolata lucem adſpiciat, poſtquam non amplius iras mortalium extimeſcere licebit. Fridericus Wilhelmus me hucusque magnopere exercuit, quem indefeſſo labore ad A. 1679 deduxi, quo poſt tam glorioſa facinora bello patrata tam jejuna pax amplectenda fuit. Et reliqui anni, in pace exacti, haut uberem præbebunt materiam. Sed politura, quæ iſti operi debetur, plusculum adhuc temporis abſumet. Ex eo poſteritas incorrupta fide cognoſcet, quo conſilio bellum noviſſimum geſtum fuerit, & penes quos hæreat culpa, ut Neomagi tam indecora pax fieret: cum ſi integra fide & ſolida conſtantia ab omnibus res geſta fuiſſet, orbis Chriſtianus bello hocce funeſtiſſimo ſuperſedere potuiſſet. Equidem cum periculo conjunctum eſt, vera de potentibus dicere. Sed non deerunt, qui me protegent: & ipſa ſenectus audaciam addit. Ac intereſt patriæ, priores errores cognoſcere, ne denceps in eundem lapidem impingatur, aut ſaltem ut cujusque decora juxta ac dedecora poſteritas recognoſcat. Id tamen multi mirabuntur, quare ego potiſſimum, qui pro ingenii modulo partam Sueciæ Genti bello Germanico gloriam tradidi, ejusdem funeri memorando adhibitus ſim. Equidem Tu ſpecioſam cauſam conjectas, amorem recti. Sed qui penitius iſta norunt, plerique indignationem, multi riſum continere non poſſunt. Equidem poſtquam Sueci ob me dimiſſum erubeſcere cœperunt, ſolicite id agunt, ut poſt abſolutum heic ſuſceptum opus ad ipſos iterum remeem. Sed ſcrupuloſæ res conſultationis eſt, num mihi hac præſertim ætate eo revertendum ſit, ubi natio, exteris alias admodum iniqua, me adſpectura ſit præconem vel infelicitatis ſuæ, vel prave conſultorum. Sed iſtam quoque difficultatem Deus ſuperare dabit. Cœterum id ſummopere probo, quod circa illuſtrandas patriæ antiquitates & hiſtoriam laborare inſtituiſti, circa quam, quantum profecturus ſis, inuſitata induſtria eximiam ſpem oſtentat. Etſi ſuaſerim, ut pro te ſolo nitaris, nec Collegium, quod tangis, moreris; circa quod tantas difficultates perſpicio, antequam ad juſtam, ut ita loquar, conſiſtentiam pervenerit, ut quem id minatur fructum, valde in longinquum prominere videatur. Me ſquidem, ne eidem Collegio nomen darem, unus & alter invitavit; Sed ut iſtum honorem declinarem, jam

memo-

memoratæ cauſæ ſuaſerunt, & quia tanti quisque habetur, quantum ſine aliorum auxilio ipſe poteſt. Quod de actis Caroli V. Veſontione repertis narras, magna me admiratione affecit: Tantamne ſocordiam cecidiſſe in eos, queis Tabularii Auſtriaci cura commiſſa fuit, ut tanti momenti ſcripta intra privati cujuspiam ſcrinia hærere paterentur? Quanquam & heic loci tale quid contigit, ubi XX. amplius volumina literarum publicarum in Cancellarii cujusdam ædibus ſuperiore ſeculo permanſerunt, & ad tertium usque hæredem pervenerunt, donec fama de iis ad defunctum Electorem delata monuit, ut inveſtigata juſto Domino vindicarentur, ſumma pecuniæ detentori exſoluta. Quæ res mihi perſuadet, in archivis Germaniæ latitare quidem aliqua non ſpernenda, ſed quæ haud quidquam ad juſtæ hiſtoriæ materiam ſufficiant, & hoc demum ſeculo debita diligentia aſſervari cœpiſſe, quæ ad adparatum hiſtoriæ faciunt. Sic cum Archivum Moguntinum, ab Axelio Oxenſtierna in Sueciam translatum, peculiari repoſitorio in Archivo Holmienſi aſſervetur, lubido me aliquando ſubibat inſpiciendi, num quid ad antiquitates Germaniæ ſpectans tam alto ſub pulvere latitaret. Sed paucis è ſpeciminibus tantam ibi pauperiatem deprehendi, ut non amplius manus ſordidare operæ pretium ducerem. Ita fruſtra eſt de juſta Hiſtoria Germaniæ ſuperiorum ſeculorum cogitare, ubi nil ſupereſt, niſi Chronica & fragmenta compilare, etſi nec id ipſum laude ac fructu careat. Quod ſupereſt, ut mihi meisque ſtudiis favere pergas, rogo, cui viciſſim proſperrima quæque ex animo voveo.

Berolini, d. 3. Octobr.
Anno 1691.

Celeberrimo Tuo Nomini

addictiſſimus,

Samuel à Pufendorff.

Digitized by Google

TRES EPISTOLÆ HERMANNI von der Hardt / Professoris Helmstadiensis, ad D. JO. ULRICUM PREGIZERUM, Scriptæ.

Epistola Prima P. P.

HIc ad B. Parentem A. 1696. d. 25. Febr. ita scripsit. Etsi ex inclyti Tui nominis Veneratione profectum intelligas, quod has ad Te dare sim ausus, animum tamen à Clarissimo Feurlino, Noricæ Ecclesiæ Doctore, magis additum mihi, non diffitebor. Accessit nutus Serenissimi Principis ac Heri mei Clementissimi, Rudolphi Augusti, Brunvicens. ac Luneb. Ducis. Cui cum exposuissem Tuam, Polyhistoris incomparabilis, exactam in Germanica Historia Notitiam, fontesque prope omnes exhaustos, indeque Tuum etiam in Ducis in Concilio Constantiensi illustrando operam propensam affectum: Et sibi & suæ ac publicæ rei sincere gratulatus est. Inprimis hanc Tuam benignam propensionem omni officii genere alendam, atque amicis precibus obtestandam judicavit. Quippe quod in tam magno eruditorum numero pauci sint hodie, quibus ea felicitas contigerit, cum ex judicii acie, tum ingenii sagacitate, fortunæque favore, ut genuina & antiqua Germaniæ fata vel agnoscere, vel dijudicare recte valeant. Quo vero excellenti Charactere præ aliis omnibus hac ætate excellis. Perplacuit porro Duci, quod benevole subindicare volueris reliquias manuscriptorum quorundam, ad Consilii Constantiensis, sub Sigismundo Imperatore celebrati, Historiam pertinentium. Ut adeo publicum rei literariæ commodum, ipsaque posteritatis necessitudo, TE, VIR illustris, per nos jam enixe roget atque obsecret, ut, quo pacto participes reddi laudatorum manuscriptorum queamus, ad majus decus superiori historiæ per TE conciliandum, subministrare non dedigneris. Vale, VIR Excellentissime, ac Literulis his meis benigne favere haud desine.

Ejusdem Epistola Secunda ad Eundem.

ILlustris atque Excellentissime Vir &c. Promptior sane ac benignior fuisti, publicam rem literariam juvando, quam nos TE impense rogando. Vix Verbulum nobis exciderat,

derat, quando non vota duntaxat noſtra implere conſtituiſti, ſed & difficiles eo nomine labores ſubiiſti. Vicinam Helvetiam & illuſtres ejus Bibliothecas perluſtraſti, excuſſiſti, ſi quid ad hiſtoriam manuſcriptorum Concilii Conſtantienſis pertineret, curate perſcrutatus. Sereniſſimus Princeps noſter, Rudolphus Auguſtus, verus literati Orbis Auguſtus, tenerrimum Tuum non ſolum in Celſitudinem ſuam, ſed & publicam rem literariam affectum vehementer miratus, exuberanti ex TE affectus eſt gaudio. Vidit ac legit literatiſſimus Heros recenſionem Tuam Hiſtoricam Manuſcriptorum Concilii Conſtantienſis, quæ antiqua Concilii ſedes Helvetia adhuc poſſidet. Luculentum hoc vota ac deſideria Ducis longè ſuperans beneficium Tuum, tam carum Celſiſſimo pectori, ut Tibi, Vir Illuſtris, abſque mora explicare gratioſiſſime mandaverit, quam voluptatem ex hoc Tuo inſperato & incomparabili officio percepiſſet. Quippe qui literis cætera omnia mundi oculiferia longiſſime poſtponit: Optime es meritus & hoc facto, non tantum de Hiſtoria Literaria, ipſaque adeo Eccleſia, ſed & ipſo Celſiſſimo noſtro Capite. Quos in iter impendiſti ſumptus, proxime cum fœnore ad TE redire jubebit Sereniſſimus. Itinerarium hoc Tuum, niſi Tibi de eo aliter diſponere placuerit, in eam redigam formam, ut Hiſtoriæ Manuſcriptorum Concilii commode ac cum fructu publico inſeratur, Tuorum in publicam rem meritorum haud immemor futurus, ut & poſteritas ſciat, quantum & Tibi in hoc negotio debeat. Inter cæteros Codices Helvetios in Augia divite, duo illi, Orationes in Concilio Conſtantienſi habitas complexi, palatum vehementer moverant. In octo Voluminibus Manuſcriptis, quæ Sereniſſimus noſter ex Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi ad rem præſentem ſpectantia eſt nactus, ut & in aliis Manuſcriptis variorum Principum liberali manu exhibitis, habentur aliquæ illarum Orationes: At in Augia Divite auctior ac ditior earum numerus. Celeberrimi Rumetſchii Schediasma perplacuit Duci. Deſcriptum ad vos revertetur. Articulos Tigurinos Batavorum Legatus Illuſtris, Dn. Valckenier, Duci noſtro noviſſime pollicitus eſt, & codicem hiſtoricum noſtri argumenti ex Tigurinorum Tabulis reconditis. Habebit & Cl. Rumetſchius (cui pio præſtito officio gratias agas rogo Ducis nomine decentiſſimas) locum publicum in opere hoc hiſtorico. Ultra quinquaginta præclara ac rara Manuſcripta huc pertinentia nobis jam ſunt ad manus. In quibus & Gerſoniana, Clemangiana, Alliacena ſimiliaque hactenus vel non edita, vel admodum corrupte publicata. Cujus generis ſcripta, quibus occaſio Concilii Conſtantienſis & fundamentum ejus deſcribuntur, Tomus I. operis hujus hiſtorici comprehendet. Cujus indices, primæ quædam lineæ adjectæ. Quod ſi Cl. Rumetſchius veram patriam Theodorici Urie detexerit, quem Hiſpanum fuiſſe, Hiſpanis ac Italis vindicandum puto, erit quare clariorem lucem & hæc hiſtoria debeat Viro Celeberrimo. Idque tanto impenſius quæro, quanto firmius conſtitutum, Antiquorum Auctorum, quibus ſingula competunt opuſcula, vitam addere luculentiorem. In controverſia Schelſtratenii, & Meimburgii, de formula ſeſſionis IV. palma omnino videtur danda Schelſtrateno. Quippe quod Actorum Codices Manuſcripti locupletiſſimi, quos ex variis Principum Bibliothecis impetravimus, unanimi conſenſu pro Schelſtrateno pugnant. Inter primas editiones Latinas Compendii Actorum Concilii Conſtantienſis poſſide-

Digitized by Google

fidemus Hagenoenſem. A. 1500. & Pariſienſem A. 1510. Verum nondum incidimus in illas, quas commemoras, Hagenoenſem A. 1510. & Mediolanenſem. A. 1511. De cætero Vale, Vir Illuſtris, ac Studiis noſtris benigne favere perge. Brunsvigæ A. 1696. d. 18. Auguſt.

Ejusdem ad eundem Epiſtola III.

IMpenſus Tuus in Sereniſſimum Ducem Rudolphum Auguſtum, imò in totam Brunsvicenſem Celſiſſimam Domum, affectus, multis à Te argumentis ipſaque Tua noviſſime manu roboratus, magnum Hero Meo Celſiſſimo peperit gaudium. Dignus hic Tuus animus Celſiſſima veſtrate Curia, inſolubili ſed & ſuavi cum hac Brunsvicenſi Domo colligata vinculo. Proindeque & hic loci ſancte obſervabitur, quod juſſiſti, ut inter Germaniæ Principes, qui novum hoc Ducis noſtri de Concilio Conſtantienſi opus ſua ornarunt opera, quando ſuo publice commemorabuntur loco, digniſſimus quicunque detur locus Sereniſſimo Wittenbergenſium Duci, EBERHARDO LUDOVICO, Domino noſtro Clementiſſimo. Tomi I. finem hoc anno vix ac ne vix quidem videbimus, qui XX. fere conſtabit partibus. Quòusque ſimus progreſſi, ultimæ docebunt Chartæ, quas, ut modus ſaltem inſtruendi, adornandique operis conſtet, ſubmittere libuit. Ignoſces autem facile tum mihi, tum tardiuſculo ac negligentiori typographo, ſicuti nos lapſos conſpexeris. Theodoricum Urie Germanis recte vindicare ſolertiſſime judicavit Cl. Rumetſchius. Tantoque impenſius de hoc noſtro Cive Theodorico, Germanis reddito, gaudeo, quanto certior nunc ſum factus, Weſtphalum & Osnabrugenſem quidem conjunctiſſimum mihi Civem fuiſſe. Præterire hoc non ſivit amor Patriæ, quin monere juſſit f. 486. Celeberrimum Rumetſchium merito, & noſter amat Princeps: Suo quoque in noſtro opere loco digne erit commemorandus. Meliori & Vita & fortuna & Seculo dignus Vir eruditiſſimus. Beatum hoc excellenti eruditionis theſauro Wittenbergicum nunc Cœlum. Faxit DEUS orbi literario magno diu ſit ornamento atque feliciſſimo adjumento. De cætero Vale, orbis eruditi ac publicæ rei cariſſimum pectus.

Helmſtad. d. 16. Novembr. Anno 1696.

PROLE-

I. N. D.

PROLEGOMENA
De triſtiſſimo Statu Religionis in Suevia ante Chriſtianiſmum ſub Gentilismo.

Status Religionis in Suevia & Alemañia ante Chriſtum natum miſerrimus.

INfelix olim terrarum Suevia & Alemannia, cùm ipſa nato quidem Chriſto, Mundi Salvatore, armis & libertate pollens, & a Romanorum imperio immunis, Regibus ſuis *Arioviſto*, *Marobodno*, & aliis potens, falſis Diis ſervirer, & *Solem*, *Vulcanum*, *Lunam*, *Mercurium*, *Martem*, *Herculem & Iſidem* pro Numinibus coleret.

Ipſi *Semnones* ſtato tempore in ſylva ſacra cæſo publice homine, Barbari ritus horrenda primordia celebrabant, ad honorem Sylvæ ſacrificantes.

Reudigni, *Aviones*, *Angli*, *Varini*, *Eudoſes*, *Suardones*, & *Nuithones*, *Herthum* colebant, id eſt, terram Matrem, eamque, tanquam inſpectricem, intervenire rebus hominum, invehi populis, ut ſic magis honeſtati & juſtitiæ ſtuderetur, arbitrabantur.

Apud *Nabarvalos* antiquæ Religionis fucus erat. Sacerdos Muliebri ornatu Albin venerabatur, id eſt, Caſtorem & Pollucem.

Æſtii, juxta Suevicum Mare habitantes, Matrem Deorum *Cybelen* adorabant, & iſtius Deæ cultu ſecuri inter hoſtes ſibi videbantur.

Hoc modo miſeræ tunc gentes Suevicæ in tenebris Religionis ſedebant, in regione & umbra mortis: Viæ ad ſalutem per unicum veri Dei noſtri Filium, ſemen illud benedictum, prorſus ignaræ, ut ſcribit Suevorum Varro, *Cruſius in Annal. Suev.* lib. I. part. I. cap. 4. Vid. *Stumpfius* in *Chron. Helvet.* l. 6. c. 23. ubi refert, templum Iſidis in Helvetia in pago Wettinga, ubi nunc eſt Cœnobium ad flumen Limagum. *Philippus Cluverius* in Germania antiqua, l. I. c. 22. & ſeqq. ubi de Veterum Germanorum Religione & eorum cultu agit.

Ad Confluentiam fluviorum *Vendi* & *Lyci* legitur, Deam *Zizam* a Vindelicis religioſiſſimè cultam eſſe, ejusque templum barbarico ritu conſtructum, poſtquam Romani regione iſta, ubi nunc Auguſta Vindelicorum, potiti ſunt, inviolatum permanſiſſe, eodemque vetuſtate collapſo, colli nomen Zizenberg, qui poſtea Eiſenberg dictus, hæſiſſe: quam Zizam quidem Peutingerus Iſin interpretatur, & ab illa nomen Iſenberg deducit. vid. *Cruſius* l. c. l. 1. part. 2. c. 10.

Bruſchius in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ Ciſam hanc Deam Suevorum vocat, cui fanum in colle Hilermontano ſupra Campidonam ducentis annis ante Chriſti incarnationem â Suevis conditum refert, antequam arcis ibidem Hilermontanæ fundamenta ab Eſſnero, Suevorum Duce, ponerentur, qui Dux primus ad Chriſtum converſus legitur, & Gentilitium Citæ Idolum A. C. CCCXVI. confractum & ejectum, ejusque loco à *Sylveſtro* primo, Pontifice Romano, templum Chriſto, ſanctisque ejus Apoſtolis, Philippo & Jacobo, inauguratum & conſervatum fertur.

Eſſnerus, primus Suevorum Dux Chriſtianus.

Digitized by Google

Seculum Primum poſt Chriſtum natum.

Status Religionis Chriſtiana in Suevia poſt Chriſtum natum, prædicante primo Evangelium Chriſti in his terris Lucio Cyrenæo, Materno Eucherio, Valerio,

POſtquam Chriſtus, Salvator noſter optimus anno a Nativitate ſuâ trigeſimo quarto mortem pro peccatis humani generis in Cruce paſſus, tertioque die reſurgens prædicatione Evangelii per diſcipulos inſtitutâ, in Cœlum aſcendiſſet, fertur proximis ſequentibus annis LVCIVS, Cyrenæus, Pauli Apoſtoli cognatus & Commilito in Vindelicia, Rhætia, locisque, Danubio conterminis, Chriſtianæ Religionis ſemina prædicando jeciſſe. teſte *Cruſio* l. c. l. 3. part. 1. c. 5.

Sed & circa hæc tempora, aut aliquanto poſt, Maternus Eucherius, & Valerius, à Sancto Petro Apoſtolo emiſſi, doctores Evangelii perhibentur in vicinam regionem, ubi nunc Argentoratum, Coloniam item, & Treviros perveniſſe, radios aliquot ſole Juſtitiæ in loca hæc cis & trans Rhenum ſita, iamtunc ſparogente; qui tamen ſubinde invaleſcente adhuc Gentiliſmo, obfuscati, vel extincti iterum fuerunt.

Sic circa annum Chriſti LXXIII. Veſpaſianus, cui non parum ad jumenti ad imperium Romanum conſequendum, Suevica gens, Ducibus Sidone & Italico, contulit, dicitur Nördlingæ in Rhætiâ fanum & aram ædificaſſe, DEO Flaviano, ubi poſtea Sancti Heimerani Eccleſia conſtituta, unde Nordlingæ nomen in aras Flavias mutatum: Religione autem Chriſtianâ poſt annum Chriſti CCCLXIV ibi receptâ, rediit Nerolingæ nomen: Urbe tamen, exorta deinde Chriſtianorum perſecutione, rurſum a Chriſtianiſmo deſciſcente, & diu illo carente, donec deinceps conſtans in hac fide manſit. vid. *Cruſius* loc. cit. l. 4. part. 1. c. 3.

& juxta Lyrenum Curio.

Thomas Lyrenus in Chronico ſuo rerum Suevicarum refert, Romanum Principem quendam *Curium*, propter Chriſtianæ Religionis cultum, in Rhætiam & Sueviam expulſum, cum filiis fratribus & pluribus nobilibus anno Chriſti CIIII in his terris conſediſſe, cui tamen *Cruſius* & alii fidem hac in re, ut in multis aliis, haud tribuunt.

Seculum Secundum.

De Lucio, Rege Britannia, & S. Emeritâ, Evangelii in his terris, ſecundum quoſdam præconibus.

ANno Chriſti CLXXVII. fertur S. LUCIUS, Rex Britanniæ, recepta Religione Chriſtianâ, & pluribus Epiſcopis conſtitutis, Regnum dimiſiſſe, inque Germaniam veniſſe, & Barbaris non ſolum, ſed Vindelicis quoque, Auguſtæ Evangelium prædicaſſe: inque Rhætos Curienſes cum S. Emerita rendens, Chriſtum docuiſſe: ſociâ hac martyrio coronatâ, Trimis, ſemi-milliario ab oppido Curiâ: Lucio autem ſupra Curiam in ſpecu montis Vitam tolerante, ac Chriſtum docendo a barbaro populo per Præfectum in arce Curiæ Martiolâ interfecto. vid. *Stumpff.* in Chron. Helv. l. 10. c. 15. *Hermannus Ædinus* in Chronico manuſcripto. *Petrus de Natalibus* ſcribit, *Lucium* hunc a *Timotheo*, S. Pauli Diſcipulo, baptizatum,

um, & Confessorem illum, non Martyrem facit in Catalogo Sanctorum. Illi plura deinde Monasteria per Sueviam & alibi dicata fuere: quale illud est, quod adhuc hodie in principatu Zollerensi prope Hechingam cernitur. Crusius in Annal. Suev. l. 4. Part. 1. c. 8. putat, alium Lucium fuisse, non illum Regem Angliæ, qui sic peregrinatus sit.

Cum a. circa finem hujus seculi Romani adhuc rerum in Rhætia potirentur, cernebatur quoque in illis locis, ubi hodie oppidum *Lauinga* & *Gundelfinga*, Deorum gentilium cultus, Mercurii & Apollinis Granni, quorum monumenta refert *Joannes Heroldus* in libello de Romanorum in Rhætia littorali stationibus.

Seculum Tertium.

CUm *Heliogabalo*, Scholarum & omnis humani moris hoste, imperante, Romani Imperii fines in Sueviam usque extenderentur, propagatus cum his Gentilissimus quoque fuit, unde in his regionibus Genius loci & Fortuna, aliique Dii colebantur, de quibus testantur antiqui lapides, qui superiori jam Seculo Stutgardiam in Basilicam Ducis cum aliis Romanæ antiquitatis monumentis, transferebantur.

Eleuterius, Evangelii in his regionibus, praco.

Opponebant autem se his non adeò procul hinc isto tempore ELEUTERIUS, vel Eutharius, qui ex civitate *Fabiana*, sive *Vienna Austriæ*, ubi Christum docuit, ulterius tendens, *Laureacensi* Ecclesiæ, in Vicino *Norico*, Anno Christi CCCX. præsidebat, & *Sardicensi* Concilio præsens quoque interfuit; de quo vid. *Casp. Bruschius* l. 1. de *Pataviis*.

Monasticæ vitæ Origo & Monasteriorum, ædificationes. Schola erant in Monasteriis. Paulus & Antonius, Eremitæ.

Cæterùm cum hoc seculo Romani Imperatores immani crudelitate in Religionis Christianæ cultores grassarentur, multi pii, ut effugerent istos cruciatus, malebant se abdere in sylvis, montibus & vallibus inter spinea ferarum, quam Christum abnegare, unde Eremiticæ & Monasticæ vitæ Origo, quam *Paulus* Eremita præcipuè instituit, & secutus illum *S. Antonius*, ipse quoque solitariam vitam degens. Invenit deinde *Paulus* iste plures asseclas, non tantum per *Egyptum*, *Syriam* & *Palæstinam*, sed & per *Germaniam* & *Sueviam*, ubi in memoriam *Pauli* Eremitæ varia Monasteria condita, inter quæ illud *Rorhaldense*, prope *Rotenburgum* ad *Nicrum*. Licet ergò tyrannicis in Christianos Imperatoribus, qui causam quærendæ solitudinis primi dederunt, successerint alii Christiani Imperatores, à quibus nihil tale metuendum, nihilominus a multis amabatur solitaria commoratio, existimantibus, se ita magis a curis rerum mundanarum vacuos fore, & sic attentiùs ad studium religionis & precum incumbere posse. Ea quoque vita vulgo magni putabatur; Interim tamen illi se non removebant ab Ecclesia, sed & ipsi docebant alios, & consolando aderant afflictis. Libertas quoque erat, ex separatâ vitâ ad communionem hominum redeundi, si ita res flagitasset, ac plurib⁹ solitariis, in unum locum collectis, postea Cœnobia, Monasteria, Σεμνεῖα, Communitates, Cœtus honesti, non voluptuarii, fiebant. Scholæ etiam iis in locis ædificatæ, & docti homines educati, si in ullâ Germaniæ parte, certè in Sueviâ frequentissimæ, de quibus deinceps plura dicenda. Cùm autem solius Christi merito, fide vivâ nobis applican-

eando intendendum esset, successu temporis irrepsit opinio, vitam æternam hoc genere vitæ bonorumque operum cumulo promerendi: Variique exorti sunt Monachorum Ordines, variæ regulæ vivendi, multiplex Adstrictio, magna hypocrisis: tandem degenerum dissolutio, uti non minus piè quam doctè scribit *Crusius* loc. cit. l. 5. part. 1. cap. 2. NB. Sedes Ecclesiæ hoc Seculo fuit orbis cognitus propemodum universus, teste cumprimis *Tertulliano*, qua parte accessibilis Christianis fuit. Ita Fridericus *Spanhemius* in Hist. Eccles. p. m. 71. Testimonium hoc *Spanhemii* eo magis est notandum de amplitudine Regni Jesu Christi, quò acriores Reformati impugnatores sunt Gratiæ universalis.

Seculum Quartum.

INeunte hoc seculo, anno Christi CCCI. Impp. *Diocletiani* & *Maximiani* jussu *Titus Veturius*, Magister militum, Christianos milites, ut Deorum & Principum hostes, exaguare cœpit, quæ fuit decima Christianorum persecutio, anno præsertim CCCVI valde gravis, & multos deinde annos durans: Quo tempore multi martyres utriusque sexus extiterunt, inter quos cruciamenta dira quoque senserunt, qui Augustæ Vindelicorum, sive Rhætiæ, Christum Servatorem confitebantur.

Martyres Augustæ Vindelicorum &

Tiguri etiam propter eandem causam à Præfecto Decio, *Felix & Regula* interfecti sunt, quibus Episcopus Constantiensis, tempore *Caroli Crassi* Imp. a. 880. ferias ibi instituit.

Tiguri in Helvetiâ, nec non Soloduri.

Apud Valesiorum Civitatem *Sedunensem*, *Mauritius* Dux & *Exuperius*, signifer cum Thebæa ex Egypto Legione *Soloduri* verò *Victor*, Ursus, & socii ex eadem Legione, *Hyrtaco* Præside, Christum sanguine suo contestati sunt. vid. *Stumpff.* in Chron. Helvet. l. 6. c. 12.

Et in his igitur locis Seminarium Christianismi tunc fuit, per Alemanniam propagati, testante id *Arnobio*, Rhetore & Presbytero illius temporis clarissimo, l. 1. quem cum aliis sex contra Gentes scripsit. vid. *Flacius Illyricus* l. 4. Cent. 2. Hist. Eccl.

Ad hæc tempora refertur initium & prima origo *Augustani* in Suevis vetustissimi Episcopatus, quanquam de illo *Casparus Bruschius* de Episcopatibus Germaniæ, propter varias, easque non bene consentientes, diversorum narrationes, vix certi aliquid polliceatur. Narrat tamen bonâ fide ex vetustissimis chartis ac monumentis, circiter annum Domini CCLXXXXVI. ex Hispaniis in Germaniam & ad Augustam Vindelicorum venisse sanctum quendam Episcopum *Narcissum*, plantandæ ac propagandæ ibi Christianæ doctrinæ ac religionis ergo. Nam etsi S. *Lucius*, Chutiensis Rhætiæ Apostolus, Christum antea etiam Augustanis ac circumjacentibus Vindelicis concionatus esset, tamen a gentilitiis suis superstitionibus abduci tum non potuerunt. At Episcopo *Narcisso*, idem Christi Evangelium majore fortassis Spiritu ac Zelo annuntiante, & luculentius populo rudi proponente, cœperunt emolliri tandem

Origines Episcopatus Augustani.

Narcissus apud Rhætos & Vindelicos Evangelium prædicat.

Ferrea Suevorum, Mavortia & effera corda.

Conver-

Converſos igitur ad Chriſti cognitionem ac profeſſionem multos Vindelicos baptizavit S. *Narciſſus*, imprimis verò Dominam HILARIAM, ejusque filiam AFRAM, nec non alias fœminas, & inter has *Dignam*, *Eumeliam*, & *Eutropiam*, quæ cum *Afrâ*, cum adhuc eſſent paganæ, cuivis petenti ſe proſtituerunt, matre *Hilariâ*, quæſtum ex hoc lenocinio exigente: quod dedecus, ut alii ab his removerent, matrem hanc & filiam Reginas Cypri fuiſſe commenti ſunt, & neſcio quomodo in Rhætiam veniſſe. *Narciſſus* autem tunc quoque baptizavit *Sozimum*, *Hilariæ* patrem, præſtantem ingenio & eloquio virum, quem, uti ipſe etiam Chriſtum DEI filium, rudi adhuc Alemannorum populo prædicaret, piè & graviter aliquoties exhortatus perſuaſit, illumque S. *Dionyſium* appellavit, reſpiciens ad *Dionyſium* Areopagitam, conterraneum & compatriotam ſuum, cujus ſanctimoniam vitæ & virtutes illi ad imitandum proponebat. Sic certus Narciſſus, Soſimum hunc, vel *Dionyſium*, Chriſtianam doctrinam graviter in Vindelicio & Alemannia prædicaturum, rediit in Hiſpanias: Et docuit quidem Dionyſius ad biennium, acriter Idolomaniam infectans, Unumque ſolum & trinum Deum, acque ſalutem per Chriſtum intrepidâ voce contra Ethnicos inculcans. Fuerat tunc *Diocletiani* Imp. præfectus *Cajus Aquilinus*, Vir Conſularis, & Dux Romanorum Vindelici limitis, qui in *Soſimum*, ejusque totam familiam, piasque diſcipulas, & nuper Chriſtianismo initiatas, *Afram*, *Dignam*, *Eunomiam*, *Eutropiam*, harumque Magiſtram & formatricem *Hilariam*, juſſu Diocletiani ſummi Eccleſiæ Chriſtianæ perſecutoris, irruit, & hanc totam Sancti viri *Soſimi* novam adhuc Scholam & Eccleſiam, primùm exquiſitiſſimis tormentis miſerè cruciavit, poſtea cum nulla ſpes eſſet tyranno, redituros illos Chriſti confeſſores ad gentilitias abominationes, ſtatim ut interficerentur etiam omnes apparitoribus ſuis præcepit, & rogo impoſitas fœminas has combuſſit.

Converſio Hilariæ, Afræ, Dignæ, Eumeliæ, Eutropiæ & Sozimi, ſive Dionyſii, primi Epiſcopi Auguſtani.

Martyria primæ Eccleſiæ Auguſtanæ.

Iſtum autem *Soſimum*, vel *Dionyſium*, ſanctum DEI martyrem, tota Anguſtenſis Eccleſia primum ſuum Epiſcopum prædicat, & unanimi conſenſu profitetur. Poſt quem vacaſſe ſedem Epiſcopalem aliquandiu dubium non eſt, propter ſummam Tyrannidem & crudelitatem Imperatoris, in Chriſtianos pariter omnes, ſine ullo ætatis, vel ſexus, diſcrimine exercitam, donec Soſimo ſuccederet BERWELPHUS Suevus, ſecundus Vindelicorum & Auguſtanorum Chriſtum confitentibus Epiſcopus, piisque officiis quoque inclutus. Quem ſecutus TAGENBERTUS, pius ac ſanctus DEI vir, veritatis Chriſtianæ diligentiſſimus Doctor & Aſſertor, poſt cujus mortem propter ſummam Eccleſiarum Chriſtum profitentium perſecutionem, interim aliq̃ tandiu ſine gubernatore fuit Eccleſia Auguſtana, usque dum MANNO, gente Suevus, & WICHO, Epiſcopi, fideliter illi, purè docendo Chriſtianos, præfuerunt. vid. *Bruſchius* l. c. *Petrus de Natal.* in Catalogo Sanctorum, *Aventinus* in Annal. Boicis, *Cruſius* in Annal. Suev. *Welſerus* in rebus Auguſtanis.

Berwelphus, Secundus Epiſcopus Auguſtanus, ejus Succeſſores Tagenbertus, Manno, Wicho.

Ceſſabat verò poſt hæc perſecutionum acerbitas, poſtquam Deus Romano Imperio

Digitized by Google

Christianos Cæsares, & inter hos Constantinum M. qui Suevorum auxilio Majestatem hanc adeptus, concessit: modo Doctorum ambitio, & a vero divini verbi tramite deflexio, falsarumque opinionum excogitatio abfuisset.

Arianismus, in Suevia gliscens, extinguitur.

Ab hoc itaque Imperatore anno Christi CCCXIX. pax Christianis restituta est. A. CCCXXVIII. ut Funccius notat, fuit primum Concilium Nicenum (quod Eusebii Chronicon ad A. CCCXXIV. Græci ad A. CCCXVIII. referunt) contra Arii hæresin impiam, quæ statuit, non semper DEUM fuisse Patrem, nec semper fuisse verbum DEI, sed ex iis, quæ nihil erant, creatum esse. Patrum contra Concilii sententia fuit, filium esse ὁμοούσιον, & ejusdem essentiæ & æternitatis cum Patre. vid. Acta hujus Concilii. Quanquam autem ista nefanda Arii hæresis damnata tunc fuerit, serpebat tamen illa deinceps adhuc latè per Germaniam, & per ipsam hanc Sueviam aliquandiu, donec ex illa eliminata iterum fuit.

Cæterum sub istud tempus, Christianam Religionem, nec dum penitùs in Alemannia invaluisse, exemplo est, quòd Valentiniano Imp. anno Christi CCCLXXI. ad expeditionem profecto, Regalis quidam Alemannus Rando nomine, cum Moguntiacum præsidiis vacuum, ut Ammianus Marcellinus scribit, latenter irreperet, & casu Christiani ritus solennitatem celebrari inveniret, ipse cujusque fortunæ vitilem & muliebrem sexum cum supellectile non parvâ, nemine defendente, abduxerit. Ergò quamvis doctrina Christi apud Moguntinos tunc floreret, eam tamen nondum ab Alemannis his receptam fuisse, apparere, scribit Crusius l. c. l. 6. part. 1. c. 2. ubi S. Hilarii, illis temporibus viventis, Epistolam ad Episcopos Romanæ Germaniæ refert his verbis: Dominis & beatissimis fratribus & Episcopis Provinciæ Germaniæ secundæ, & primæ Belgicæ, & Belgicæ secundæ, & Lugdunensis primæ, & Lugdunensis secundæ, & Provinciæ Aquitanicæ, & Provinciæ Novem populanæ, & ex Narbonensi plebibus & clericis, Tolossanis, & Provinciarum Britannicarum Episcopis, Hilarius Servus Christi; in Deo & Domino nostro æternam salutem: Gratulatus sum beatæ fidei vestræ literis sumptis, in Domino incontaminatos vos & illæsos ab omni contagio detestandæ hæreseos Arrianæ præstitisse,

Evangelii propagatio in Galliis usque ad Rhenum, & deinceps ad Alemannos & Suevos.

vosque compartícipes exilii mei, in quod me Saturninus (Arelatensis Episcopus) circumvento Imperatore (Constantio, Arianis favente) detrusetat, negatâ ipsi usque hoc tempus toto jam triennio communione, fide mihi ac spiritu cohærere. Unde perspicitur, Religionem Christianam valdè tunc in Galliis & trans Rhenanâ Germaniâ dilatatam fuisse: unde postea ad Alemannos & Suevos pervenit.

Theodosius M. Imp. cum Ambrosio, Episc. Mediolanensi, Christianam Reli-

Radices autem magis magisque doctrina Christianismi apud Germanos, & in his quoque regionibus egit, cum Theodosius Magnus Orientis Imperium anno Christi CCCLXXXIII. susciperet, & bienno post secundum Universale Concilium Constantinopoli contra Macedonium, Episcopum Constantinopolitanum, qui Spiritum S. ajebat non DEum, sed Creaturam esse, ageret: quo tempore Ambrosio, Episcopo Mediolanensi, non Italia tantùm, & illi vicina Suevia nostra cum Vindelicio, sed & tota res Christiana multùm debuit.

debuit. Mellitiſſimus enim Pater iſte Fritegilem, Roſemundi, Regis Marcomannorum, Suevicæ nationis, Bohemiam tunc usque ad Danubium tenentis, Uxorem, in Religione Chriſtianâ inſtituit, & Regem iſtum per Uxorem hanc ad pacem cum Romanis ſervandam permovit, quod Chriſtianæ Religioni, apud Suevos firmandæ, haud parum quoque profuit, præſertim cum apud nos juxta pietatem etiam fundamenta quædam literarum illo tempore jacerentur, uti ex Divo *Hieronymo* & *Aventino* obſervat *Cruſius* l. c. l. 7. p. l. c. 6.

gionem in Suevia promovet.

Tunc quoque idem Sanctus *Ambroſius* legitur, Auguſtam Vindelicorum ab Arianorum hæreſi repurgandi cauſâ ſanctum *Albanum* & Epiſcopum quendam Philippenſium *Theoneſtum* miſiſſe, quibus ſeverè reprehendentibus & acriter refutantibus Arianos errores, Ariani in eos magno tumultu conſurgentes, & frementes, piis doctoribus graviter inſidiati ſunt, *Urſumque*, Comitem quendam eorum, captum trucidarunt. *Albanus* autem & *Theoneſtus*, Auguſtâ Moguntiam profecti, ibi etiam contra Arianorum furores acerrimè pugnarunt, concionando & docendo, donec uterque martyrii Coronam accepit, in cujus rei memoriam poſtea S. *Albano* templum apud *Moguntiam* ædificatum fuit. vid. *Bruſchius* in Catal. Epiſcoporum Auguſtanorum, ubi iſta circiter annum Chriſti CCCC. contra Arianos geſta eſſe refert.

Albanus & Theoneſtus, Evangelii in his terris præcones & Martyres.

Seculum Quintum.

STabilivit hoc ſeculo Religionem Chriſtianam maximè tertium Concilium Univerſale anno CCCCXXXV. *Epheſi* habitum contra *Neſtorium*, qui aſſerebat, *Mariam* non eſſe DEI Genitricem, ſed Chriſti: ita ut duos de unico Chriſto DEI Filios fingeret, & duas perſonas Chriſti, unam Verbi ex Deo Patre nati, alteram hominis ex Maria nati, cui reſpectu quodam & κατὰ χλον Verbum eſſet unitum, & hoc quoque æquivoce dici Filium DEI. Contra quam hæreſin pronunciatum eſt à Patribus, Beatam Virginem, *Mariam* veram eſſe Θεοτόκον, Deiparam, & unione duarum naturarum eſſe unam Chriſti perſonam, eumque & Deum & hominem eſſe in unitate perſonæ. Videantur Acta hujus Concilii.

Concilio Epheſino Chriſtiana Religio in his regionibus ſtabilitur.

Secutum eſt hoc Concilium mox quarta Oecumenica Synodus, *Chalcedona* anno Chriſti CCCCLV. alii 452. Imperante *Valentiniano* & *Marciano* habita, ubi condemnati ſunt hæretici *Eutyches*, *Dioſcorus*, & *Neſtorius*, qui dictabant, carnem Chriſti non eſſe ejusdem cum noſtrâ naturæ: & unitas quidem in eo duas naturas dici, ſed unam eſſe naturam factam poſt unionem, & Chriſtum tantùm ſpecie quadam non verè carnem, circumtuliſſe, & Deitatem paſſam eſſe. Pronuntiatum autem contra fuit à Patribus, Chriſtum eſſe perfectum DEUM, & hominem perfectum, atque duabus naturis conſtare, ſine ulla confuſione & diviſione ἀσυγχύτως & ἀδιαιρέτως. vid. Acta hujus Concilii, cui *Aſimo*, Epiſcopus *Curienſis* Eccleſiæ, interfuit. Ad hæc enim tempora refertur Origo Epiſcopatus *Curienſis* in Rhætis, qui unus ex veteriſſimis Germaniæ Epiſcopatibus initium cepiſſe fertur circa a. Chriſti CCCCXXXX. Hujus primum

Originem Epiſcopatus Curienſis in Rhætia

Digitized by Google

mum Episcopum contendunt aliqui fuisse S. *Lucium*, de quo supra, sed numerus annorum non convenit, ut *Bruschius* monet. *Lucium* hunc aliqui Regio stemmate apud *Britannos* ortum & natum esse affirmant, conversumque esse ad Christianam fidem anno Christi CLXXVI. Imperante M. *Antonio*. Venisse autem illum amore propagandæ doctrinæ, de Filio DEI Jesu Christo, humani generis unico & solo liberatore, ex *Britannia* in *Germaniam*: ut Christum *Germanis* etiam, adhuc Idololatris, concionaretur, & eos ad Christum converteret. Id ajunt, illum primum fecisse *Salisburgi*, postea Augustæ Vindelicorum: ubi cùm ejiceretur ab infidelibus, dicitur *Churam* cum S. *Emeritâ* cessisse: ubi cum itidem Idololatricas opiniones reprehenderet, & aliquandiu concionaretur Christum liberatorem, ab infidelibus tùm Rhætis cæsi & martyrio coronati sunt S. *Lucius* & S. *Emerita*. S. *Lucius Chura* in Martis castro, S. *Emerita* apud *Trimontium*. Alii, quorum sententia *Bruschio* verior esse videtur, istum primum *Bavarorum & Rhatiorum* doctorem *Lucium Cyrenæum* fuisse judicant, *Simonis*, boni illius senis, qui Christo crucem portabat, filium. Hunc doctrinam de crucifixo Christo prædicasse *Ratispona* ad *Danubium*, certum videtur quoque *Bruschio*. Qui illum putat fortassis *Salisburgum & Augustam & Churam* etiam tandem perveniisse, in qua urbe extra muros Cœnobium S. *Lucii* pervetustum in vitifero colle situm, quod ab eo cœptum & oratorii loco conditum ajunt. Dicti autem *Asimonis* Episcopi Tom. I. Concil. hæc fit mentio: Ego *Abundantius*, Episcopus Ecclesiæ *Comensis*, in omnia supra scripta pro me, ac pro absente Sancto Patre meo *Asimone*, Episcopo Ecclesiæ Curiensis, primæ Rhætiæ, consensi & subscripsi: Anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ Sacramento impia senserint.

Augusta Vindelicor. per Attilam devastata, per Christianos restaurata non tamen sine Gentilismi reliquiis.

Isto tempore cum *Attila*, Hunnorum Rex, DEI flagellum, suscepta terribili expeditione contra *Valentinianum* Imperatorem in campis Galliæ *Catalaunicis* profligaretur, & in reditu post istam cladem Italiam petens, multas regiones circa *Danubium & Rhenum*, atque alibi in *Germania*, ipsamque etiam *Wirtenbergiam* nostram, & una *Vindonissam*, *Constantiam*, & ad ripam Nicri *Wimpinam*, *Corneliam* ante dictam, ferro & igni depopularetur, fuit in isto numero quoque *Augusta Vindelicorum*, quæ usque ad mortem hujus tyranni, qui haud parum quoque Christianæ Religioni nocuit, in ruderibus suis jacuit. Postea qui cladi isti superstites fuerunt, ex *Almangaviis* montibus & sylvis, ubi latuerant, prorepserunt, & in Patriam reversi, eam instaurarunt, ac denuò incolere cœperunt: quod potissimùm a Christianæ Religionis hominibus factum est, quæ ab isto tempore latiùs in his terris propagata fuit, ita ut quemadmodum antea Urbs *Augustana* civilitatem morum, favori Imperatorum Romanorum, ita instaurationem sui, fidei Christianæ acceptam retulerit. Receperat quidem illa, cum præsidio Romanorum & Legionis tertiæ Augustææ Comitatensis Italicæ custodiretur, idola & sacra Gentilitia in commune, Christianismo apud pauciores locum habente, sed cultu Herthæ, seu terræ, Solis & Lunæ ac Cisæ (Cybelen, aut Cererem alii vocant) Mercurii quoque Sylvani, & Plutonis, cum Proserpina *Apollinis Grannii* & *Martis* ibi celebrato, uti monumenta, ab *Apiano*, *Peutingero*, *Welsero*, & aliis collecta atque descripta id testantur.

insecu

infecuris vero ſeculis a *Lucio* quodam, deinde *Narciſſo*, uti paulò ante dictum, Chriſti fama, eo allata, Gentilium cultus aboleri cœpit, & Chriſtiana religio per Epiſcopatum Auguſtanum primò, deinde poſt reſtitutionem Urbis nova converſione ad Chriſtum facta, magis-magisque crevit. vid. *Cruſius* in Annal. Suev. lib. 7. part. I. cap. 10.

S. Severinus, Afer, cum fratre Victorino in his terris Evangelium prædicat, & piè in Martyrio moritur.

Poſt interitum *Attilæ S. SEVERINUS*, Africâ oriundus, pietate inclutus, integritate vitæ venerabilis, crudelitatem Vandalorum fugiens, in Noricum, Auſtriam, & Bavariam vicinam cum fratre *Victorino* venit, & regiones has, Romanis Imperatoribus deſtitutas & Germanis circumfrementibus expoſitas, fide ſua in Deum, virtute ac precibus tutatus eſt, & ad Reges Germanorum trans Danubium Legatus aliquoties profectus, pervenit quoque ad *Gibuldum*, Suevorum, Bohemiæ, & finitimorum locorum Dominum, quem auctoritate ſua ab incurſionibus repreſſit, fœdere & ſocietate cum Romanis conjunxit, atque exemplis docuit, DEO immortali confidendum eſſe, ſpemque omnem in Chriſto Domino & Præſide mundi ſitam, & Germanos hoſtes Reipublicæ & Religionis non armis & ſagittis, ſed innocentiâ & liberalitate in pauperes, vinci poſſe, ſacerdotes quoque exhortatus eſt ad caſtitatem, & prædicare non fabulas, ſed Chriſtum, juſſit. Deinde *Pataviam* vocatus, propter crebras Alemannorum incurſationes habitavit in ripa *Oeni*: quò poſtquam Rex Alemannorum *Gibuldus* cum exercitu viſendi, ut ſimulabat, *Severini* gratia veniſſet, obviam ei veniens, auctoritate Orationis ſuæ Regem a petendâ Pataviâ averrit, & optione acceptâ, poſtulandi quicquid vellet, potiit, ut Rex pacem cum Romanis coleret, & captivos dimitteret: quod & obtinuit, illo domum redeunte. Prædixit quoque *Severinus* hic exitium, quod *Hunnimundus*, Alemannorum Rex, oppido Pataviæ a Chriſti CCCCLXXIX. intulit, cumque ipſe Chriſtianam religionem in Norico propagaſſet, dictus eſt Noricorum Apoſtolus: Vita deceſſit a. CCCCLXXXIII. VI. Id. Jan. vid. de illo Aventinus l. 2. in Annal. Boicis, Cruſius l. c. l. 8. part. I. c. 3.

Creſcebant circa finem hujus Seculi Francorum opes, quotidie auctiores & magis invaleſcentes, præſertim poſtquam illorum Regnum ſub *Pharamundo & Clodione*, ſuperato Rheno Galliæ jam immineret, quam *Merovæus & Childericus* prolatis finibus, ſceptris ſuis addixerunt, & *Clodovæus* denique Rex, bello & pace clariſſimus, totam Romanis eripuit, ſicque omne Galliarum Imperium, quod a Julio Cæſare quondam in ditionem Romanorum venerat, anno Chriſti CCCCLXXXIX. ad Francos, ſive Germanos, transtulit, non abſque ſingulari quadam, ipſi Chriſtianæ religioni, per Galliam atque Alemanniam hanc Sueviamque inſtauranda & propagandæ, profuturâ divinâ providentiâ: qua curante idem Rex conjugem quoque per Legatos, in Burgundiam miſſos, ſibi petiit *Clotilden*, filiam *Chilperici*, Regis Burgundiæ, quæ promiſſa ipſi in thalamum fuit hac conditione, ſi ipſe quoque Chriſtianam religionem, a qua alienus adhuc fuerat, ſed Burgundiones jam ab anno Chriſti CCCCXXXIV. eandem ſuſceperant, profiteretur. Annuit conditioni Rex *Clodovæus* & *Clotilden* Uxorem circa annum Chriſti

Clotildis, Regina Francor. Chriſtiana, Chriſtianæ Eccleſiæ inter Suevos & Alemannos inſtauratrix.

CCCCXCV. celebratis nuptiis duxit, nec dum tamen ſtatim Chriſtianus factus.

Ut autem *Clotildis* calamitoſa in cognatis ſuis, *Sigismundo* & *Gotsmaro*, Burgundiæ Regibus, quibus extinctis Regnum iſtud in Francorum ditionem venit, exti.it: Ita felix in conjugio fuit, mater inde facta regni Francici, imo Chriſtianæ per illud regnum & vicinam huic Alemanniam Sueviamque Religionis.

Bellum inter Francos & Alemannos.

Servabant hactenus inter ſe pacem Franci & Alemanni, duo Principes Germanorum populi, quam diu intra limites Veteris Germaniæ, Mœno fines ipſorum interfluente, conſtiterant. Poſtquam verò collapſis Romani Imperii viribus Provincias hujus occupaſſent, Francis nimirum Germaniam trans Rhenum ſecundam, cum utriusque Belgicæ parte ad Oceanum usque: Alemannis verò Germaniam primam & Rauracos cum Helvetiis ab Alpibus usque ad Moſellæ influxum in Rhenum tenentibus, cum utrique Galliæ inhiarent, graves inter ipſos exortæ ſunt ſimultates, dum alter alterius creſcentem potentiam reformidabat. Hinc bellum inter utrumque populum, quod Alemanni infeliciter jam cum *Childerico*, Francorum Rege, geſſerunt, & infelicius cum filio ejus, *Clodoveo* Rege, anno Chriſti CCCCXCIX. (*Sigonius* ponit annum CCCCLXXXXV.) inſtaurarunt, inque ipſum illud novum Francorum regnum transtulerunt, trajecto Rheno *Tolpiacum* usque oppidum, tunc in Regione *Ubiorum* ad XXXII. a Colonia lapidem, hodie *Zulpich*, cum exercitu progreſſi, Bojorum quoque auxiliis, Duce *Adalogerione*, adjuti. Quibus Rex *Clodoveus*, inſtructus Francorum & Sociorum Sicambrorum copiis, occurrit. Pugnatum tùm fuit acerrimè & ad miraculum usque, dùm primò Franci & Sicambri, duæ bellicoſiſſimæ & inſtructiſſimæ gentes, ab unâ Suevicâ vincebantur: deinde autem fuſæ fugatæque, perturbatis Ordinibus rurſus in unum coibant, & victoriam victi victoribus extorquebant.

Clodoveus, Rex Francorum, ab Alemannis primò victus, per miraculum victoribus ſuis fit ſuperior & Chriſtianus.

Prius autem quàm Franci Alemannis ceſſiſſent, nec *Clodoveus* equitatum a fuga continere valeret, humana jam ſpe deſtitutus, ad opem cœleſtem in miſeris adeò rebus confugit, fidei uxori *Clotildi* in pactione nuptiarum datæ, memor. Dixerat hæc ſæpe ad maritum Regem: Nihil ſunt Dii, quos colitis: tantùm homines fuerunt, & ipſorum ſimulacra ex ligno, lapide, aut metallo facta: itaque nec ſibi, nec aliis ſubvenire poſſunt: quin & omnis generis ſceleribus iſti homines inquinati. Colatur DEUS, qui omnia verbo condidit, qui æternum ſuum filium, ſalutis noſtræ cauſsâ hominem naſci voluit, qui Spiritu ſuo Sancto Univerſa conſervat: huic ſoli confidamus, eum ſolùm invocemus.

Quanquam itaque *Clodoveo* Regi Chriſtiana Religio perſuaderi hactenus non potuerit, attamen cum exercitus illius ad internecionem tunc ruere inciperet, fertur lacrymabundus, ſubitò oculis in Cœlum ſublatis, hæc verba voto concepto protuliſſe: Jeſu Chriſte, quem uxor mea prædicat DEI vivi Filium, & in periculo implorantibus opem ferre, te toto animo nunc imploro, ut laboranti Exercitui ſuccurras: Si mihi Victoriam dederis, ſolus mihi DEUS eris, ſolo te confidam, te ſolum invocabo, & in nomen tuum baptizabor.

Sic

Sic nova exortâ alacritate, Rex *Clodoveus* signum iterum pugnæ dedit, & turmas in hostem egit. Ibi fortunâ prælii tanquam cœlesti Numine afflictam rem Francicam aspiciente, mutata est, quique antea terga dederant, restitutis ad pugnam ordinibus, redibant. Suevi, re novâ attoniti, primò constitere, deinde impressione validâ pulsi, se Alemannos esse oblivisci, fugam denique inire trepidi cœperunt. Insecuta cædes ingens, ipsorumque Rex Alaricus cum *Adalogerione*, Bojorum Rege, occisus. Cecidit eo die universa Alemannica gloria: Suevia libertatem, quam strenuè adeò adversus Romanos tutabatur, amisit, & miserrimam a Francis impositam servitutem subiit.

Alaricus, Rex Alemannorum, cum Adalogerione, Bojorum Rege, occiditur.

Rex *Clodoveus* victor universum quaqua patebat nomen Alemannicum, Germaniam primam cum Elcebensi tractu, & parte maximæ Sequanicæ percursabat, Rhenumque & Danubium trajiciebat, illic Veterem Alemanniam, hic Rhætiam primam pervadebat, omnia ferro & igne subigens. Secutum deinceps ingens tributum, leges duræ latæ, Magistratus graves impositi.

Hæc fuit non minus pia quàm felix Francorum de Alemannis victoria, uti illam *Clodoveus* Rex in responso ad literas *Theodorici*, Ostro-Gothorum Regis, pro nobilitate Suevica intercessorias, appellavit.

Hinc autem mutatus valdè post tantam cladem Status Alemanniæ, in qua servitus, quæ tam frequens in his terris occurrit (die Leib-Eigenschafft) introducta: hinc servi illi fiscales, qui res & corpus fisco Regis cesserunt, hinc mancipia, monasteriis, tanquam vivæ hostiæ addicta: hinc coloni Regii & pensitationes variæ. Hinc ipsum Alemannicum Regnum, olim in plures Reges divisum, a *Clodoveo* Rege versum est in Ducatum, cui a Francis Regibus Duces ex consanguineis suis, vel aliâ familiâ nobili, præficiebantur, qui Duces Alemanniæ, vel Sueviæ, nuncupabantur. Quibus proximam dignitatem habebant Comites & Regiones, ipsæ per Centenas distinctæ, unde centenarii nomen Judicis.

Servitus (Leibeigenschafft) in Suevia.

Domum autem revertens *Clodoveus*, non sine omine quodam occurrentem sibi in Leucorum finibus habuit *Medardum*, Virum sanctum, Novionensem, Galliæ Episcopum, moxque memor, se voti convictum, nihil antiquius aut prius habuit, quam ut eo se exsolveret. Advenit quoque Conciliatrix & auctor tanti Operis Regina Conjux *Clotildis*, gratulabunda, quæ adducebat Remigium, Episcopum Rhemensem, ætate & sanctitate venerandum, qui Regem ad cultum veræ Religionis commovit & ne Ariana hæresi, per Galliam quoque tunc serpente, circumveniretur, perfecit, & habita concione militum quoque ad tria millia permovit, ut κεκηχύμενοι fierent. Rhemos ut ventum fuit, Rex sacræ lotioni se submisit, processitque in æde maxima, Candidatus inter Candidatos ad Baptisterium, sublimi cervice, Cæsarie promissâ & calamistratâ, quod solius stirpis Regiæ tunc inter Francos signum fuit. Ad quem *Remigius*: At tu mitis depone colla Sicamber, inquiebat: adora, quod incendisti (nam Eccl. sias antea infestas habuerat) incende, quod adorasti. Et tunc Rex omni fastu deposito in humilitatem privati hominis descendens,

Clodoveus, Rex Francorum, cum Sororibus & magnâ parte sui Exercitus baptizatur.

mitissimè se tradidit Episcopo abluendum; cum quo baptizatæ quoque fuerunt non sorores solum, *Lantildis*, & *Albofledis*, relictâ, qua infectæ quoque erant, *Arii* impietate & gentilitate, sed & de exercitu ejus tria millia militum. Colebatur antea quidem in *Gallia* quoque Christiana religio, a sancto *Dionysio* prædicata, & a Burgundis suscepta, sed *Clodoveus* suo exemplo fecit, ut ad illam quoque omnes *Franci* in *Gallia* se contulerint, quod factum est anno salutis Quingentesimo. Sic Rex *Clodoveus* magno cum suo & Francorum gaudio pro *Jove* CHRISTUM coluit.

Waiblinga. Gibellini.

Sic idem Rex, cum novum Francorum Imperium cultu Christianæ Religionis donasset, eandem quoque invexit in *Alemanniam*, ubi in honorem Reginæ Conjugis *Clotildis*, oppidum Waiblingen / *Gibellinorum* Sueviæ Ducum, sedem ac Patriam condidit: trophæum in memoriam *Tolbiacensis* Victoriæ, ad proximum vicum *Beinstein* erexit, & *Wirtenberga* arcis fundamenta jecit, ex qua oriundi Comites atque Duces, vera *Gibellinorum* stirps, hunc quoque *Clodoveum* Regem, primum gentis suæ Conditorem agnoscunt.

Alemannia per Clodoveum, Regem Francorum, ad Christianam Religionem promota. Origines Episcopatuum, Constantiensis & Wormatiensis.

Tanti autem fuit Alemannos ab hoc Rege ad *Tolbiacum* vinci & Regnum cum libertate amittere, ut ipsi vicissim incomparabile donum, Christianam Religionem, ab illo acciperent, & sic vero DEO servirent, atque in hæreditatem cœlestis Regni succederent. Etsi enim nec ante sacratissimum Christi nomen in utraque Romanorum Germania, & in his quoque *Alemanniæ* partibus, inque *Rhætiis* & vicino *Norico* inauditum fuerit, propagatum tamen illud in his locis magis fuit per *Francos*, rerum Dominos, qui omnem jam gentilitium cultum, ubi imperabant, abhorrebant, & abolebant. Sub hoc *Clodoveo* Rege ad Christum converso, & *S. Remigii* manibus baptizato, cepit quoque in hac Sueviâ nostrâ Constantiensis Episcopatus in *Ergovia* apud veterem *Vindonissam*, ad confluentes *Arolæ* & *Russæ*, interfuitque mox Concilio Epaonensi, Anno Christi circiter 498. *Bubulcus*, sive *Boulco*, Episcopus Vindonissensis, Concilio isti subscribens, de quo vid. *Brusch.* & *Pet.* de *Natal.* in Diario.

Vangionum quoque, vel *Wormatiensis* olim Archiepiscopatus, nunc Episcopatus tantum, totius olim Germaniæ maximus ac opulentissimus, scribitur vulgò cœpisse Anno Christi circiter D. ex liberali constitutione ac munificentissima donatione *Clodovei* hujus, primi Galliarum Regis, qui Christianam professionem accepit, sed longe eum vetustiorem esse, Concilium Colonienſe satis testatur & probat, in quo *Victor*, *Vangionum* Archiepiscopus, A. Domini 398. aut, ut alii volunt, a. 348. una cum aliis totius Europæ Episcopis *Euphraten*, Archiepiscopum Colonienſem, exauctoravit, & Ecclesiæ gubernatione exuit, propterea, quod Arianorum hæreseos labe infectus & erroribus pertinaciter inhærens, ad unionem Ecclesiæ redire nollet.

Regis Clodovei Encomium.

Rectè igitur *Clodoveus* hic, Rex & Princeps Alemannorum, a *Johanne Heroldo* dicitur Religionis Francicæ Conditor, Arianæ impietatis Hostis, Germanicæ atque adeò ingenuitatis Orbis Christiani totius unica veraq; stirps.

Vide-

Videantur plura de hoc, deque religione Christiana sub illo per Galliam, Alemanniam & Sueviam, apud Scriptores rerum Francicarum & Alemannicarum *Gregorium Turonensem*, *Paulum Æmilium*, *Beatum Rhenanum*, *Carolum Sigonium*, *Johannem Stumpffium*, *Hubertum Thomam Leodium*, *Munsterum*, *Aventinum*, *Crusium* & alios.

Seculum Sextum.

INitium hujus Seculi doctrinâ Christianæ religionis illustravit *S. Fridolinus*, *S. S. Remigii* & *Benedicti* Discipulus, qui non Argentoratensibus tantum, sed & *Sequanis*, *Glaronensibus in Helvetia*, *& Churiensibus in Rhatia*, quæ regiones tunc Alemanniæ & Sueviæ accensebantur, Evangelium Christi annuntiavit, & *Curiæ* templum S. *Hilariæ*, quod nunc Divo *Martino* dicatum est, condidisse fertur: nec non Cœnobium Constantiense, Scotorum vulgò dictum, & facile primum Germaniæ, adeoque longè antiquissimum, post quod nobilissimum olim Virginum Benedictinarum ad Rheni fluenta Cœnobium *Seccoviense*, in Collegium Canonicarum Virginum Secularium deinde conversum, eundem *Fridolinum* auctorem habuit. *S. Fridolinus, Evangelii in his terris præco.*

Jamque hoc seculo Reges, Francorum præsertim & Primates Monasteria in remedium suarum animarum, uti loquebantur, quod tamen aliter in merito Christi quærere debuissent, condebant, & valdè liberales in hæc se ostendebant. *Monasteriorum Origines.*

Anno Christi DIII. vivebat *S. Crotboldus*, Episcopus Wormatiensis, qui cum ad urbis *Wimpinæ*, in Wormatiensi Diœcesi sitæ, ruinas, ab *Attila*, Hunnorum Rege, illatas, a *Clodoveo* autem, Rege Francorum, iterum reparatas, venisset, & locum istum egregiè adamasset, tanquam studiis piorum hominum maximè idoneum, cœpit venerandus Senex & religiosissimus Præsul egregium ibi templum condere, & habitationem satis amœnam pro duodecim Monachis & eorum informatore atque Gubernatore Præposito, construere. In quo templo conspiciebatur deinceps Imago *Crotholds*, diademate ornata, cum hac Epigraphe: *S. Crotboldus, Episcopus Wormatiensis.*

Pone jacet Sanctus *Crotholdus* in urbe sepultus,
Cujus fama patet, laus quoque vera DEO.
Spargere qui studuit divini semina verbi,
In Cœli regno semina læta metet.

Anno DXIV. obiit *Clodoveus* Rex, rerum gestarum gloria clarissimus, sed in puniendis adversariis valdè severus, quibus verò clementiam præstitit, eos in Monasteria relegavit, unde consuetudo hæc postea in Gallia, & apud Græcos observata fuit. *Mors Clodovei Regis. Monasteria, Exilii loca.*

Post idem tempus *Sigismundus*, Burgundiæ Rex, Monasterium *S. Mauritii*, ad honorem ejus & Commilitonum a. circiter CCXX. apud *Valesiæ* inferioris oppidum, Agaun[illegible], Religionis Christianæ causâ contruci- *Monasterium S. Mauritii in Burgundiâ.*

datorum, fundavit: ob quam fundationem ipſe pro ſancto ſuperſtitioſe cultus, & adverſus febrim invocatus fuit. Sepultus in eodem Monaſterio, poſtquam prælio in Burgundia a *Clodomiro* ſuperatus cum uxore & liberis necatus eſſet, anno Chriſti DXX.

Benedictus, Ordinis Benedictini Author, & Monaſterii Caſſinenſis Conditor.

A. C. DXXXI. *Benedictus Nurſinus*, nobili genere, e Sabinorum Civitate *Nurſia* Montana, natus, & Romæ liberalibus artibus eruditus, Abbas Sublacenſis Monaſterii, paucis Monachis ſecum aſſumtis, *Caſſium* oppidum Campaniæ venit. Ibi ſimulacro Apollinis, quod ab agreſtibus hominibus colebatur, everſo, lucoque ſucciſo, novum ſibi monaſterium condidit: Monachis Occidentalibus (ordine eo inſtituto, quem antea *Baſilius* in Oriente) leges ſeveriſſimas dedit: victum tenuiſſimum panis & vini præſcripſit. Quod monaſterium deinde, numero Monachorum, dignitate Abbatum, muneribus ac privilegiis Principum, totâ Italiâ factum eſt celebertimum, imò & in alias terras, ipſamque *Alemanniam* progreſſu temporis prōpagatum. Sicque ordo Benedictinus exortus, quem in altero ſexu ſuſcepit quoque Soror Benedicti, Scholaſtica. Fuit hic Benedictus primus, qui regulari vita Monachos complexus eſt, multumque ab iſto tempore invaluit Monaſtica vita, non in Galliâ ſolùm, Hiberniâ, Scotiâ, ſed deinde in Germaniâ, & hac Sueviâ inprimis quoque. Ædificabantur primò ad hanc colendam Oratoria, deinde exſtructa Monaſteria; docebantur ibi Chriſtiana religio, boni mores, bonæ literæ. Aliæ tunc ſcholæ nondum erant. Ideò mittebantur in Monaſteria erudiendi adoleſcentes, qui poſtea Eccleſiis & Reipublicæ ſervirent. Exulabant initio vitia, avaritia, voluptates, quæ poſterioribus demum temporibus inundarunt. Erant honeſta Collegia, & à Principibus Viris dotabantur, ut citra magnum laborem poſſet in ſtudia & preces melius incumbi. Collegiis præerant Præpoſiti, Monaſteriis Abbates, Epiſcopi Doctores & Inſpectores Eccleſiarum erant, nec dominatus & regiones poſſidebant, ſed iidem erant, qui Parochi: nec dum, difficilibus præſertim Italiæ temporibus, terrarum occupationem, Papæ, ſeu Pontifices, meditabantur: ſed humiles erant, & obedienter ſubjacebant Regibus. Nullus tunc erat in principes anathematismus, ſive excommunicatio.

Ejus Soror Scholaſtica etiam in ſuo Sexu Ordini Benedictino ſe addixit.

Concilium Aurelianenſe in Galliis.

A. C. DXXXXVI. celebrabatur Concilium *Aurelianenſe* in Galliis, cui interfuit *Grammatius*, Epiſcopus Vindoniſſenſis, iſti Concilio quoque ſubſcribens. Inde mox a. 553. ſecutum eſt Concilium quintum Oecumenicum, & ſecundum Conſtantinopolitanum, in quo damnati ſunt errores *Origenis*, *Didymi* cœci, & *Evagrii*, qui, teſtibus *Cedreno* & *Zonarâ*, ſtatuebant, animas corporibus tempore eſſe priores, non iisdem nos reſurrecturos corporibus, finem ſuppliciorum inferorumfore, dæmonas in integrum reſtitutum iri. Damnata ſunt & tria hæc capita. 1. *Theodori Mopsveſtiani*, dicentis: alium eſſe verbum DEUM & alium Chriſtum 2. Duodecim capitula *Theodoreti*, totidem capitibus B. *Cyrilli* ab eo oppoſita. 3. Epiſtola *Ibæ*, negantis: DEUM Verbum, ex *S. Maria* incarnatum, & hominem factum eſſe, videantur acta hujus Concilii.

Eodem

Alemannorum ἱεροσυλία, punita à DEO.

Eodem anno natum est *Narsetî* Legato Imperatoris *Justiniani*, Francicum bellum, cui interfuerunt *Leutharis*, & *Buttinus*, Alemanniæ sub Francis Duces. Cum autem Franci in Italia tunc Religionis Christianæ reverentiâ ducti templis parcerent, Alemannorum contra exercitus, ut ab illa pietate diversus, fana diripiebat nullo respectu, & deformabat, aurea, divino usui dicata vasa, reliquamque supellectilem pretiosam diripiebat, pavimenta lucri quærendi causa evertebat, mortuorum cadavera e sepulchris trahebat, sanguine loca sacra fœdabat. Sed non durabilis erat Sacrilegorum felicitas: brevi adfuit vindex DEI oculus. Tempore enim maturæ fere messis, *Leutharis* consilium redeundi domum cepit, seque in opes male partas ingurgitandi, ubi mox in rabiem versus, vertigine rotabatur, ejulatus edebat horribiles, in solo se provolvebat, spuma os abundanti proluebat, oculis visu horrendis & inversis. Dentes denique brachiis imprimens, laceratâ carne suâ, bestiæ ritu vescebatur. Ita tandem ex humanis miserrimè excessit. Cæteri quoque passim moriebantur, peste, dolore capitis, apoplexiâ, mentis excessu, donec universi consumpti sunt. Fuerunt in isto bello Alemannicæ quoque mulieres vatidicæ, quæ Francis diem ad internecionem funestum prædixerunt. vid. *Agathias Smirnæus*, *Carolus Sigonius* de regno Italiæ, *Cruserius* in Annal. Suev. l. 9. Part. I. c. 5.

Suevi Hispanis imperant & Christianam Religionem in Hispaniâ stabiliunt.

A. C. DLXIV. Rex erat Suevorum in Gallæcia *Theodomirus* (Suevorum enim Reges in Hispaniarum Gallæciâ, s. Galliciâ ad annos 176. ab *Hermenerico* usque ad *Eboricum* adeoque ab. anno C. 410. usque ad annum 586. regnarunt.) per quem (annitente S. *Martino*, Dumiensi Episcopo, postea Bracarensi Archi-Episcopo) Suevi Hispanienses desciverunt ab Arianâ perfidiâ. Cujus studio & industria pax Ecclesiæ amplificata est: & multa in Ecclesiasticis disciplinis in Gallæciæ provinciâ sunt instituta, teste *S. Isidoro*. Eam autem hæresin, tempore *Remismundi* Regis (qui vixit circa annum 466.) *Ajax* quidam, natione Gallus, Apostata Arianus, Regis auxilio, qui hostis erat Catholicæ fidei, in Suevos sparserat. Quo contagio ea natio infecta mansit annos 90. usque ad prædictum R. *Theodomirum*. Suevicorum deinde Arianorum memoria, simul cum eorum rebus gestis, a scriptoribus silentio est obliterata.

Sub hoc Theodomiro, qui verus fuit *Thietmajer*, Θεόδυλος, Concilium & Bracarense, præside prædicto *Martino*, & Lucense celebratum est, ob confirmandam fidem catholicam & constituendum Ecclesiæ statum. In Lucensi concilio Ecclesiæ Bracarensi Metropolitanæ, & aliis Gallæciæ Cathedralibus Ecclesiis, sui cuique fines assignati sunt (Johanne *Vasæo teste*) quos non excederent.

Translatio Episcopatus Vindonissensis Constantiam.

Anno circiter D LXX. vixit *S. Maximus*, vel *Maximius*, qui ultimus Vindonissensis & primus Constantiensis Episcopus fuit. Erat enim initio Episcopatus ille in Ergovia, regnante in Gallia *Clodoveo*, Vindonissæ ad Confluentes *Arolæ*, *Russæ*, & *Limagi*. Postea autem *Clotarius*, Rex Franciæ, transtulit Episcopatum hunc è Veteri Vindonissa *Constantiam*, quæ regia villa dicebatur, & plus commoditatis habebat, concessis multis privilegiis & pagis Episcopatui huic

huic ab eodem Rege. Quanquam ſint, qui a *Dagoberto* II. Rege Francorum potentiſſimo filio *Clotarii*, translationem hanc ajunt factam in illam *Conſtantii* urbem *Conſtantiam*, quæ inde *Dagoberti* regia villa fuerit appellata.

Profectus Chriſtianiſmi in Suevia.

S. Columbanus.

Poſt illa jam tempora, circa annum Chriſti DLXXIX. Chriſtiana religio in Alemanniam, Sueviam, Rhætiam, adhuc liberius fuit introducta, cum *S. Columbanus Scotus* (aliis *Hybernus*) & Socii Evangelium in his terris prædicarent. Poſtquam enim Monaſtica vita dudum apud Hybernos, Anglos, Scotos, & per *S. Benedicti* diſcipulum Maurum apud Gallos initium ſumpſiſſet, *Columbanus*, trajecto Britannico mari, in Gallias venit, ibi per multos annos Chriſtum docuiſſe fertur. Comites ejus erant *S. Gallus*, *Euſtaſius*, *Agilus* & alii. In Zurichgoviam autem & Turgoviam, adjunctaque loca ad Alemannos profectus, cum eos Numini ſuo Nudano (quod alii Mercurium appellant) vas capaciſſimum, cereviſia plenum, oblaturos vidiſſet, magna indignatione commotus, illud, vi Spiritus ſui inflatum, confregit, cereviſiamque profudit. Tunc plurimi ab Ethnicis erroribus ad fidem Chriſti converſi fuerunt; idemque *Boios* atque *Venedis*, ſeu *Slavis*, pietatis Doctor exſtitit. Habitavit autem *Theodoreti*, Franci in Auſtraſia Regis, conceſſu,

S. Gallus.

Brigantini lacus oram, ubi poſtea oppidum S. Galli conditum eſt. Brigantii dicitur quoque triennium docuiſſe, ipſe & *Gallus*, ſed expulſus eſſe a Sueviæ Duce, ſive is *Gunzo* fuerit, ſive alius. Ergo in Galliam rediit, Regi deinde *Theodorico* & *Brunichildi* iratus cedens, in Italiam ad Reginam *Theodelindam* abiit, relicto in Suevia Gallo, febri tunc laborante, a qua tamen convaluit, & in officio perrexit, vid. Speculum Vincentii l. 22. c. 7. *Petrus de Natal.* in vita Columbani, *Aventinus* l. 3. & 5. Annal. Boicorum. *Stumpfius* l. 4. Chron. Helvet. *Cruſius* l. c. Part. I. c. 9.

Leander, Epiſcopus Hiſpalenſis, tempore Regum Suevicorum, Hiſpanis imperantium.

Erat iſto tempore circa ann. Ch. DLXXX. Sanctitate clarus *Leander*, Epiſcopus Hiſpalenſis, qui Arianæ in Hiſpania perſecutioni ſe oppoſuit, & Sacro Sancti Baptismi ſalutari aqua, Suevos ibidem in Gallæcia imperantes perfudit, quorum regum Hiſpanienſe cum *Eborico* Rege & *Andeca* invaſore finem circa annum DLXXXVI. accepit, *Leovigildo*, Gothorum Rege, illud ſibi ſubjiciente, & Suevis plane Hiſpanis ibidem coaleſcentibus, inque horum nomen & naturam tranſeuntibus.

Pia Regina Theodelinda Maritum & gentem Longobardicam ad Chriſtianismum perducit.

Longobardos quoque, longè latèque per Germaniam & Italiam imperantes, Suevos natione fuiſſe, certis rerum conſtat indiciis. Horum Reges *Autaris*, & *Agilulphus*, Arianâ hæreſi & Gentilitiâ impietate imbuti quoque fuerunt, ſed poſtquam utrique nupſiſſet pia & bella *Theodelinda*, *Garibaldi*, Bavariæ Reguli, filia, ipſa poſt mortem primi mariti *Autaris*, alteri marito Regi *Agilulpho* perſuaſit, ut, relictâ Gentilium & Arianorum impietate, cum tota gente *Longobardicâ* ad Chriſtianam Religionem accederet. Sic Eccleſiæ quoque & Cœnobia, quæ bello hactenus afflicta fuerunt, inſtaurata ſunt & commodis aucta: Longobardorum etiam infantes, qui nuper baptiſmo Ariano initiati fuerant, Catholicæ Eccleſiæ erant conciliati: gratias propterea *Theodelindæ* Reginæ ſcri-

scriptis ad illam literis agente *Gregorio M.* Episcopo Romano, quod factum circa annum Christi DXC. vid. *Sigonius* l. 1. de regno Italiæ. *Crusius* l. c. c. 12. Assumebant autem ab isto tempore Longobardi *S. Johannem* Baptistam, Patronum, cui præcipua, sed superstitiosa, Religione deserviebant.

S. Johannes Baptista Longobardorum Patronus.

Seculum Septimum.

INitia hujus Seculi infestavit Principatus Romanæ sedis, quem *Bonifacius* III. Papa anno C. DCVI. ab Imperatore *Phocâ* obtinuit, ut Romana Ecclesia posthac omnium aliarum Ecclesiarum caput esset, a quâ proximum locum haberet Constantinopolitana, in qua Episcopus *Johannes* paulo ante titulum Oecumenici, vel Universalis Episcopi, affectavit, & insolentem de primatu Pontificiæ sedis contentionem introduxit.

Bonifacii III. P. K. impius dominatus.

Circa idem tempus fertur, Anglicus quidam Rex *Offo* venisse in Mortenavgiam, Regionem inter Brisgoviam & Marchiam Badensem, a Rheno ad Hercyniæ juga, & ad *Schutterae* ripam Cœnobium construxisse, quod *Offonis* cella dictum est. Transibant scil. tunc ex Britanniâ, Scotiâ, Hiberniâ Monachorum examina integra, in Galliæ & hos Germaniæ fines, nominanturque adhuc hodie Monasteria ad Scotos. vid. Crusius l. c. l. 10. part. 1. c. 2. Bucelinus autem in Germania Sacra, Parte 2da Offonis Cellam, præstantissimum situ atque opibus Benedictini Ordinis, in Diœcesi Argentinensi Monasterium, ab Habspurgi Comitibus, Brisiacæ Landgraviis, fundatum esse ait.

Cella Offonis.

A. C. DCXIII. *S. Columbanus*, qui ut supra dictum, bene de religione Christiana in Suevia quoque meruit, expulsus Galliâ a Rege *Theodorico*, instigante *Brunichilde*, in Italia benigne ab *Agilulpho*, Longobardorum Rege, acceptus est, & mox contra Arianos, qui multi adhuc ibidem hinc erant, verbis ac scriptis acriter pugnavit, & concessu *Agilulphi* Bobiense Cœnobium ædificavit, in quo Abbatiam gerens anno post obiit. vid. *Sigonius* de regno Italiæ l. 1. Crusius l. c. c. 3.

Columbanus Arianos impugnat.

Ejus mors.

Circa hæc tempora vixit *Conzo*, aut *Gonzo*, potens Princeps Sueviæ, infidelis tamen, & a fide Christi alienus, qui Iburingæ, sive Uberlingæ, curiam habuisse commemoratur, & antehac Brigantio expulisse fertur *S. Columbanum* & *Gallum*, qui idola Alemannorum destruxerant, & apud vicum *Thuconium* (Thuttken) ad fluvium *Lemagum*, ubi ex Gallia profecti Evangelium docuerant, simulacra ista in lacum abjecerant. Dicitur etiam *Conzonis* Ducis filia, *Fridberga*, dæmonio, quo obsessa fuerat, à Gallo liberata, sequenti tempore *Sigeberto*, Regi Austrasiæ, filio *Dagoberti*, nupsisse. vid. *Petr. de Natal.* l. 9, c. 72. Legenda *S. Galli*. *Munsterus* l. 3. Cosmograph. c. 247. *Crusius* l. c. c. 4.

Gonzo, Dux Suevia, Hostis Christianæ Religionis.

Habitabat adhuc *S. Gallus*, ex Hibernia oriundus, aliis Scotus, *S. Columbani* Discipulus Anno C. DCXXX, Cellam in Alemannicâ eremo, ubi deinde insigne Claustrum

ſeu Monaſterium, conditum eſt, de nomine S. Galli nominatum. Ita circa *Sangallum*, Arborem felicem (Arbonam) & alia loca Conſtantienſis lacus, Alemanniæque, Eccleſiæ illis temporibus multæ fuerunt conditæ. Interim tamen etiam multi Alemannorum, Deaſtros ſuos retinuerunt: idque usque ad tempora *Caroli* quoque M. & *Ludovici* Impp. id quod *Notgerus*, Monachus Sangallenſis, de hac regione conqueſtus hoc verſu eſt:

Origines Cœnobii Sangallenſis.

Dura viris & dura fide, duriſſima gleba.

Poſteriore autem tempore, quàm Cella Galli illo in loco, a Gallo facta eſſet, Monachis pluribus congregatis, Abbatia ibi, ſumptibus *Auſtraſiæ*, Regis *Dagoberti & Sigeberti*, & Conjugis *Fridbergæ Gonzonidis*, erigi cœpta eſt, principium ſc. illius celebris poſt ſecuti Sangallenſis Cœnobii. vid. *Stumpffius* in Chron. Helvet. l. 5. c. 4. Cruſ. l. c. c. 5.

S. Galli obitus.

Obiiſſe dicitur *S. Gallus*, cùm eſſet annorum 95. die 16. Octobr. Sangalli ſepultus anno DCXL. quanquam alii adhuc illum a. DCL. vixiſſe, & alibi ſepultum eſſe, dicant.

Martinus, Epiſcopus Conſtantienſis.

Anno C. DCXXXIII. *Martinus*, v. Marcianus, Epiſcopus Conſtantiæ claruit, cujus temporibus *Dagobertus* Rex Epiſcopatum hunc certis limitibus circumſcripſit, ut habetur adhuc in bulla Friderici Barbaroſſæ Imp. deditque idem Rex Epiſcopo huic multa inſignia Privilegia, quibus adhuc Eccleſia Conſtantienſis utitur.

Johannes, Epiſcopus Conſtantienſis, Beatus vulgò nominatus, S. Galli diſcipulus.

Succeſſit huic *Martino Johannes*, Epiſcopus Conſtantienſis, propter ſummam vitæ innocentiam Beatus appellatus, Patriâ & gente Rhætus Curienſis, diſcipulus *S. Galli* Eremitæ, & Concionatoris accolarum lacus Acroniani, qui cum ipſe ad gubernationem Conſtantienſis Eccleſiæ vocaretur, honorem oblatum humilimè deprecatus, hunc Johannem clariſſimum ſuum amicum & Sodalem ipſe in urbem ducens, Eccleſiæ commendavit, præſentibus aliis Epiſcopis & *Gonzone*, Suevorum Duce, anno Chriſti DCL. Expulerat antea *Gonzo* Dux, ut paganus, Gallum, ſed ob morbum filiæ, dæmonio obſeſſæ, illum revocaverat ad Urbem Conſtantiam, ut conſecrationi Epiſcopi hujus Johannis præſens eſſet; quo tempore Gallum adhuc mirificè verbum Domini in populo prædicaſſe, multos ab errore Gentilitatis ad Chriſtum iterum convertiſſe, & Epiſcopo Johanni fortunam commiſſæ ſibi Eccleſiæ gubernandæ præſcripſiſſe, poſtea in eremum ad cellam ſuam (quæ poſtea in bello Francico anno 658. capta & ſpoliata, ſed brevi a Conſtantienſi Epiſcopo reſtituta fuit) rediiſſe, ibique plures diſcipulos, tanquam in Schola docentem congregaſſe, & poſtea demum febre mortuum in Caſtro Bruningio quidam referunt. vid. *Petrus de Natal.* & *Cruſius* l. c. c. 6.

Incrementa Epiſcopatus Conſtantienſis.

Ab illo tempore valdè crevit Epiſcopatus Conſtantienſis, Moguntinenſi Archiepiſcopo deinde ſubjectus, & ſuffraganeus, omniumque in his regionibus ampliſſimus, quippe ſupra 1800. parochiis & 400. Monaſteriis conſtans. vid. Munſt. l. 3. Cosmograph.

Eadem

Eadem ætate populum docebant ordinarii Presbyteri, Monachi verò in Cœnobiis velut in Scholis vivebant.

Origines Cœnobii Hirſaugienſis.

Referuntur ad hoc tempus quoque initia Cœnobii *Hirſaugienſis* in Wirtenbergia, quod anno C. DCXLV. a nobili vidua Calvenſium Nobilium, *Heliſenâ*, fundatum, a nonnullis ſcribitur, teſte Cruſio in Paralipomen. Suev. Annal. c. 13.

Concilium Trullum, contra Monotheletas habitum.

Circa finem hujus Seculi anno C. DCLXXXI. habitum eſt Concilium Sextum Oecumenicum, Authore Imp. *Conſtantino*, in Palatii *Byzantini* penetrali, quod *Trullum* dicebatur, contra *Monotheletas*, qui negabant duas voluntates in Chriſto, divinam & humanam, quod putarent, eas inter ſe contrarias eſſe. Demonſtratum autem eſt a Patribus iſtius Concilii, duas eſſe τῶν θεανθρώπου Chriſti DEI & hominis voluntates & actiones, ex. gr. quod manducatio, actio humanitatis non pertineat ad immutabilem Deitatem, & mortuorum ſuſcitatio, tanquam actio Deitatis non ad humanitatis operationem per ſe ſcilicet.

Brico, Epiſcopus Auguſtanus, Arianos impugnat.

Eodem tempore Germania multum adhuc infecta & contaminata fuit *Arianâ* hæreſi, quam *Brico*, vel *Perichus*, Epiſcopus Auguſtanus, Comes Brigantinus, ſummo ſtudio docendo & concionando oppugnavit: idem hoc ſtrenue quoque faciente *S. Chiliano*, natione Scoto, qui cum popularibus ſuis, *Colomanno* & *Diethmanno*, in Angliam, Galliam & Germaniam, prædicandi CHRISTI gratiâ profectus eſt, juſſus a *Benedicto*, Papâ, repurgare Germaniam ab Ariana hæreſi & gentilitate, qui ipſe *Gosbertum*, Franconiæ Ducem, CHRISTI ignarum, & totam fere regionem iſtam ad CHRISTUM convertit, & Evangelicæ lucis radios in vicinam Sueviæ Eccleſiam transmiſit. Non docebat autem *S. Chilianus* ſolam Evangelii doctrinam, de gratuita remiſſione peccatorum propter filium DEI, de bonitate, de clementia & miſericordia DEI, ſed ex doctrina legis, etiam iram DEI adverſus peccata hominum, auditoribus ſuis oſtendens, acriter eorum vitia inſectari, reprehendere & caſtigare ſolebat, nemini parcens in hac parte, ſed omnibus tam ſummis quàm infimis ex æquo, ut par eſt, viam veritatis & ſalutis aperiens patefaciensque: in cujus *S. Chiliani* & ſociorum ipſius Martyrum honorem, *S. Bonifacius* poſtea ampliſſimum Epiſcopatum *Herbipolenſem* inſtituit, qui *S. Chiliani* patrimonium vulgo nominatur, & diœceſin ſuam in ipſam Sueviam quoque extendit. vid. *Petrus de Natal. Bruſchius* in deſcriptione Epiſcopatus Auguſtan. & Herbipolenſ. *Cruſius* l. c. c. 10.

S. Chilianus, Scotus, Arianis ſe etiam opponit.

Ethico, Dux Sueviæ & Alſatiæ, Monaſteriorum quorundam in Alſatia Pater & Benefactor.

Anno C. DCXC. *Adelricus*, ſive *Ethico*, ex familia *Erchinoaldi*, Majoris Domus Franciæ, oriundus, Dux Sueviæ & Alſatiæ, in monte altiſſimo & celeberrimo Alſatiæ *S. Ottilie* Arcem Regum Franciæ in Cœnobium *Altitonam*, vel *Hohenburgenſe*, Sacrarum Virginum *S. Ottiliæ* ampliſſimum Benedictini Ordinis commutavit, & an pliſſimis proventibus annuis in Alſatia, quæ ad Alemanniam tunc referebatur, donavit: reliqua bona ſua idem Dux *Ethico* ad fundationem Cœnobii *S. Stephani*, Monialium Argentinæ: item ad

fundandum Monaſterium *Ebersheimenſe* juxta Seleſtadium impendit. Ejusdem autem Conſanguineus *Eberhardus* condidit poſtea Monaſterium ad honorem *S. Mauricii*, conſecratum deinceps a *S. Pirminio* in honorem S. *Leodegarii*, Heduorum Epiſcopi, dictum Vivarium peregrinorum Monachorum, nec non Monaſterium *Murbacenſe:* ab altero Cognato, Maſone, Duce Alemanniæ, fundatum legimus circa annum Chr. DCCXXX. Parthenonem Maſonis Monaſterium (Maßmünſter) ad honorem quoque *Leodegarii.* vid. *Bruſch.* in deſcriptione Monaſteriorum Germaniæ, *Munſterus* l. 5. Cosmog. c. 126. *Cruſius* in Annal. l. c. *Bucelinus* in Germania Sacra.

Gotefridus, Dux Sueviæ, Cleri Benefactor.

Exeunte ſeculo hoc Sueviæ Dux erat *Gotefridus*, benefactor Cœnobii San-Gallenſis, cui pagum Nicro-Gojæ, *Biburbacum*, diplomate Canſtadii ad Nicrum anno Chriſti DCXCVII. ſcripto, vix decennio ante *S. Ottmari* adventum, tradidit. Habitabat Dux hic *Gotefridus* in Caſtello Pfungæ, quæ hodieque arx prope *Vitodurum*, ad quem *S. Pirminius*, Abbas & Epiſcopus, ex Gallia cum quatuor Monachis in Helvetiam, & ſolitudinem mox ad montem vicinum, ubi fons à *Pirminio* nomen accipiens, coluit. Mortuo autem *Gotefredo Pirminius* cum ſuis profectus eſt in Augiam divitem, ſeu *Reichenojam*, vid. Chron. Reichenovienſe. Stumpff. l. 4. Chron. Helvet. c. 30. & 34. & l. 5. c. 4. *Cruſius* l. c. c. 11.

Seculum Octavum.

Ethonis Monaſterium in Sylvâ Hercynid.

Cum hoc Seculo initium cœpit a *Vigerno* Monacho celebre *Ethonis* Monaſterium, vel Cella Monachorum Benedictini inſtituti ad nigram Sylvam, prope amnem Kinzingam, non longe a Rheno: Renovatum deinde ab Ethone, Comite Habsburgi, Epiſcopo Argentoratenſi, ex Abbate Augiæ divitis, anno DCCXXXIV, alii DCCLXXIX. quod cum ipſe, tum Erneſtus, Dux Sueviæ, magnifice ornarunt & ditaverunt.

S. Bonifacius, Anglus, Evangelium in Germaniâ prædicat,

Illuſtravit quoque mox primordia hujus Seculi *S. Bonifacius*, natione Anglus, ex illuſtri & auguſto Regum ſtemmate ortus, *Beda* Venerabilis pius Diſcipulus, *Winefridus* dictus, quem *Gregorius II.* Papa in Germaniam circa annum Chriſti DCCXIX. miſit, ut Evangelium, etſi jam antea hinc inde in hac Europæ parte maxima annuntiatum prædicaret, & Germanos plene ad fidem Chriſtianam converteret, ſicque e tenebris, propoſita veritatis luce, educeret: qui ipſe magnam Germanorum partem, Romam venientem, baptizavit, & prædicatione ſua multos *Thuringos*, & vicinos *Francos* atque *Heſſos* convertit, cæteros in fide plenius erudivit, & ab *Arii* impia hæreſi abſtraxit, falſos Sacerdotes, impudicos, arrogantes, fabularum præcones, exauctoravit & Monaſteria utriusque Sexus primus in Germania inſtituit, poſtea quoque circa annum DCCXLV. Epiſcopatum Herbipolenſem, Eichſtettenſem & Friſingenſem plantavit, & Monaſterium S. Salvatoris in Sylva Buchovia potentiſſimam Ordinis Benedictini Abbatiam *Fuldenſem* erexit. Ipſe primus Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus anno C. DCCXLIV. interfuit

Fit primus Archiepiſco-

præſens

præsens quoque Synodo Augustæ, ob fidem Christianam confirmandam celebratæ, sed nimium frequens Romæ, quò ter profectus fuit: plus satis carus Romanis Pontificibus *Gregorio II.* & III. *Zachariæ* & *Stephano*, qui eum fratrem & Episcopum suum, Collegam ac Legatum fidelem, ut ex epistolis illorum constat, appellarunt. Hinc ipse ob operum magnitudinem, pro *Winfrido* dictus est *Bonifacius*, imò Germaniæ Apostolus, nimium autem, uti dictum, dictis Pontificibus obnoxius, & juxta Romanæ Ecclesiæ non amplius ita pure dogmata atque ritus Gentilismi reformationem in multis suscipiens, & fæces alicubi Christianæ Religioni aspergens. Profectus tandem ad convertendam a Gentilitiis superstitionibus Frisiam, trucidatus ibidem ab infidelibus, Martyr obiit. a. C. DCCLV.

pus Moguntinus, nimium papizat.

Martyr obiit.

Proximus hunc sequitur *S. Ottmarus*, primus San-Gallensis Abbas. Cella enim illa *S. Galli* ex Scholâ, unde multi docti Viri, etiam Sanguine nobiles, & ad Constantiensem Diœcesin Episcopi prodierunt, erepta fuit in præclarum illud Monasterium & Abbatiam sub Constantiensi Episcopatu. Videantur Scriptores Cœnobii San-Gallensis apud *Goldastum* in rebus Alemannicis. *Bruschius* in Monasteriorum Germaniæ Chronologia pag. 407. *Munsterus* l. 3. c. 79. & ante omnes *Walafridus Strabo*, insignis Seculi sui Historiographus, in vita *S. Galli* & *Ottmari*, quam ille scripsit a *Gosberto*, Abbate San-Gallensi, rogatus.

S. Ottmarus, primus San-Gallensis Abbas.

Fuit *Ottmarus* ille Natione Suevus, Curiæ Rhæticæ bonis literis & sacris institutus, melioris disciplinæ causa San-Gallensibus Monachis & Presbyteris per *Waltramum*, Francici Regiminis præpositum, à *Victore*, Curiæ Comite, Abbas impetratus, Regulæ S. Benedicti retinentissimus, ante cujus administrationem *Ortwinus*, impius Dux Sueviæ, ejusque præfectus *Erchonaldus* S. Galli, Alemannorum Apostoli, discipulos *Magnaldum* & *Theodorum*, nullum adhuc Ordinem profitentes, graviter persecuti fuerunt, Oratoriumque & sepulchrum Galli fregerunt, & sanctos Patres, studiis pietatis ibi operam dantes, misere tractarunt. Sed & *Warinus*, Dux & Altorffii Comes, fraterque illius, *Ruthardus*, *Ottmarum*, San-Gallensem Abbatem, ceperunt, & in insulam Rheni, supra *Steinum* sitam, relegarunt, maximè propter temporalia Monasterii San-Gallensis bona, obeunte deinde diem suum *Ottmaro* anno 750.

Ottmarus in Exilio moritur.

Addendus his tertius est *S. Pirminius*, Episcopus Meldensis, qui ex Gallia circa hæc tempora in Sueviam venit, ubi præfectus Francorum Regis *Sindelefus* insulam *Sindleosanam*, *Augiam divitem*, vulgò die Reichenau / in lacu Cellensi incolendam, illi concessit. In qua longe florentissima Insula *Pirminius Luitfrido*, Sueviæ Duci, commendatus, fundavit circa annum C. DCCXXIV. auxiliis & subsidiis *Caroli Martelli* præclarum & nobilissimum Monasterium Benedictinæ professionis, in quod assumi primùm solebant tantum Principes, Comites & Barones, ut illic educarentur & erudirentur a prima infantia ad adolescentiæ usque tempora, tum enim bene institutis ac libere educatis, liberum fuit, prodire iterum, & Uxores ducere, vel aulas Principum & militiam sequi. Erat igitur tantum Principum ac nobilium stirpe natorum Schola & Pædagogium quoddam

S. Pirminius, Episcopus Meldensis operâ Caroli Martelli condit Monasterium Reichenau /

primus ejus Cœnobii Abbas, inde pulsus.

in quod Equitum, vel plebejorum liberi non admittebantur. Accepit autem divitis Augiæ nomen a potentia & opibus, quibus ex Regum & Imperatorum donationibus maxime crevit. Invenit *Pirminius* in hac insula adhuc Reliquias quoque Gentilismi, quem ille extirpavit, fuitque ibi in inferioris Cellæ templo veteris Alemanni, vel *Herculis* Alemannici, a Germanis olim in ista regione culti, idolum, quod *Maximilianus I.* Imp. anno 1511. ad *Oenipontem* tr. nsferri jussit. Ejectus autem mox insula ista *Pirminius*, quanquam primus Monasterii illius Abbas, a *Theobaldo*, Duce Sueviæ, & ejus fratre *Odilone*, anno DCCXXVII. secessit in Alsatiam, ubi Christum quoque docuit, atque Cœnobiis aliquot promovendis operam dedit. Coluerunt autem istius ævi homines *Pirminium* hunc ob sanctitatem ad superstitionem usque, in benedictionibus & gratiis agendis propter escam & pocula, quas DEO magis, imò unicè, adscribere debuissent. vid. *Nauclerus* in Chronol. *Stumpff.* in Chron. Helvet. l. 5. c. 9. *Munsterus* in Cosmogr. l. 3. c. 236. *Bruschius* in Chronol. Monasteriorum Germ. pag. 30. *Crusius* l. c. l. 11. Part. I. c. 2. Dedit autem Cœnobium hoc Episcopos plurimis Germaniæ Cathedralibus Ecclesiis, inprimis Constantiensi ac Argentoratensi, & ex illo, tanquam Equo Trojano, multi illustres & doctissimi viri in Suevia & alibi per Germaniam prodierunt. Mox autem hujus Augiæ divitis Abbates, iidemque Episcopi Constantienses, *Ebenfridus* atque *Sidonius*, in Alemannica Helvetia, juxta Magistratus, qui a Francicis Regibus in eam provinciam missi fuerant, ipsi quoque dominati sunt Seculo hoc octavo medio, uti *Stumpffius* & *Bruschius* observarunt.

Suasu quoque ejusdem *Pirminii* & sumptibus *Caroli Martelli*, regnante in Gallia & Alemannia *Theodorico* secundo anno C. DCCXXXIV. conditum est *Fabariense* Cœnobium locupletissimum & ampliſſimum divæ Virginis, DEI Genitricis, apud *Favarias* situm in Rhætiæ Curiensis pago, *Churwahala*, Germanice Pfefferß / ordinis *S. Benedicti*, tota Europa notissimum & æque viris illustribus atque ob fontes Thermales miraculosos, notissimum, cujus Abbates postera ætate in numerum S. R. I. Principum assumpti.

Fundatio Cœnobii Murbacensis.

Primus autem omnium hujus Monasterii Abbas exstitit *Pirminius*, Cœnobiorum Pater & renovator. Ad cujus preces & petitionem quoque *Eberhardus*, Sueviæ & Alemanniæ Dux, circiter annum DCCXXIV. ad honorem S. *Leodegarii*, parentum suorum consanguinei, fundavit *Murbachium*, Cœnobium Benedictinæ professionis in superiori Alsatia, ad montana *Vogesi* situm, antiquitus peregrinorum Vivarium dictum, unum ex potentissimis Germaniæ Monasteriis, cujus Abbas inter quatuor Viros S. R. I. Principes in illa vulgari divisione Imperii in quaterniones numeratur, & singulari quadam prærogativa atque dignitate cæteris Abbatibus per Germaniam eminentior est. vid. *Bruschius* l. c. Bucelinus in Germania Sacra.

Non longe post annum DCCXL. Monasterium *S. Mariæ* in *Gengenbach* ad ejusdem nominis rivulum & amnem *Kinzigum* in Hercynia Sylva Benedictinæ professionis ampliſſimum condidit *Ruthardus*, Dux potens & illustris Alsatiæ & Comes Zæringensis, cum Conjuge *Irmintrude* multarum Ecclesiarum fundator, teste *Bruschio* in collectaneis mſſ.

Eodem

S. Bonifacii justus Zelus.

Eodem tempore, anno C. DCCXLIII. *S. Bonifacius* ad *Zachariam*, Pontificem Romanum, misit Epistolam, quæ exstat apud *Nauclerum* in Chronico, in qua inter alia indicat, idiotas Suevos, Bavaros, Francos, carnales homines, imitari bacchationes, quas se Romæ ad Calend. Jan. fieri vidisse dicant: choros ducendo per plateas, commessando dies ac noctes, carmina profana cantando, auguriis & incantationibus utendo, mulieribus etiam phylacteria & ligaturas in brachio & crure gestantibus, quæ omnia sint impedimento prædicationi & doctrinæ. Ad quam querelam Papa respondit: Hæc omnia à se & prædecessore suo, Gregorio P. fideliter amputata esse; ideo Germanis non illo prætextu esse utendum.

Pipinus, Rex Franciæ, nimium papizat.

Seculo hoc ad medietatem perveniente, defecit Galliæ regnum in *Childerico*, ultimo Francorum rege, ex familia Merovingica, sub qua ultra duo jam secula cum dimidio a tempore *Clodovei* Christiana religio non in Gallia tantum, sed in hac nostra Alemannia & Suevia multum profecit, & cum nova regia *Pipini* atque Carolingica familia nova quoque augmenta utrinque cepit. Postquam enim tonso & in Cœnobium divi *Heimerani* Ratisbonæ detruso a regio sceptro *Childerico Pipinus* in conventu ordinum Francorum & Germanorum Augustæ Suessonum Rex salutaretur, & a *Bonifacio*, Moguntino Archimyste, ritu Christiano solenni inungeretur, ipse firmandæ atque propagandæ in his quoque terris Christianæ religioni multum incubuit, magnasque opes impendit, erga Pontificem Romanum autem *Stephanum*, a quo in occupando Regno multum juvabatur, nimis facilis ac liberalis.

S. Magnus, S. Galli discipulus, Monasterii Fussen Pater.

Vivebat isto tempore *S. Victerbus*, Episcopus Augustanus, a Rege hoc *Pipino* electus, in quo suminum Christianæ pietatis ampliandæ studium emicuit; ad quem *S. Magnus*, S. Galli discipulus, unus ex primis quoque Germaniæ Apostolis, haud fortuito casu venit, petens ab illo veniam ac potestatem ædificandi pro se ac discipulis suis Cœnobii, quod mox sumptibus Regis *Pipini* & hujus Episcopi auxiliis construxit magnificum ordinis S. Benedicti ad Licum amnem in alpium Sueviæ faucibus, unde *Faucense* & hodie adhuc parum immutata voce Fussense Cœnobium ac oppidum appellatum fuit, quod a prima sua origine una cum arce Episcopo Augustano paruit. Hujus Cœnobii originem *Crusius* refert ad annum C. DCCLIII. *Munsterus* autem & *Bruschius* illud DCCXX. fundatum & ædificatum ajunt; cujus primus Abbas, idemque fundator, juxta fuit S. Magnus, de quo *Jacobus Philomusus* hos versus scripsit.

Cœnobium Fuessen regali dote Pipinus
Fundavit, Sancti permotus nomine Magni,
Vastatum Cæsar reparavit Carolus idem,
Atque Augustana Sympertus Præsul in Urbe
Austriaca posthæc Leopoldus Marchio terræ,
Guelpho, Suevorum Dux, ampliter augmentarunt.

vid. de S. Magno Emericus, doctissimus Elefancensis Monachus, qui vitam illius committente *Lanthone*, Episcopo Augustano, magno benefactore & illustratore Monasterii Faucensis descripsit.

Anno

Cœnobium Ellwangen fundatum.

Anno DCCLIV. juxta *Cruſium*, vel DCCLXIV. juxta *Bruſchium*, fundatum eſt *Elephantiacum*, hodie *Ellwangenſe*, magnificum Ordinis Divi Benedicti ad Jaxtum Monaſterium, ab Hariolpho, Epiſcopo Lengonenſi, Confeſſore Caroli Magni, quem Imperator hic & Pipinus Rex cariſſimum habuere, & Patrem ſalutare ſoliti ſunt. Octavo a. Seculo poſt a. MCCCCLX. ſub Abbate, *Johanne de Hirnheim*, hæc mutata eſt in Præpoſituram, & Monachi verſi in Canonicos ſeculares.

Marſilius & Hildebrandus, Duces Suevia, Chriſtianæ Religionis amantes. Adelindis, Hildebrandi, Ducis Suevia, filia Cœnobium Buchovienſe fundat.

Floruerunt iſto tempore in Suevia duo potentiſſimi Duces, *Marſilius* & *Hildebrandus*, uterque Chriſtianæ religionis fautor. Ille arcem *Laureacenſem*, (quæ poſtea in Monaſterium hujus nominis a ſubſecutis Sueviæ Ducibus, Dynaſtis *Hohenſtauffenſibus*, in Wirtenbergia converſa fuit) ſedem aulæ habuit, in qua ductum inter alios obſides Roma ſecum, Græci cujusdam Comitis filium, *Bonoſium*, ſacro baptiſmate ablutum, Chriſtianæ religionis ſacris initiabatur, Caldarienſium deinde, ſive Keſſelburgiorum Comitum, in Suevia Conditorem. Alter Dux *Hildebrandus* Campidonæ in *Hillermontio* habitans, inter alias filias habuit illuſtrem *Adelindam*, quæ pulſis e Germania, & ingenti prælio, prope *Biberacum*, victis Hunnis, Buchovienſe Monaſterium, prope ipſum locum prælii, qui propter cladem Alemannorum & Adelindis hujus mariti Hattonis, Comitis Keſſelburgici, triumque filiorum ipſius, *Berengeri*, *Reginoſi*, & *Gerhardi*, dictus eſt Vallis planctus, vulgo Planckthal / inſtituerum Sanctimonialibus Auguſtinianæ profeſſionis, ad honorem S. Cornelii & Cypriani, condidit anno circiter DCCLVI. in quo ſuorum dilectorum mariti & filiorum corpora ſepelivit: ipſaque deinde vitam pertæſa, dedicatis DEO omnibus facultatibus & bonis, mundo valedixit, & prima Cœnobii ſui Abbatiſſa facta eſt, in quo etiam humata, & in divarum numerum propter inſignem vitæ ac morum innocentiam relata fuit. Vivebant in iſto Parthenone deinde ab anno Chriſti DCCCXXI. Canoniſſæ liberæ ab omni profeſſione & voto immunes, tantum ex nobilitate, vel ſtemmate Comitum atque Baronum, probe ſub diſciplinâ Abbatiſſæ, ad pietatem & virtutem educatæ, quibus præter obſtrictam Pontificia benedictione Magiſtram nubere & excedere licuit domo iſta, quæ non Monaſterium, ſed honeſtæ diſciplinæ magis domicilium ac Sacrarium, ut olim omnia Cœnobia erant, nominari debebat, revera Collegium potius liberarum Virginum, quàm Cœnobium: Cujus ſecundus fundator & inſtaurator fuiſſe legitur Imperator *Ludovicus* pius, ſua auctoritate & privilegio ab omni profeſſione ac regula Cœnobium hoc eximens, inque liberum adeo atque Imperatorium Canoniſſarum Collegium dicto anno 821. transmutans.

Suppar huic fuit alterum illuſtre Virginum Benedictini olim Ordinis Cœnobium *Cazienſe* in ſuperiore Rhætia anno C. DCCLX. in honorem SS. Apoſtolorum, Petri ac Pauli, a Victore, Epiſcopo Curienſi, Comite Brigantino, fundatum: cujus templo memorabile Idyllion *Caſparis Bruſchii* de Chriſti Ieſu, Salvatoris noſtri, meritis, ſumptis ex divo Auguſtino antitheſibus, hiſce verſibus inſcriptum, dignum eſt legi & obſervari:

Huc,

Egregium & antiquum, verè orthodoxum, Carmen de Christi Merito.

Huc, mortalis homo, tua corda & lumina flecte
Ac animo comprende tuo, quo Christus amore
Te sit complexus, Patris ingens Filius ille,
Cujus recta sequi merito vestigia debes:
Pauperis est factus, quo te ditaret abunde,
Contemtus mundo, quo tu cœlestis in arce
Urbis honore novo ornareris perpetuoque
Captus, ut ex omni te carcere liberum ubique
Redderet. At duris vinclis ferroque ligatus
Ut peccatorum e nodis te solveret, atque
Immunem faceret Solymarum ad mœnia civem.
Horrentem pro te de spinis ipse coronam
Gessit, ut æterno in cœlis diademate frontem
Ornaret faceretque tuam super omnia pulchram.
Vulnera quin etiam pro te quam plurima passus,
Ut tua sanaret medicamine vulnera tali.
Pro te mortuus, ut te ad vitam suscitet illam,
Quæ sanctis ante hæc est secula cuncta parata,
A morte æterna, a Phlegethontis libera flammis.
E tumulo æthereas victor surrexit in auras,
Ut te a peccatis faceret quoque surgere, ab omni
Labe injustitiæ, candorem mentis ad illum,
Qualem sacra a te Domini Scriptura requirit.
Ascendit cœlos, ut & ipse sequaris, & illic
Indivulsus ei seclis comes omnibus adsis.

Monasterii Ottenburensis origines.

Vixerat ista ætate quoque *Sylachus*, Vir illustris, Francorum Dux, Alemanniæ præfectus, & Hergoviæ Comes, qui cum Conjuge *Ermiswinda*, vel *Ermentrude*, anno Christi DCCLXIV. in *Gunziana* valle Monasterium præpotens ac pulcherrimum *Ottenburam*, Ordinis Divi Benedicti, in honorem D. O. M. & Apostoli *Petri* & Martyris *Alexandri*, fundavit. Privilegio mox a *Carolo M.* Imp. & ejus Conjuge *Hildigarda*, munitum.

Carolus M. Imp. decem Episcopatuum Fundator.

Excitaverat DEUS *Carolum* hunc post mortem Patris *Pipini*, Francorum Regem, ut ipse collapsum in Occidente Romanum Imperium restauraret, orbi quietem, Germaniæ pacem redderet, & Ecclesiam Christiana Religione hinc inde augeret. Debuit hanc illi post victum longo & durissimo bello Regem *Witekindum* Saxonia, erectis ibidem decem Episcopatibus, *Werdensi*, *Bremensi*, *Mindensi*, *Halberstadensi*, *Hildesheimensi*, *Paderbornensi*, *Osnabrugensi*, *Monasteriensi*, *Magdeburgensi*, *Hamburgensi*: quibus Saxones simul, gentem adeo ferocem, in officio continuit, & in omnibus Regni sui Civitatibus & Monasteriis, ubicunque sitis, etiam in *Suevia* hac, Scholas esse voluit.

Origenes Monaſterii Campidonenſis.

Incubuit in hanc curam quoque in his Sueviæ regionibus Uxor Imp. Caroli *Hildegardis*, magna & ſancta filia *Hildebrandi*, Ducis Sueviæ, quæ magnificum & præpotens Ordinis divi Benedictini in Ilergovia Monaſterium *Campidonam*, Divæ *Mariæ* & *S. S. Epimachi* ac *Evodiani*, Roma allatis, dicatum, pro nobilibus & illuſtribus viris, DEO & Eccleſiæ ſervituris, anno Chriſti DCCLXXIII. fundavit, marito *Carolo* Imp. anno proximo DCCLXXIV. illud confirmante, eodem præpoſito, & nobiles Germaniæ viri, qui pietatis, literarum ac Religionis ſtudio ſe dederent, ibi ſuſtentarentur: quibus primus Abbas præfuit *Andelgavius Grundfeſtus*, Brunſuigenſis, *Rolandi filius*, ex genere illorum, qui poſtea Duces Brunſuicenſes creati, qui ab *Adriano* Pontifice pro ſe & ſucceſſoribus inſigne Privilegium conſecutus eſt, in quo Pontifex *Campidonam*, alteram Romam appellans, ab omni eam Epiſcopali jugo exemptam & perpetuo exemptam eſſe ſtatuit: Abbati vero conceſſit plenam poteſtatem, ante meridiem Sacris operari, poſt meridiem verò gladii ad exercenda jura forenſia, bonosque tuendos, ac e medio tollendos malos, uſurpandi. Unde verſus natus, quem Abbas & Princeps hic cum Herbipolenſi Epiſcopo communem habet. *Campidona* ſola, judicat enſe, ſtola. Ejusdem *Adriani* Pontificis conſenſu, translata quoque ad Monaſterium Campidonenſe, celebris tunc Academia San-Gallenſis, quæ poſtea e Campidona propter tumultuantem ibi plebem *Herbipolin*, & anno MCCCXCVIII. ex *Herbipoli* in Epiſcopum ſuum ſeditioſa *Erfordiam*, a *Johanne*, Archiepiſcopo Moguntino, translata legitur, *Bonifacio*, IX. P. M. privilegia dante. Imp. vero *Carolus* dictum *Andelgavium*, Abbatem Campidonenſem, ad Principis dignitatem evexit: Advocatos vero & tutores Cœnobii inſtituit Ducem Bavariæ Mareſchallum: Saxoniæ Ducem Pincernam: Montisfortis Comitem Dapiferum: Comitem de Nellenburg Camerarium Abbatis. Decedens autem *Hildegardis* fundatrix anno Chriſti DCCLXXXIII. ſepulta fuit, ut moriens petierat, in Baſilica ſua Campidonenſi, ubi adhuc imago illius & monumentum cernitur. Tanti autem tunc habita fuit *Hildegardis* hæc, ut vota illi perſolverentur, & gratiæ DEO & *Hildegardi* actæ fuerint, nimia ſeculi iſtius ſuperſtitione, quæ in Monaſteriis tunc cum falſa miraculorum credulitate & ſanctorum adoratione invaluit: gloria, quæ ſoli DEO debebatur, aliis ſic quoque communicata. Proficiſcebatur cum hac Conjuge *Hildegarde Carolus M.* Anno 776. & 777. Romam, pietatis & fidei Chriſtianæ augendæ gratia: Viderat enim Eccleſias dirè vaſtatas eſſe a multis paganis, quos ipſe bello victos fidem amplecti adegerat, & ſi contra jusjurandum datum ad idololatriam relapſi fuerant, capite multabat. Studebat quoque tunc *Carolus* convocatis undique ex terris nobilibus & ſapientibus viris unionem fidei in Chriſtum efficere: & deſiderabat ab *Adriano* Pontifice perfectius de ſingulis religionis capitibus informari, cum aliud ſæpe aliis etiam doctis viris videretur, ne erraret in cogendis ad fidem hominibus. Recipiebat quoque undiquaque ex orbe terrarum adoleſcentes, diſcendi cauſa in aulam ſuam miſſos, exiſtimans, hoc modo rectius & facilius nationes ad fidem Chriſtianam adduci poſſe, quam vi & armis, quemadmodum de his conſtat ex *Gottfrido de Marſilia*, Imp. *Ludovici* Archi-Cancellario, quem ex MSC. Codice allegat *Cruſius* in Annal. Suev. l. 1. Part. 2. c. 10.

ſuperſtitionis incrementa.

Con-

Widekindus, Rex Saxoniæ, baptizatur.

Converſa autem ad fidem Chriſtianam Saxonia cum *Widekindus* Rex, anno Ch. DCCLXXXV. baptizatus, Chriſti Religionem amplexus eſſet, habitum eſt mox anno Chriſti DCCXXXVII. ſeptimum Oecumenicum Concilium *Niceæ*, urbe Bithyniæ, ab *Irene* Auguſta, ubi ſancitum, Spiritum S. & a Patre & a Filio procedere, & ſanctas imagines, crucemque eſſe venerandas. Sic facta tunc fuit Eccleſiarum unio, prævalere tamen illud Chriſti dictum debuiſſet. Matth. 4. Dominum DEUM tuum adorabis & ei ſoli ſervies.

Academia Pariſienſis fundata.

Hinc ad fundandam Academiam *Pariſienſem & Papienſem* circa annum Ch. DCCXCI. ſe convertit *Carolus Magnus*, procurante rem Præceptore ſuo *Albino*, *S. Bedæ* Diſcipulo, unde non tantùm literarum ſtudio, ſed ipſi Chriſtianæ religioni multum commodi acceſſit: fuit enim illa Pariſienſis Academia, quaſi Mater reliquarum non tantum per Galliam, ſed ipſam Germaniam Univerſitatum ſtudiorum.

Carolus M. Imp. de Epiſcopatu Auguſtano bene meritus.

Optime quoque *Carolus M.* in hac Suevia noſtra de Chriſtiana religione meritus eſt per Epiſcopatum Auguſtanum. Vixerat iſto tempore *S. Symbertus*, Dux Lotharingiæ, Patre natus *Amberto*, Matre *Symphoriana*, *Caroli M.* Sorore, educatus in Monaſterio Murbacenſi Alſatiæ (quæ ſub Alemannia tunc) cujus Abbas fuit, evocatus inde ab Avunculo *Carolo M.* ad Epiſcopatum Auguſtanum, quem *Carolus* confectis civilibus Bavariæ & Sueviæ Ducum bellis, deficientem aliquantum reſtauravit, circa annum Ch. DCCLXXIX. *Symperto* adeo pie ac honeſte Epiſcopale munus obeunte concionando & docendo, ut toti conventui Exemplum innocentis vitæ præferret, & collapſa templa repararet, imò Epiſcopatum *Neoburgenſem* quoque ad Danubium conſenſu *Caroli M.* ſuo Epiſcopatui uniret. Quo tempore Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopatus non adeo temporalibus pollens rebus, ut poſteriore conſpiciebatur ævo: Nec Prælatorum tanta gloria & pompa: ſed erant Paſtores & Rectores cum ſuis Clericis in commune viventes, juxta Apoſtolorum præceptum: Nec quisquam Eccleſiaſticarum rerum quicquam ſuum, vel proprium, æſtimabat, ſeu poſſidebat, ſed omnia ut in primitiva fuiſſe Eccleſia conſtat, erant illis communia: Diligentes enim Chriſtum imitando & Apoſtolos per ſanctam paupertatem ſe a proprietatis labe cuſtodiebant: nec peſtiferum tunc animarum morbum Simoniam, credendum eſt Sacerdotum DEI corda tenuiſſe, ſed habentes Victum & veſtitum contentos fuiſſe, uti refert *Bruſchius* in lib. quo vita Symperti deſcribitur, de moribus Epiſcoporum Antiquorum, qui tamen mox, ut deinceps dicetur, mutati ſunt.

Synodus Francofordenſis.

Anno DCCXCIV. *Carolus M.* Imp. Wirceburgo venit in vicinam Francofordiam, ubi *Felicis*, Epiſcopi Orgellenſis in Hiſpania, error proſcriptus fuit, qui Chriſtum non proprium, ſed adoptivum DEI filium eſſe, impie putavit, cujus erroris, cum ipſe Ratisbonæ in Concilio Epiſcoporum præſente *Carolo M.* convictus eſſet, & hunc Romæ quoque coram *Adriano* Pontifice abdicaſſet, relapſus tamen in eundem fuerat, & denuo damnatus in hac Synodo *Francofurtenſi*, in qua ſeptima illa Græcorum Synodus pro adorandis Imaginibus abdicata, & non univerſalis, ſed

ſupervacua habita fuit. vid. acta hujus Synodi. *Aventinus* in Annal. Bavar. *Cruſius* in Annal. Suev. l. 12. Part. I. c. 8. *Stumpffius* in Chron. Helvet. l. 3. c. 86. & 87. ubi ſcribit: Francofurti tunc damnatum eſſe Concilium Elibertinum Hiſpaniæ, quo aliquanto ante imagines e templis damnatæ fuerant.

Origines Cœnobii Weingarten.

Ad finem denique hujus Seculi pertinent initia *Vinearum*, potentiſſimi ampliſſimique inſtituti Benedictini Cœnobitarum in Conſtantienſi Diœceſi, Domicilii non procul a Ravenſpurgo, Imperiali Sueviæ civitate, in perveteri pago Altdorff/ ad Schuſſium amnem, in quo antiquitus Patriæ natale ſolum & avita ſedes Principum Altdorffenſium fuit, & ex illorum ſanguine natorum *Guelphorum*, potentiſſimorum olim Sueviæ Regulorum: quod ex arce Ducali in domum DEI converſum, pietatis ac literarum Gymnaſium eſſe cœpit, an. Chriſti circiter DCCC. temporibus *Caroli M.* Imp. ex liberalitate & munificentia Irmentrudis, illuſtris Heroinæ, quæ filia fuiſſe fertur *Hildebrandi*, Ducis Sueviæ, Sorot *Hildegardis*, Conjugis Caroli M, Uxor *Iſenbardi*, Principis Alemanniæ & Comitis Altorffii, Mater Guelphorum, de cujus πολυξενία & Origine Guelphorum, quæ circumfertur, ſive hiſtoria, ſive fabula, aliis credenda & examinanda relinquitur. vid. Bruſch. in Monaſteriorum Germaniæ Chronologia, *Cruſius* l. c. c. 10. & præter alios *Bucelinus*, hujus Cœnobii Monachus & Scriptor in hoc argumento proprius, in Germania ſacra & in hiſtoria Agilolfingica.

Invaleſcens in Cœnobiis Simonia, ambitio & luxuria.

Cæterum memorabilis eſt locus de Epiſcopis, Abbatibus & Monachis iſtorum temporum, quem refert *Cruſius* in Annal. Suev. l. 9. Part. I. c. 1. ubi notat Monaſteriorum abuſum, & degenerantem ſtatum in Sacris, poſt primævam puritatem temporibus hinc ſequentibus his verbis: Poſtquam circa ann. Ch. DCCC. Carolus M. Imperium Occidentis nactus eſt, Epiſcopi numero pauciores facti, tantum nuncupati ſunt illi, qui ditiones jam haberent. Fiebant autem tunc ex Monachis Abbates & Epiſcopi, quorum Electio & confirmatio penes Imperatores & Principes erant: ſine quorum permiſſu nec Cœnobia condere licebat. Creverunt autem opes Epiſcoporum & Monaſteriorum, cum Franci Reges crudeliter & libidinoſe vixiſſent, ac poſtea pœnitentes, ſe precibus Monachorum commendarent, aut etiam ipſi cucullatam vitam ſubirent. Item cum Principes & nobiles liberos ſpurios in Monaſteria ablegarent. Hinc factum, ut interceſſiones monaſticarum precationum multo auro emerentur: hinc magnæ donationes factæ: Ac raro Princeps, aut Comes, aut Nobilis, mortuus eſt, qui non ad remedium animæ ſuæ cœnobium aut conſtruxerit, aut agris & reditibus ditaverit. Hinc non modo preces, ſed etiam merita Monachorum, pecuniis empta, ne ſc. quis ipſe cogeretur pius aut probus eſſe, ſed pro ſe alios haberet ad DEUM ſatisfactores. Ex eo ſecutum, ut Carolus Martellus, Pipinus, & *Carolus M.* Pontificis Romani facultates & potentiam auxerint. Et tamen nihilominus a *Carolinis* & Anteceſſoribus, Papæ, Epiſcopi, & Abbates a Regibus, aut Imperatoribus, confirmabantur. Abbates autem quia non ſinebantur politica & externa bona tractare, habebant ſuos Patronos, Procuratores, Vice Dominos (Kaſten Vögt / Vitz Domen) Nec etiam

vitæ

vitæ necisque poteſtatem habebant. Denique etiam adſciſcebantur Epiſcopi & Abbates in Senatum Regum & Cæſarum. Simonia quoque invaſit, ut Sacerdotia emerentur auro.

Verus & primus Monaſteriorum uſus.

Alius ſc. erat primus Monaſteriorum uſus, ſcholis deſtinatus, docendo & exercendo DEI verbo, qui verus DEI cultus eſt, de quo noſter quondam Balthaſ. Bidenbachius, inſignis Theologus & Concionator Aulæ Wirtenbergicæ, in homiliis ad libros Regum l. 1. Sam. c. 19. hæc verba refert. Dahin waren erſtlich die Clöſter angeſehen/ nicht daß man darinnen ſollte faule Wänſt auffziehen und mäſten/ die weder GOtt noch der Welt nutz ſeyen: Sondern es waren die Clöſter dahin verordnet/ daß ſie ſolten Schulen ſeyn/ darinnen junge ſtudirende Leute ihre Ubungen hätten/ und von dannen zu Kirchen Dienſten möchten mit Nutzen gebracht werden. Solche Gelegenheit hatte es damit zur Zeit *Baſilii* und *Chryſoſtomi*, der alten Gottſeeligen Vätter/ wie *Nicephorus* in ſeiner Kirchen hiſtori meldet: daß *Aphraates*, *Julianus* und *Antonius*, welche ſonſten auch Mönchen und in den Clöſtern geweſen/ ſich aus denſelben gethan/ und darfür das Wort GOttes hin und wieder geprediget haben. Da ſie viel für nutzlicher gehalten/ die Schäflein Chriſti zu weyden/ als in den Clöſtern zu ſtecken. Nachdeme aber die faule Mönchen in Clöſtern geblieben/ nicht herauß gewollt/ Mühe und Arbeit zu haben/ ſondern ſich fauler Tag angenommen/ da haben allerhand Aberglauben und groſſe Zerrüttung in der Kirchen GOttes überhand genommen. Sc. in his quoque uſus habet laudem, crimen abuſus habet.

Seculum Nonum.

Origo Cœnobii Lindavienſis.

AD initia hujus Seculi refertur Origo *Lindavienſis* in Alemannia Cœnobii Ampliſſimi in Lacu *Acronio* & ejusdem nominis Civitate ſiti, Canoniſſarum, nobili ſtemmate natarum, ab omni voto immunium, nullaque Monaſtica veſte indutarum, nec ullo cœlibatus juramento ab honeſtis nuptiis exemtarum, quod cœptum ajunt circa annum Chriſti DCCCX. ex munificentia *Adelberti* cujusdam, Comitis de *Rohrbach*, de cujus familia tamen alii dubitant. vid. *Bruſch.* in Chronol. Monaſt. Germaniæ, & *Cruſius* in Annal. Suev. l. 1. Part. 2. c. 4. uterque tamen cum cautela de hoc Monaſterio legendus.

Caroli M. Imp. Mors.

Anno Chriſti DCCCXIV. moritur *Carolus* Magnus Imp. qui liberata Italia ac reſtituto Occidentis Imperio, & aucta valde re Chriſtiana, Magni cognomen accepit, & hinc Orthodoxus Imperator nominatur in ſepulchrali inſcriptione Aquisgranenſi, cujus curâ quoque Sacra Evangelia de ſalute noſtra in Teutonicam linguam verſa, & præter Epiſcopatus, ſupra nominatos, tot Monaſteria hinc inde fundata leguntur, quot ſunt literæ Alphabeti, quorum primum fuit *Aquisgrani*, ultimum *Tigori* in Helvetica Alemannia, ubi multum habitavit Imperator ille, templumque extruxit, & Collegium erexit, in quo adhuc & imago illius lapidi inciſa cernitur. vid. *Eginhardus* de vita *Caroli M. Stumpff.* l. 3. c. 88. in Chron. Helvet. & alii.

Ludovici pii Imp. virtutes & navi.

Succeſſit Parenti *Carolo* in Imperio, & pari Religionis Chriſtianæ cura, filius *Ludovicus Pius*, quod cognomentum ipſe non tantum propter erogatas paupertibus profixas eleemoſynas, ſummamque erga Clerum liberalitatem, ſed a Pontifice Romano, cui valde addictus fuerat, multumque ipſi in Italia conceſſerat, promeruit. Quanquam autem bonitate ipſius multi, qui Religioſi videri volebant, & quibus ipſe nimium indulſit, abuſi fuerint, multum tamen ipſi Eccleſia quoque debet, in qua defendendâ conſtantem ſe Patris imitatorem fore, Legatis ad Papam miſſis, teſtatus eſt: extatque memorabile illius interdictum de luxu Sacerdotum, in conventu primorum Regni, quem *Aquisgrani* habuit, editum ann. Ch. DCCCXVI. ubi Imperator hic leges tulit, per quas Pontificibus & Monachorum Patribus, univerſis denique Sacerdotibus uſus veſtimenti pretioſi, ſerici, gemmarum, auri & argenti fuit prohibitus, dicente *Ludovico:* portentum eſſe & abominabile inferorum ludibrium, hominem aris addictum, & ſacris devotum, qui paupertatem Chriſti amplecti, crucemque ejus portare deberet, ad gloriam luxumque prophanorum adſpirare.

Cœnobium San-Gallenſe litem movet Epiſcopo Conſtantienſi.

Eodem anno Cœnobium San-Gallenſe ſub Abbate *Gosberto* litem movit Conſtantienſi Epiſcopo, quæ deinde ab Imp. *Ludovico*, & ejusdem nominis Rege Germaniæ *Ulmæ* ſic compoſita fuit, ut Cœnobium hoc quoad temporalia eſſet ſeparatum ab Epiſcopatu Conſtantienſi, & Monachi poſthac dominarentur in Civilibus, in ſpiritualibus autem Epiſcopo ſubjecti manerent. vid. *Stumpff.* in Chronol. Helvet. l. 4. c. 31. & l. 5. c. 4. Educabantur tunc in iſto ſacro Collegio, ut in Schola literarum & humanitatis filii Illuſtrium, & inter eos *Cadalochi* & *Berchtoldi*, Comitum Montisfortis, qui ipſi & poſteri illorum liberaliſſimi in hoc Cœnobium exiterunt: quæ laus in aliis quoque locis Sacris & Cœnobiis manet, antiquiſſimam hanc & Illuſtriſſimam gentem Montfortiam, cujus hiſtoriam ſcribendam ſibi ſumſit gratæ memoriæ ergo Reverendus Pater *Burcardus*, Cœnobita San-Gallenſis doctiſſimus.

Origines Monaſterii Murbartenſis.

Cæterum *Ludovico* huic Imperatori Suevia & hæc Wirtenbergia noſtra debet fundationem Monaſterii *Murhartenſis*. Venerat Imperator iſte, multum a domeſticis vexatus, in receſſu ſuo ad Ducem Sueviæ a. DCCCXV. ſuſtentans ſe aliquandiu apud fluvium *Murham*, in duabus juxta arcibus in confiniis Franconiæ, *Hunnenburgo & Wolckenburgo*, inter quas arces cellula quædam vetus & manſiuncula erat *Walterichi*, Sacerdotis Eremitæ, quæ ſolitaria vita tunc magni a multis habebatur. Ex iſta cella, quæ regnante jam *Pipino*, Francorum Rege, memoratur, *Ludovicus* initium fecit *Murhartenſis* Cœnobii anno C. DCCCXVII. illudque reditibus & annuis proventibus aliisque commodis & privilegiis dotavit & illuſtravit. Primus Abbas Cœnobii hujus fuit Eremita ille *Walterichus*, cujus adhuc ſepulchrum in templo extra muros Cœnobii & oppidi cernitur, de quo antiqui Rythmi Germanici extant:

Walterichus der ſeelig Einſidel / in groſſer Andacht /
Bitt GOTT für die Chriſtenheit Tag und Nacht.

Der

Der Kayſer *Ludovicus* hätt ein Wohlgefallen in *Walricus* Lehr/
Darum bat Er Ihn/ daß Er ſein Beicht-Vatter wär &c.

Vid. *Cruſ.* in Annal. Suev. l. 1. Part. 2. c. 12. & 14. ex Chronico MSC. *Georgii Widmanni*, Syndici Chomburgenſis, & *Laurentii Friſei*, Conſiliarii Würzburgenſis, qui in libro de fundationibus Monaſteriorum & Collegiorum Epiſcopatus Würzburgenſis refert: *Carolum M.* ſuo jam tempore in diplomate quodam mentionem feciſſe *Celle Murhartinæ*. Cæterum extat adhuc hodie monumentum fundatoris *Ludovici Pii* in Monaſterio hoc, cum hac inſcriptione: Anno Domini Octingenteſimo decimo ſexto, obiit Illuſtriſſimus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, *Ludovicus*, Filius *Caroli Magni*, cognomento Pius, Fundator hujus Monaſterii: cujus anima requieſcat in pace, Amen! ubi errorem Chronologicum ab Auctore, vel Sculptore, hujus Epitaphii commiſſum, rectè notat *Cruſius*, anno Mortis *Ludovici* ſupra Octingenteſimum quadrageſimo, non decimo ſexto addito.

Ludovici pii Imp. bonæ conſtitutiones Eccleſiaſticæ.

Anno DCCCXIX. Imp. *Ludovicus* iterum Conventum *Aquisgrani* poſt Natalem Domini habuit, in quo multa de Statu Eccleſiarum & Monaſteriorum tractata atque ordinata ſunt, & legibus capita quædam neceſſaria, quæ deerant, addita. Speciatim actum eſt de vitiis ex Eccleſia extirpandis, de bonis moribus revocandis, de Scholis excitandis, de Clericorum delectu habendo, de Monaſteriorum diſciplina, de pace publica. Conſtituti tunc viſitatores (qui Miſſi nominati ſunt) qui ſingulis annis Monaſteriorum mores inviſerent. vid. *Avent.* l. 4. Annal. Bavaricorum.

Originis Cœnobii Sanct-Georgiani in Sylva Hercynia.

Anno C. DCCCXXIV. abſolutum eſt egregium Monaſterium Benedictinum, *S. Georgii* in Nigra Sueviæ ſylva, jam undecim aut circiter annis ſuum quoddam ſenium habens: fundari quippe cœptum, ſi vetuſtiſſimo MSCto fides an. 813. apud villam *Nerhartenkurchung*, *ab Hezilone* & *Heſſone*, Viris Illuſtribus, in Modio illorum, rudi primum opere ex cella *S. Georgii* in magnum deinceps ſplendorem excreſcens, & obſcuriſſimam Hercyniam vitis ſanctis illuſtrans. Cæterum cujus familiæ fuerint primi, vel ſecundarii fundatores, etſi incompertum, certum tamen eſt, alterutros fuiſſe Barones, generoſos Dominos de *Tegernau*, quorùm familia adhuc in Suevia ſupereſt, illorumque inſignia, iis quæ Cœnobium uſurpat, adjuncta cernuntur. vid. *Cruſius* ex MSCtis l. c. l. 2. Part. 2. c. 2. *Bucelinus* in Germania Sacra, Parte ſecunda.

Regiswindis miſerrima cædes.

Anno Ch. DCCCXXX. Interitus *Regiswindis*, à ſceleratiſſima nutrice trucidatæ, occaſionem dedit templo *Lauffenſi* ad Nicrum, quod facile unum ex antiquiſſimis Wirtenbergiæ, condito. Habebat iſto tempore Imp. *Ludovicus* in oppido Lauffen/ quod tunc Auguſta Nicri nominabatur, & ad Epiſcopi Herbipolenſis ditionem pertinebat, Principem ex Norico *Erneſtum* Præfectum Calii Landgravium Leuchtenburgenſem fuiſſe arbitrantur, quanquam iſto tempore Germanii Landgravios nondum habuerit. Is ex Conjuge *Fridburga*, exceperat unicam Filiolam, *Regis-*

Digitized by Google

giswindin. Hujus infantis nutrix habebat Germanum fratrem, ſervientem *Erneſto* Principi, a quo cum aliquando graviter verberaretur, quod negligentius curaſſet aliquid ſibi a Domino commiſſum: adeo exarſit ira & indignatione nutrix, ut conſilium ſecum caperet de trucidanda *Regiswinde.* Prodeuntibus itaque aliquando *Erneſto & Fridburga*, atripuit ſerva, ſola domo relicta & furiis agitata, puellam, trucidat, & ex arce Lauffenſi in præterfluentem Nicrum præcipitem dejicit. Puellam hanc, aquis ſuffocatam, quæ tamen fluminis vi nec a loco iſto abripi, nec ſubmergi, aut fluctibus opprimi potuit, *Humbertus*, Epiſcopus Herbipolenſis, deinde ex aquis ſublevavit, & expiando loco, ubi facinus hoc commiſſum, templum ibidem condidit, & decimo quinto Julii, qui adhuc memoriæ *Regiswindi* dicatus eſt, conſecravit, per quietem tertia vice, ut hoc faceret, ab Angelo quodam, uti Monachorum ſomnia (quibus & multa miracula *S. Regiswindis* tradunt) tradunt, monitus & increpitus. Illatum deinde templo illi fuit funuſculum *Regiswindis* ſolenni cum Pompa Presbyterorum, Scholaſticis cantu proſequentibus. vid. *Cruſ.* l. c. c. 3. Hiſtoria hujus *Regiswindis* & Parentum illius depicta fuit in templo Lauffenſi, quod anno 1564. de Cœlo tactum, conflagravit. Placuit autem adeo illa Hiſtoria Sereniſſimæ quondam Principi *Barbaræ Sophiæ*, Conjugi *Johannis Friderici*, Ducis Wirtenbergiæ, natæ Marchioni Brandenburgicæ, ut illam novis picturis in arce oppidi *Uracenſis* conſervaverit, & poſteris commendaverit.

Nova fundatio Cœnobii Hirſaugienſis.

Incidit in hæc tempora quoque, rebus *Ludovici* Imp. valde perturbatis, Monaſterii *Hirſaugienſis*, Ordinis *S. Benedictini*, Diœceſeos Spirenſis, nova fundatio, quæ ſecunda dicitur. Prima enim facta dicitur anno 645. per *Heliſenam* viduam, nobilem & piam mulierem, ex familia nobilium Servorum de *Calw*, *Egwarti & Leopoldi*, quæ templum in vertice collis prominentis *Ottenbrunn* juxta præterfluentem Nagoltum conſtruxit, *S. Nazario* poſt mortem illius conſecratum: Unde hodie quoque mons ille *S. Nazarii* nuncupatur, ad cujus crepidinem, vel radicem, cella *S. Aurelii* (antiquum nunc & transpontanum Monaſterium dicta) poſtea fundata eſt.

Occaſio ad hanc novam fundationem.

Florebat in Alemannia anno Chriſti DCCCXXX. *Erlafridus*, Comes de *Calve*, vir dives & potens, apud Imp. Ludovicum gratioſus, pietatis ſtudioſus. Habebat is filium, cui *Nottingo* erat nomen, virum in S. literis egregie eruditum, qui ſub *Carolo Magno* Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopus erat factus. Hunc, cum diu bene præfuiſſet, deſiderium charæ patriæ cepit reviſendæ. Id vero non ſine aliquo, claram facturo patriam, munere facere decrevit. Habebat porrò in Eccleſiæ ſuæ pulcherrimo Mauſoleo, *Aurelii*, Epiſcopi Redicianæ Civitatis, Armeniæ minoris, corpus, ſive reliquias, quas magnis precibus a Mediolanenſi Archi-Epiſcopo impetraverat. Has ſecum, fidelibus aliquot hominibus ſtipatus, jumento impoſitas, trans Alpium juga, in patriam feliciter attulit, in domum ſaltus, quam in Nigra ſylva Sueviæ habebat: ubi magna ſuorum lætitia fuit exceptus. Poſtea ſarcinulam earum reliquiarum, cum Patre *Erlafrido*, & fratre ſuo *Ermefrido*, multisque nobilibus & plebeiis hominibus, in Eccleſiola, vel Sacello, quod S. *Nazario* dedi-

catum

catum erat, ſitum in vertice prominentis collis, depoſuit, quousque ad ipſam collis radicem condigno decore Eccleſia conſtitueretur. Unde & idem collis de Sancto *Nazario* nomen accepit.

Poſt paucos inde dies *Nottingus* orabat Patrem ac Fratrem, ut amore Omnipotentis DEI, ad honorem *D. Petri* Apoſtoli & *S. Aurelii* Epiſcopi, Monaſterium Servorum DEI conſtruerent, in loco, ubi cæco viſus, ſi credere fas eſt, reſtitutus fuiſſe traditur. Promiſerunt ambo facile ſe facturos, & *Nottingus*, exactis duobus menſibus, ad Eccleſiam ſuam *Vercellenſem* rediit. Cœptum igitur eſt ad Monaſterium eodem anno, & 8. annis abſolutum, in loco amœno, qui *Hirſaugia* vocatur. Interim autem Antiſtes *Nottingus*, ut tam ſancti operis ſe faceret participem, magnum auri argentique pondus miſit ad Patrem: Inſuper cruces aureas & argenteas, calices & libros, nec non alia, ad divinum cultum tùm neceſſaria, tum decora. Satis, pro conditione illorum temporum, Cœnobium hoc, & Monachorum habitacula, fuerunt parata; Quanquam ſi noſtri Monachi, inquit *Trithemius*, hodie ſimilibus includerentur cellulis, ſe mancipatos vinculis & tenebris clamitarent. Veteres olim Monachi, cellas quidem, Eccleſias & alias manſiones, humiles habebant, & tenebricoſas, ſed eorum corda erant lucida valde in amore DEI Omnipotentis, & in ſcientia divinarum ſcripturarum. Noſtri autem *Eccleſias*, cellas, domosque & omnes manſiones, jam lucidiſſimas fabricant, ſed corda eorum, vitiis & deſidia plena, tenebricoſa ſunt, quoniam nec DEUM, ſicut debuerant, diligunt, nec lectionibus Scripturarum animum intendunt. Hæc Spanheimenſis Abbatis querela eſt, quæ in Monacho *Martino Luthero* num locum habeat? conſideret, qui volet.

Teſtimonium Veritatis ex Trithemio contra Monachorum luxum, faſtum & ignaviam.

Conſummato deinde tam inſigni opere, anno ſcil. DCCCXXXVIII. non ſine maximis impenſis, pius Comes *Erlafridus* cogitare cœpit, unde nam veteris converſationis Monachos, ad S. Patris *Benedicti* Regulam bene inſtitutos, in hoc ſuum Cœnobium plantare poſſet: Gute Profeſſores in dieſe neue Schul / ut *Cruſius* loquitur. Cum autem in Fuldenſi Monaſterio, Abbate *Rabano Mauro*, Monachi viverent tales, quorum laus & fama, etiam apud Imperatores, Reges, Principes, vigeret, tum propter Sanctitatem vitæ, tum propter ſcientiam S. literarum: Comes ille de conſilio ſuorum, & mandato Moguntinenſis Archi Epiſcopi *Odegarii*, a *Rabano* impetravit 15. Fratres, & Abbatem eis *Lindebertum*, al. *Luthertum*, & *Luitbertum*, Senem venerabilem, ex nobili familia Sueviæ ortum, qui novum Cœnobium Anno 838. Indict. I. ingreſſi ſunt, cum honorifice ab *Erlafrido* excepti fuiſſent. Menſe poſtea Septembri ejusdem anni, prædictus Archi-Epiſcopus (comitibus, *Erlafrido* & *Ermefrido* filio, petentibus) hoc Monaſterium conſecravit, ſub honore *D. Petri* & *S. Aurelii*, præſentibus multis Principibus, Epiſcopis, Abbatibus, ipſo etiam *Rabano* Fuldenſi. Conſecratione peracta reliquiæ *Aurelii* de Sacello *S. Nazarii*, magna cum devotione, vel potius ſuperſtitione, allatæ, per illas illuſtres & reverendas perſonas, ſummo Altari honorifice incluſæ ſunt. Tunc *Lindebertus*, Abbas

Erlafridus, Comes Calvenſis, Cœnobii Hirſaugienſis dotator.

primus, baculum paſtoralis curæ (*Erlafrido* & Monachis petentibus) ab eodem Archi-Epiſcopo, in conſpectu omnium, accepit. Comes *Erlafridus* Omnipotenti DEO, & prædictis duobus Sanctis, tradidit hoc ſuum Monaſterium, cum viculis, ſylvis, paſcuis, aquis, agris, pratis ac proventibus, circumjacentis loci ac multis aliis rebus, ipſeque à prædicto *Odegario*, loco *Ludovici* pii Imp. & *Gregorii IV.* Papæ, advocatus hujus Monaſterii conſtitutus eſt, & confirmationem dotationis hujus ab eodem Imperatore eodem anno impetravit, ipſe denique Cœnobii hujus Monachus factus, & diem ſupremum claudens anno C. DCCCL. die 29. Jan. cujus monimentum anno 1566. translatum fuit in Monaſterium *Hirſaugienſe*, & ibi poſt ſummum Altare poſitum cum hac inſcriptione in extremitatibus illius: *Ab incarnatione Chriſti anno 830. fundatum eſt hoc Monaſterium a Generoſo Domino Erlafrido, Comite de Calw: cujus depoſitio agitur 4. Cal. Febr.*

Perſeveravit hujus Religionis inſtitutio per annos circiter centum ſeptuaginta duos, & ſupra, non ſine magna laudis & religionis opinione, in plurimorum ædificationem, ſcilicet adusque beatiſſimi *Leonis* IX. Papæ, & *Adelberti*, Comitis de Calw ſenioris, prædicti *Leonis* Avunculi, (vel nepotis ex Sorore) tempora. Cujus quidem hortatu idem Comes, collapſam in Eccleſia & Monaſterio Religionem per annos 64. inſtauravit: Monachos, quos inde expulerat, in integrum reſtituendo, quemadmodum infra ſuo loco amplius dicetur.

Celebritas Cœnobii Hirſaugienſis.

Atque hoc fuit religione & laudabili diſciplina Celeberrimum *Hirſaugienſe* Monaſterium, quod Chriſti pauperibus ſemper apertum & benevolum receptaculum eſſe debuit: ex quo tot Monachi ſanctitatis opinione clari, tot illuſtres & doctiſſimi Monachorum Præceptores, & Abbates, divinis & humanis literis inſignes, & variis ſcriptis, commentariis quoque in S. Scripturam clari: tot Epiſcopi Eccleſiæ *Spirenſi*, *Slewicenſi*, *Herbipolenſi*, *Conſtantienſi*, *Metenſi*, Præfecti, & ipſe Sanctus *Diemo*, Archi-Epiſcopus *Salisburgenſis*, prodierunt, tot ac tanta benefica, in Germaniam univerſam redundarunt. Videatur de illo ſcriptor proprius Abbas *Trithemius* in Chronico Hirſovienſi, *Cruſius* l. c. c. 5. & 6. Ubi multa debet in hoc argumento Collectaneis *Johannis Parſimoni*, Abbatis quondam hujus Cœnobii meritiſſimi. Quibus præter alios addi poteſt *Bucelinus* l. c.

Proximum huic fundationi fuit Monaſterium Religioſarum DOMINARUM, *Tiguri* in ſiniſtra parte fluvii *Limagi* anno C. DCCCXXXIII. ut *Bruſchius* vult, vel 853. juxta *Munſterum* a *Ludovico*, *Ludovici Pii* Imp. filio, Germaniæ Rege, & cui tota Suevia parebat ex ſuo, & *Ruperti*, Alemanniæ Ducis, patrimonio, erectum: cui fundator jus & advocatiam *Tigurini* pagi, in Ducatu Sueviæ, & Turgovienſi tractu ſiti, dedit. Vivebant in hoc Gynecæo Canoniſſæ plerumque ex Illuſtribus Principum, Comitum, Baronum filiis natæ. Denique autem cum *Catharina*, Baroniſſa Cimberenſis, ultima Abbatiſſa, anno 1524. dignitate, Conſulibus & Senatui Tigurino tradita, accepta mediocri penſione annua, Nobili cuidam a *Reſchach* nupſiſſet, mutatum eſt peramplum hoc Collegium in Scholam: ecujus regione in colle trans *Limagum* editiore, inſignis & ampliſſima vigiuti quatuor Canonicorum a Francorum Rege *Carolo M.* circa annum Chriſti DCCLX con-

constructa Basilica Aat, in qua superioti & hoc nostro seculo, linguarum, artium & scientiarum, facultatumque superiorum Professores hactenus alebantur,

Lindbertus, primus Abbas Monasterii Hirsaugiensis, singulari virtute clarus.

Anno DCCCXXXVIII. Præfati Monasterii *Hirsaugiensis* primus Abbas fuit *Lindbertus*, tanta virtute conspicuus, ut etiam Regibus & Principibus notus esset, multique viri nobiles filios suos, magisterio ejus instituendos, miserint, multi ultro se disciplinæ ejus amore Regni Cœlestis tradiderint, unde numerus fratrum valde excrevit, ipsumque Cœnobium multorum oblationibus auctum fuit. Eminebant autem tunc inter Monachos nobiles & doctissimos *Notgerus, Radobertus, Tutilo, Hartmannus, Eckartus, Geroldus.*

Floruit etiam tunc sub *Cremobaldo*, Abbate, San-Gallense Cœnobium, in quo tanquam celeberrima, & doctissima Schola, multi optimi libri non tantum edebantur, sed & Principum & Nobilium filii ad eruditionem informabantur.

Origines Cœnobii Einsidel in Helvetiâ.

Anno C. DCCCLX. Eremitarum in Helvetiis pervetustum olim Idolion, deinde Cœnobium O. dinis Benedictini celeberrimum, & opulentissimum, Germanica lingua zum Einſidlen dictum, non procul a *Tigurо* cœpit, temporibus *Ludovici II.* Rom. Imp. ædificante ibi sacellum, & cellulam *Mainrado, Berchtoldi*, Comitis a Sulgau, ad Danubium habitantis, ex illustrissima Comitum Zollerensium familia, filio Religioso: qui Monachus antea & Monachorum Pædagogus, amplissimi Cœnobii Divitis Augiæ, relicto Monasterio, in hujus loci tenebricosissimam Eremum Religionis ergo concessit, ubi mundi deliciis omnibus contemptis, DEO jejuniis & orationibus tamdiu serviebat, tenente tunc Episcopatum Constantiensem *Salomone I.* donec anno DCCCLXIII. a viatoribus duobus trucidaretur. vid. *Bruschius* in Chronol. Monast. Germ. *Crusius* in Annal. Suev. l. c. c. 11. & auctor Chronici Monasterii hujus ad Eremum Helvetiæ. Vacavit postea Cella ista *Mainradi* collapsa, plus sexaginta annos, donec anno 913. refecta est & Eberhardo quodam Argentinensi, qui & ipse Eremiticæ vitæ studio, relictis omnibus rebus, in hanc Eremum ingressus est, & mediocre delubrum ibi construxit, in quo DEO precibus, & jejunio quoque servire solebat.

Dissidium inter Ecclesiam Latinam & Græcam.

Anno C. DCCCLXIX. cœpit dissidium Ecclesiæ Romanæ & Græcæ, etiam propter processionem Spiritus S. & quod eodem anno, Synodo Universali octava, Constantinopoli acta, Græci *Bulgaros*, qui Romanæ Ecclesiæ subjecti erant, ad se traxerunt.

Widegarius, Abbas Ottenburensis, reliquias Gentilismi in Sueviâ tollit.

Anno Ch. DCCCLXXXVIII. *Widegarius* ex Abbate insignis Monasterii *Ottenburani* eximie doctus fiebat Episcopus Augustanus, qui decennio post Anno DCCCXCVIII. in Helvetiam profectus; eos ab erroribus Gentilitiarum Idolomaniarum, quæ adhuc hinc inde superstites manserant, in viam Veritatis Christianæ & fidei piis concionibus & admonitionibus perduxit, & Helvetiorum Apostolus inde dici meruit. Mortuus & sepultus, apud Helvetios, anno Christi DCCCCII. Vid. *Bruschius* in Catalogo Episcoporum Augustanorum.

Studium Biblicum floret in Cœnobio Hirſaugienſi.

Anno DCCCXC. florebat S. HADERADUS, Hirſaugienſis Cœnobii Abbas doctiſſimus, qui antea publicam Scholam Monachorum in hoc Cœnobio rexerat, quemadmodum & in aliis Benedictini Ordinis Scholis fiebat, in quibus Monachi non ſolum in divinis ſcripturis periti, ſed & Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ Linguæ, artiumque mathematicarum, Rhetoricæ & Poëſeos, apprime guari, docebant. Teſte *Trithemio* in Chronico Hirſovienſi.

Synodus Triburienſis.

Anno DCCCXCVI. celebrata eſt Synodus Magna *Triburiis* in agro Moguntino ad Ripam Rheni, præſentibus viginti ſeptem Epiſcopis, & multis Abbatibus, Saxoniæ, Bavariæ, Sueviæ, Galliæ, & aliarum Provinciarum, quos inter fuit *Sigismundus*, qui ex Monacho Cœnobii Hirſaugienſis, propter vitæ meritum ac Religionis divinarumque ac humanarum literarum notitiam, ab Imp. *Arnolpho* factus eſt Epiſcopus Halberſtadienſis, verbo & exemplo populum ſuum per annos triginta fideliter paſcens; quem juxta eidem Synodo interfuit quoque *Theodulphus*, Epiſcopus Curienſis & *Haderadus*, Abbas Cœnobii Hirſaugienſis, nec non *Salomoni* ex Abbate S. Galli Epiſcopus Conſtantienſis, Comes, vel Baro a Ramswag, quæ familia Rhætiam nobilibus Heroibus implevit, inter quos primus meritò cenſendus *Salomen* hic, doctrina quoque inſignis, ex Monacho factus Imp. *Ludovici II.* Sacellanus: poſt cujus mortem ſequentibus etiam Imperatoribus quatuor ſervivit, omnibus longè chariſſimus, præſertim Arnolpho, qui illum duodecim Monaſteriorum, inter quæ præcipua fuerunt San-Gallenſe & Campidonenſe, Abbatum Ampliſſimum, & poſtea Epiſcopum Conſtantienſem conſtituit, pietate & ſummâ ſapientiâ præfulgentem, quique Epiſcopatui illi nova Privilegia ab Imperatore *Conrado* Salico impetravit, & irrumpentibus in Germaniam Hunnis, totum circumjacentis Provinciæ Clerum in Urbem Conſtantienſem, quam maximè ampliavit, tanquam in locum, naturâ munitum, transtulit: Ipſe deinde a *Bertholdo* & *Erckingero*, Sueviæ Ducibus, capite propterea multatis, captus, & in caſtrum Algoviæ Theobaldisburgum abductus: quæ tyrannis ſeminatium fuit multorum diſſidiorum & maximorum tumultuum in Eccleſia & Republica per Sueviam, & vicinas Germaniæ partes.

In iſta autem Synodo *Triburienſi* multa ſtatuta ſunt in utilitatem Eccleſiæ, maxime contra quosdam ſeculares, qui auctoritatem Epiſcoporum deprimere conabantur. vid. *Trithem.* in Chron. Hirſaugienſi, *Bruſchius* in Catal. Epiſcoporum Conſtantienſ. *Aventinus* in Annal. Boic. *Cruſius* l. c. l. 3. p. 2. c. 4.

Miſerrimæ lites inter Epiſcopum Rom. & Patriarcham Conſtantinopolitanum de ſtulto primatu.

Circa finem hujus Seculi inter Epiſcopum Romanum, & Conſtantinopolitanum, qui ſummi tunc in Orbe Chriſtiano habebantur, contentio de Primatu ſic finita fuit, ut ambo Oecumenici appellarentur, Conſtantinopolitanus quidem Univerſalis Patriarcha, Romanus autem Univerſalis Papa, tanquam hoc nomen altero dignius eſſet, uti Genebrardus ſcribit ex Onuphrio Panphinio.

Seculum

Seculum Decimum.

CUm hoc Seculo initium cepit *Urſperingum*, Monialium, Nobilitate generis conſpicuarum, inſigne Cœnobium, Conſtantienſis Diœceſeos, Ordinis Benedictini, ab *Ulrici*, Epiſcopi Auguſtani, de quo mox plura, Parentibus, ex familia Comitum Kyburgenſium ac Dillingenſium, fundatum, poſtea auctum a Germanis Nobilioris Proſapiæ militibus *Rudigero*, Adelberto, Equite aurato, & Waltero, Dominis de Schelcklingen: commendatum vero curæ & viſitationi Wernheri, Abbatis Monaſterii San-Georgii in Sylva Nigra a. 1127.

Originis Cœnobii Urſpringen.

Circa annum DCCCCXI. Canonicatus *Backnangæ*, oppido nunc ditionis Wirtenbergicæ, recens inſtitutus fertur, in quem *Rudolphus*, Baro Weiſſachenſis, arcis *Eberſperga* conditor, ultimus ſuæ ſtirpis, bona ſua contuliſſe, legitur: Marchionibus deinde Badenſibus Collegium illud Canonicorum, circa annum 1240. longe liberalius dotantibus. Vid. *Cruſius* l. c. c. 7.

Canonicatûs Backnangenſis fundatio.

Anno DCCCCXIX. dignus *Salomone* in Epiſcopatu Conſtantienſi ſucceſſor fuit *Nottingus*, Veringenſibus Comitibus ſanguine conjunctus, e San-Gallenſi Monaſterio, ad Mitram Epiſcopalem evectus, Vir eximie doctus, qui plurima ſcripſit, omnesque Evangeliſtas Commentariis illuſtravit, optimè meritus Pædagogus de *S. Conrado*, cui infulam reliquit.

Nottingus, Epiſc. Conſtantienſis, ſtudium Bibl. amat.

Deficiente in Germania *Caroli M.* Imp. ſtirpe cum *Ludovico* Cæſare, Ducatus Sueviæ vel Alemanniæ, qui ſub Clodoveanis & Carolinis Regibus magis preſſus fuerat, ſe attollere liberius cœpit. Rex enim *Conradus* Francia Orientali & Alemannia, Zurichgovia & Comitatu Badenſi Imperio adjunctis, primum Alemanniæ Ducem, ſibi Vicarium fecit nobilem Suevum Burcardum, natum ex Generoſis ad Podamicum lacum Comitibus Buchornenſibus, qui quidem in multis ſe tyrannicè geſſit, & magnus Eccleſiaſticorum adverſarius fuit, hosque inter Engelberti, Abbatis San-Gallenſis, & Heriberti, Abbatis Divitis Augiæ, ejusdemque Cœnobii Præpoſiti *Luithardi*, quem cum conventu Fratrum expulit. vid. *Cruſius* l. c. c. 8. & 9. *Stumpfius* in Chron. Helvet. l, 4. c. 36.

Ducatus Suevicus extinctâ ſtirpe Carolingica caput attollit

Sed meliorem Eccleſiæ Chriſtianæ in Suevia cauſam egit *Henricus I.* Imperator, Anno DCCCCXXIII. ex Ducibus Saxoniæ, dum ille *Ulricum*, *Hugobaldi*, Comitis Kyburgenſis & Dillingenſis, filium, ex Canonico Auguſtano Epiſcopum Eccleſiæ Auguſtanæ fecit, cui hic pie & fideliter præfuit ad annos quinquaginta. Initium ſuum in Epiſcopali cura faciens illo ipſo anno, quo *Eberhardus*, Decanus Argentinenſis Collegii ſummi, ſolitariæ vitæ ſtudio omnes res ſuas relinquens, in Eremum Meinradi egreſſus eſt, cellulam ejus in Helvetia reparans, & mediocri fano ibi conſtructo, precibus DEO & jejuniis ſerviens.

Ulricus, Epiſcopus Auguſtanus, per quinquaginta annos Celeberrimus.

Erat *Ulricus* ille, Epiſcopus Auguſtanus, in Monaſterio San-Gallenſi ab eximiæ doctrinæ & ſapientiæ Monacho *Waningo* in ſacris literis & aliis diſciplinis liberaliter inſtitutus, & adfuit ipſe poſtea anno DCCCCLIV. Imperatori *Ottoni M.* in prælio prope Licum contra Hunnos precibus ſuis inſtans, & oſtenſa Chriſti crucifixi Imagine per medias hoſtium catervas, quæ feliciter prope *Auguſtam* Vindelicorum profligatæ ſunt, decurrens, & ipſe deinde Urbem Auguſtanam amplians, cujus mœnibus templum S. *Afræ*, ab Hunnis miſere vaſtatum, ipſe incluſit, & eleganter inſtauravit, a ſuo deinceps nomine *S. Ulrici* templum appellatum. Idem quoque eo loco, quo Hunni, ab Imperatore *Ottone M.* cæſi, in perpetuam victoriæ illius memoriam, Monialium Cœnobium *S. Stephani*, fundavit, baptizans ibidem captum Hunnorum Regem, eundemque *Stephanum* appellans. Vid. *Bruſchius* in Catal. Epiſcop. Auguſtan. *Cruſius* l. c. c. II. & l. 4. c. 8. & porro *S. Johannis* Baſilicam Auguſtæ conſtruens, ut eſſet Laicorum parochia. vid. Witichindus Monachus in Vita *Ottonis* M. Imp. Abbas *Urſpergenſ.* in Chronicis, *Crantzius* in Metropoli Saxoniæ, *Aventinus* in Annal. Boicis. *Bonfinius* Decade I. l. 10. rerum Ungaricarum.

Idem Hunnos precibus fugat.

Hunnorum Tyrannis.

Biennio poſt, anno ſcil. 925. Hunni iterum Alemanniam pervadentes, ad San-Gallenſe Monaſterium pervenerunt, & *S. Wiboradam*, cellæ incluſam, occiderunt, quam *Clemens* P. R. in numerum Martyrum deinde retulit. vid. *Stumpff.* in Chron. Helvet. l. 4. c. 36. & l. 5. c. 5.

Wiborada Martyr.

Eodem anno DCCCCXXV. claruit *Dietmarus*, Abbas Cœnobii Hirſaugienſis, collapſæ ibi diſciplinæ Reſtaurator.

Diſciplina Hirſaugiæ reſtauratur.

Anno DCCCCXXV. illuſtravit Sueviam *S. Conradus*, Epiſcopus Conſtantienſis, Patre natus *Henrico*, Comite Altorffenſi, nobiliſſimo Alemanno, Conſtantiam plurimis præclaris ædificiis & templis amplians, & arctiſſimum neceſſitudinis vinculum cum *S. Ulrico*, Epiſcopo Auguſtano, colens: cum quo addito *Wolffgango*, Epiſcopo Ratisponenſi, ultimo ſuæ familiæ Comite Pfullingenſi, ipſe inter Triumviros Sacros Sueviæ relatus fuit. vid. *Bruſchius* in Catal. Epiſc. Conſtant. *Cruſius* l. c. c. 12. *Raderus* in Bavaria ſacra, & *Hermannus Ædituus.*

Conradus, Epiſcopus Conſtantienſis, Ulrici, Epiſcopi Auguſtani, Amicus

Cæterum in Monachos & Sacerdotes iſtius temporis hoc legitur Judicium *Aventini* l. 4. Annal. Boic. occaſione *Arnolphi*, Bavariæ Ducis, tunc defuncti: *hi, amiſſo puro veritatis fonte, ad lacunas luteſas convertuntur, & pietatem quæſtum, religionem prædam exiſtimant. Homines ſuaves ſe adituos Cœli faciunt, ubi nec fuerunt, nec ſunt, nec unquam erunt, niſi tandem mugari deſinant.*

Monachi notati.

Cœperat iſto tempore nova ſucceſſio Imperii Romani, a Francis ad Saxoniæ Duces translati, quos inter poſt mortem *Henrici* Patris, *Otto I.* cognomen Magni a rerum geſtarum magnitudine accipiens, gloriam Germanicam ad ſummam dignitatem evexit, idem quoque erga Epiſcopatus Sueviæ beneficus, quos inter cum Epiſcopatus Curienſis iſta ætate per irruptiones Sarace-

Otto M. Imp. erga Epiſcopos Sueviæ beneficus.

Saracenorum & Hunnorum multis damnis esset affectus, Imperator hic Curiensi Ecclesiæ quædam bona & prædia in pago *Zizers* & Alsatia, Episcopatu tunc fungente *Hardoberto*, concessit, imitantibus deinde hanc liberalitatem Patris & Avi, Othone II. & Othone III. Impp. quorum ille dicto Episcopatui pensionem vectigalium pontis Clavennensis in Bregallia, hic totum oppidum *Clavennam* dedit. vid. *Bruschius* in Catal. Episcoporum Curiensium, *Crusius* ex Chartis MSStis l. c. c. 2. 7. & 9.

Sed & *Otho I.* Imperator, redux ex itinere Italico in Germaniam, ex cella *Mainradi*, & humili Eremitarum in Helvetia domicilio, ad quod *Gregorius* quidam, *Edoardi*, Regis Angliæ, filius, *Editbæ*, primæ uxoris suæ Frater, Vir religiosus, Abbas accesserat, magnificam D. *Benedicti* Abbatiam *Einsidelensem* fecit, amplis illam Proventibus annuis & regiunculis donans, ut hospitale pauperum Principum, Comitum & Baronum, perpetuum esset: in quo deinde *Cuno* & *Henricus*, *Geroldi*, Saxoniæ Ducis, filii, *Ulricus* & *Dietlandus*, Sueviæ Duces, *Johanna*, Burgundionum Dux, & alii Principum liberi educati sunt: florente juxta Hirsaugiensi Monasterio in nostra Wirtenbergia, cujus Scholæ tunc post *Diethardum*, *Linthelmus* Monachus, vir sacrarum literarum bene doctus, præfuit, cui in isto officio docendi successit deinde *Meginradus*; idemque in Monasterio S. Galli præstitit *Helpericus* Monachus; a quibus Præceptoribus multi docti discipuli pro conditione illorum temporum, quibus extra Monasteria Scholæ nondum erant, prodierunt.

Linthelmus, Abbas Hirsaugiensis, Bibliophilus.

Surrexit tunc quoque ex ruinis suis *Campidonense* Monasterium, tertia vice ab *Hunnis*, in Alemannia grassantibus, misere vastatum, quod antea a Suevorum Duce laudatissima *Hildegardi*, insigni pietatis Cultrice, tam splendide & munifice fundatum, in quo tot pii, docti, bene morati & prudentes Viri vixerunt, ex quo pasta totius viciniæ jejuna in fame plebecula: Unde Episcopi & Imperatorum prodierunt Consiliarii: ad cujus instaurationem *Ernestus*, Sueviæ Dux, alii *Hermannum* dicunt, primæ fundatrici propinquitate sanguinis conjunctus, circa annum Christi DCCCCXLVI. multum contulit, & novam Privilegiorum confirmationem, ab *Othone* Imp. cujus jussu *S. Ulricus*, Episcopus Augustanus, idemque Abbas Campidonensis, Cœnobium hoc aliquamdiu in tutela habuit, impetravit. vid. *Bruschius* in Chronologia Monasteriorum Germ. ex MSStis Campidonensibus, *Crusius* l. c. l. 4. Part. 2. c. 5.

Monasterii Campidonensis, ab Hunnis vastati, restauratio.

Seculo hoc medio innotuit *S. Pantaleonis* cella, Monialium Benedictinarum Cœnobium, infra Imperiale lacus Acroniani oppidum, *Buchornam*, a *Bertha*, Guelfonis, *Isenbardo* nati, sorore, *Othonis*, Comitis Buchornensis, Conjuge fundatum, & ab Episcopo Constantiensi, *S. Conrado*, ad honorem SS. Trinitatis, & S. Crucis, divæque Virginis *Mariæ*, & SS. *Stephani* atque *Pantaleonis*, dedicatum, gubernatrices Magistras, plerumque nobili genere natas, habens, postea in Præposituram commutatum, quæ Abbatiæ Wingartensi unita fuit. Vid. *Bruschius* in Chronol. Monast. Germ. p. 575. *Crusius* l. c. c. 7.

Proxi-

Proximum huic fuit fundatione Monaſterium, quod *Burcardi* II. Sueviæ Ducis, ſecunda Conjux *Hedwigis*, *Henrici*, Bavariæ Ducis, filia, Græce & Latine apprime docta, Monaſteriorum S. Galli & Augiæ Majoris Advocata, in caſtro *Duello*, vel *Tuuella*, Wirtenbergici nunc juris, condidit, primum ibi Abbatem *Watſemannum* conſtituens, quod deinde ab *Henrico II.* Imp. pluribus illud bonis donante, a. MV. translatum fuit *Steinum* ad Rhenum. Vid. *Munſterus* in Cosmogr. l. 3. c. 252. Stumpffius in Chron. Helvet. l. 4. c. 38. & l. 5. c. 14.

Origo Cœnobii Anbuſiani.

Anno Ch. DCCCCLVIII. fundari cœptum eſt *Anhuſium*, Benedictinum Cœnobium opulentum, in parte Sueviæ Rhætica, non procul Waſſertruhedinga, oppido ad Wernicum Amnem, Aureatenſis Diœceſeos, ſitum: cujus fundator fuit *Erneſtus*, Alto-Truhendingenſis Comes, ejusque ſororius, *Hartmannus*, Baro de Lodenburg, Mullnius. Occaſio fundationis hujus videatur apud *Bruſchium* in Monaſt. Germ. Chronol. p. 28. *Cruſium*, l. c. c. 9. Habuit Monaſterium hoc ab initio Præpoſitos, deinde Abbates, Ordinis Benedictini, fueruntque prima illius initia in pago Langenau, duobus lapidibus ab Urbe Ulmenſi. Secunda deinde fundatio facta fuit ſeculo duodecimo, a Palatinis Tubingenſibus, de qua infra ſuo loco.

Monaſterii S. Blaſii, in Hercyniâ Sylvâ, fundatio.

Incidit in hæc tempora *S. Blaſii*, præpotens Hercyniæ ſylvæ Monaſterium, Benedictini Ordinis, cujus origo altius repetitur a Chriſtianis quibusdam, qui poſt ſæviſſimam *Diocletiani* Imp. perſecutionem, anno circiter Chriſti CCC. fugâ elapſi, in eo loco, qui hodie milliari uno ab oppido *Waldshuth* diſtat, convenerunt & Anachoretarum vitam agentes, Deum laudibus celebrarunt. Hiſce cum *S. Blaſius*, Cappadociæ Præſul, & ſub *Licinio* Cæſare anno CCCXII. Martyr, apparere viſus eſſet, (quales apparitiones quidem frequentes a Pontificiis ad alendam ſuperſtitionem finguntur) atque admonuiſſet, ut conſtanter pergerent, & mundi minas contemnerent, ab eo, tanquam Patrono, ſuam habitationem denominarunt. Poſtea cum Eremitæ ibi fere DCXL. annos humilitate ſumma, & duro manuum labore vixiſſent, fratres ad *Albam* fluvium dicti, *Reginbertus* Seldinburenſis, juxta Tigurinorum ditionem, Baro, Cæſari acceptiſſimus Conſiliarius, manu in prælio Hungarico contra Hunnos apud Auguſtam, de quo antea dictum, amiſſa, bonisque ſuis omnibus cum fratre *Conrado* diviſis, ſe in communitatem *S. Blaſii* contulit, ſuamque partem, Cæſaris voluntate, fratribus dono dedit, habituque eorum ſuſcepto, annos plures cum eis ſancte vixit. Sic ex Prioratu facta ibi eſt Abbatia, multarum opum etiam ex terræ mineralibus acceſſione ditata, quam Anno DCCCCLXII. *Bruno*, Corbejenſis Monachus, *Hermanni*, Sueviæ Ducis, Cognatus, conſtruxiſſe fertur: cujus primus Abbas *Berengarius*, Reginberto aſſentiente, fuit. Confirmavit hoc Monaſterium quoque *Otho M.* Imp. dato Privilegio anno DCCCCLXIII. cui paria fecerunt *Henricus* III. Imp. anno MXLVII. *Henricus* IV. anno MLXV. *Lotharius* anno MCXXVI. qui datis immunitatibus indulgentiſſimi fuerunt in hoc Monaſterium, cujus dotator quoque fuit *Albertus*, Wittenbergiæ Comes, ex cujus familia unus & alter quoque Monaſterium hoc ingreſſus, vitam ibi poſuit. Vid. Chron. *S. Blaſii*, *Munſterus* l. 3. Cosmogr. c. 314.

c. 314. *Pantaleon.* Part. III. de Illuſtribus Viris Germaniæ, *Cruſius* l. c. c. 10. ex codice Manuſcripto membranaceo.

Fundatio Monaſterii S. Ulrici Auguſtæ Vindelicorum.

Circa idem tempus anno ſcil. DCCCCLXV. ex vetuſtiſſimo *S. Afræ*, de qua ſupra, fano, ab Epiſcopo Auguſtano, *S. Ulrico*, ſurrexit magnificentiſſimum *S. Ulrici*, Auguſtæ Vindelicorum Cœnobium, poſt cæſos ibi ab Imp. *Othone* Magno Hunnos, conſtitutis ibi primo Canonicis Regularibus, poſtea verò *Bruno*, Epiſcopus Auguſtanus, frater *Henrici II.* Imp. ejectis Canonicis, Abbatiam Benedictinam fecit, & novum templum *S. Ulrico*, Epiſcopo Auguſtano, conſecravit anno Chr. MXII. primo ibi Abbate conſtituto *Reginboldo*, Comite Dillingenſi, ex primi fundatoris, *S. Ulrici*, poſteritate. Vid. Chron. hujus Cœnobii. *Bruſchius* in Chronol. Monaſt. Germ. p. 493. *Cruſius* l. c. c. 11.

Imp. Othonis cura pro Eccleſiâ Sueviæ.

Quantum autem ſtudium in promovenda Chriſtiana Religione per Sueviam impenderit ſæpe laudatus Imp. *Otho M.* oſtendit ipſe quoque inſtituta Monaſteriorum Divitis Augiæ & San-Gallenſis viſitatione, per Archi-Epiſcopum Trevirenſem, & Epiſcopos, Metenſem, Spirenſem, Wormatienſem, Herbipolenſem, Abbatesque, Laureacenſem, Weiſſenburgenſem, & Ellwangenſem: dato quoque Anno DCCCCLXXII. Epiſcopis Curienſibus, ad Sueviam ab antiquo pertinentibus, ampliſſimo Privilegio, quo res illorum a Saracenis collapſas iterum erexit. vid. *Stumpffius* in Chronico Helvetiæ l. 4. c. 38. *Cruſius* l. c. c. 12.

Accepit ab hoc quoque Imperatore Epiſcopatum Auguſtanum Anno Chriſti DCCCCLXXV. *Henricus*, Comes a Gaiſenhuſa, qui cum ultimus familiæ ſuæ eſſet, omnem Comitatum ſuum Auguſtanæ Eccleſiæ dedit. Vid. *Bruſchius* de Epiſcopis Auguſt. *Cruſius* l. c. l. 5. c. 1.

Wolffgangus, natione Suevus, Epiſcopus Ratiſponenſis, in Hungariâ Evangelium prædicat.

Floruit iſta ætate quoque *Wolffgangus*, natione Suevus, & cum Ulrico Auguſtano, atque *Conrado*, Conſtantienſi Epiſcopo, ipſe tertius inter ſanctos Sueviæ Triumviros, natus ex familia Comitum de Pfullingen (qui Comitatus deinde ad Comites Achalmenſes, poſtea ad Wirtenbergicos pervenit,) excultus bonis litteris, Monachus primo Benedictini Ordinis apud Trevitos, poſtea in Bavariam evocatus ob contentiones in Eccleſia ortas ſopiendas, apud *Othonem M.* Imp. impetravit, ut Ratisbonenſi Epiſcopatui præficeretur Anno DCCCCLXVIII. deinde *Geizone*, Ungariæ Rege vocante cum *Pilegrinio*, Epiſcopo Patavienſi, profectus in Pannoniam, Religionem Chriſti ibi docuit, & quinque millia Ungarorum Sacro Baptismi fonte expiavit, mortem denique incidens anno DCCCCXCIV. de quo non fruſtra *Pilegrinus* ille ſæpe exclamavit: O felicem Eccleſiam, quæ, Deo favente, hoc donabitur Sacerdote. Vid. *Bruſchius* l. 1. de Patavia, *Hundius* in Metropoli Salisburgenſi, *Pantaleon* de Viris Illuſtribus Germaniæ Part. 3. *Aventinus* in Annal. Boicis, *Merſeus* & *Raderus* in Bavaria ſancta, *Cruſius* l. c. c. 2.

Cœnobii Petershuſani fundatio.

Anno Chriſti DCCCCLXXX. *S. Gebhardus*, ex Comitibus Brigantinis, Epiſcopus Conſtantienſis, qui multa ad hunc Epiſcopatum contulit, Monaſterium *Petershuſium*, trans pontem civitatis Conſtantiæ, Cœnobium Bene-

dictini instituti amplissimum, & munificentissime a se dotatum, fundavit, in usum Monachorum e cella *Mainradi*, ex Helvetia accitis. Vid. *Bruschius* de Monast. Germ. pag. 356. *Crusius* l. c.

Origo Cœnobii Wettenhusani.

Successit huic proximè *Wettenhusium* Monasterium, Marchionatus Burgovienſis in Suevia, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini a. Dccccl xxxii. fundatum, a *Conrado* & *Wernhero*, Comitibus de Rochenstein, & Matre illorum *Gertrude*. Vid. *Bruschius* de Monast. Germ. p. 645. *Crusius* l. c. c. 3.

Claruit tunc anno Dccccl xxxiv. in Hirsaugiensi Monasterio *Adelbertus*, Nobilis Presbyter, scientia eruditionis & vitæ integritate per omnem Germaniam clarissimus, ita ut Principes & Pontifices ejus uterentur consiliis, teste *Trithemio* in Chronico Hirsaugiensi. Postea autem mortuo *Hartfrido*, Monasterii illius Abbate, per discordiam Monachorum, quæ exteris locum dedit, Cœnobium perditum ivit, postquam exulare cœpit summa Monachorum virtus, humilitas, regnumque tenuit maximum vitium, superbia, & præ aliis dominandi libido. Cum enim contra Abbatem *Conradum*, *Eberhardus* quidam eligeretur, qui Monasterio omnes Ecclesiæ thesauros abstulit, incitavit idem Comitem Calvensem, Monachis infensum, ad invadendas Monasterii, cujus Advocatus esse debuerat, possessiones, qui bona sacra diripuit, & in stipendium suis militibus convertit, quasi fas esset repetere illa, quæ parentes eo contulerunt, sicque ejectis Monachis in locum illorum introducti fuerunt Clerici Seculares, qui Monasterium illud fœdarunt, & devorarunt, ut Abbatia per annos 63. vacaret, quo tempore inter alia Cœnobio huic illata mala dissipata quoque fuit pretiosissima Bibliotheca, magno studio doctissimorum antehac Monachorum collecta. vid. *Trithem.* in Chron. Hirsov. *Crusius* l. c. c. 3. & 8. ubi magnæ querelæ de pravitate illa, quæ mansit usque ad tempora *Adelberti*, Com. Calvensis.

Eberhardus malus Abbas Cœnobii Hirsovienſis.

Cœnobii Kirchbo-Teccenſis Origo.

Anno Dccccl xxxvi. Cœnobium Sacrarum Virginum Kirchemii, infra Castrum *Teck*, fundatum dicitur, quod demum anno MLI. valde crevit, & postea certàm vivendi regulam accepit.

Fundatio Monasterii Minoris Augiæ, vulgò Minderaw / und Weissenaw.

Anno Dccccxc. *Alba Augia* Sueviæ, aliis Minor Augia, vulgo Die Minderaw / und Weissenaw / prope *Ravenspurgum*, sedes antea aliquot Eremitarum, deinde instituti Præmonstratensis Monasterium magnificum fundatum est a *Gebizone* de Weissenburg, Equite Aurato, & ejus Sorore, *Loicarde*, *Henrici*, militis ex Asenhusen, Conjuge, accepitque hoc Cœnobium subsecutis temporibus magnos benefactores, & hos inter Guelfos, Saxoniæ, Bavariæ, & Spoleti Duces, & Imperatores, Henricum VI. Philippum Sueviæ Ducem, Rudolphum Habspurgicum. Vid. Cœnobii hujus Annal. *Bruschius* de Monast. Germ. pag. 15. *Crusius* l. c. c. 5.

Anno Dccccxciv. fundatum est sanctimonialium Virginum Nobilium *Oberstenfel-*

ſtenfeldenſe, prope oppidum *Bottwaram*, in Ducatu Wittenbergico, de cujus fundatore diverſæ ſunt opiniones; alii enim auctorem illius ferunt, *Otbonem* quendam, Regulum Sueviæ, alii Nobilem quendam a *Beilſtein*, alii Comitem Bottwarienſem, uti ex *Georgio Widmanno* refert *Cruſius* l. c.

Origo Cœnobii Oberſtenfeld.

Circa finem hujus Seculi ſtudia literarum in Monaſteriis paulatim frigeſcebant, affluentibus undique opibus, & nimio Ceremoniarum ſtudio conſopita, Monachis quoque ob cæcum affectum [illegible] nonnullos, multa confingentibus: qualia præſertim fuerunt miracul[illegible]s ſancti coruſcaſſe, inuſitatum plane & incredibilem in modum [illegible]tur.

Monaſteria ex domiciliis Virtutum & literarum ſunt ignorantiæ & vitiorum Aſyla.

Seculum Undecimum.

HOc Seculo memorandus primò venit *Henricus II.* Imp. cognomento Sanctus, qui Sacerdotes Monachosque multùm ditavit, poteſtatemque venandi inter alia iis indulſit, ut (ſcilicet ut retrò ruſticus arma gerit,) prorſus eſſent a rebus ſecularibus avulſi, & vitæ Angelicæ, carnisque expertes, mancipati. Monachi enim, teſte Aventino, arrepta occaſione ex paupertate, ſeverioris religionis jugo excuſſo, licentius vivere cœperant.

Monachi ſemper magis in pejus ruunt.

Hic Imp. *Henricus* una cum *Henrico*, Epiſcopo Herbipolenſi, Comite Rotenburgico, qui *Pezelinus* dictus fuit, A. MIII. ex caſtro *Lauffenſi* ad Nicrum conſtruxit Cœnobium Sanctimonialium, idemque liberaliſſimè dotavit.

Biennio poſt anno ſc. MV. Imp. hic *Henricus* cum Conjuge *Kunigunde* vitiorum Eccleſiæ emendandorum cauſa egit magnam illam Synodum in Saxonia, Epiſcoporum Germaniæ, cui Sueviæ quoque Epiſcopi interfuerunt, a quibus tamen multi errores in Religione permiſſas pro defunctis firmatas, & alia commiſſi, ut recte *Cruſius* noſter l. c. l. 6. c. 2. de iſta Synodo judicaverit: utinam tunc S. Biblia, Judicem Supremum viæ, ad ſalutem æternam monſtrandæ, feciſſent; tunc de ſolo egiſſent ſufficientiſſimo Chriſti merito, fiducia firma nobis applicando, ac fide bonis operibus, quæ a S. Literis præſcribuntur, declaranda, Sacramentisque, a Chriſto inſtitutis, confirmanda, non autem in noſtris benefactis confidendo, nec conſcientias infinitis traditionibus humanis onerando. Sufficit enim Sacra Script. Joh. 20. Hæc ſcripta ſunt, ut credaris, quod hic Jeſus ſit ille Chriſtus. & ut credentes, vitam habeatis in nomine ejus. Joh. 5. Scrutamini Scripturas, & 1. Cor. 1. Chriſtus eſt nobis factus a DEO Sapientia, Juſtificatio, Sanctificatio, & Redemptio.

Synodi, ab Henrico II. Imp. collapſæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ cauſa, inſtitutæ, navi à B. Cruſio notati.

Anno MXIX. *Bruno*, Epiſcopus Auguſtanus, juſſu & expenſis *Henrici* hujus Imp. fratris ſui in media Urbe Auguſtana Collegium quadraginta popularium Myſtarum, & novum fanum *S. Mauritio*, Thebæ Legionis Duci, condidit & dicavit, atque ab eodem hoc Imperatore Epiſcopatus Auguſtani evectionem in Principatum Imperii impetravit.

vid. *Crusius* l. c. c. 5. *Bruschius* in Catalogo Episcoporum Augustan. hujusque consilio post mortem *Henrici II.* Imp. *Conradus II.* Salicus ex Suevis Imp. factus est: quo tempore Wirtenbergiæ Comites *Beutelsbacum* tenuerunt: & *Welffo*, Comes Altorffensis, *Brunoni* Episcopo filium Imp. *Henricum III.* apud se habenti, & bonis literis ac virtutibus erudienti, gravissimum bellum intulit, quo multa mala Augustanus Episcopatus perpessus fuit, *Conrado* Imp. se liberalem erga Cœnobium *Murbartense* dato privilegio anno MXXVII. nec non erga Episcopatum Curiensem anno 1030. & 1037. datis immunitatibus, ostendente, vid. Chron. MStum Cœnobii Wingartensis, *Brusch.* l. c. *Aventinus* in Annal. Boicis, *Crusius* l. c. 6. 8.

Hermannus Contractus, Comes Veringensis, eruditione clarus.

Floruit hoc tempore in Alemannia Vir divinarum & humanarum literarum peritissimus, *Hermannus Contractus*, Comes Veringensis, cujus familia fundavit Cœnobium Isnense, in Algovia, ille cum omni membrorum destitueretur officio, inutilis ad tractanda negotia politica a Patre inclusus fuit Monasterio S. Galli, in quo & in Majore Augia, unus de cœtu Monastico toto vitæ genere claudus & membris contractus, traduxit, scriptor tamen doctissimorum librorum, de Mundo & ejus eventibus, de Astrolabio, Eclipsibus, Computo, Quadratura Circuli, Physiognomia, Musica, Viris Sanctorum, Chronici celeberrimi, & aliorum, de quo videndi *Hermannus Ædituus*, *Munsterus*, *Gesnerus*, *Crusius* l. c. c. 9.

Synodus Constantiensis ab Henrico Imp. habita.

Anno MXXXXIV. Imp. *Henricus*, pacata Hungaria in Germaniam reversus, Synodum & comitia Sacerdotum & Principum in Civitate Constantiensi egit, & pacem inter Principes ac Nobiles, omnesque ordines hactenus inauditam, tum in Suevia, tum in omnibus Regni sui Provinciis fecit, qualem diu post Germania nullam habuit, ad quam multum contulit *Eberhardus*, Episcopus Constantiensis, Comes Dillingensis & Kyburgius, qui triennio post anno 1047. Imperatorem *Henricum* in Italiam Schismatis tollendi causa, quod inter tres Pontificatus Rivales ortum erat, proficiscentem, secutus est, & ibidem obiit Romæ.

Magna tunc iterum perturbatio fuit Germaniæ, ex qua multum damni quoque sensit Suevia hæc & Wirtenbergia nostra, itaque *Henricus* Imp. una cum *Clemente II.* Papa, insignem atque memorandam inprimis labentis Ecclesiæ reformationem, assiduis diù omnium piorum votis expetitam, aggressus est, anno MXLVII. qua nullam aut opportuniorem unquam, aut majoribus difficultatibus (si sc. non tantum vita Ecclesiasticorum, sed etiam doctrina fuisset emendanda) impeditiorem fuisse *Carolus Sigonius* l. 8. de regno Italiæ scribit: quippe Ecclesia DEI graviter jam prope per ducentos annos ægrotans, & multa & ea valida remedia requisivit, usque adeò, ut ad extremum ne ignem quidem & ferrum, quæ ultima insanabilium sunt medicamenta, repudiarit: cum cæteris sanatis membris caput ipsum, nempe Imperator, Salutaria omnia Conciliorum decreta (uti illum siniſtre accu-

Ecclesia DEI hoc tempore ægrotans,

accuſat *Sigonius*) reſpueret. Igitur ad tantam rem inſtituendam *Clemens*, Pontifex Romanus, quaſi ipſe optimè huic malo conſulere & mederi poſſet, Concilium Epiſcoporum in *Lateranum* convocavit, cui cum aliis multis interfuit *Humfridus*, Archi Epiſcopus Ravennæ, Comes Montisbeligardenſis, qui contentionem de præſeſſione Archi-Epiſcoporum diremit: & tunc omnis Sectorum Ordinum nundinatio, cauſsa Simoniacorum agitata, improbata, & decretum fuit, ne poſthac Pontifex Romanus ſine auctoritate, Imp. Romani crearetur. Quod ſi verò tunc *Lutherus*, vel alius huic par, vixiſſet, felicius proceſſiſſet deſiderata adeò Reformatio Eccleſiæ, quæ ſubſecutis demum Seculis purior evenit, nec accuſandus venit Imp. *Henricus*, quod tantam auctoritatem Conciliorum decretis non dederit, quantam *Sigonius* ab illo prætendit. Verbum enim DEI eſt ſupra Concilia: hoc convertendi ſunt homines, non traditionibus humanis, nec gladiis & haſtis, uti pie pro more ſuo ſcribit *Cruſius* l. c. c. 10.

aliquantum reſpirare incipit.

Continuavit inſtitutum hoc emendationis Eccleſiaſticæ *Leo IX.* Pontifex Romanus, ex familia Comitum Alſatiæ Egesheimenſi, & per Matrem ex Comitibus Calvenſibus oriundus, qui poſt Synodum Romæ, Papiæ & Rhemis in Gallia habitam; hoc fine quoque aliam Moguntiæ coram Imperatore & Germaniæ Principibus, præſentibus quadraginta Epiſcopis, quos inter Suevia quoque ſuos miſit, hoc fine inſtituit: de qua Synodo *Albertus*, Abbas Stadenſis ſcribit: quod in illa multa ſancita ſint in utilitatem Eccleſiæ, inter quæ prohibita quoque fuerit Simoniaca hæreſis; ſed quod ibidem Sacerdotum conjugia, quæ *Albertus* ille nefanda vocat, univerſali Synodi manu perpetuo damnata ſunt, hoc factum eſt contra S. Scripturam & D. Apoſtoli Pauli effatum, in priori Epiſtolâ ad Timoth. c. 3. & 4. ubi Epiſcopum unius uxoris maritum eſſe vult, & dæmonum doctrinam pronunciat, prohibere Conjugium, & genera quædam ciborum.

Aliqua affulget Eccleſiæ emendatio ſub Leonis IX. Pontificatu intermixtis tamen nævis.

Poſtea Pontifex hic *Leo IX.* Anno MXLIX. Sueviam quoque ingreſſus eſt, in qua non ſolum Augiam Divitem, & Auguſtam Vindelicorum viſitavit, ſed & in caſtro Calvenſi, apud *Albertum* Comitem, Nepotem illius, qui Hirſaugienſe Cœnobium deſtruxerat, hoſpes fuit, qui cum ibidem cognoviſſet de Veteris Monaſterii Hirſaugienſis præſtantia, ſecutaque ejus deſolatione, nec non de reliquiis *S. Aurelii*, tempore vaſtatæ per Normannos Galliæ, ſub terra abſconditis, & in Cœnobio Hirſaugienſi depoſitis, mandavit *Adelberto*, Comiti Calvenſi, locum a Progenitoribus ejus cultui divino & Monaſticæ Religioni dicatum, tanquam officinam Sanctarum Virtutum, obſervare, & Clericos Seculares Vitæ diſſolutiſſimæ inde expellere, & Monachos atque Abbatem ſecundum regulam D. Benedicti, quemadmodum prima fundatio requiſivit, cum omnibus ablatis bonis reſtituere, & alia de propriis facultatibus impendere: quod factum ſe pro viribus Comes iſte promiſit, & ſic Papa iterum ab iſto diſceſſit; vid. *Trithemius* in Chron. Hirſov.

Leo IX. P. R. Comes Calvenſis, Calvam & Hirſaugiam venit, atque Agnatum Adelbertum, Com. Calvenſem, ut deſolatum Monaſterium Hirsovienſe reſtauret, hortatur.

Eodem tempore A. MLII. vel, ut *Bruſchius* refert, A. MLVI *Eberhardus*, Comes Nellenburgius, Abbatiam Benedictinæ diſciplinæ, quæ Scaphuſæ eſt, fundavit magnis impenſis valdè magnificam, conſecratam mox ab eodem Pontifice *Leone*, Conſanguineo Eberhardi fundatoris, honori ſanctiſſimi Salvatoris.

Superſtitioſa Peregrinatio ad Sepulchrum Chriſti incipit.

Circa illud tempus, anno MLIII. *Wernherus*, Comes Veringenſis, *Hermanni Contracti* frater, Monachus Augiæ Divitis valdè doctus, peregrinationem ſuſcepit ad ſepulchrum Domini in terram ſanctam, qualis tunc nondum admodum uſitata, hinc autem in exemplum a multis deinceps Religioſis, ſed & aliis Illuſtribus atque plebejis charitate Chriſti propoſita fuit, ita ut anno MLXV. multi Germaniæ Epiſcopi, aliique Eccleſiaſtici & Seculares Proceres, & junctis Gallis hominum circiter 7000. Hieroſolymam, viſendi S. Sepulchri gratia, profecti ſint.

Debere tunc multum iterum Religio cœpit Comitibus Calvenſibus ex quorum familia *Gebhardus*, Epiſcopus Eichſtadianus, poſtea Papa *Victor II.* Albam Augiam, Cœnobium Norici anno MLV. ad amnem *Suabachium* fundavit, de quo *Bruſchius* in Chronol. Monaſt. Germ. p. 13. & mox *Adelbertus*, Comes Calvenſis, anno MLIX. crebris admonitionibus Vxoris piæ *Wiltrudis*, Ducis Poloniæ, tandem exoratus, reſtaurator factus eſt Cœnobii Hirſaugienſis, fundamentis Eccleſiæ jactis an. MLX. toto opere autem demum anno MLXXI. conſummato, multùm ſollicitante & inſtante *Wilhelmo* Abbate.

Monaſterii Hirſaugienſis reſtauratio.

Anno MLXV. ædificatione *Hirſaugienſis* Cœnobii tardius licet procedente ex Monaſterio Solitariorum olim ad Eremitas dicto in Nigra Sylva, præ cæteris Sueviæ Monaſteriis laudato, petente per legationem *Alberto*, Comite Calvenſi, ab Abbate miſſi ſunt duodecim fratres cum Friderico, quem ipſi ſibi Abbatem Hirſoviæ præfecerunt, Pridie Nonas Decembris.

Wilhelmus, Abbas Hirſaugienſis, ex melioribus.

Anno MLIX. factus eſt *Hirſaugiæ* Abbas *Wilhelmus*, ex nobili Bavarorum Proſapia ortus, Religione commendatus, & ſcripturarum cognitione inſignis adjuvante illo *Alberto*, Comite Calvenſi, qui Monaſterio libertatem literis quidem fallacibus conceſſit, ne in Advocatorum Comitum poteſtate amplius eſſet: Cognita autem *Wilhelmi* Abbatis illuſtri virtute, multi ſe & bona ſua in hoc Cœnobium contulerunt, ſuntque ſeptem deinceps in diverſis Regionibus Monaſteria, partim ab hoc Abbate Wilhelmo, partim a Diſcipulis ejus fundata, ſcilicet 1. Cella *S. Gregorii* in Reichenbach. 2. *S. Gregorii* Martyris in Nigra Sylva, Conſtantienſis Diœceſis. 3. in Bavaria ad Honorem *S. Martini*. 4. *Erfordiæ* in Honorem Apoſtolorum Petri & Pauli. 5. Ad duplicem aquam (Monaſt. Zwifaldenſe:) in honorem S. Mariæ. 6. in villa Weilheim poſtea converſum in montem S. Petri. 7. In Carinthia Lavenſe dictum, in quæ omnia Monachos ex Cœnobio Hirſaugienſi miſit *Wilhelmus*, qui cum ab *Alberto*, Comite Calvenſi, quindecim Monachis ſuſtentationis ſubſidia proviſa eſſent, Monaſticæ vitæ Profeſſores, oblationibus fidelium ad CL. usque perduxit, quos ſub diſciplina ſua DEUM quotidie laudantes habuit. Ipſe quoque Barba-

Barbatorum Fratrum, quos converſos vocant, Laybrüder/ uſum vel primus in Germaniæ Cœnobiis inſtituens, vel antiquatum renovans, ut ipſi nimirum laboribus manuum inſiſtentes, temporalium rerum curam, ex Mandatis Seniorum agerent, & Monachis contemplationi & precibus continenter deditis, ad ſuſtentationem corporum neceſſaria procurarent; Vid. plura de his apud *Trithemium* in Chronico Hirſaug. Monaſterii.

Anno MLXXI. Structura Templi *Hirſaugienſis*, ante decennium ferme inchoata, conſummata eſt, conſecratione facta per *Henricum*, Epiſcopum Spirenſem, in cujus Diœceſi Monaſterium ſitum eſt, petentibus hoc *Alberto*, Comite Calvenſi, ejusque devotiſſima Conjuge *Wiltrude* & *Wilhelmo* Abbate, qui a dicto *Adelberto*, Comite, pleniorem jam libertatem, abolitis prioribus literis, Monaſterio impetravit. Vid. Trithemius l. c.

Conjugium Sacerdotum ab Othone, Ep. Conſtant. defenditur.

Hoc tempore *Otho*, Epiſcopus Conſtantienſis, a *Gregorio* VII. Pont. Romano, in Conventu Lateranenſi ejectus eſt Epiſcopatu, quod ille a partibus *Henrici* Imp. ſteterit contra Papam, & defenderet Sacerdotum Conjugium. vid. *Bruſchius* de Epiſcopis Conſtantienſibus & l. 2. de Patavia, & *Cruſius* l. c. L. VII. C. VI. & VII. Ubi notavit, quam vehementer tunc Clerici fremuerint, qui Sacerdotium quam Conjugium maluerint, quod ipſi Græci quoque Sacerdotes colant, cumque Conjugium numeretur inter Septem Sacramenta Græcorum & Latinorum, negaſſe hoc Sacramentum Sacerdotibus Gregorium, qui verbum DEI, & D. Apoſtoli Pauli Præceptum pedibus conculcaverit.

Monachorum avaritia.

Illa tempeſtate autem nomen Monachorum tum in Augia Divite, tum alibi valde fuiſſe a Pſeudo Monachis infamatum, qui, omiſſo rerum divinarum ſtudio, omnem operam in pecuniis acquirendis inſumſerint, & Eccleſiaſticas Dignitates illarum profuſione emerint, ipſe *Schafnaburgenſis* conqueritur, qui miratum mundum fuiſſe ſcribit, unde tantus pecuniarum ſcateret fluvius, unde Croeſi & Tantali opes apud Crucis Scandalum & paupertatis Titulum præferentes.

Epiſcoporum & Abbatum Conſtitutio per Cæſarem.

Hac etiam ætate *Gregorius VII.* Pont. Rom. imitatione *Gregorii Sexti* cœptum de inveſtituris Epiſcoporum contra Cæſares negotium exequi voluit, ne hi amplius Epiſcopos & Abbates conſtituendi poteſtatem haberent, quaſi eos gratia, aut pecunia conſtituerent, quod jus *Paſchalis* Papa ſub *Henrico V.* Imp. in Pontificum poteſtatem redegit; cumque *Fridericus I.* Imp. illud poſtea Imperio reſtituere conaretur, incidit ipſe in maximas turbas; Lutheranæ autem, ex verbo DEI deſumptæ Religioni, rem felicius ſucceſſiſſe, *Cruſius* ait. loco cit. C. VII.

Anno MLXXIV. *Theodoricus*, Comes Montisbeligardi, Monaſterium *S. Walpurgis* Benedictinum prope Argentinam primo fundavit, quod tamen alii referunt ad Fridericum, Ducem Sueviæ, cujus Filius, *Fridericus I.* Barbaroſſa, Abbatiam iſtam complevit Anno MCLXIV. vid. *Münſterus*, *Lazius*, *Vignier*, *Cruſius* in Annal. Suev. l. VI. C. VII, VIII. & l. VII. c. VII.

Anno

Anno MLXXV. *Bernoldus* Suevus, Presbyter Constantiæ, Literis & virtute clarvit, scribens inter alia librum, Ecclesiæ inservientem, cui Titulus: Ordo Romanus.

Henrici IV. Imp. fato adversa,

Anno MLXXVI. Conventus Ulmæ habitus est, ut Reipublicæ consuleretur, submoto Imperatore *Henrico*, quem *Wilhelmus* quoque Hirsaugiensis Abbas, cum aliis Episcopis & Ducibus deseruit, stans a partibus *Gregorii VII.* Pont. Rom. qui Germaniam civili bello, cognatosque inter se Principes odiis replevit, & Sueviæ quoque magnam malorum congeriem intulit, magna Religionis distractione propter coactum cælibatum inter Sacerdotes atque Laicos secuta. vid. *Schafnaburgenſis*, & Abbas *Urſpergenſis*.

Vixit isto anno *Cunradus*, Wirtenbergiæ Comes, in magna auctoritate, detestatus contentiones inter Imp. *Henricum* & *Rudolphum*, Sueviæ Ducem, multumque in sedandis Germaniæ & Sueviæ turbis elaborans, in quo conatu illum quoque Frater *Bruno*, Wirtenb. Comes, Monachus Cœnobii Hirsaug. deinde Abbas adjuvit. Vid. *Trithemius* & *Pantaleon* de Viris Illustribus Germaniæ, *Crusius* l. c. c. 8. & Scriptores rerum Wirtenbergicarum, qui *Conradum* istum Comitem Hirsaugiense Cœnobium largiter dotasse, pariter referunt.

Dissidia in Episcopatu Augustano.

Anno MLXXVII. *Sigefridus* Comes, vel Marechallus Dornbergensis, electus est a majori parte Canonicorum summi Collegii Episcopus Augustanus, contra quem a cæteris constitutus est Episcopus quidam *Wigoldus*: ille Augustæ, hic Fuessæ residebat, uterque ex vicinis Regulis auxilium quærens: Sicque per septennium acerrime disceptabant, cum summa rerum Episcopatus jactura. vid. *Brusch.* in descriptione Episcop. Augustani.

Bellum inter Gregorium VII. P. R. & Henricum IV. Imp. Sueviæ valde noxium.

Anno MLXXVIII. innotuit *Henricus*, Episcopus Curiensis, qui interfuit Concilio, in quo *Gregorius VII.* Papa e communione Sanctorum expunctus fuit, licet huic magis quam Cæsari *Henrico* faveret, quod Imperator hic acriter ultus est, excitatis contra Episcopum hunc furoribus Guelforum, qui Curiensem Rhætiam rapinis & incendiis misere vastarunt; quod etiam isto tempore contigit reliquæ Sueviæ in bello civili, quod *Gregorius VII.* Papa excitavit contra *Henricum IV.* Imp. qui ob repugnantes sibi Suevos etiam Ecclesias illorum solo æquavit, Cœnobio Zwifaltensi, nuper fundato, per multos annos cum magna paupertate conflictante, vid. *Brusch.* in descriptione Episcoporum Curiens. & *Crusius* l. c. l. 8. c. 1. ex manuscripto Zwifaltensi, *Stumpffius* l. 4. Historiæ Helveticæ c. 44. & in vita *Henrici IV.* Imp. sed & alibi *Rudolphi* Ante Cæsaris Exercitus San-Gallense oppidum & Monasterium expugnavit & diripuit. vid. Scriptores San-Gallenses, & cum his quoque *Brusch.* de Monast. Germ.

Wilhelmus, Abbas Hirsaugiensis, Cœnobium suum extendit.

Cæterum cum sub Abbate Hirsaugiensi *Wilhelmo* Monachorum numerus, quorum plus 150. & conversorum 40. erant, vehementer crevisset, ita ut loci angustia apud *S. Aurelium* eos difficulter caperet, cœpit Abbas novum Monasterium trans fluvium Nagoltum in loco nonnihil editiore

editione circa annum MLXXIX. construere, multis collationibus liberaliter factis propter laudabilem vitam Monachorum, & inprimis *Wilhelmi* Abbatis. Quod autem tunc tam multi mundo renuntiarunt, seque ad monasticam vitam contulerunt, causa fuit eo tempore execratio & anathema Imperatoris *Henrici*, quo ipsum & suos Papa *Hildebrandus* percusserat: Unde factum, ut nemo fere potuerit tuto in seculo, ut loquebantur, consistere, quin aut Regis partibus consentire, aut contradicendo vindictam experiri, cogeretur. Unde causa plurimis data est, etiam potentibus tum ad alios Abbates, tum ad istum *Wilhelmum* in Cœnobia, tanquam ad asyla quædam, perfugiendi, uti scribit *Crusius* l. c. c. 2.

Baronum Hohenstauffensium evectio,

Hoc tempore cum *Henricus IV.* Imp. *Friderico*, Baroni Hohenstauffæ, Belli Pacisque artibus illustri, sibique in turbis civilibus valde fideli, Filiam *Agnetem* Conjugem dedisset, fecit illum Ducem Sueviæ, jam magis Hæreditario Jure, cui Ducatui postea Franconiæ quoque Gubernatio accessit, & sic semina tunc jacta fuerunt Imperialis Dignitatis, ad Suevos transferendæ, quam stirps hæc Dynastarum Hohenstauffensium, ex Weiblinga oriundorum, & Gibellinorum nomine insignium, per centum & viginti annos maxima cum Romani Imperii utilitate & dignitate, ipsiusque Religionis per Sueviam hanc & Germaniam incrementis, per Fundationes Cœnobiorum, & aliis modis, servatis quoque Imperatorum contra Romanos Pontifices juribus, & auctoritate circa Sacra administravit, cum qua stirpe literarum quoque studia, quæ & ipsa Religionem juvant, invalescere simul iterum cœperunt, cessante jam barbarica Eruditionis caligine, & apertis magis Germanorum oculis, quorum major posthac diligentia etiam in perscribendis Sueviæ rebus apparuit.

Ecclesiæ & Scholis in hisce terris proficua.

Hirsaugia amplatur.

Anno MLXXXII. *Wilhelmus* Abbas majus Hirsaugiæ Cœnobium, cum vetus illud angustum nimis esset, construere cœpit, atque novem annis perfecit. Vid. Trithemius. l. c.

Origo Prioratus Reichenbach.

Proximo Anno MLXXXIII. idem Abbas *Wilhelmus* cellam *Gregorii* in *Reichenbach* fundavit, de qua fundatione vid. *Crusius* l. c. l. 8. c. 5. ex Archivo Badensi: institutus autem est in Monasterio Reichenbacensi Prioratus Benedictini Ordinis, Diœceseos Constantiensis, qui a prima fundatione Hirsaugiensi Abbati immediate plenoque jure subjectus fuit, idemque plane jus habuit quoque Cœnobii Hirsaugiensis Abbas in Prioratum *Schönrain*, in Franconia, Diœceseos Herbipolensis, & in Præposituram *Rode*, vel *Münchrote*, in Comitatu Oetingensi, Diœceseos Augustanæ, possedirque *Wilhelmus* Abbas plures Prioratus Benedictinos sub Jurisdictione sua, qui successu temporis in Abbatias mutari, a Jurisdictione Hirsaugiensis Monasterii exemti fuerunt. vid. *Trithemius* & *Crusius* l. c. ubi dilatationem Benedictini Ordinis in Europa notans, ipse se quoque Benedictinum profitetur, quia credat in solum Jesum Christum, qui est Benedictus in Secula, & Benedictinorum in Benedictum credentium Pater, & hos esse vere Christianos Monasticos Ordines, addens, si quisque in ea vocatione, qua vocatus est, maneat,

Veri Benedictini, ex testimonio Trithemii, qui credunt in Jesum Christum

Nomen Benedictum.

neat, ut monet Paulus in Ep. I. ad Cor. c. 7. 17. & omnes & ſingulos Chriſtianos, qui DEUM ex fide in Chriſtum invocant, ſalvari, & benedictos eſſe cum nullum ſit diſcrimen, neque in Sacerdote, nec in Laico, nec in viro, nec in fœmina, ſed omnes unus homo in Chriſto JEſu, juxta dictum Pauli in Ep. ad Galatas c. 3. 28.

Eccleſia Syndelphingenſis fundatio.

Eodem Anno MLXXXIII. IV. Non. Julii dedicata eſt Eccleſia Syndelphingenſis a *Gothardo*, Archi-Epiſcopo Salisburgenſi, & ab *Alberone*, Epiſcopo Herbipolenſi, in Honorem SS. Trinitatis, & S. Crucis, & S. Dei Genitricis Mariæ, omniumque Sanctorum, præcipue *S. Martini*, Epiſcopi & Confeſſoris, ſuitque tunc Eccleſia iſta ſubjecta Epiſcopo Conſtantienſi, vid. Chron. M Stum Præpoſituræ Syndelphingenſis. Fundatum autem eſt Monaſterium hoc Syndelphingenſe (cujus initia quidam ad Annum MLXXXV. referunt.) ad inſtantiam *Alberti*, Comitis Calvenſis, & Conjugis illius *Wilckae*, Ducis Poloniæ, inſtitutis ibi primo Monachis Benedictinis, qui tamen mox ad Monaſterium Hirſaugienſe translati fuerunt, ſuccedentibus in illorum locum Syndelphingæ Canonicis Regularibus, vel Choralibus Dominis S. Auguſtini; ſecutis autem temporibus Anno MCCCCLXXIV. ad inſtantiam *Eberhardi*, Comitis Wirtenb. & *Mechtildis*, Matris illius, ex Palatinis Rheni, ſecundis nuptiis Auſtriæ Ducis, Præpoſitura Syndelphingenſis cum octo Canonicatibus, & totidem Præbendis, auctoritate Friderici III. Imp. & Sixti IV. Pont. Rom. translata eſt Tubingam in Eccleſiam *S. Georgii*, Diœceſeos quoque Conſtantienſis, facta Secularium Canonicorum inſtitutione Syndelphingæ. Extinctis autem poſt Albertum Comitibus Calvenſibus, in Bona illorum Comites Palatini Tubingenſes ſucceſſerunt, ut genere proximi hæredes, factique ſunt Advocati & Patroni Collegii Syndelphingenſis, ut & Canonici & Præpoſiti, quales in illo Collegio fuerunt præter multos alios Illuſtres & Nobiles Wirtenb. Comites, ad quorum familiam Comitatus Calvenſis & Tubingenſis cum Böblinga & Syndelphingâ pervenit. vid. Cruſius l. c. c. 6.

Præpoſitura Syndelphingenſis Tubingam transfertur.

Henrico IV. Imp. non vult ſe ſubmittere Wilhelmus, Abbas Hirſaugienſis, inde odium hujus Cæſaris in hunc Abbatem & Hirſaugiam.

Anno MLXXXV, *Henricus IV.* Imp. vocabat *Wilhelmum*, Abbatem Hirſaugienſem, ad Synodum magnam *Moguntiæ* habitam, cui tamen ipſe intereſſe noluit. In iſta Synodo ſancita fuit communi conſilio Pax DEI, & excommunicati Rebelles Imperatoris, quos inter *Gebhardus*, Epiſcopus Conſtantiæ fuit. In alia tamen mox Synodo Quedlinburgenſi *Henricus* Imp. Otho, Epiſcopus Conſtantienſis, & ſocii illorum excommunicati fuerunt. vid. *Trithemius* in Chron. Hirſaug. & Abbas Urſperg. in Chron. Germ. Imp. *Henricus* autem cum *Wilhelmum* Abbatem & fratres Hirſaugienſes conſtantes in Romani Pontificis *Gregorii VII.* obedientia, ſibique excommunicato, contrarios eſſe cognoviſſet, in publico Principum confeſſu præcepit, *Hirſaugiam* funditus deſtrui, & bona ejus in ſtipendium militibus erogari, quod licet factum non eſt, Imperator tamen hic odio Hirſaugiam perſequi non deſtitit, quoad vixit, teſte Trithemio loco citato.

Anno

Anno MLXXXVIII. *Guelpho*, Bavariæ Dux, Hoſtis *Henrici IV.* Imp. Auguſtam Vindelicorum vaſtavit, & Epiſcopum *Sigefridum*, quod is Guelfones pro Advocatis & Defenſoribus Epiſcopatus Auguſtani habere nollet, ab ara abſtractum, captivum duxit, ſubſtituens pro illo *Wigoldum*, qui Pontifici *Hildebrando* obnoxius, Auctor iſtius Belli fuit, in quo & Populus & Sacerdotes pro præda hoſtibus ceſſerunt. vid. Abbas Urſpergenſis in Chron. Germ. *Aventinus* in Annal. Boicis, *Bruſchius* in Catal. Ep. Aug. ubi quam infeliciter Epiſcopatus Auguſtanus a quibusdam tunc affectatus fuerit, explicat, donec *Sigefridus* ad illum iterum rediit, non diu tamen ſuperſtes, vir meliore fortuna dignus.

Guelpho, Bavariæ Dux, Auguſtam Vindel. vaſtat.

Sigefridi, Epiſc. Auguſtani, adverſa fata.

His turbidis temporibus Hildebrandinis, & ſequentibus quoque, quibus Germania tot bellis a Romanis Pontificibus concitis infeſtabatur, plura conſtruebantur Monaſteria, præcipue per hanc Sueviam, in quæ homines tanquam aſyla, collatis illuc bonis ſuis, tutum receptum haberent. Erat quidem jam antea ſatis frequens Cœnobiorum, uti alibi, ita in Suevia hac Monaſteriorum numerus: ſed Monachi ab inſtitutis *S. Benedicti* longè degeneraverant, ideò Reformatio ſecuta per novos Ordines & ſocietates.

Itaque Anno MLXXXIX. Monaſterium *Zwifaltenſe*, ſive ad duplices aquas, magnificum & opulentum, Benedictinæ Diſciplinæ, Conſtantienſis Diœceſeos, non longe a Danubio in Alpibus Sueviæ fundatum eſt, a *Luitholdo* & *Cunone*, Comitibus de Achalm, fratribus Germanis, in prædio ſuo Zwifaltacha, adhibito *Wilhelmo*, Abbate Hirſaugienſi, qui illud Monaſterium dimenſus eſt, & illuc duodecim Monachos, & quinque barbatos fratres in feſtivitate S. Michaelis ex Cœnobio Hirſaugienſi, cujus filia audit Zwifaltenſe Monaſterium, miſit: qui initio per Priores regebantur, & in magna paupertate religioſam viram ducebant; anno autem tertio fundationis primum Abbatem *Noggerum* accepit Cœnobium hoc a Wilhelmo, Abbate. Præter fundatores autem liberaliſſimos Comites Achalmenſes Cœnobium hoc donatum mox fuit reditibus quoque ab *Alberto*, Cœnobii Syndelphingenſis auctore, & *Wernhero*, Comite Græningenſi, ex familia Comitum Wirtenbergicorum, proximo Fundatorum ex Sorore nepote. Defunctis autem mox Comitibus Achalmenſibus, *Mangoldo*, Comiti de Vehringen, commendata fuit cura & tuitio hujus Cœnobii, quod temporum ſucceſſu plurimas immunitates ac privilegia accepit a Romanis Impp. Regibus ac Pontificibus, illiusque Advocati & Tutores facti ſunt Welffones, Bavariæ Duces, poſtea Comites Hohenbergici, & Emerckingenſes, deinde Duces Auſtriæ, denique Comites & Duces Wirtenbergiæ. vid. *Bruſchius* in Chronol. Monaſt. Germ. p. 660. ſeqq. *Cruſius* l. c. l. 8. c. 8. ex MSus membranaceis *Bertholdi*, Abbatis hujus Monaſterii.

Monaſterium Zwifaltenſe plantatum ex Monaſt. Hirſaugienſi ab Abbate Wilhelmo.

Anno MXCI. majus Cœnobium Hirſaugienſe ab Abbate *Wilhelmo* cœptum, nono a fundationis initio conſummatum eſt, & Eccleſia ipſo procurante, ab Epiſcopo Conſtantienſi dedicata, in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli: poſt cujus operis

Wilhelmi, Abbatis Hirſav. obitus

conſummationem Abbas *Wilhelmus* eodem anno IV. Non. Julii obiit, dicens illud Pauli: *ſcio, cui credidi*, & fratres ad continuum DEI amorem, fervorem Monaſticæ religionis, obſervantiam mutuæ dilectionis, curamque hoſpitalitatis, ante mortem cohortatus. Sepultus ipſe fuit in medio novæ Eccleſiæ, erecto ibidem monumento adhuc hodie, poſt ruinas hujus templi & Cœnobii a Gallis nupero bello illatas, ſuperſtite, cui hoc inciſum legitur Epitaphium: *Anno millesimo nonagesimo primo, quarto nonas Julii, obiit venerabilis Pater & Dominus, Dominus Wilhelmus Abbas, & primus Fundator hujus Cœnobii Hirſaugiensis.* Conciliavit hic *Wilhelmus*, præter alia multa merita, Cœnobio Hirſaugienſi varias confraternitates plurimorum Monaſteriorum, quas & ſucceſſores illius in Abbatia auxerunt, ſc. Monaſterii Schaffhuſani, Augienſis, S. Mariæ ad Eremitas, Rinaugienſis, Zwifaltenſis, S. Georgii, Iſnenſis, Ochſenhuſani, *S. Blaſii*, Wiblingenſis, omnia Conſtantienſis Diœceſis. Chomburgici, Diœceſis Herbipolenſis, Monaſterii Ottenbyrenſis, Beſſelbrunnenſis, Neresheimenſis, Elchingenſis, Deckingenſis, omnia Auguſtenſis Diœceſis, Petershuſani, apud Conſtantiam, *S. Ulrici* Auguſtæ. Quarum confraternitatum uſus, quatenus conſiſtebat in orationibus, vigiliis, miſſis, diſciplinis & eleemoſynis pro defunctis, noſtræ quidem Religioni, quæ extra Paradiſum & infernum locum tertium animarum, poſt mortem ſeparatarum, neſcit, adverſatur, quatenus autem fovebat jus quoddam hoſpitii & mutua charitatis officia inter fratres invicem tanquam domeſticos exercenda, improbari non potuit. Mortuo autem *Wilhelmo* ſucceſſit Abbas *Gebhardus*, Comes Uracenſis, Sacrarum literarum haud rudis, nec moribus indecorus, ſub quo & illius ſucceſſoribus iterum inventi ſunt Monachi, non latine ſolum & græce, ſed hebraice quoque & arabice docti, quos inter Seculo hoc & ſequente claruit Conradus, Theologus, Philoſophus, Orator, Muſicus, Poëta, omnium ſui temporis in Alemannia clariſſimus, multorum librorum ſcriptor, in quibus nomen ſuum ſub Peregrini nomine abſcondit. Vid. *Trithemius* in Chron. Hirſaug.

Eodem anno Monaſterium S. Petri in Nigra Sylva antehac a *Bertholdo* II. Duce Zæringenſi, fundatum, a fratre ejus *Gebhardo*, Epiſcopo Conſtantienſi, conſecratum fuit, locum poſthac dans ſepulturæ Ducum Zæringenſium; Plantatum quoque a fratribus Hirſaugienſibus, vid. *Cruſius* l. c. c. 10.

Anno MXCII. vel ut alii ſcribunt MXCIII. Hirſaugienſis congregatio migravit de *Amelio* in majus Monaſterium recens ædificatum, & anno proximo 1094. *Hildegardis*, Dux Sueviæ, extruxit Seleſtadii in Alſatia templum primo Dominico Sepulchro, cujus figuram Crypta, quæ ſub adyto eſt, præ ſe fert, mox Divæ Virgini Fidei dicatum, uti tradunt literæ Fundationis apud *B. Rhenanum* l. 3. rerum Germanicarum. Hinc enatum Monaſteriolum, cui *Hildegardis* filii, *Fridericus*, Sueviæ Dux, *Ludovicus*, *Walterus*, *Otho*, Epiſcopus Argentinenſis, ab Imp. *Henrico IV.* conſtitutus, ex familia Dynaſtarum Hohenſtauffenſium, de Proventibus proſpexerunt, donato omni eo, quod ad ipſorum ditionem Seleſtadii pertinebat. Interfuerat *Otho* ille Epiſcopus cum *Godofredo* Bullionæo, & aliis multis Germaniæ Ptæſulibus & Principibus Hieroſolymitanæ in Palæſtina expeditioni, cumque Hieroſolyma Saracenis erepta, & *Godofredo* Rege ibidem anno MXCIX. creato,

ipſe

ipſe feliciter domum rediiſſet, conſtruxit cum Fratre ſuo *Friderico* & Matre *Hildegardi*, nata Comite Hohenloica, Seleſtadii Præpoſituram Sanctæ Fidei, Eccleſiamque illam Dominici Sepulchri appellatam, liberaliſſime dotavit.

Iter in Paleſtinam ſuperſtitioſum, inde bellum ſanctum, minimè ſanctum.

Vivebat iſto tempore Petrus quidam Eremita, genere Francus, Hieroſolymitanus peregrinator, qui Principes & plebem concionibus ad terram ſanctam recuperandam cohortatus eſt, & ab *Urbano*, Pont. Rom. impetravit, ut hic Concilium Claræmontanum in Arvernis toti occidenti magnis de Reipublicæ negotiis anno MXCV. indixerit, ubi omnes ad urbem Hieroſolymitanam, Chriſti meritis celeberrimam, e manibus impiorum barbarorum eripiendam, ipſe inprimis admonuit, omnibus, qui ad hoc bellum prodierint, piacula pro delictis relaxans, contra Verbum quidem Divinum, illosque ſub Eccleſiæ tutelam, & SS. Petri ac Pauli clientelam ſuſcipiens: Unde tantus bellandi ardor omnibus inceſſit, ut non Laici tantum, ſed Monachi etiam & Clerici, qui lectionibus Sacris vacare debebant, militiæ & armis ſe devoverent. Signum fuit omnibus Crux e rubro panno, veſtibus ſuper dextram ſcapulam affigenda, hinc tales milites, cruce ſignati dicti, & ipſa expeditio Cruciata nominata. Vid. Scriptor præcipuus hujus belli Sacri *Wilhelmus*, Tyri Epiſcopus, qui neceſſarium fuiſſe hunc ignem purgatorium ait, quo præſentia, quæ nimia erant, diluerentur commiſſa, & occupatio iſta utilis, qua declinarentur futura. Non enim jam erat inter mortales reſpectus DEI, nec ad homines reverentia.

Quanquam autem primæ iſti expeditioni ſub *Godofredo Bullionæo* multi Principes, Magnates, & Viri Nobiles ex Gallia, Italia, Lotharingia, & ex Germania Archi-Epiſcopus Salisburgenſis & Epiſcopus Argentinenſis interfuerint, minus tamen illi Saxones, Thuringi, Francones, Bavari, & Suevi noſtri incubuerunt, propter diſcordias inter Imp. *Henricum IV.* & Papam *Urbanum*. Poſtea autem Suevi ſummo quoque ſtudio atque ardore illis expeditionibus interfuerunt. Atque ita parvulus ille & deſpectus corpore Petrus maximi & diuturni belli in Oriente, cui religio prætextui fuit, ſemina jecit. Vid. *Cruſius* l. c. c. 15.

Cœnobii Blabyrenſis fundatio.

Hoc tempore quoque anno MXCV. dum claſſicum belli ſacri canebatur, *Anshelmus* & duo ejus filii, *Henricus* & *Hugo*, Palatini Tubingenſes, & Comites de Rugka, Domini Caſtri Gerenhuſii condiderunt Monaſterium Buronium, ſive Blabyrenſe, ad fluvium Blavum, ante cujus conſtructionem exiguum ibi Sacellum *S. Johannis* Baptiſtæ, ipſo oppido ejusdem nominis antiquius, ab *Anshelmo*, *Hugone*, & *Sigibotone*, fratribus Palatinis Tubingenſibus & Rugkenſibus fundatum erat, quod ita in magnificum Cœnobium, Benedictinæ olim diſciplinæ, in Ducatu Wirtenbergenſi excrevit. De hac fundatione *Felix Fabri* l. 2. Hiſt. Suevorum c. 15. refert, fontem Burronem cum ſuis vallibus & ſylvis, olim Diis gentilium conſecratum fuiſſe. Ac etiam ſupra fontem in Clivo reperiri fundamenta vetuſtiſſimarum ſtructurarum, templorumque ſigna; præcipue tamen in loco Monaſterii, ubi duorum fluminum Aach und Blaw / confluentia eſt. At poſt, cum jam mundus ſuſe illuminatus eſſet, fideles Chriſti ſuper fundamenta, Nymphis jacta, Eccleſiam in honorem S. Johannis Bapt. ſuſcita-

ſcitaviſſe. Et addit *Felix Fabri* ſequentia verba: *Porro in tanto honore locus erat ille, ut Chriſti fideles indignum putarent, tam ſacrum locum eſſe absque continuis Eccleſiæ officiis. Itaque anno 1095. Generoſi Viri, Nobiles Domini, Henricus & Hugo, Comites Palatini de Tuvingen, conſtructo ibi Cœnobio, ad S. Johannis Eccleſiæ latus, adduxerunt religioſos Viros, Ordinis S. Benedicti Fratres, eis Eccleſiam cum Cœnobio tradentes: abdicatis juribus ſuis, & plures alias poſſeſſiones pro eorum ſuſtentatione eis aſſignaverunt. Sed & ingenuus Vir Hartmannus Senior*, Comes de Rucka contulit Monaſterio fontem ipſum Blavii, cum clivo & rivo flaminis usque in Nydegg. Sic & alii Comites, Barones & Nobiles, religione Dominorum allecti, ſua in eorum ſubſidium *S. Johanni* tradiderunt. Primus hujus Cœnobii Abbas ex Hirſaugia *Azelinus*, vel *Anſhelmus*, conſtitutus erat, ab *Henrico* & *Hugone*, Palatinis Tubingenſibus, qui ut & poſteri illorum usque ad annum MCCLXVII. Advocati & Defenſores Cœnobii hujus fuerunt.

Origines Cœnobii Nereſheimenſis.

Compar ætate huic Monaſterio Blabyrenſi eſt Cœnobium Nereſheimenſe magnificum, Benedictinæ Profeſſionis Monachorum, fundatum & ampliſſime dotatum, anno MXCV. ab *Hartmanno*, Comite Dillingenſi, & uxore illius *Adelheide*, Comitiſſa de Kyburg, conſecratum ab *Ulrico*, Epiſcopo Conſtantienſi, Patruo Fundatoris, cujus familia ex genere *Henrici* Aucupis Imp. oriunda, ſepulturæ locum in iſto Cœnobio ſibi quæſivit, quod conditum in illo Sueviæ tractu, qui propter ſoli arenoſi ſterilitatem, durus campus, Hertfeld / nominatur in Comitum Oetingenſium ab antiquo ditione: Vid. *Bruſchius* in Chronol. Monaſt. Germ. p. 337.

Origo Monaſterii Alpirſpacenſis.

Sed & hoc ipſo anno Monaſterii Alpirſpacenſis initium factum eſt, a *Rutmanno de Huſen*, *Adelberto*, Comite de Zollern, *Alvico*, Comite de Sulz, qui divini amoris igne accenſi cum conſilio *Gebhardi*, Epiſcopi Conſtantienſis, quæſiverunt, qualiter in prædio ſuo *Alpirſpach* Monachorum poſſit Cœnobium inſtitui, ut qui inibi aggregandi forent, ſine perturbatione DEO militare poſſent: Facta autem eſt hujus Monaſterii conſecratio in honorem S. Crucis, *S. Mariæ*, *S. Benedicti* & omnium Sanctorum, fueruntque ejusdem Monaſterii Advocati & Protectores primò Duces Teccenſes & Urslingenſes, deinde Wirtenb. Comites ac Duces. Literæ fundationis hujus Monaſterii innuunt, Monachos ſervituros eſſe DEO, & S. Benedicto, & in templi illius medio prope Aram hæc Lapidi inſculpta leguntur: *Comes Alewicus, in Chriſto ſemper beatus, inſtituit primus hic fieri laudes Benedicti, & Chriſti Domini.* At cur non huic ſoli? Cur ante Chriſtum Dominum mentio fit Benedicti? cur non ſufficit, ſervire DEO? quid juxta hunc ſerviendum Benedicto? Aliud Deuteronomii c. 6. præcipitur, aliud Matthæi c. 4. a Chriſto injungitur. Dominum DEUM tuum adorabis, & ipſi ſoli ſervies. αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Nec opus eſt hoc loco diſtinguere inter δουλίαν & λατρείαν, quaſi una ex his DEO, altera Sanctis debeatur, neſcit enim hanc Pontificiorum diſtinctionem S. Scriptura, quæ memoriam quidem ſanctorum venerabilem nobis commendat, non verò cultum, qualem Pontificii illis tribuunt, & qualem reſpexiſſe quoque videtur eodem tempore, anno MXCVI. fundatio

Isnen-

Isnensis Monasterii in Algovia, Ordinis S. Benedicti, a *Magnigoldo*, Comite Veringensi, & *Walthero* atque *Wolffrado*, filiis ejus, facta in honorem SS. Jacobi & Georgii, cujus Monasterii Advocati ab antiquo sunt Dapiferi Waldpurgenses. Vid. *Bruschius* l. c. p. 174.

Cœnobium Alba Augiæ, sc. Mehrerau/ fundatum.

Fundata est quoque circa hæc tempora Abbatia insignis *Albæ Augiæ* Brigantinæ, sive Monasterium Brigantinum, quod vulgo majorem Augiam, die Mehreran appellant, ad amnis Brigantii in lacum Acronium influxum, ubi quondam fuit Oratorium, vel Sacellum S. Galli exstructum, quod adhuc extat, & cujus gratia Monasterium hoc ob primam Originem suam antiquius putatur, quam ipsa Abbatia San-Gallensis. Visuntur adhuc hodie in isto sacello in montanis supra Brigantium, cavernæ scopulis incisæ, in quibus cubasse dicitur venerandus senex Gallus, in cujus proxima vicinia Monasterium extructum Monachorum & Monialium Benedictinæ Professionis, sed anno MXCVIII. abolitis Monialibus Abbatiam Monachorum fecit Ulricus, Rhætorum & Brigantiæ Comes, cujus uxor Bertha, filia Rudolphi Anti Cæsaris, Sueviæ Ducis & Reinfeldiæ Comitis, liberalissima Monasterii hujus Benefactrix extitit, templum illius dedicante *Ulrico*, Episcopo Constantiensi, Comite Dillingensi. Cum autem *Rudolphus*, Comes a Pfullendorff, Nepos ex filia dicti *Ulrici*, Brigantiæ Comitis, Comitatum hunc Brigantinum, a Matre *Elisabetha*, hæreditario jure acquisivisset, ipse Augiam Brigantinam sub initia mox subsequentis Seculi ita liberaliter dotavit, ut secundus illius fundator prædicetur. Sed & Comites Montfortenses tum hujus Cœnobii, tum aliorum per Sueviam, atque alibi benefactores fuerunt. Vid. *Bruschius* l. c. p. 10.

Ordo Carthusianus institutus.

Sub finem autem hujus Seculi cum Paparum & Episcoporum potentia, opes & voluptates nimium crevissent, displicebant hæc valde bonis & doctis Viris, unde ad coercenda hæc Seculi vitia cum Carthusiensium Monachorum Ordo in Galliæ Diœcesi Gratianopolitana ab Episcopo, *S. Hugone*, a. MLXXXVI. fundatus esset, sequebatur circa annum MXCVIII. (Trithemius ad annum Christi MXX. refert) Præmonstratensium Monachorum Ortus, quem *Norberdus* Lotharingus, Vir nobilis, potens & doctus, relicto mundo ad severiorem animæ curam se conferens, sub regula D. Benedicti, vel, ut alii scribunt, Augustini, cum tredecim sociis in Landionensi Diœcesi instituit.

Origo Ordinis Cisterciensis & Bernardini.

Sed & hoc tempore ab Ardingo quodam, Anglo, excogitatus est Cistercienſis ordo in solitudine Burgundiæ, vel Eremo Cistercii, in Diœcesi Cabilonensi, qui ordo successu temporis mirabiliter numero Religiosorum & divitiis crevit, cumque illum *S. Bernhardus*, Abbas Claræ-vallensis, ingressus esset, insecutis temporibus, dictus est ab hoc Bernhardinus, qui Ordo in Suevia quoque valde celebris est. Vid. *Trithemius* in Chron. Hirsov. & Jac. Phil. Bergomas.

Cœnobium Carthusianum Buxheim.

Frequens est uterque hic Ordo extra & intra Germaniam, & in ipsa quoque Suevia, in qua tamen ex ordine Carthusianorum solum cernitur Monasterium *Buxheim*, prope Memmingam.

Circa

Biblingenſis Cœnobii Fundatio.

Circa idem tempus fundatum eſt quoque Cœnobium *Biblingum*, Ordinis Benedictini, Diœceſeos Conſtantienſis, non procul ab Ulma, Sueviæ Metropoli, in honorem S. Martini, anno MXCIX. ab Othone & *Hartmanno* fratribus, Comitibus de Kirchberg, Religionem Chriſtianam mirifice amantibus, qui poſtquam ab Hieroſolymitana expeditione rediiſſent, Monaſterium hoc extruxerunt, in quo ipſorum & poſterorum Kirchbergenſium Comitum conditorium, & monumenta ſuperſunt. Vid. Felix Fabri in Hiſt. Sueviæ, & Bruſch. l. c. p. 76.

Ipſo autem Anno MC. in oppido Donawerda fundatum eſt S. Crucis Benedictinum Cœnobium, a *Manigoldo*, Comite Dillingenſi & Kyburgenſi, & ejus Conjuge *Tuta*, ut DEO dicatæ Virgines ibidem viverent, de quo vid. Bruſch. l. c. p. 403. ubi notat, Abbates quosdam, qui poſt mutatas Moniales in illo Monaſterio, ſucceſſerunt. Quæ mala deinceps occaſione hujus Monaſterii circa initium finientis jam Seculi in Suevia exorta ſint, infra ſuo loco dicetur.

Seculum Duodecimum.

Origo Monaſterii Laureacenſis, vulgò Lorch.

FOEcundum & inſigne, tum aliarum in Eccleſia rerum geſtarum, tum fundatione variorum per Sueviam Monaſteriorum, fuit Seculum hoc, cujus initia autem occupavit Monaſterium *Laureacenſe*, vulgò Lorch. Fuerat antehac in colle ſupra Rœmſiam vallem arx quædam, antiqua Ducum Sueviæ ſedes, quam tempore *Pipini*, Regis Franciæ, anno Ch. 755, *Marſilius*, Sueviæ Dux, tenuit. Poſtea autem *Fridericus* Anticus, Dux Suevorum, & Francorum, primus ex familia Baronum *Hohenſtauffenſium* à Socero *Henrico IV.* Imp. factus, arcem illam circa annum Chriſti MCII. in monaſterium commutavit, quod ipſe una cum Conjuge *Agneta* & filiis, *Henrico* & *Conrado*, ad honorem Genetricis DEI Virginis Mariæ cum Ordine S. Benedicti fundavit, unde mons ille vocatur S. Mariæ mons, Unſer Frauen Berg. Cœnobium verò Laureaci nomen accepit, à ſubjecto vico Lorch / & à lauris, quarum copia ibi olim fuiſſe perhibetur, factusque eſt locus ille ſacer conditorium multorum Regum & Ducum ex familia Dynaſtarum Hohenſtauffenſium, ex qua ſeniori competebat jus Advocatiæ hujus Monaſterii.

Anteceſſores autem prædicti Fundatoris *Friderici*, pii ac fideles, in allodio ſuo, Lorch pago, collegiatam Eccleſiam, ſex vicariis & Præpoſito Divino cultui ſubſervientibus, in ſuorum ſucceſſorumque in Chriſto defunctorum commendationem precum & ſepulturam fundaverunt: quam tamen ſepulturam *Conradus* Imp. *Friderici*, Fundatoris filius, poſt fundationem Monaſterii exhumatis in pago oſſibus, transtulit in montem anno Chriſti. MCLXI. vid. *Crulius* l. c. l. 9. c. 2. & Part. III. l. 7. c. 11.

Hoſpitalarii, Templarii &

Circa initia quoque hujus Seculi receptis in Palæſtina Hieroſolymis, tres Ordines nati, *Hoſpitalariorum* ſcil. *Templariorum* & *Teutonicorum* Equitum, qui per Orientem primò, deinde per varias Europæ partes, perque

que Germaniam & hanc ipſam Sueviam, cum illuſtri dignitate & bonis juxta atque ſacris ſuis ſe dilatarunt, de quibus plena eſt omnis ſacra & profana Hiſtoria. *Teutonici Equites.*

Anno MCIV. *Henricus IV.* Imp. in Rhætia Curienſi Epiſcopum inſtituit *Ulricum*, cujus frater *Eberhardus* Monaſterium Benedictinum S. Mariæ Virginis condidit vid. *Cruſius* l. c. part. II. l. 9. c. 3.

Eodem anno *S. Rupertus* electus eſt Abbas Monaſterii Ottenburani, cujus Reformator & locupletator fuit, cumque antea tantum nobiles vixiſſent in hoc Monaſterio, ipſe habitâ pietatis & virtutis, non ſolum generis ratione, homines etiam humilis conditionis admiſit. *Rupertus, Reformator Monaſterii Ottenburani.*

Anno MCV. electus fuit Hirſaugienſis Cœnobii Abbas *Bruno*, Wirtenbergiæ Comes, Venerabilis Senex, & ſanctitatis opinione Clarus, frater *Conradi*, Wirtenbergiæ Comitis, nobilibus & potentibus ortus natalibus, à *Richarto*, Hoſtienſi Epiſcopo, Romanæ ſedis legato, in hoc Monaſterio die S. Stephani ordinatus; qui cum poſt prima litterarum rudimenta Canonicus & Matricularius majoris Eccleſiæ Spirenſis factus eſſet, videretque vanitatem divitiarum & voluptatum, ſub *Wilhelmo*, Abbate Hirſaugienſi, cucullum induit, multosque annos innocenter ibi vixit, tria fere luſtra Cœnobium regens, quietus planè, mitis & miſericors, lectioni & precibus vacans, cæterum ſpem contra vim externam ponens in fratris Comitis potentia, cujus permiſſu ipſe multa quoque bona Cœnobio huic contulit. Cernitur adhuc hodie non ſine veneratione quadam tanti Præſulis ſtatua illius in ruderibus Cœnobii hujus, buſto Gallorum aliquantùm ſuperſtes. *Bruno, Comes Wirtenbergiæ, Abbas Monaſterii Hirſaugienſis, pietate clarus.*

Eodem anno *Henricus V. Henrici IV.* Imp. filius in Patrem jam ſub ſpecie Religionis, quod ille excommunicatus a Romanis Pontificibus eſſet, rebellis, conventum Epiſcoporum *Northuſæ* in villa Regia habuit, obedientem ſe Patri promittens, ſi is ad Eccleſiam SS. rediret. Tanta vis tunc fuit excommunicationis ſola autoritate Pontificum, populos omnes perſequente, cum ſacra Biblia tunc, manibus hominum exemta, in tenebris jacerent. Aderant iſti conventui Epiſcopi non ex vicina tantum Franconia & Bavaria, ſed ipſa quoque Suevia, condemnata ibidem tanquam Simoniaca hæreſis fuit Imperatoria Eccleſiaſticas dignitates conferendi poteſtas, & Sacerdotum matrimonium tanquam fornicaria Nicolaitarum commixtio proſcriptum fuit, congruenter ſcilicet verbo DEI, unde bellum dehinc inter utrumque *Henricum*, Patrem & filium, enatum. Hic effectus fuit iſtorum ſanctorum Patrum, divellere invicem Parentes & liberos, divellere divinitus inſtitutam ſine ulla exceptione maris & fœminæ conjunctionem, exclamat *Cruſius* l. c. c. 3. *Tyrannis Pontificum.*

Surrexit circa hoc tempus *S. Bernhardus*, Caſtellione, caſtro Burgundico, oriundus, & Ciſtercienſem ordinem anno 1112. vel 1113. ingreſſus, magnus Cœnobiorum Parens, quorum ille 140. vel 160. ſui ordinis fundaſſe legitur. Primus Abbas Cœnobii Clarævallenſis a ſe quoque conditi. vid. *Bernhardus, Abbas Clarævallenſis, Teſtis veritatis.*

Antonnus part. 2. tit. 17. c. 15. Vixerat quidem *Bernhardus* hic ævo corruptissimo, de fide tamen subinde dextre in scriptis suis & sermonibus pronunciavit: uti de eo judicat Max. Rev. Dominus *Andreas Adam Hochstetter*, SS. Theol. D. Prof. Ord. celeberrimus, in notis ad concionem funebrem Magni Theologi, *Joh. Adami Osiandri*, Eccles. Tubing. Præpositi, Acad. Cancellarii, a se habitam. Licet enim *Bernhardus* hic suis bonis operibus diu strenuè incubuerit, tandem tamen in illis desperans, ad solum Christi meritum confugit, & inter alia multa Religioni conformia dixit: *meritum meum in vulneribus Christi.*

D. D. Andr. Ad. Hochstet teri, Judicii de illo.

Fridericus Luscus, Dux Suevia, virtute insignis.

Hoc tempore vixit quoque *Fridericus Luscus*, magnæ virtutis Princeps, nec minoris pietatis quam Potentiæ, Dux Sueviæ, Alsatiæ & Franconiæ, qui Benedictinum Monasterium in honorem S. Virginis *Walpurgis*, in Alsatiæ Diœcesi Argentinensi extruxit, anno 1117. quod alii, quanquam non ita certa fide, adscribunt *Theodorico*, Comiti Montisbeligardi, qui quidem haud procul ab hoc Cœnobio in eodem nemore Haganoæ vicino circa villam Bibele aliud Cœnobium Virginum fundavit, in quo filia ejus, *Gaubildis*, prima Abbatissa fuit: vid. Trithemius in Chron. Hirsaug. *Munsterus* l. 3. Cosmographiæ, *Crusius* l. c. l. 9. part. 2. c. 3. B. C.

Discors Electio Abbatialis in Monasterio Sanctallensi.

Circa annum MCXVII. disceptatum in Suevia fuit de potestate Imperatoris in Episcopos & Abbates, lectus apud San-Gallum erat *Manigoldus*, Abbas a parte una conventus; sed ab altera parte *Henricus de Duello: Henricus* Imp. confirmavit *Henricum*, reclamantibus illis, qui Pontifici Romano adhærerant, tanquam Episcoporum & Abbatum confirmationes non pertinerent ad Cæsarem, sed ad Papam: & hi auxilio *Conradi*, Ducis a Zæringen, armatâ vi *Manigoldum* Monachum in Monasterium introduxerunt. Cessit *Henricus* huic violentiæ. *Henricus* Imp. autem audito, alterum fraude, alterum vi in Abbatia consequendâ usum esse, utriusque electionem irritam fecit, *Manigoldum* tamen de novo confirmavit, & dum metuebat, ne non modo sacerdotiorum investitura, sed etiam Imperatoria auctoritate à *Paschale* Papa nudaretur, ipse hoc absente Romam ingressus, denuò Imperatorio diademate coronari se ab Episcopo Bracarensi curavit. Vid. *Crusius* l. c. c. 6.

Fundatio Cœnobii Braitenau.

Eodem anno *Wernherus*, Comes Grôningensis, ex familia Comitum Wirtenbergicorum, cum *Henrico V.* in Hassiam profectus antea, & ab illo non longè a Castellio, amœno loco, donatus, auspicatus ibidem est Cœnobium *Braitenau*, Benedictini Ordinis, in honorem S. S. Petri & Pauli Apostolorum, quod ipse magnifice dotavit, & primum Abbatem ibidem ordinavit, ex Cœnobio Hirsaugiensi, *Druwinum*, *Crusius* l. c. c. 7. & Scriptores rerum Wirtenbergicarum.

Anno MCXXI. qui insignis fuit nativitate *Friderici Barbarossæ*, Imp. *Henricus V.* conventum Principum & Episcoporum habuit Herbipoli, ut componeret Regni & Sacerdotii dissidia; Verùm negotio excommunicationis, omnium malorum fontis, ad

Ponti-

Pontificem rejecto, pax in Imperio utcunque constituta est. vid. Abbas Urspergens. in Chron. Germ.

Transactio inter Henricum V. Imp. & Pontificem Rom. Ecclesiæ noxia.

Proximo anno MCXXII. iterum Conventus Imp. & Procerum Imperii Ecclesiasticorum & Politicorum Wormatiæ, ubi post longam concertationem transactio tandem inter *Henricum V.* Imp. & Pontificem Rom. facta est, qua huic ille omnem Sacerdotiorum investituram liberam per Annulum & baculum tradidit, Papa autem Imperatori permisit, ut in præsentia illius fierent electiones Episcoporum & Abbatum Regni Germanici sine Simonia, ita ut saniori parti in electionis dissensione suffragari Imperator posset, a quo electus Regalia per sceptrum investitus reciperet. Atque ita Henricus Imp. & qui ipsi fideles manserunt, excommunicationis vinculo soluti fuerunt, & in gratiam cum Pontifice Romano redierunt, facta quidem maxima Imperii circa jus Sacrorum jactura, & imminuta inde valdè potentia.

Paulò ante *Eichenbrunna*, Monasterium Benedictinæ sectæ magnificum, in Suevia prope *Gundelfingen*, Diœceseos Augustanæ, ad honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli à Gumperto & filio ejus Cunone, Dominis Fachbergensibus, fundatum est, de quo vid. *Bruschius* in Chron. Monast. Germ. p. 162.

Henricus V. Imp. confirmat Cœnobium Alpirspacense.

Anno MCXXIII. *Henricus V.* Imp. confirmavit fundationem Monasterii Alpirspacensis, dato illi privilegio.

Monasterii Denckendorffensis fundatio.

Anno MCXXIV. *Honorius II.* Pont. Rom. Ecclesiam S. Sepulchri Denckendorffensis cum bonis suis ab Illustrissimo Viro *Bertholdo* Comite pro animæ suæ remedio, uti tunc credebatur, oblatam, protectione suâ suscepit, hujusque Monasterii fundationem confirmavit, quod *Conradus II.* Imp. Sueviæ Dux, concessis quoque privilegiis itidem fecit anno 1139.

Monasterii Anhusani fundatio.

Circa annum MCXXV. *Abusium*, corruptè Anhusium, præclarum Monachorum Benedictinæ professionis Monasterium in valle Brentiana, Diœceseos Augustanæ in honorem *S. Martini* Episcopi fundatum legitur à *Manegoldo*, Comite Palatino Tubingensi, ejusque filiis, Waltero, Episcopo Augustano, *Manegoldo*, *Adelberto & Ulrico*, inchoatum primo in pago *Langenau*, duobus milliaribus ab Ulma, & translatum deinde a Fundatoris *Manegoldi* filiis in vallem Brentianam, de quo vid. *Bruschius* in Chronic. Monast. Germ. p. 1. *Crusius* l. c. c. 10. cui verisimile videtur, quasi hoc Monasterium anno 1135. fundatum esset.

Ejus ætatis est Cœnobium *Urspergense*, Præmonstratensium institutorum magnificum, ad Mindolum fluvium in Augustana diœcesi anno MCXXV. fundatum a Wernhero, Comite de Suabeck & Balzhausen, ex regia stirpe Polonorum & Hungarorum oriundo, Vid. *Bruschius* & *Crusius* l. c.

Henricus V. Imp. moritur, inde dissidia in Imperio ob successionē

Eodem anno 1125. vel ut alii 1126. mortuus est *Henricus V.* Imperator, in cujus locum *Lotharius*, Dux Saxoniæ, in Comitiis Moguntinensibus electus est Imperator, arte inprimis Archi-Episcopi Moguntini, & favore *Honorii II.* Papæ, qui *Henricos* Impp. & Sueviæ Duces ex Hohenstauffensi

familia odio habebat, unde *Fridericus*, Dux Suevorum & frater ejus *Conradus*, Weiblingæ in agro Wirtenbergico educatus, Nepotes *Henrici V.* Imperatoris ex sorore, propter cognationem sibi deberi existimarunt Imperium, apud quos etiam insignia Imperialia, mortuo Avunculo *Henrico* Imp. remanserunt, unde magna contentio in Imperio orta, quam maxime fovebat *Henricus Guelpho*, Bavariæ Dux, cognomento Superbus, qui se *Friderico & Conrado*, Sueviæ Ducibus, opposuit. Stabant autem a partibus *Friderici & Conradi* alii Principes & Civitates, Noriberga atque Spira, quæ Duces illos ob gratam Imperatorum ibi sepultorum memoriam, tanquam ejusdem sanguinis consortes, reverenter suscepit, ipseque *Conradus* a fratre *Friderico* & aliquot Principibus Rex adversus *Lotharium* declaratus fuit, & Modocciæ ab Archi-Episcopo Mediolanensi *Anshelmo* Italici regni Coronam accepit, anno MCXXVIII. *Lotharium* autem Papa *Innocentius II.* Romæ Imperatorem coronavit anno MCXXXIII. & *Conradum* diris devovit, qui deinde titulo Regis deposito, operâ *S. Bernhardi*, Abbatis Clarævallensis, una cum Fratre *Friderico* in conventu Bambergensi Imperatori *Lothario* reconciliatus est: atque ita belli & turbarum, quæ multos annos Sueviam miserè exagitaverant, finis factus, paxque aliquando rediit.

Bernhardus, Abbas Clarævallensis, hos hac componit.

Cœnobii Mönchs-Roth fundatio.

Anno MCXXVI. præclarum Præmonstratensis instituti in Suevia, Rhodium, vulgo Monachorum *Rothum*, Mönchs Roth / fundatum est ab *Hemma*, Henrici a Wildenwerck, Baronis & Equitis Aurati, Conjuge; cui Monasterio initio Præpositus, deinde Abbates præfuerunt. *Bruschius* l. c. p. 379.

Ejusdem ætatis est Cœnobium *Roggenburgum* magnificentissimum, Præmonstratensis quoque disciplinæ, anno MCXXVI. cœptum a *Berchtoldo*, *Sigfrido*, & *Conrado* fratribus, Comitibus a Biberegg, & *Demutha*, Comite Zollerensi, Conjuge *Bertholdi* Senioris, cujus Monasterii tutela, deficiente familia Fundatorum, ab Imperatore civitati Ulmensi commissa fuit. vid. *Felix Fabri* in hist. Sueviæ, & *Bruschius* l. c.

Origines Cœnobii Edelstetten.

His proximum fuit Collegium *Edelstettense* Nobilium Canonissarum liberarum fundatum, anno 1126. *Gisela*, *Werneri*, Comitis Suabecii & Balzhusani, de quo supra, sorore. *Bruschius* l. c. p. 160. *Crusius* l. c. C. 12.

Anno MCXXVII. *Ulricus II.* Baro de Castellis, factus est consensu Canonicorum Episcopus Constantiensis, cui Episcopatui ipse 2. annis cum summa laude præfuit. *Brusch.* de Episc. Constant.

Fundatio Cœnobii Urspringen.

Eodem tempore *Urspringum* Monialium, nobilitate generis conspicuarum, insigne Cœnobium, Diœceseos Constantiensis, ordinis Benedictini, post primam fundationem, quæ *S. Ulrici*, Episcopi Augustani, Parentibus adscribitur, auctum perhibetur a *Rudigero*, *Adelberto* & *Walthero*, Dominis de Schelcklingen, commendatum MCXXVII. curæ & visitationi *Werneri*, Abbatis San-Georgiani Monasterii in Nigra sylva. Tutores autem & advocati hujus Urspringensis Gynecæi ab antiquo fuerunt Duces Austriæ vid. *Bruschius* l. c. p. 620.

Anno

Anno MCXXVIII. *Lotharius* Imp. confirmavit *Wernherum* Abbatem apud San-Gallum, qui Monachorum inertiam & malitiam severiore disciplina emendare studuit, sed frustra.

Arnoldus, Presbyter, Testis veritatis.

Circa idem tempus *Arnoldus* quidam Presbyter, Concionator egregius, Romam veniens, similiter Clericorum lasciviam, avaritiam, fastum insectatus est: paupertatem contra Christi & Apostolorum, vitamque integerrimam omnibus imitandam proposuit. Hunc Romana quidem nobilitas ut verum Christi discipulum laudavit, sed Cardinalibus & Clericis nimio odio fuit. Itaque ab iis noctu captus est, & occultè interfectus. Dixerant antea: *Ego testem invoco cœlum & terram, quod annunciaverim vobis ea, quæ mihi Dominus præcepit, vos autem me & Creatorem, qui vos per unigenitum Filium redemit, contemnitis. Ne S. quidem Petro hodiè parceretis. Vos omni spurcitiâ pleni, plebem vobis commissam præceditis ad infernum. DEUS vindex est!* vid. de hoc ipse *Trithemius* in Chron. Hirsov. & Crus. l. c. C. 13. Ubi *Arnoldum* hunc Concionatorem contra Clericos sui temporis, Lutherum quendam adpellat.

Origo Monasterii Elchingensis.

Incidit quoque in hoc tempus fundatio Monasterii *Elchingensis*, instituti S. Benedicti, Augustanæ diœceseos, cujus initia referuntur ad annum MCXXVIII. a *Conrado*, Duce Saxoniæ, ejusque Uxore *Luciâ*, Duce Sueviæ, *Conradi III.* Imp. Sorore. Brusch. l. c. p. 164.

Anno MCXXX. *Hermannus*, Marchio Badensis, qui conditor Claustri & templi in Backnang dicitur, diem supremum obiit. *Crusius* l. c. c. 14.

Anno MCXXXI. Concilium habitum est *Moguntiæ*, præsente Imp. *Lothario*, sed Præside *Matthæo*, Episcopo Albanensi, Romanæ sedis Legato. Adfuerunt multi Episcopi & Abbates, & inter hos ex Suevià Episcopus Augustanus, & *Volmarus*, Abbas Hirsaugiensis.

Monasterii Kayserßheim Origo.

Anno MCXXXIII. Cæsarea, Cisterciensis regulæ Monasterium opulentum, Augustanæ Diœceseos, Germ. Kayſersheim / non longe a *Werda* Suevica, ubi Licus Danubio miscetur, conditum est ab *Henrico*, Comite de Lechsgmund, & Conjuge ejus *Loicarde*, Comite de Abensperg, confirmante fundationem hujus Cœnobii *Walthero*, Episcopo Augustano, Palatino Tubingensi, qui in Comitiis Augustæ Vindelicorum ab Imp. *Lothario* habitis, Cœnobio huic Cæsariensi, quod limes est Episcopatuum Aureatensis & Augustani, insulam *S. Walrici*, Episcopi olim Augustani, contulit. *Bruschius* l. c. p. 80.

Thomæ Lyreri Chronicon Suevicum in, eptè scriptum, non tamen planè spernendum.

Eodem anno *Thomas Lyrer*, Ranckwilensis, sub ditione Rhæticâ vel Kirchensi, Germanicum rerum Suevicarum chronicum descripsit, qui fuit Idiota, & scripsit, ut potuit, vel voluit, tempora non observavit & confudit, ineptus & in pluribus non fide dignus, uti recte judicat de illo *Crusius* l. c. c. 16. ubi tamen auctorem hunc, cum multarum nobilium in Suevia familiarum multorumque ibi locorum & rerum gestarum meminerit, non plane abjiciendum putavit.

Cœnobia, Alba Dominorum & Alba Dominarum fundata.

Ad annum MCXXXIV. referuntur præludia Cœnobiorum utraque *Alba Dominorum & Dominarum*, ab *Alberto*, Domino Zimbrensi, & *Berchtoldo*, Comite Eberſteinio. Nolo hoc loco fabulam, vetuſtis libris & manuſcriptis Codicibus inſertam, de venatione Cervi & ſpectri cujusdam expoſitione retexere, quæ ad purgatorii ignis liberationem præparare & credulos nimis & ſuperſtitioſos ſimplicis plebeculæ animos ſolebat, unde Parthenonis meritorii fundatio tunc orta, quales pro ſalute animarum, pleræque aliæ fuerunt, ſeculis jam depravatis fundationes Monaſteriorum, a primo horum inſtituto, de quo ſupra, cum purior adhuc fides & religio eſſet, degenerantes.

Cœnobiorum miſera hoc tempore corruptio.

Monaſterium Salemitanum, Salmansweiler/ fundatum.

Anno MCXXXVII. *Guntramus*, Baro de Adelsreute, fundavit Salomonisvillam vulgò Salmansweiler/ omnium Monaſteriorum Ciſtercienſis inſtituti in Germania opulentiſſimum, in quod mox *Conradus*, Rex Romanorum, Sueviæ Dux, & *Fridericus* Barbaroſſa multa dona munificentiſſime contulerunt, quos ſecuti ſunt Comites Montefortenſes, & alii. Habitabant proximè huic Cœnobio Comites Heiligebergenſes (quibus Fürſtenbergii ſucceſſerunt) in caſtro ſancti montis, qui nomen hoc accepit a *S. Felice & Regula*, ibi ſepultis.

Habuerunt iſto tempore quidem multi boni homines, tùm in Cœnobio Zwifaltenſi, tùm in aliis curam diligentem æternæ ac beatæ vitæ, & ſtrenuè faciebant, quæ tum docebantur: Veriora enim non ſciebant, cum nondum tanta ſolis Juſtitiæ lux fulgeret, quanta hodie, licet illam tenebricoſus humani generis hoſtis, identidem obſcurare conaretur, ut ſcribit *Cruſius* l. c. c. 20. ubi ex membranis dicti Cœnobii Zwifaltenſis, hæc memoriæ mandanda verba auctoris cujusdam inter Monachos refert: *Nunquam nobis profuit, imò multum nocuit, Martiali gladio nosmet defendere. Damnum noſtrum longo tempore experti ſumus, in hoc ſemper cumulare, non imminuere, nunquam ſedare. Et verum dico, non mentior: Monachum gladio non decet pugnare, ſed tantum jejunio & oratione, maxime cum ipſe Dominus Petrum pugnantem, his verbis: mitte gladium in vaginam, ſtuderit revocare. Auro & Argento cum DEI adjutorio, haſtenus maximè ab invaſoribus protecti ſumus. Nam nullus noſter Advocatus, niſi pro ſuo lucro, noſtris oppreſſoribus fuit oppoſitus. Omnes enim, quæ ſua ſunt, quærunt. Nummus ſemper fuit præcipuus advocatus: ipſe, Rex noſter fuit & Dominus. Hoc quam maximè de manibus furentium potuimus nos liberare, bellantibus rebellare, diſcordia pacificare, indomitos domare, furentes contra nos refrenare; Unde verſus:*

Teſtimonium veritatis ex antiquo codice Manuſcripto, cujus Monachus quidam Zwifaltenſis Author eſt, per Cruſium excerptum.

Martyris Albini, nec non & membra Rufini
Si quis habet: Romæ quæque valet facere.

Sicut ſcil. Chriſtus præcipit: gratis acceptiſti, gratis date. Albinus argentum eſt, Ruſinus aurum, ut explicat Cruſius l. c. c. 20.

Anno

Anno MCXXXVIII. mortuo *Lothario* Imp. *Conradus*, Dux Sueviæ & Franconiæ, de quo antea, Rex Romanus creatus eſt, contra quem mox *Innocentius*, Papa Rom. qui Suevos, Deceſſoribus ſuis moleſtos, & ad quos jam, DEO dirigente, rei Romanæ excellentia devoluta eſt, habebat odio, *Henricum* Superbum, Bavariæ Ducem, & Fratrem ejus *Guelffonem*, aliosque concitavit. vid. *Cruſius* l. c. l. 10. c. 1.

Eodem anno *Hermannus*, Baro de Arbona, electus eſt a Collegio Epiſcopus Conſtantienſis, confirmatus proximo anno ab *Innocentio*, Pontifice Romano, cum *Conradus* Rex Sacellanum ſuum Brunigundum admovere Epiſcopatui huic non valeret.

Bellum inter Guelfos & Gibellinos.

Favebat *Conradus* hic Cœnobio Laureacenſi in Wirtenbergia, cui ipſe privilegium A. MCXXXIX. dedit: quo tempore ipſe longo & gravi bello Guelffico Saxoniæ Bavariæque cauſâ implicitus eſt, quo bello initium Guelficæ & Gibellinæ concertationis factum eſt, quarum illa nomen accepit a Guelfis, Bavariæ Saxoniæque Ducibus, hæc a *Weibelinga*, Patriâ Conradi Imperatoris, Wirtenbergici nunc juris, civitate, quæ adpellata fertur ab uxore *Clodovei M.* quaſi Weibslingen / & ſedes olim fuiſſe dicitur illuſtris cujusdam gentis, a prædicto Rege *Clodoveo* oriundæ, ex qua Barones Stauffenſes & Beutelſpachii, ipſique Comites Wirtenbergiæ, profluxiſſe ſcribuntur, per ea, quæ ſupra dicta ſunt Seculo quinto.

Venit tunc res Anno MCXL. propter obſeſſum a *Conrado* caſtrum *Winsberg*, quod Guelffi tenebant, ad prælium, in quo clamor ad fortiter reſiſtendum hoſti in exercitu Welffonis, Ducis Bavariæ, Pontificio milite & pecuniâ ſuffulti, fuit: Hie Welff! unde *Fridericus*, Conradi Imp. Frater ad confuſionem illius præcepit clamare: Hie Bibeling! vel hie Guaibeling / aut Gibeling! quoniam *Weiblinga* nutrix ipſum quoque infantulum cum Fratre *Conrado* lactaverat: quo ſignificare volebat, ut Hermannus Ædituus explicat, ſe non Regali potentiâ Patris ſui, nec Ducatus Suevici præeminentia velle Welphonem debellare, ſed lacte nutricis ſuæ, i. e. auxilio ruſticano, quod & fecit. Siculi, Itali, Lombardi, alii, non intelligentes exponi ſibi iſta Alemannica voluerunt, quibus ſignificatum fuit: Papales intelligendos eſſe per vocem: Welff; Imperiales verò per vocem Giblingen. Ita hæc nomina inoleverunt, magna ſæpe cum utrorumque calamitate & dirâ invicem ſævitia, in Italia & alibi. vid. Abbas Urſpergenſ. in Chronol. German. & *Cruſius* l. c. c. 3.

Origo Cœnobii H. Creutzthal.

Anno MCXXXX. *Egon*, Comes de Grüningen & Wullenſtetten, ex familia Comitum Wirtenbergicorum, vetus quoddam Monaſterium deſertum, ad aquarum hauſtum, zu den Waſſer Schapffen / dictum, renovavit, & ſanctæ crucis vallem, Heiligen Creutzthal / nominavit, unde præclarum illud Ciſtercienſis inſtituti Monaſterium, nobili ſtemmate natarum. Cœnobium ſupra Kiedlingen ſub Salemitani Abbatis viſitatione in Epiſcopatu Conſtantienſi ſurrexit, cujus prima Abbatiſſa fuit *Heilwilda*, fundatoris Soror. Superſunt adhuc hodie in hoc Cœnobio monumenta & ſepulturæ Comitum de Grüningen & Landau, ſtirpis Wirtenbergicæ. vid. *Bruſchius* l. c. p. 404. *Cruſius* l. c. ex chartis MScriptis c. 4. & alii ſcriptores rerum Wirtenbergicarum.

Refer-

Fundatio Cœnobii Ochſenhuſani.

Refertur ad hunc annum 1140, quoque fundatio Cœnobii Ochſenhuſani, Benedictini inſtituti, facta a *Lutboldo*, Barone Ravenſpurgico. Fuerat Abbatia hæc antea Præpoſitura, Abbati *S. Blaſii* ſubdita, usque ad tempora Concilii Conſtantienſis, quo *Otho* de Columna, electus Pontifex nomine *Martini*, Præpoſituram hanc liberam & exemtam fecit Abbatiam, vid. *Lazius* l. 8. de migrationibus gentium, *Bruſchius* l. c. p. 346. *Cruſius* l. c. Crevit autem Monaſterium Ochſenhuſanum, uti alia quoque tunc temporis ex tenuitate, opibus, tum recipiendis multis fratribus barbatis, qui tenui victu contenti, opificia exercebant, & quotidiano labore omnia faciebant meliora: tum multis religionis ſtudio bona multa conferentibus, tùm attentione ad rem & parſimonia.

Origo Cœnobii Herbrechtingen.

Anno MCXXXXIV. fundatum eſt Cœnobium **Herbrechtingen**/ vel Herbertingen, Diœceſeos Auguſtanæ, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini in honorem *S. Dionyſii* a *Friderico* Barbaroſſa, Duce Sueviæ, poſtea Imperatore, a quo Præpoſitos accepit ad hæc usque tempora durantes. Vid. *Bruſchius* p. 7. *Cruſius* l. c. c. 6.

Bernhardus, Abbas Clarævallenſis, ſuâ aliàs laude dignus, nimium ſaevet peregrinationi ſuperſtitioſæ & multis fatali in Paleſtinam.

Anno MCXXXXVI. *Bernhardus*, Abbas Clarævallenſis, qui ſanctitate ſua & eruditione omnibus admirationi fuit, prædicationem Crucis palam ſummâ contentione & gravitate inſtituit: veniſſe tempus, quo plenitudo gentium introire deberet, & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret. Itaque Spiræ ipſis natalibus Domini, *Conradum* Imperatorem & Pontificis Rom. literis, & Francici Regis auctoritate ad crucem humeris excipiendam adduxit, illumque permovit, ut duos maximos ad frangendas Saracenorum opes exercitus deſtinaverit, unum adverſus eos, qui littora Hiſpaniæ obtinebant, alterum contra eos, qui Syriæ & Hieroſolymis imminebant, quibus, ſi Deus faviſſet, totus orbis debellari potuiſſet. Sed non acceptum habuit munus Dominus, quod fortaſſe indignis offerebat manibus, & fallebatur multum *Bernhardus*; non enim ex Galliâ, aut Germaniâ cum multis millibus armatus Francus & Suevus, ſed ex Sione Prædicator Evangelii Chriſtus cum Apoſtolis venturus erat, imò jamdudum venerat, qui liberaret & impietatem averteret a Jacobo, juxta Apoſtol. Paul. Rom. 11. Scilicet concionibus Evangelii contingit animæ ſalus, non corporalibus armis, declaravitque exitus vanitatem magnorum conatuum ſacræ illius expeditionis, dum innumera hominum millia in perniciem præcipitata, nec tamen ad extremum Hieroſolyma retenta fuit: uti bene ſcribit *Cruſius* l. c. c. 6. vid. præter *Sigonium & Æmilium Wilhelmus Tyrius* lib. 16. c. 19. ſeqq. *Cromerus* l. 6. *Nicetas Chomates* l. 1. *Otho Friſingenſis* ipſe huic expeditioni præſens, in vita *Friderici* Imp. Itaque *Conradus* videns ſe gratia DEI deſtitui, omnibus fere amiſſis, cum paucis reverſus eſt in Germaniam, in quam Filium fratris ſui *Fridericum* ad cognoſcendum & firmandum domi ſtatum Imperii præmiſerat, fruſtra Eugenio Papâ illum conſolante, de infelici hac expeditione, quæ ſolum hunc optatum exitum habuit, quem *Cranzius* quoque in Metropoli Saxoniæ l. 6. c. 13. agnoſcis, quod Germania tunc & Suevia purgata fuerit

Per hanc tamen Expedi-

fuerit ab hominibus, qui rapinis consueverant vivere: nam tum devotione qualicunque omnes id genus homines pro remedio peccatorum suorum amplexi militiam, in expeditionem illam volentes nomina dederunt.

nem Germania & Suevia à multis prædonibus purgatur.

A. MCXLVIII. Mulbrunum, Monasterium Cistercienſis ordinis præpotens in diœcesi Spirensi Ducatus Wirtenbergici, fundatum est 18. Cal. Apr. à *Gunthero*, Episcopo Spirensi, Comite Leiningensi, ad quam fundationem multum quoque contulit *Walterus de Lammersheim*, qui relicto Seculo, monasticum induit Cucullum, vitamque reliquam in hoc Cœnobio traduxit. Facta est dedicatio Basilicæ Maulbronnensis sub primo Abbate *Diethero*, ab *Arnoldo*, Episcopo Trevirensi, & mox sub quinto Abbate *Bertholdo* de Roswagen, monasterium de Paris in pede montis *Vogasi* situm, Monasterio huic Maulbronnensi unitum, & suppressâ abbatiali dignitate, in prioratum conversum fuit. Sed & ex hoc Maulbronnensi Monasterio olim primi Abbates & conventus assumti & exciti sunt ad exstruenda & plantanda duo potentissima in Franconia Monasteria, speciosam scil. vallem, Schönthal/ prope Meckmühl, & *Brunbacum*, prope *Werthemium*. Et quandoquidem semper in Maulbronnensi hoc Cœnobio præcipue viguit regularis observantia ordinisque institutio ac personarum regularium multitudo, ideo ex illo sæpe ad diversa ordinis Cistercienſis monasteria Abbates ordinati & missi fuerunt. vid. *Bruschius* l. c. p. 330. *Crusius* l. c. c. 8. *Boseldus* in documentis hujus Monasterii.

Maulbronnensis Monasterii fundatio.

Ex illo primi Abbates & conventus deſumti ad nova Cœnobia Schönthal & Brunbach in Franconia.

Ejusdem ætatis cum hoc Cœnobio est Monasterium *Alba Dominorum*, vulgò Herren-Alb/ ordinis Cistercienſis ac Spirensis Diœcesis, fundatum a *Bertholdo*, Comite Ebersteinensi, accedente consilio & consensu conjugis *Uthæ* & hæredum ejus. (Quanquam alii fundationem hanc ad annum MCXLVI. 12. Cal. Oct. referant) Crusius l. c. c. 6. & 3.

Fundatio Cœnobii Albæ Dominorum.

Anno MCLII. *Fridericus* Barbarossa, Dux Sueviæ, Francofurti conventu Principum & Episcoporum electus est Imperator Romanus, intuitu singularis industriæ & virtutis, ac ut hac ratione æmulatio inter Duces illustres & potentissimas familias Henricorum Weiblingensium, & Welfonum Altorffensium sopiretur. Confirmavit mox Imperator hic fundationem Monasterii Laureacensis, concesso huic novo privilegio Anno MCLIV. quo anno ipse quoque Germaniæ pacem dedit.

Novus Imp. Fridericus Barbarossa Cœnobium Laureacense confirmat.

Circa hoc tempus cepit Parthenon *Wiler*, instituti Franciscani, inter Urspringum & Blabyram, quo loco A. MCLV. templum extitisse legitur consecratum ad honorem Christi, D. Virginis Mariæ, *SS. Nicolai*, *Ægidii*, *Laurentii*, *Cæsarii*, *Wenceslai*, *Cæciliæ*, *Zoæ* & undecim millium Virginum ab Episcopo Aldenburgensi *Geroldo*: Erat in istâ viciniâ castrum nobilium à *Wiler*, ex quo prodiit, multis exactis annis, prima Gynecæi hujus sacri inceptrix, religiosa virgo *Adelheidis*, cœnobiolo isti inclusa: & sola ibi jejuniis & precibus totos annos quadraginta Dei colendi causâ se macerans. *Bruschius* l. c. p. 626. *Crusius* l. c. c. 13.

Origines Cœnobii Wiler.

Sed & isto tempore multæ illustres & nobiles per Wirtenbergiam familiæ celeberrimum Hirsaugiense Monasterium donationibus suis ditarunt; ex quibus *Crusius* l. c. c. 15. perspici ait, quanta salutis animarum cura, quam incensa apud majores nostros fuerit, cum iis nec linguarum, Græcæ & Hebraicæ, quæ hodie, notitia, nec lectio S. Bibliorum, nec accurata explicatio esset, sed hujusmodi actionibus, quas identidem in historia & literis reperimus, vitam æternam mercari juberentur: Subinde S. Petro, cum ceteris sanctis, rete strenue in mare mundi ejiciente & ad eos, qui se mundo valedixisse videri volebant, omne genus possessionum expiscando attrahente. Idemque *Crusius* l. c. l. 12. c. 1. occasione bonorum, quæ collata sunt a Palatinis Tubingensibus, animæ ad alteram vitam conservandæ curam habentibus, in Cœnobium Bebenhusanum, notat: Ecclesiam aliquam semper mansisse tunc etiam in tenebris.

Ecclesia superstes modicis in tenebris.

Hadriani Papæ Ambitio.

Scripserat ista ætate Hadrianus Papa inter alia ad tres Archiepiscopos, Moguntinum, Trevirensem & Colonien sem, quasi Rom. Imperium á se haberet, & beneficio Papæ imperaret, in cujus potestate sit, dare Imperium, cui velit, tanquam ideò a Deo super gentes & regna constitutus, sed talis potestas nunquam data fuit Petro, cujus successorem se vidit Rom. Pontifex; & longe aliter Salvator noster Christus ad Apostolos Luc. 22. v. 26. inquit: Vos autem non sic. Itaque ipsi Germaniæ Principes tempore *Friderici Barbarossæ* negarunt Imperium Germaniæ constare beneficio Pontificis, & ipse Imp. Fridericus literis per Imperium sparsis, *Adriano* Pontifici hunc in modum inter alia respondit: Cum Divina Potentia (a qua omnis potestas in cœlo & in terra) nobis Christo vel uncto, ejus regnum & Imperium regendum commiserit, & pacem Ecclesiarum Imperialibus armis conservandam ordinaverit: non sine maximo dolore cordis conqueri cogimur dilectioni vestræ, quod a Capite S. Ecclesiæ (cui Christus pacis & dilectionis suæ characterem impressit) causæ dissensionum, seminaria malorum, pestiferi morbi venenum manare videntur, reliqua vid. ap. Avent. l. 6. annal. Boj. Crus. l. c. c. 16. Sed & Episcopi Germ. Pontifici Rom. tunc pro dignitate Imperatoria *Friderici* rescripserunt, agnoscentes, hunc habere coronam Imperii Divino tantùm beneficio, gradus ad eamfactos hominibus acceptos referre; electionis vocem Archiepiscopo Moguntino, regalem unctionem Colonien si, Imperialem Pontifici, addentes illis literis, *DEUS*, inquit ille, *per Imperium exaltavit Ecclesiam, Ecclesia* (non per Deum, ut credimus) *demolitur Imperium.*

Cui se principe Germaniæ sub Imp. Friderico Barbarossa opponunt.

Post hæc Imp. *Fridericus* Italiam petens, anno 1153. in campis Runcalianis frequentem conventum Germaniæ & Italiæ Procerum Cardinalium & Episcoporum habuit, & pace sancitâ, constitutionem inter alia fecit de Scholasticis & studiosis, qui studiorum causâ peregrinantur, & maximè de Divinarum atque sacrarum legum Professoribus, quibus hoc pietatis suæ beneficium indulsit, ut ad ea loca, in quibus literarum exercentur studia, tam ipsi, quam eorum nuncii veniant, & habitent in iis securè, defendens illos speciali dilectione ab omni injuria, & optionem dans, si litem illis quispiam super aliquo negotio moveri voluerit, illos coram Domino, aut Magistro suo, vel ipsius civitatis Episcopo.

scopo, quibus hanc Jurisdictionem dedit Imperator, convenire: qui verò ad alium judicem eos tradere tentaverit, causa, etiamsi justissima fuerit, pro tali conamine cadit.

Rupertus Abbas Hirsaugiensis, collapsæ disciplinæ restaurator.

Anno MCLXV. disciplina Monachorum, quæ in Monasterio Hirsaugiensi refrixerat, excitata iterum fuit a Ruperto Abbate.

Eodem anno *Fridericus* Barbarossa Imp. Episcopatui Curiensi, cui tunc præfuit Conradus II. omnia privilegia confirmavit, & successorem *Conradi* Eginonem, propter singularem sibi præstitam fidem circa annum MCLXX. primum inter Curienses Episcopos Principem salutavit, quia hinc utriusque gladii Spiritualis & secularis jus sibi sumsit, test. Bruschio in Catal. Episcoporum Curiensium.

Anno MCLXXI. *Hugo III.* Comes Palatinus Tubingensis post infelix cum Welfone, Duce Bavariæ, bellum reversus ad sua, ex voto, quod in exilio & custodia nuncupaverat, Monasterium Marthalense collapsum restauravit, & ejectis septem Canonicis secularibus, monachos ibi constituit Præmonstratenses ad honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli, qui suos habebant Præpositos, usque dum nova dignitas Abbatialis ex Concilio Constantiensi huic Cœnobio illata est. vid. *Bruschius* in Chronol. Monast. Germ. p. 70. & *Crusius* l. c. l. 11. c. 6.

Anno MCLXXXI. *Fridericus* Barbarossa Imp. frequentissimum Germaniæ Principum conventum Moguntiæ celebrans, consultavit inter alia etiam de pace Ecclesiæ.

Origo Monasterii Adelbergensis.

Eodem anno *Volcknandus*, Baro Ebersbergensis, ex familia Dynastarum Hohenstauffensium juxta quosdam oriundus, fundavit monasterium Madelbergense, sive Adelbergense, quod statim confirmavit, & immunitatibus insignivit *Fridericus* Imp. Advocatia ejusdem Cœnobii ad familiam Stauffensem perveniente. Cujus Cœnobii secundus fundator & conservator dici potest Imperator hic, qui conservationi hujus, anno MCLXXXVIII. mens. Febr. factæ, ab Episcopo Monasteriensi, interfuit cum tribus filiis, Henrico, Friderico & Philippo, Sueviæ Ducibus, tanquam testibus.

Administratum fuit hoc Cœnobium ab initio per Præpositos, usque ad annum MCCCCXXIII. Deinde secuti sunt Abbates. Fuit quoque Cœnobium Sanctimonialium ordinis Præmonstratensis huic monasterio adjunctum, quod suas etiam leges & census habuit. Translatum deinceps servandæ melioris disciplinæ ergò in Cœnobium Monialium Lauffense. *Crusius* l. c. c. 11.

Fundatio Monasterii Bebenhusani.

Circa hoc tempus quoque *Rudolphus*, Comes Palatinus Tubingensis, Brigantiæ & Curiensis Rhetiæ Dominus, consentientibus Uxore sua *Mechtilde* & liberis, in prædio Spirensis Ecclesiæ, confirmante Imp. *Friderico*, ejusque Filio *Henrico* Rege, monasterium Bebenhusanum construxit, Ordini Præmonstratensi illud deputans, in Diœcesi Constantiensi. Postea tamen pro eo ordine Cisterciensis Ordo S. Bernhardi fuit introductus, auctoritate *Henrici VI.* Imperatoris, qui anno MCXCIII. Monasterii hujus fundationem & privilegia confirmavit, additis novis immunitatibus. *Crusius* l. c. c. 11. ex Manuscriptis chartis refert, Bebenhusam antea a nobilibus

de Luſtnau / fundatum, dictum hunc *Rudolphum* Comitem Palat. Tubing. reditibus liberaliter auxiſſe, additque Cruſius, ibidem ſe inveniſſe, Bebenhuſam fuiſſe dictam a Sancto quodam *Bebone*, qui cellam ibi habuerit. Huic Cœnobio multa bona quoque conceſſit *Fridericus*, Dux Sueviæ, anno MCLXXXVII. quod ſubinde fecit datis quoque Privilegiis *Rudolphus*, Comes Palat. Tubing. anno MCLXXXVIII. & MCXCI. Anno autem 1189. conventus Fratrum ex Schonavgia, permiſſu Regis *Henrici*, ingreſſus eſt Monaſterium hoc ſub Abbate primo *Diepoldo*, unde tum alibi, tùm in tabula quadam, quæ adhuc Bebenhuſæ extat, fundatio hujus Cœnobii a *Rudolpho*, Comite Palatino Tubing. refertur ad hunc annum 1189. Cujus Cœnobii Advocati, defenſores & Tutores poſt Comites Palat. Tub. fuerunt Comites Wirtenbergici.

Dicto anno 1181. *Fridericus II.* Dux Sueviæ, inter mortales candidiſſime vivens, juxta ſententiam Bruſchii: Vel ut Pantaleon part. 3. de illuſtribus Germaniæ Viris ſcribit: *Fridericus I.* Barbaroſſa prima fundamenta jecit Sacræ ædis, & Canonicæ congregationis Waldſeenſis, Canonicorum Regularium S. Auguſtini in ditione Dapiferorum Waldpurgenſium, qui ſepulturam & monumenta ſua ibidem habent, *Bruſchius* l. c. p. 641. *Cruſius* l. c.

Monaſterii Irſingen Fundatio.

Anno MCLXXXII. *Urſinum*, vulgo Irſingen Monaſterium Benedictinæ regulæ ampliſſimum fundatum & locupletatum eſt ab *Henrico*, Marchione de Ramsberg, ejusque filiis, *Godofredo & Bertoldo* atque filiâ *Irmelgarde*, vid. *Bruſchius* in Chron. Mon. Germ. p. 581.

Anno MCLXXXIII. *Fridericus* Barbaroſſa Imp. ex Italia in Alemanniam redux, Conſtantiæ, præſentibus Germanicis & Italicis Proceribus, quos inter quoque *Citalenus* Epiſcopus Curienſis, *Hermannus II.* Epiſcop. Conſtant. *Fridericus*, Dux Suevorum, filius Imperatoris, *Bertoldus*, Dux Zaringiæ, *Hermannus*, Marchio Veronenſis, ex familia Badenſi, fuerunt, pacem iniit, quæ dicta eſt pax Conſtantienſis, Commentariis poſtea Batii JCti explicata.

Eodem anno *Wingenſe* S. Michaëlis Archangeli Monaſt. inſtituti Regularium Canonicorum S. Auguſtini, Conſtantienſis Diœceſeos. (quod nunc intra Ulmenſem Urbem ſitum eſt) ædificari ceptum eſt a *Wittigovo*, Comite de Albeck, ejusque Conjuge, *Bertha*, in monte urbi vicino, qui adhucdum hodie S. Michaëlis nomen retinet. vid. *Bruſchius* in chronol. Monaſt. Germ. p. 463.

Iſto anno quoque *S. Ulrici & Afræ* Monaſterium Auguſtæ Vindelicorum combuſtum eſt. vid. *Welſerus* in annal. Auguſtanis, & *Cruſius* l. c. c 3. ubi miracula *S. Ulrico* Epiſc. Aug. adſcripta invenies; Sed bene additur, decere monachos, ſi poëtæ eſſe velint, & fingere δ πρέπον, ſive decorum obſervare; in tenebris quidem iſtorum ſeculorum ineptias & mendacia potuiſſe latere, non autem hodie, ſeculo tam erudito, quod illi nunquam fore putaſſent, alioquin aut temperaturi ſibi a mendaciis fuiſſent, aut circumſpectius mendacia conficturi. Hoc ſcil. erat bene promovere Chriſtianismum, quaſi denique neceſſe fuerit, innocentiam illorum Epiſcoporum defendere, tanquam non fuerint & ipſi peccatores; at ſacræ literæ non tegunt Davidis adulterium, aut Petri abnegationem. Longe igitur à S. Scri-

Scriptura recedunt, qui ſanctos per omnia puros faciunt, & rebus leviculis miracula affingunt. Ideò tarò aliquid hodie affingitur, aut ſi quid fingitur, non facile creditur.

Anno MCLXXXVIII. fundatum eſt *Soretbum*, vulgo Schuſſenriedt / Præmonſtratenſis ordinis Cœnobium, Diœceſeos Conſtantienſis, a *Berengario* & *Conrado*, Baronibus a Schuſſenried. *Bruſchius* de Monaſt. Germ. p. 537.

Anno MCLXXXIX. *Fridericus Barbaroſſa* Imp. Monaſterium Præmonſtratenſium *Haganoja* ſuis auſpiciis condi curavit.

Mors Friderici Barbaroſſæ Imp.

Annus MCXC. inſignis fuit morte *Friderici Barbaroſſæ* Imp. quam illi in expeditione Sacra attulit Serra, Armeniæ fluvius, inæſtimabili damno Chriſtianorum, fuit enim, ut *Radewickus* illum adpellat, vir Chriſtianiſſimus, qui præ omnibus Chriſtianis tunc Imperatoribus deſiderio Chriſti flagrabat, ideoque Patriam, uti Choniates l. 2. de illo ſcribit, delicias regias, otium, felicem elatamque domi cum chariſſimis vitam deſpicatus, cum Palæſtinæ Chriſtianis ob nomen Chriſti maluit tolerare ærumnas. Vindex Imperii contra Papam non unum, nullum diem transire otioſum paſſus, quo non aliquid Imperio utile, & juſtitiæ tranquillitatique inter populos conſervandæ conducibile gereret.

Origo Ordinis Teutonici.

Anno MCXCII. in Palæſtina poſt Hoſpitalarios & Templarios, tertius ſacræ militiæ ordo exortus eſt, Teutonicorum militum, quam multum adjuvit *Fridericus*, Dux Sueviæ, in obſidione urbis Ptolemaidis: officium autem illorum equitum fuit primò curam pauperum, qui in terra ſancta verſarentur, gerere deinde tàm terram ſanctam, quàm alios Chriſtianorum fines, armis defendere. Acceſſit poſtea confirmatio *Henrici III.* Imp. & Pontificis Cœleſtini, qui illis veſtem albam, nigrâ cruce inſignitam, dedit, Funccius in Chronol.

Anno MCXCIII. *Udalscalcus*, Epiſc. Aug. Comes a *Thennenlobe*, S. crucis Auguſtanum Cœnobium, inſtituti & ordinis regularium Canonicorum S. Auguſtini transtulit Auguſtam Vindelicorum, quod primò a Mareſchallis de Biberach in pago Muttenhoffen inchoatum, inde a *Conrado*, Epiſcopo Auguſtano, Comite *Luzelſteinio* in Hamelbergum montem, Auguſtanæ ditioni vicinum, locatum fuit. *Bruſchius* l. c. p. 400.

Seculum Decimum Tertium

Ordinis Dominicani initia.

INitia hujus Seculi occupavit origo Dominicani prædicatorii ordinis, fundatore illius Dominico, *Calagaritano* Hiſpano, innoteſcente, qui Waldenſibus multum adverſabatur, peragrans varias regiones docendo, & confirmationem ordinis ſui obtinens a Papa *Honorio*, multa quoque Monaſteria erigens, quorum inſtitutum aſſeclæ per varias *Europæ* & *Germaniæ* partes, & in hac ipſa *Suevia* noſtra frequenter mox confitebantur. Inſtitutus autem hic ordo eſt ſub regula *S. Auguſtini*, viribus Chriſtianorum per bella transmarina valdè conſumtis. Ne autem prædicatores illi a docendo impedirentur, decretum eſt huic ordini terrenas poſſeſſiones abjicere, utpote contra hæreſes prædicandi ea ratione inſtituto; cujus ordinis amplificator inter alios etiam

Ei addicti Thomas Aquinas, Albertus M. Origo ordinis Franciſcani

tiam *Thomas Aquinas* fuit, Angelici nomen Doctoris inde adeptus. Item *Albertus* Magnus, *Jacobus* de voragine, & *Antoninus* Archi-Epiſcopus Florentinus. Poſtea etiam *Franciſcanorum*, vel *Mendicantium* & *Minorum* ordo valdè, uti alibi per Germaniam, ita in Suevia quoque invaleſcens, a *Gregorio IX.* qui ipſum Dominicum numero Sanctorum ritu & more Eccleſiæ Rom. aggregavit, ratus habitus eſt, & Ulmam quidem Franciſcani illi nudipedes Monachi anno MCCIX. ex civitate *Garmandenſi* venerunt, monaſterium ibi ædificantes, quod deinde, reformatâ per *Lutherum* religione, converſum eſt in Scholam Latinam.

Anno MCCII. mortuo *Udalſchalco*, Epiſc. Aug. de quo ante, *Hartwichus II.* ab *Hornheim* Epiſopus conſtitutus fuit: Hunc *Innocentius III.* Papa, qui creandorum Epiſcoporum meram poteſtatem, invitis Principibus, apud Germaniam & Angliam obtinuit, juxta novum morem, quia *Philippo II.* Imp. a ſe excommunicato contra *Othonem* Saxoniæ Ducem adhæſit, nunquam confirmare voluit, utut Epiſcopus *Hartwichus* in mera poſſeſſione & dignitate permanſerit. vid. *Bruſchius* de Epiſc. Auguſtanis.

Anno MCCVII. Idem Pontifex Rom. *Innocentius* Abbati Augiæ Divitis hoc privilegium dedit, quod Abbas hujus Cœnobii ſingulari gratiâ Romæ & in omnibus ſynodis juſſus eſt ſedere ad pedes Pontificis Romani, & tenere manu librum Sacramentorum, legum Pontificiarum poſitionumque, & ordinationum Sanctorum Patrum, de quo vid. *Bruſchius* p. 44.

Philippus Imp. natione Suevus, Cleri Reformator.

Invaluerat iſto tempore valdè hypocriſis & ſuperbia Clericorum, quam odio habuit & correxit *Philippus* Imp. Dux Sueviæ, longiori vita & Imperio dignus. vid. Specul. exemplorum diſtinct. 6. exempl. 34. Hujus autem *Philippi* conjugis *Irenæ* obitum miſerandum, dùm deſcribit *Cruſius* l. c. l. 12. c. 19. ſperat, illi ſolidum fidei aurum in extremis anguſtiis firmiter manſiſſe, & ſtipulas, ſi quæ præter verbum Domini adſtructæ fuerint, ſine noxa animæ conflagraſſe: quod de aliis quoque iſtius temporis moribundis non ubique deſperandum eſt. Ceterum deplorat quoque *Cruſius* adhuc quandam illius ſeculi barbariem in doctrina literarum, Græcarum præſertim, cum Academias Germania nondum haberet. Vixerat quidem circa annum MCCXII. *Alexander* de Villa Dei, Profeſſione Monaſtica Minorita, qui edidit Grammaticam, inſcriptam: *Doctrinale puerorum*, quod tùm in Sueviæ, tùm in aliarum partium Germaniæ ſcholis regnum & ſceptrum betulaceum annos circiter trecentos, in pueros obtinuit: ſcriptum etiam pro novellis Clericis erudiendis, donec tandem ſeculo XV. *Johannis* Braſſicani Tubing. & *Jac. Henrichmanni Sindelf.* aliorumque eruditiora Grammaticæ ſcripta extiterunt, quibus facilius & purius juventus inſtitui cœpit.

Notabilis confeſſio fidei Chriſtianæ.

Memorabilis eſt de cetero confeſſio fidei Chriſtianæ, quæ circa annum MCCX. in *Helvetica Alemannia*, præſertim *Turgoja*, & valle Rhenenſi uſitata fuit, quam *Stumpffius* l. 4. Chronic. Helvet. c. 30. & ex illo *Cruſius* l. c. c. 18. refert: Ich widerſag dem Teufel/ und allen ſinen Wercken/ und

allen ſinen Gezierten: Jch geloub an ein GOtt Vatter / Allmächtigen: Ein Schöpfer Himmels und Erden / und aller Geſchefde. Jch geloub an ſinen einbornen Sun / unſern HErren JEſum Chriſtum. Jch geloub an den heiligen Geiſt. Jch geloub / daß die Dreyebende ein wahrer GOtt iſt: Der ye waß / und wyter iſt ohn Ende. Jch geloub/ daß derſelbe GOttes Sun geandet ward (i. e. gemeldet oder verkündet) von dem hayligen Engel Gabriel. Jch geloub/ daß er empfangen ward von dem hayligen Geiſt: und er geboren ward von Marien/ der reinen Magende: Jch geloub/ daß er an diere Welt (pro dieſer Welt) was / als ein armer Menſche/ wann daß er nien geſündt: Jch geloub / daß er am drißgeſten Jar getouffet ward in dem Jordan von S. Johanſen. Jch geloub / daß er verrathen ward von ſinem Jünger Judas: Jch geloub/ daß er gefangen ward von den Juden / und gebonden ward / und an das Creutz erhangen ward / und daran erſtarb/ an der Menſchheit/ nit an der Gottheit: Jch geloub/ daß er ab dem Crütz genommen ward / und zer Erden begraben ward: und darinne lag dry Tag und dry Nacht: Jch geloub/ daß er an dem dritten Tag erſtund gewarer GOtt / und gewarer Menſche: Jch geloub / daß er erſchien nach ſeiner Urſtende ſinen Jüngern / und ſinen guten Freunden: Jch geloub/ daß er an dem viertzigſten Tag nach ſiner Urſtende zu Himmel fuhr/ zu der Geſicht ſiner Jünger / und aller Mänge / die ſeyn wirdig warend: Jch geloub/ daß er da ſitzet zu der Zeſchwunn (i. e. in Freud und Herrlichkeit) ſines Vatters/ Jhm eben gewaltig und eben ewig. Jch geloub in dannen künfftig an dem Jüngſten-Tag / zu erthailen (i. e. urtheilen) über lebend und über Todt/ nach ihr Wercken: Jch geloub die Chriſtenheit Göttlich und Allich / (allgemein.) Jch geloub gmeinſamb der Heyligen: Jch geloub Ablaß meiner Sünden / nach gewaren Reuwe. Jch geloub Urſtende myns Libes: Jch geloub nach dieſem Leben ſein das ewig Leben: Jch geloub / daß mir gelohnt ſoll werden/ nach meinen Wercken: den Lohn fürcht ich ſehr / dann ich dick geſündet han / und mit Gedancken mehr.

Fridericus II. Imp. natione Suevus petitur odio Papæ.

Anno MCCXIII. *Fridericus II.* Imp. Dux Sueviæ, imperare cepit, quem Pontifex Romanus clam oderat, ſciens, Sueviæ Duces & Imperatores ex hac gente multum hactenus Romanæ Eccleſiæ nocuiſſe. Dedit Imperator hic *Fridericus II.* varia privilegia multis Cœnobiis, Eremitano in Nariscis, Citicenſi, Hirſaugienſi, Lorchenſi, Bebenhuſano.

Iterata Cruciata prædicatio.

Prædicabatur anno MCCXV. iterùm *Cruciata* per Germaniam juſſu Innocentii Papæ, declamatoribus ubique pro ſuggeſtu homines ad rem, ut putabant, tam piam excitantibus, aſſumſitque quidem Crucis teſſeram Fridericus quoque Imp. ſed ipſe profiſcendo multis impedimentis diu avocatus fuit. Dederunt nomen tunc huic militiæ, cujus infelix fuit exitus, multi Eccleſiæ Antiſtites & Principes, quos inter

inter in Suevia fuerunt Marchio Badenſis, & Comes Palat. Tubing. vid. Abbas Urſperg. *Trithemius* in Chronol. Hirſaug. & *Hieroldus* in continuatione belli ſacri l. 3. c. 3. ſeqq.

Dura & crudelis inconſcientias inquiſitio.

Eodem anno frater *Conradus* de Marpurg, ordinis Prædicatorum, inquiſitor hæreticæ pravitatis a Papa miſſus, per diverſa Alemanniæ loca & ipſam quoque Sueviam, comburebat quosvis utriusque ſexus, quos ferrum candens inter portandum uſſiſſet, tanquam hæreticos: ſicque ipſe, fatente *Trithemio*, plures innocentes damnavit, cum candens ferrum nullum reperiſſet immunem, etiamſi nullius hæreſis macula infectum: Hinc ſævus ille monachus inſtar rabidi canis anno MCCXXXIII. a quibusdam Nobilibus prope *Marpurgum* interfectus eſt. Scilicet longè alium modum probandi Spiritus Apoſtolus Paulus præſcripſit, omnesque tunc hæretici & Nicolaitæ habiti ſunt, qui non omnia Pontificum adprobaverunt, multisque atrocia citra culpam afflicta fuerunt *Cruſius* l. c. l. 1. Part. 3. c. 1. 9.

Anno MCCXVII. Teutonicus Cruciferorum ordo conceſſione *Friderici II.* Imp. primùm ingreſſus eſt Boruſſiam, invitatus a *Conrado*, Duce Maſſoviæ, contra hoſtes Pruthenos, quos ordo ille paulatim ſibi ſubjecit. vid. *Funccius* in Chronol.

A. MCCXXI. rurſus in Alemannia crux prædicabatur, expeditionis in terram S. ſuſcipiendæ, Monacho quodam Prædicatore Argentinenſi, ut facilius induceret, toties ultramarinæ militiæ pœnas dantem populum, ita laxas indulgentias proficiſcentibus promittente, ut homines inde moti, graviſſima prius ſcelera perpetrarent: ſtatim enim cruciculâ aſſutâ ſe puros reddi, majori malitiâ & damnandâ hæreſi putabant.

Eodem anno Ordo Prædicatorius primùm migravit Eſslingam, ad quem ſe contulit *Berchtoldus*, Comes Uracenſis, ut converſus quidam dimiſſo Comitatu, mortuus & ſepultus in iſtius ordinis Cœnobio, quod intravit quoque *Cuno*, Comes Uracenſis, vitæ monaſticæ ſe ex voto dicans, partemque ſuam Comitatus Uracenſis Cœnobio huic, in quo ipſe familiæ ſuæ ultimus, ſepultus jacet, conferens, quam partem deinde Eberhardus Wirtenbergiæ Comes, permutatione ejus cum quibusdam ex Ulbaco reditibus facta, & ipſam ad ſe recepit. *Cruſius* l. c. part. 3. c. 2. & 7. ex MScriptis.

Anno MCCXXVII. Poundi Ciſtercienſis Parthenonis prope Ravensburgum tenue quoddam principium extitit, de quo Cruſius l. c. *Bruſchius* ex vetuſtis libellis p. 366.

Tyrannis Gregorii P. R. Fridericum II. Imp. excommunicantis, & Expeditione contra Saracenos in Oriente ſuſceptâ totam Germaniam decipientis.

Anno MCCXXVIII. *Fridericus* Imp. per plures jam annos cruce ſignatus, ſextam illamque ultimam ſacram militiam in Palæſtinam ſuſcepit, iter transmarinum tandem cum multis aliis Principibus arripiens, quem *Gregorius* Papa nihilominus excommunicatum per totam Alemanniam pronunciavit, maximè per fratres prædicatores, qui fax & tuba tunc talium motuum fuerunt. vid. Abbas Urſperg. *Cuſpinianus* in vita hujus Imp. & *Heroldus* in continuatione belli ſacri l. 3. c. 11. & 12. ſcilicet concionando purè Chriſti Evangelio, non gladio cogendæ gentes erant, nec animarum ſalus in poſſidendis Hierotolymis ponenda. Pontifices hortabantur ad has expeditiones, vel ut Cæſarem, ſi cujus potentiam metuerent, à ſe in Palæſtinam averterent, & ipſi interea Regiones ad ſe raperent; aut ut argento Sueviam & Germaniam emungerent. Eodem

Digitized by Google

Eodem anno Johannitarum Collegium Halæ Suevorum fundatum est cum Xenodocheo quodam pauperum, quod duravit usque ad annum Christi MDXXXIX. quo Johannitis, emendatam Evangelii doctrinam recusantibus, Missæ celebratio a Magistratu Halensi abrogata est, & templum Johanniticum clausum *Cruf.* l. c c. 5.

Sed & hoc anno Prædicatores Monachi Ulmæ cœnobium sibi constructebant, ope cujusdam *Mechtildis*, & Senis *Crafftonis*, Cancellarii Friderici II. Imperatoris.

Interim absente Friderico II. Imperatore in Syria, & demorante ibi in servitio Christi, Papa Gregorius, captata hac occasione, quod nefandissimum est dicere, invasit illius ditiones atque abstulit, ipsos Cruce signatos prohibens, ne transfretarent, vel auxilio venirent Imperatori: quod indicium & quoddam portentum ruentis tunc Ecclesiæ, non diffitebatur Abbas Ursperg. Hancque Papæ in *Fridericum* iniquitatem accusat ipse *Pandulphus Collenucius* l. 4. vid. Avent. l. 7. Annal. Boicorum. Joannes Cuspinianus, in vita Friderici II.

Ipsi Scriptores quidam Pontificii Gregorii Papæ Tyrannidem agnoscunt, & improbant.

Anno MCCXXIX. *Gregorius* Pontifex regulam vivendi præscripsit Monialibus in Parthenone Pfullingensi ordinis S. Claræ, Virginis nobilissimæ, quæ institutum Dominarum pauperum S. Damiani sequebatur, a primis annis Christi servitio mancipata, & a Francisco, ordinis Minorum fundatore institura, ipsa ordinem pauperum inchoans, quem Innocentius Papa confirmavit. de quo vid. Petrus de Natal. & *Cruf.* l. c.

Circa annum MCCXXXIII. initium factum est *Heggenbachii* Cistercienſis, seu Bernardini instituti, Monialium præclari Cœnobii, Constantiensis Diœceseos, sub Salemitani Abbatis curâ & visitatione, vid. *Brusch.* p. 239.

Anno MCCXXXV. *Conradus*, Dux Teccensis, multas immunitates ac beneficia contulit Monialium Cœnobio Kirchheimensi, cujus initia fabulis aspersit *Thomas Lyrerus*, qualiscunque Scriptor Chronici Rerum Suevicarum, qui refert, Romulum, & fratrem *Wilpertum*, bellum cum Comite à Weck, quem Burgovienſis Marchio adjuverat, gessisse, adjuvante ipsos Domino quodam Filsensi, qui arcem Helffenstein â se conditam incoluerat, adjuvantibus quoque Palatino Tubingensi, Comite Achalmensi, aliisque Proceribus, commissum fuisse prælium in Valle Hausa, quo Weckius & Burgovius superati, postea Religionem Christianam, à qua alieni fuerant, amplexi sint. Weckii castellum fuisse Kircham, ubi Ecclesia Divæ Virginis ædificata sit, volente sic Burgovio, quod ibi in prælio captus esset: Weckensem autem postea adpellatam fuisse Deckensem. Sed fabulosa hæc esse ex multis apparet: ne quid enim dicatur de Romulo illo, quis fuerit, certe cum Gentilismus adhuc has Sueviæ ditiones obsedit, nec Weckenses Comites, nec Helffensteini & Filsenses Domini, nec Burgovienses Marchiones, nec Palatini Tubingenses, nec Comites Achalmenses his terris noti fuerunt, sed nomina hæc dignitatum, & illustres familiæ diu post sequentibus seculis, firmata dudum in his regionibus Christiana Religione, innotuerunt. Quicquid etiam *Crusius* in Annal. Suev. L. 1. p. 3. c. 11. de origine Castelli Deck scribat, hoc jam certius est, extirpato idolorum cultu, Christianam Religionem facile primis temporibus in

Crusius notatus.

Digitized by Google

ista regione Sueviæ & Wirtenbergiæ introductam feciſſe, ubi ſequenti ævo celebres valde, & locupletes Helfenſteinii Comites, inter duos amnes, Luteram & Lindachum, Eccleſiam in campo ſolitariam extruxerunt, circa quam poſtea caſæ quædam poſitæ, ex quibus coalitus vicus, Kirchheim adpellatus, quaſi manſio & domus Domini, ἀπὸ τοῦ Κυρίου οἴκος. Conjungebant ſe ſcil. multæ Virgines, pietatis amantes, permultis annis ante ordinem prædicatorium inſtitutum, & Tuguriola ibidem extruebant, ut eo propius ab iſta Eccleſia abeſſent, ſanctam & ſeveram vitam ducentes, jam circa annum ſalut. 986: uti *Cruſius* refert l. 5. p. 2. c. 3. & lib. 1. part. 3. c. 11. ubi de Chelidonio quodam ſcribit, cujus opera octoginta ſex pauperculis Chriſti ſponſis, quæ Kirchemii fuerint, vitam parce & duriter tolerantibus, domicilium & Cœnobium quoddam prope oppidum Kirchheim conditum fuiſſe: vigente autem temporibus *Friderici II.* Imp. Dominico ordine, cœtum iſtum virginum honeſte & religioſe viventem, oraſſe Epiſcopum Conſtantienſem, ut ipſarum rationem vivendi certa regula comprehenderet, denique impetraſſe regulam ordinis Prædicatorum: cumque jam multa privilegia S. Virgines acceperint, feliciter poſthac ſub Ducibus Teccenſibus ſuccreverunt, & augeſcens hinc vicus Kirchheim/ oppidi poſtea formam accepit.

Kirchemii, Urbis in Wirtenbergia non ignobilis, incrementa.

Fridericus II. Imp. Sueviæ Dux, dato Viennenſium Privilegio, Academiæ fundamentum in iſta urbe jecit. Origo Cœnobii Sæfflingenſis.

Anno MCCXXXVII. *Fridericus II.* Imp. Sueviæ Dux, dato Viennenſibus privilegio, Academiæ fundamentum in iſta urbe jecit, ut prudentia docentur in populis, & rudis ætas parvorum inſtruatur, poteſtatem dans plenariam Magiſtro, Viennæ a ſe ad ſcholarum Regimen, aſſumto, ut alios Doctores in facultatibus ſubſtituat, qui habeantur ſufficientes & idonei circa ſuorum Auditorum ſtudium. *Wolffg. Lazius* l. 2. rerum Viennenſium c. 5.

Eodem anno cœptum eſt Cœnobium opulentum *Sæfflingenſe*, Monialium S. Benedicti inſtitutum ſequentium, intra urbis Ulmæ mœnia, quod deinde extra muros illius civitatis translatum eſt in dextram Blavi ripam, aſſumta regula Franciſci. vid. *Bruſchius* p. 535. *Cruſius* l. c. c. 12. Ubi judicium *Oswaldi Gabelcoveri*, Archiatri & Bibliothecarii Wirtenbergici, Viri de Hiſtoria Sueviæ & Wirtenbergiæ meritiſſimi, refert, de illis, quæ contra veritatem de hoc Cœnobio traduntur.

Sed & eodem anno Franciſci ſectatores, fratres Minores intrarunt Civitatem Eſslingenſem ad manendum, quibus hoc ipſo anno Cœnobium S. Jacobi templariis primo Halæ Sueviæ, permiſſu *Conradi*, Abbatis Comburgenſis, traditum eſt, qui anno 1524. illud in manus Senatus Hallenſis reſignarunt, quorum quidam pecuniâ inde acceptâ uxores duxerunt, aliis perpetuus victus in Xenodochio liberaliter datus fuit: curavitque inde Senatus Urbis, binas conciones, ſingulis ſeptimanis in hoc Cœnobio habendas, Scholamque docentium pro indoctis Monachis ibi inſtituit, in qua Juventus Latine & Græce gratis eruditetur.

Fridericus II. Imp. iterum excommunicatur.

Anno MCCXXXVIII. *Gregorius* Pontifex *Fridericum II.* Imp. iterum excommunicavit, illumque per fratres Minores ubique diris devovit: unde inſecuta ſunt infinita mala, non tantum in hac Suevia, ſed & in omni-

omni terra, Romano Imperio & Eccleſiæ ſubjecta. Vid. Abbas Stadenſis, Trithem. in Chron. Hirſaug. Cranzius in Metrop. Saxoniæ. l. 7. c. 52. & l. 8. c. 6. Fridericus autem Imp. contra hunc Gregorium, & Succeſſorem illius, Innocentium, Scriptis ſe defendit, quæ refert Petrus de Vineis l. 1. ep. 6. ad Cardinales, ubi miratur & ſtupet, quod tot Venerabilium Patrum congregatione, munita Eccleſia generali, ſedens in ſolio (& utinam juſtus judex) velit inconſultè procedere, & in Romanum Imperatorem Fridericum II. educatum Eccleſiæ, & ad prædicationem Evangelii ſtabilitum, ſuis motibus intendere: Cujus Petri de Vineis hæc quoque leguntur verba: l. 1. ep. 1. *Super Cathedrâ Moſis ſedentes hoc tempore Phariſæi, ſic moti ſunt contra Rom. Principem oberrantes, quod Actores malitiæ facti ſimul, & Judices, aperte judicium ſubverterunt. Iſte Pater Patrum, qui dicitur Servus ſervorum Dei, omni prorſus exclusâ juſtitiâ, factus eſt aſpis ſurda, non admittens Romani Principis allegata. Dic quæſo, quid reſurgens a mortuis dixit primò diſcipulis, ille Magiſter omnium Magiſtrorum? Non, inquit, arma & ſcuta ſumite, nec ſagittam vel gladium, ſed pax vobis! Petrus Apoſtolus ad portam veniens ſpecioſam: Nec argentum, nec aurum habeo, dixit, claudo. Tu verò, ſi forſan incipit acervus pecuniæ, quem adoras, minui, ſtatim cum claudo claudicas, quærens anxiè, quæ ſunt mundi. Ploret igitur mater Eccleſia, quod paſtor gregis dominici factus eſt lupus rapax. Et epiſt. 2. Qui clerici cenſentur, pauperum eleemoſynis impinguati, filios opprimunt, ipſique noſtrorum filii ſubditorum, paternæ conditionis obliti, nec Imperatorem, nec Regem, aliqua veneratione dignantur habere, quoties in Patres Apoſtolicos ordinantur.* Item Epiſt. 31. *Ipſe Draco magnus, qui ſeduxit univerſum orbem, Anti-Chriſtus eſt, cujus nos dixit eſſe præambulum. Hic eſt Angelus proſiliens ex Abyſſo, habens phialas plenas amaritudinis, ut mari & terræ noceat. Inſervit enim falſus Chriſti Vicarius ſuis fabulis, nos Chriſtiana fidei religionem non rectè colere, ac dixiſſe, tribus ſeductoribus mundum eſſe deceptum: quod abſit, de noſtris labiis proceſſiſſe, cum manifeſtè confiteamur, unicum Dei Filium, coæternum & coæqualem Deo Patri & S. Spiritui, &c. Revera Imperialis felicitas Papali ſemper impugnatur invidiæ.* Rurſus epiſt. 2. *Habemus conſcientiæ puritatem, ac per conſequens Deum nobiſcum, cujus teſtimonium invocamus, quia ſemper fuit noſtræ voluntatis intentio, clericos cujuscunque religionis ad hoc inducere, & præcipuè maximos ad illum ſtatum reducere, ut tales perſeverent in fide, quales fuerunt in primitiva Eccleſia, Apoſtolicam vitam ducentes, & humilitatem Dominicam imitantes. Tales nempe Clerici ſolebant Angelos intueri, miraculis coruſcare, agros curare, mortuos ſuſcitare, & ſanctitate, non armis, ſibi Principes ſubjugare.* Et Epiſt. 3. ad Regem Franciæ. *Nusquam legitur divina, vel humana, lege Pontifici Rom. conceſſum, quod transferre pro lubitu poſſit Imperium, aut de puniendis temporaliter in privatione Regnorum, Regibus & Principibus judicare. Nam, licet ad eum de jure Majorum, & more antiquo, conſecratio noſtra pertineat, non magis ad eum depoſitio, ſeu remotio pertinet, quam ad quoslibet Regnorum Prælatos, qui Reges ſuos, prout aſſolent, conſecrant & inungunt. A nobis incipitur, ſed noveritis, quod finietur in vobis.* Et quam cordatum eſt Aventini in Annal. Bojor. l. 7. judicium? quando ſcribit: *Friderici poſtea vires, prudem-*

causa à Gregorio P. R.

Petrus de Vineis hanc excommunicationem graviter perſtringit.

Aventini cordatum de Tyrannide Papæ judicium.

prudentia, magnitudo animi, rerum bellicarum peritia, vicinitas, (nam in Italia contra morem veterum Impp. habitabat, Germaniam per filium adminiſtrabat) formidoloſa, atque ſuſpecta fuere Romano Sacerdotum Senatui. Viſum eſt Flaminibus Romanenſibus, Imperium Germanum magis florere, quam illis utile foret. Placuit id contundere, atque diſcordia non ſolum debilitare, ſed in cinerem quoque atque favillas redigere: Et Fridericum hunce a faſtigio rerum humanarum deturbare. Itaque Gregorius in Germaniam miſit cum excommunicationis literis legatos: Rainerium a S. Quintino, Trecaſſiorum Myſtam: Philippum Aſſiſium: & præcipue Albertum Beham, Batavenſis Templi Decurionem. Diplomata ſunt reddita omnibus Epiſcopis Germaniæ: Nemo ipſorum parvit, nec aliorum: ſed cunctis fremere, indignari, ſtomachari. Omnia tumultu in Germania completa. Indigniſſimum facinus, prater fas & æquum, Romanum inceptare Epiſcopum clamitatum. Conradus Truxinenſis Epiſcop. nullum jus Romano Flamini, abſque conſenſu Pontificum Germaniæ eſſe in Germania, propalam docet: ſuos, inquit, Romanenſis Sacerdos paſcat Italos: Nos a Deo conſtituti canes, a noſtris ovibus lupos, ovinâ pelle tectos, arcebimus.

Diſſidia inter Guelphos & Gibellinos Italiam turbant.

His tantis turbis à *Gregorio* Pont. excitatis, Italia in factiones duas capitales, perniciosas & diuturnas diviſa fuit, Guelfos nimirum, & Gibellinos, quorum iſti à parte Papæ ſtabant, hi Friderico II. Imp. adhærebant. Blondus nomina hæc, in Germania jam antea nota, apud Piſtojenſes in Italia tunc prima audita eſſe, ait, ipſo pene tremenda ſono, de quibus *Cruſius* l. c. part. 2. l. 10. c. 3. & part. 3. l. 1. c. 14. Ita autem *Fridericus Imp.* in angustias tunc redigebat Pontificem *Gregorium*, ut hic contra illum crucem & indulgentias, ſicut contra Saracenos, prædicandas curaret. vid. *Cranzius*, *Nauclerus*, *Trithemius*, & alii, qui perſecutionem Sacerdotum in Eccleſia per Alemanniam propter Imperatoris excommunicationem deſcribunt.

Helvetii Friderico II. Imp. contra Papam protegunt.

Anno MCCXXXX. Papa *Gregorius* iterùm Archi-Epiſcopis & Epiſcopis Germaniæ inſtitit, ut *Friderici II.* Imp. excommunicationem exclamarent, ſed parum profecit. Imperatori enim huic, licet a Papa depreſſo, adſtiterunt tamen plurimi, & præſertim Helvetii, quos inter Tigurini Eccleſiaſticos ſuos, Friderico adverſantes, expulerunt, remanentibus ſolum Monachis Franciſcanis, unde Imperator hic Helvetios in tutelam recepit Imperii ſui, & vetera illis libertatis privilegia renovans, nova conceſſit. Vid. Abbas Stadenſis, in chron. Stumpffius in Chron. Helvet. l. 4. c. 50. Semlerus l. 1. de rep. Helvetica.

Cum autem Gregorius Pont. nihil non contra Frid. II. Imp. tentaret, & poſt multas conciones atque proceſſiones, plenam omnium peccatorum remiſſionem indulgeret omnibus, qui contra Imp. hunc arma ferrent, cumque *Albertus*, Sacerdotulus, auctoritate ejusdem Pontificis Epiſcopo Auguſtano mandaſſet, ut Ulmam, Auguſtam, Werdeam, Lauingam, Weiſſenburgum, Nördlingam, Möringam Vindelicias: Eichſtettenſi vero Epiſcopo, ut Noribergam, Weiſſenburgum, Gredingam, Wirzburgenſes, Gamundiam, Dünckelsbuhelam, Halam devoveant, eo quod milites auxilio Imperatori in Italiam miſerint, neuter tamen obtemperaſſet, nec Gregorius impetrare poſſet, ut illorum

Digitized by Google

illorum loco alii Epiſcopi eligerentur, Imp. Fridericus II. his & aliis rebus cognitis, Principibus cunctis, præſertim Othoni, Duci Bavariæ, & Comiti Palat. Rheni literas miſit, in quibus, uti Avent. l. c. in Annal. Boicis porro ſcribit: *pleraque ſibi a Pont. Rom. obiecta diluit, atque alia in illum retorquet, oſtendens, Pontifices Rom. auctos divitiis & dignitate, a ſe ceteriſque Impp. æmulos eſſe pertinaciſſimos, omnium Regum atque Principum, neque parem ultra ferre poſſe: Manibus pedibuſque ideò diu & noctes conari, ut non tam ſe, quam S. Sanctò Imp. Rom. tanquam capite oppreſſo, facile ceteris membris ſervitutem imponant. Affectare eos Dominationem atque Divinitatem, nempe ut ab omnibus haud aliter, imò magis, quàm Deus timeantur. Nam multos Anti Chriſtos ineſſe Romanenſibus illis, nec ullos alios, quemadmodum opera oſtendant, exitio Chriſtiana Religioni eſſe. Se quidem optime ſentire de Chriſto, atque ejus Religione, nihilque magis cupere, quàm ut ſuo tempore Reſp. Chriſtiana priſtinam majeſtatem, ſimplicitatem & pacem recuperet. Quod fieri nequaquam poſſit, niſi ſtirpe eradicentur, h. e. ambitio, ſuperbia, faſtus, luxus Sacerdotum Rom. ſubitaſtiu opibus atque divitiis extirpentur radicitus. Se ſummopere pro commiſſo ſibi a Deo negotio, poteſtate, eſſeque divinitus tradito, contra eniſurum, ut ovili Paſtorem, populo Pontificem, mundo Parentem, (detracta perſona lupi, tyranni atque Domini) reſtituat, ut eundem, abdicata Regnorum, humanarum litium curâ, & profanorum negotiorum adminiſtratione, (quibus ille interdictum ſit) ad amulanda pauperis Chriſti, (cujus Vicarium ſe jactitat) veſtigia cogat. Se non amplius paſſurum, ut Chriſtiana plebi lupus, ovina pelle tectus, diutius imponat. Hoc perniciem eſſe Religionis, ut homo ille, qui dicatur Papa, divitiis nimium auctus, maximo pietatis Chriſtiana detrimento, omnia ſibi licere, more tyrannorum peſſimorum putet: rationem actuum nemini, quaſi ſit Deus, reddere velit; id quod ſoli Deo convenit, uſurpet: ſe errare, ullave mendacii Religione adſtringi non poſſe. &c.* Fridericus II. Imp. Gregorio P. R. ſe maſculè opponit & Reformationem urget.

Scriptæ ſunt hæ literæ ab Imp. Frid. II. in obſidione Aſculi, die duodeviceſimo Julii; quales idem quoque per Legatos ad Wenceslaum, Bohemiæ Regem, miſit, qui illum officii admoneant: *Duces Bohemiæ ab Avo, Patruoque Impp. Regio diademate donatos eſſe. Wenceslaum in officio retineant, ne ſallacia Romanorum flaminum ſeducatur, qui operam dent, quomodo validiſſimas Germaniæ gentes, etiam Sacerdotes inter ſe committant, ut ipſi potentiam aſſequantur, illis mutuâ cæde oppreſſis. Jam pridem eos, qui Babyloniæ ſint, i. e. Romæ, teimplo Dei incubare, & divinitatem affectare, quamvis diſſimulent. Aliter non orbem terrarum, neque cuncias gentes conglobatas, robuſtiſſimis Germaniæ gentibus quicquam officere poſſe.* His rationibus Bohemiæ Rex, ceteriique Principes Germaniæ, in fide Imperatoris hujus manſerunt, atque Otho, Bavariæ Dux, Rhenique Comes Palat. Pontifici adhærens territus fuit.

Scripſit quidem viciſſim *Gregorius* Papa literas ad Bohemiæ Regem & *Othonem* Bavarum, aliosque, quos ad ſe trahere ingentibus promiſſis, cæli & divinitatis, conatus eſt, ſed fruſtra: Inhiabant tunc Tartarorum immaniſſimæ gentes Poloniæ, & vicinæ Germaniæ, Ungariamque fœdè vaſtabant, cui Imp. *Fridericus II.* ſubvenire impeditus fuit propter odium Papæ, nulli reconciliationi locum dantis. Cumque jam quidam de alio Imperatore eligendo cogitarent, Imp. Fride-

Fruſtranei Conatus Gregorii P. Rom.

Fridericus Filio Conrado, & Germanis negotium dedit, viderent, ne quid Regnum caperet detrimenti.

Ad hunc annum MCCXXXX. refertur quoque nova fundatio Cœnobii Monalium Kircheimensis, supra ad annum 1235. memorati, de quo *Crusius* l. c. c. 15. hos, parum ornatos, rhythmicos versus refert:

Anno milleno, bis centum, quadrageno,
Regnante Ludovico, de Teck, nuncupato:
Cum esset Illustris, sequens suos progenitores:
Hoc signum virtutis reliquit, & sua proles.
Nam hunc locum amœnum, quem hic Princeps ædificavit:
Quemque honore plenum, crebro inhabitavit:
Tandem ad DEI cultum gestiens dedicare:
Atque Christi vultum volens sibi placare:
Sponsas suas inclutas hic voluit morari:
Quæ laudes DEO debitas noscerent modulari:
Quas suis amantissimis relictis, præ ceteris elegit.
Deinde intravit fœmina, annonam largam dedit:
Ut sub regulari vitâ Christo militaret.
Hanc eis regulam annus post septimus tulit:
Et personarum curam duodecimus annus fundavit:
Has vectura ingens ad Superos vocat:
Quas hic in terreno Paradiso locat.
Christe, sponse Virginum, has genitrici devotas,
Semper conserva vivas, post hujus Seculi annos.
Post annos mille, quadringentos, septua octo,
Kalendas Julii pridie, Maji die tricesimo primo,
Ulricus Heros de Wirtenberg, monte Peligardi,
Et suus Natus, Eberhardus, Comites generosi,
Denuò hunc construunt locum, quia corruit ipse,
Non Saxa componunt telluris, sed lapides vitæ:
Reformant deformata pro sua Patriæque Salute:
Hæc sunt DEO grata sacrificia: credas tute.
Sponsas ergò Christi veneremur corde sincero,
Ut à morte tristi liberent, & hoste severo.
Templum nempe DEI est virgo pudica:
Quod qui fœdant rei, Christo sunt gens inimica.

Conventus Ratisponenſis & Eccleſiaſticus & Pa

A. MCCXLI. memorabilis fuit conventus Procerum Imperii Ecclesiasticorum & Politicorum Ratisponæ, in quo Eberhardus, Archiepiscopus Salisburgensis, gravissimè in ambitionem, avaritiam, invidiam, superbiam,

biam, sitim sanguinis sub prætextu pietatis, inque conatum Impp. & Reges opprimendi, invehebatur, oratione habitâ, cujus Epilogus hic fuit: *Date operam Patres Consulti, ut a Germanica gente Christianissima, cædes, discordiæ, mala, incendia, crudelia facinora in cives, inque Patriam patrata, pellantur: Pax civilibus armis exacta, concordia bonis revocetur. Quod tùm fiet, si Imperatori Friderico II. Cæsari Augusto, Principum Christianissimo, a DEO constituto, obtemperabimus: ut pestem illam atque serpentem (Albertum Sacerdotem illum infidiosum) e Bojaria eliminaverimus.* Quod & factum est per decretum in hanc sententiam Avent. l. 7. annal. Bojorum.

Iticus Gregorio P. R. se fortiter opponit, præeunte Eberhardo, Archi-Episcopo Salisburgensi.

Ceterum quamdiu vixit Imp. *Fridericus II.* prævalere contra ipsum, ut ipse Trithemius in Chron. Hirsaug. fatetur, nec Papa, nec aliquis Principum valuit. Non enim curans ipse Papæ sententiam, quam injustam & frivolam dicebat, se pro Imperatore gessit, magnumque Principum numerum, nobilium & civitatum sibi adhærentium, habuit usque ad mortem: Et tantis malis in Italia Papam quoque subjectosque ei populos afflixit, ut Pontificem vivere illum tæderet, voluisseque, se nunquam de ejus depositione cogitasse. Dira enim, Guelfforum & Gibellinorum, inter se per annos 260. persecutio, cum multa sanguinis effusione duravit.

Inter illos autem, qui fideliter adversus Pontificia fulmina excommunicationis pro *Friderico II.* Imp. steterunt, fuit Rudolphus, Comes Habspurgicus, e Sacro Baptismo ab hoc Imperatore Gentili sublevatus, ipse Suevus quoque, & qui non pietate minus, quàm animi fortitudine fasces Imperii post *Fridericum II.* meruit, à quo Friderico, cum propter illius excommunicationem, a Papa factam, inter quosdam Sueviæ proceres, *Fridericus*, Comes Zollerensis, aliquo tempore defecisset, ille graviter a Cæsareanis pressus, deprecatus, tandem veniam accepisse legitur, hac tamen conditione, & mulctæ instar, ut Parthenonem, sive Gynæceum sacrum *Stetta* sub monte Zollerensi conderet, quod Prædicatorii hujus Cœnobii, in quo deinceps Zollerenses Comites locum sepulturæ sibi elegerunt, principium fuisse fertur. vid. *Crusius* loc. c. l. 2. part. 3. c. 1.

Rudolphus Habspurgicus Fridericum II. Imp. contra Papam defendit.

Anno MCCXLVI. *Henricus*, Landgravius Thuringiæ & Hassiæ, ab Archi-Episcopo Moguntino & Colonienſi, & quibusdam aliis Principibus, adversus Fridericum II. Imp. Rex Romanus electus est, instinctu Innocentii IV. Papæ, qui Conrado quoque, Friderici filio, Regnum jam abrogaverat. Non probabant autem talia omnes Germaniæ Principes, sed quidam dicebant, ad Papam non pertinere Imperatorem vel instituere, vel destituere, sed electum a Principibus coronare, uti testatur Abbas Stadensis. Carebant scilicet boni Viri tunc *Martino Luthero*, qui illos ex Sactis literis solidè de Papa docere potuisset, sed nondum ita clarè lucebat, inquit Crusius l. c. c. 3. *Henricus* autem ille, ab *Innocentio* Papa obductus, per risum vocabatur, Rex Clericorum, Pfaffen König / contra quem constans in fide erga *Fridericum II.* Imperatorem, mansit oppidum *Reutlinga*, licet obsessa, quo tempo-

Henricus, Landgravius Thuringiæ & Hassiæ, Rex Romanus à Papa electus contra Fridericum II. Imp. laudatur ab his, culpatur ab illis, vulgò Pfaffen König.

Reutlinga manet Friderico II. Imp. fidelis.

tempore Cives illius voti rei, soluta obsidione, Sacellum Divæ Virgini Matiæ extruxerunt, in cujus ostio adhuc hujus rei memoria, tabellæ inscripta, his verbis legitur: A. MCCXLVII. *Heinricus* der VII. Land-Graff zu Thüringen/ hat die Statt Reutlingen belägert/ da haben die Bürger zu GOtt gebetten um Erlösung/ dann sie waren Kayser Friderich dem andern mit Gelübd verbunden. Dann er hat die Statt mit Mauren umfangen/ und haben verheissen unsrer Frauen ein Capell zubauen. Alsobald ist Heinricus abgezogen/ und die Statt erlediget worden. Nachmahls haben sie angefangen zu bauen/ wie man das Werck vor Augen sihet.

Wilhelmus, Hollandiæ Comes, Anti-Cæsar.

Mortuo autem ex lethali vulnere, in obsidione Ulmensi accepto, *Henrico*, *Innocentius* Papa novum hostem *Friderico* Imp. opposuit, *Wilhelmum*, Hollandiæ Comitem, electum Romanorum Regem, qui *Ulrico*, Wirtenbergiæ Comiti, Advocatiam Monasterii Denckendorffensis concessit, vid. *Nauclerus* in Chronogr.

Concilium Lugdunense.

Anno MCCXLVII. habitum fuit concilium *Lugdunense*, cui interfuerunt quoque Legati, a quodam Tartaro Principe, fidem Christianam amplexo, qui destinabantur quoque ad Pontificem mittendi, quod Patres illius Concilii dissuaserunt, quasi via longa nimis & periculosa esset, revera autem metuebant vulnera Christianorum, ne his Tartari offenderentur, si vidissent Cæsaris & Papæ, Guelforum & Gibellinorum dissidia, rotque vitia Ecclesiasticorum, impietatem, fastum, avaritiam tunc grassantem. Vid. Æmilius l. 7. & Heroldus in cont. belli sac. l. 4.

Prædicatores quidam Suevo-Hallenses, Testes veritatis, contra Papam insurgunt, inique ab Alberto, Abbate Stadensi, votati.

Anno sequenti MCCXLVIII. Concionatores novi in Suevia surgebant, quos *Albertus*, Abbas Stadensis, in Chronico suo mirabiles & miserabiles hæreticos in Ecclesia Dei vocat: Prædicarunt hi in publica statione, pulsatis campanis, & convocatis Baronibus atque Dominis, terræ Halæ-Suevorum, *primo quod Papa esset hæreticus: omnes Episcopi & Prælati, Simonici & hæretici: Inferiores quoque Prælati cum Sacerdotibus: Quia in vitiis & peccatis mortalibus non haberent auctoritatem ligandi & solvendi: & omnes isti seducerent & seduxissent homines. Item, quod Sacerdotes in peccatis mortalibus constituti, non possent conficere.* (Consecratione mutare panem & vinum, in corpus & sanguinem Christi.) *Item, quod nullus vivens, nec Papa, nec Episcopi, nec aliqui alii possent judicare divina: & qui prohiberent, essent hæretici & seductores. Et licentiaverunt in civitatibus interdictis: ut missas audirent super animas ipsorum, & Sacramenta Ecclesiastica libere perciperent: quia ipsis perceptis mundificarentur a peccatis. Item, quod Prædicatores, & Fratres Minores, Cistercienses quoque, & omnes alii pravam vitam ducerent, & injustam. Item, quod nullus esset, qui veritatem diceret; & qui fidem justam opere servarent, nisi ipsi, & eorum socii; Et, si ipsi non venissent, antequam DEUS in periculum dimisisset suam Ecclesiam, prius ipsos de lapidibus suscitasset, vel alios: qui Ecclesiam DEI vera doctrina illuminassent.*

Prædi-

Prædicaverunt etiam: *Huc usque veſtri Prædicatores ſepelierunt veritatem, & prædicarunt falſitatem: nos ſepelimus falſitatem, & prædicamus veritatem.* Et in fine: *Indulgentiam, quam damus vobis, non damus fictam, vel compoſitam ab Apoſtolico, vel Epiſcopis: ſed de ſolo DEO, & Ordine noſtro.* Et ſic: *Non audemus habere memoriam Papæ, quia ita perverſa vita eſt, & tam mali exempli homo, quod eum tacere oporiet.* Male autem & nimis obnoxiè erga Pontificem Romanum Abbas Stadenſis blasphemiam appellat, quod Prædicatores illi, minime perfidi, hæc concionibus ſuis adjecerint: *Orate pro Domino Friderico Imperatore, & Conrado Filio ejus, qui perfecti & juſti ſunt. Item, quod Papa non haberet auctoritatem ligandi, vel ſolvendi, quia non haberet vitam Apoſtolicam.* Quod illi per quandam gloſſ.m probare voluerunt. Bonum eſſe, ait *Cruſius* l. c. l. 2. c. 5. ſi ſententia illorum, qui ita hæretici ab *Alberto* Stadenſi appellantur, ſcripto comprehenſa eſſent; metuendum enim, ne interdum hæreſeos nomine apud Græcos & Latinos condemnati ſint, qui non ita per omnia ſint hæretici, ſicut non omnes ſancti ſunt, qui iſtis & ſequentibus temporibus Sanctorum catalogo inſerti fuerunt, quod dies Domini olim revelabit, & quod *Albertum* illum, Abbatem Stadenſem, attinet, ipſe *Reinerus Reineccius* in Editione Chronici illius dubitat, an is omnia bona fide de illis concionatoribus Suevo-Halenſibus retulerit, quos *Conradus*, Filius *Friderici II.* Imp. non ſine ratione fovit, & Patrem ſuum ita ſe defendere poſſe credidit, citra fullum venenum: & quanquam res lapſa ſit in contrarium, quia Pontifici Romano adhærentes, Prædicatoribus illis audacter reſiſtebant, unde liberi & Miniſteriales, a *Conrado* Rege, deſtinato jam Patris ſui Friderici II. Imp. ſucceſſore, receſſerunt, ut ille quaſi exul ac profugus, ex Suevia in Bavariam migrare coactus fuerit: non mirum autem hoc eſſe, ait *Cruſius* l. c. quia nondum erat Conſtantiæ *Johannes Huſſus* combuſtus, nec centeſimo poſt anno Cygnus, qui combuſtione ſuperior eſſet, exortus.

Alberti Stadenſis perverſum ſtudium hæretificandi.

Annus MCCL. memorabilis fuit morte *Friderici II.* Imperatoris, qui ante obitum Hieroſolymitanis Equitibus, & Johannitarum Xenodochiis multa unciarum auri millia, & magnam pecuniæ vim ad recuperandam terram ſanctam legavit, & Eccleſiæ omnia oppida, quæ ad eam pertinent, reſtituit. De hoc Imperatore, qui non ſine ratione malleus orbis dictus fuit, ſiniſtrum quidem judicium fert *Antoninus*, Archi-Epiſcopus Florentinus, vol. 3. tit. 19. c. 6. Melius autem de eo ſentit Pandulphus Collinutius, ipſe Pontificius & Italus. Tulit hic Imperator multas leges de fide Chriſtiana, & libertate Eccleſiæ conſervanda, nec non de literarum ſtudiis, de quibus optime meritus eſt. Fundator quoque Academiæ Neapolitanæ & Patavienſis, cujus tempore floruerunt imprimis celebres Scholæ Valentiæ, Veronæ, Peruſii in Italia, Pariſiis in Gallia, Oxonii in Anglia, Coloniæ & Magdeburgi in Germania. Plus autem nocuit, quam profuit tunc bonis literis, & Theologiæ inprimis Scholaſticorum Doctorum Origo, & mox eminentia, qui, ut Cruſius l. c. c. 6. ait, & Centur. Magd. Cent. 13. c. 1. Academicorum more in utramque partem diſputantes, hominibus dubitationes moventes, otioſas & ſpinoſas quæſtiones gignentes, A-

Mors Friderici II. Imp.

Siniſtrum Antonini, Archi-Epiſcopi Florentini, de Friderico II. Imp. judicium.

ristotelis Philosophiam in S. Theologiam inferentes. Tunc Angelici & Seraphici existere Doctores, tunc Scholæ ingentibus commentariis repleri, in Magistrum sententiarum, Alexandri, Aquinatis, Scoti, Alberti.

Pandulphi de Friderico II. Imp. eximium judicium.

Quod autem a Pontificia sede hostis judicatus est Imperator hic Fridericus, quis prudens facile has causas refutaverit? De Pontificiis (ut apud Collimitium est,) nimis vera prædicavit: multa in eorum moribus, vitam Apostolicam sequi debentium, desideravit: Imperium autem acrius, quam ipsis liberet, defendit: Denique nimis illis in Italia potens videbatur. Ecce, si Cæsar omnia, quæ ipsi voluissent, projecissent: si oculis, auribus, mente, captus fuisset: Si prorsus se pedibus conculcandum præbuisset: forsitan haud gravatim ipsum in album Sanctorum adscripsissent. Estque autem omnino candidum judicium ejusdem Pandulphi Pisaurensis, de Friderico II. Imp. his verbis prolatum: *Judicium hujus rei, inquit, relinquam equidem æquo rerum à Friderico gestarum lectori: Sed interim, dùm cogito, Christum (quem Vicarii sui Pontifices, sicut præcepit, imitari: eique ceu Ministri parere debent) mandasse: Ut gladium in vaginas recondamus; nec septies tantum, sed septuagies septies, delinquenti condonemus: Et ex altera parte video tot insidias atque proditiones, adversus Fridericum institutas: Tot Legatos Ecclesiasticos, qui Pastores appellantur, contra eundem in Regnum, Picenum, Longobardiam, Æmiliam, Flaminiamque missos, tot Urbes atque Regiones, ob eandem causam devastatas: Tantum Christiani Sanguinis effusum: Et illum tamen victorem semper evasisse: Pontificios vero, qui adversus eum se conjunxerant, infortunatos semper succubuisse: Non possum non approbare, quod Pius Pontifex in Historia Austriali scripsit: nil scil. excellenter in Ecclesiâ Catholicâ patrari, cujus prima origo a Sacerdotibus non dependeat: ni forte occulto quodam DEI consilio fiat.*

Eodem Anno 1250. varia Sanctimonialium Cœnobia per Sueviam fundata sunt, Parthenon scilicet *Lœwenthalensis*, Divi Dominici Ordinis prope Cellam Panthaleonis, antiquitus Cœligaudium, Himmelswonne / Monasterium Augustanum Sanctæ Catharinæ, ejusdem ordinis, de quibus vid. *Bruschius* in Chronol. Monast. German. p. 483. item 580. item Cœnobium *Offenhusanum*, vulgò Gnaden-Cella in Alpibus, de quo satis multa, quæ edita non sunt, populari linguâ scripsit Frater *Felix Fabri*, Tigurinus, Monialium illatum Confessor Prædicatorii Ordinis Ulmæ, Vir Eruditione & unâ atque alterâ Hierosolymitanâ peregrinatione, à se quoque descriptâ & editâ celebris, & in rebus suæ Professionis gerendis industrius, uti de illo judicium fert *Crusius* l. c. c. 8. qui multa ex hoc Auctore in Annalibus suis Suevicis hinc inde desumsit.

Felix Fabri, Tigurinus, Ord. Dominic. eruditus hujus Seculi Scriptor.

Dominicanus Ordo in Sueviainvalescit.

Nullus autem alius Monasticus ordo, quàm Prædicatorum, seu Dominicanorum, per Sueviam tunc quoque *Constantiæ*, *Rotvolæ*, *Esslingæ*, & aliis in locis invalescens, tot Cœnobia Virginum Illustrium quoque illo tempore sibi habuit commissa, quæ in istis vixerunt, tanquam captivæ in Custodia, cum paupertate, humilitate & patientia.

Uti

Uti autem Conditores Cœnobii Offenhuſani fuerunt Comites Lupfenſes, ita *Cruſius* ex *Felice Fabro*, illud unum fuiſſe ex his Cœnobiis putat, quæ *Fridericus II.* Imperator pro ſuſtentatione 72. Virginum extruere mandavit Comitibus in Suevia Zollerenſibus, & Lupffenſibus, & Dynaſtis Gundelfingenſibus, atque Nyffenſibus, in mulctam quaſi, quod illi inobedientes Cæſari fuerint, militiamque hujus à Gregorio nono excommunicati, ſequi noluerunt. *Cœnobii Offenhuſani, vulgò Gnadenzell, origo.*

Erat tunc pagus *Offenhuſa*, malorum hominum plenus, qui diſſipati inde fuerunt, ipſeque locus converſione in Monaſterium deſtructus eſt.

Anno MCCLII. Epiſcopatui Auguſtano cum laude præfuit Hartmannus, Comes Kyburgenſis & Dillingenſis, poſtremus gentis ſuæ, Princeps Optimus & Chariſſimus, qui Eccleſiæ Auguſtanæ dedit arcem, & civitatem Dillingenſem, univerſumque Comitatum Wittislingenſem, cis & ultra Danubium, & omnes pagos, usque ad Suevicam Werdeam, fuitque Hartmannus ille Epiſcopus, fundator Xenodochii Auguſtani ad Sanctum Spiritum, & Cœnobii S. Catharinæ, atque Franciſcanorum Monaſterii Monialium Medingenſis, in agro Dillingenſi, & Xenodochii Dillingenſis, de quo plura vid. apud Bruſchium de Epiſcopis Auguſtanis, Gaſſerum & Henningum. *Hartmannus, laudabilis Epiſcopus Auguſtanus.*

Anno MCCV. fundatum eſt Steinheimenſe Monialium Cœnobium, vulgò Mariæ Vallis, Marienthal/ ad Muram, prope Marpacum, cujus templo juxta imaginem fundatoris & fundatricis hæc inſcripta leguntur ad dextram: Das Hauß/ das ich begehr zubauen/ iſt groß/ dann Groß iſt unſer GOTT: ad ſiniſtram: Das Haus ich Deinem Nahmen gebauet hab/ aaff daß Du erhöreſt ihr Gebett.

Ad annum MCCLVII. refertur Cœnobium Fabarienſe, cujus Fundatores fuerunt Barones de Hohen-Saxen in Rhætia, vid. Stumpffius in Chronico Helvetiæ l. 10. c. 29. Guſerus in Chronico Rhætiæ, Cruſius l. c. c. 12.

Florebat iſto tempore Giſela in Suevia, quæ Varicinii Sibyllam, & Velledam quandam Germanorum imitabatur, vid. de hac Heroldus & Trithemius de Eccleſiæ Scriptoribus.

Quales autem Sacerdotum his temporibus mores fuerint per vicinam Bavariam, unde de reliquis quoque judicium ferre licet, docet Epiſtola ipſius Alexandri Papæ, ad Archi-Epiſcopum Salisburgenſem, & Epiſcopos Bavariæ anno 1259. ſcripta, in quibus vehementiſſimè Sacerdotes accuſat ambitionis, ſtupri, inceſtus, inſcitiæ, negligentiæ, avaritiæ, luxus: conqueritur, obteſtatur, minatur: Vos, inquit, Sacerdotes corruptela, communisque pernicies Chriſtianæ religionis eſtis, Populus, veſtri non diſſimilis, flagitia veſtra æmulatur: licentia deteriores facti eſtis. Copia rerum male vos corrumpit, per vos nomen DEI male audit: Devotatis enim pauperes, exeditis, occiditis. vid. *Aventin.* l. 7. Annal. Boicor. ubi plura hujusmodi refert: Exiterunt tunc quoque quidam Adverſarii Regularum Monaſticarum in nonnullis Monaſteriis, qui nominabantur Fratricelli, Beghardi & Beginæ, qui perſuadebant mul- *Corruptio Cleri.*

Digitized by Google

tis Cœnobiis, ut ſine regulâ viverent, melius ſic DEO ſerviri poſſe per libertatem Spiritus: Sed magnopere hoc genus hominum oderunt cæteri, quibus certæ diſciplinæ præſcriptio placebat. Proinde quibusdam Epiſcopis videbantur demolienda talia Collegia, quibus illa licentia ſtudio eſſet.

Quanta Magnificentia tunc fuerit Abbatis San-Gallenſis, apparet ex illo, quod *Bertholdus* a Falkenſtein, Abbas illius Cœnobii, Anno 1261, *Wernerum*, Archi-Epiſcopum Moguntinum, Argentinam ingreſſum, mille inſtructiſſimis equitibus comitatus eſt. Quæ cauſa fortſan fuit, quod Civitas Lindavienſis, excommunicato Friderico II. Imperatore, Abbatem tunc *Bertholdum*, Patronum ſibi aſcivit, donec alius Imperator fieret. Sed cum Abbas ille multa tyrannicè inſtitueret, captus a Civitate, & deinde dimiſſus fuit. vid. Cruſius l. c. c. 4. & 13.

Circa annum MCCLX. fundatum eſt *Mindelheimenſe* Cœnobium a Suicardo a Mindelberg/ & ejus Conjuge *Eliſabetha*, Baroniſſa de Aicham, vid. Cruſius l. c. c. 11. ex Manuſcriptis Bruſchii.

Ulricus, Com. Wirt. Benefactor Cœnobii Adelberg.

Anno MCCLXII. *Ulricus*, Comes Wirtenbergicus, Præpoſito & Conventui Cœnobii Adelbergenſis conceſſit Privilegium, & immunitatem ab omni exactione Telonii per terminos Dominii ſui.

Initia Monaſterii Auguſtiniani Tubingenſis.

Eodem anno Tubingæ Monaſterium Auguſtinianum, ubi hodie Ducale Stipendium Theologicum eſt, inchoatum eſſe, reperiſſe ſe Cruſius ſcribit. l. c. c. 15. quod parte deinde aliqua auctum fuit Anno 1464.

Collegii Beutelſpacenſis fundatio.

Anno MCCLXV. laudatus ante *Ulricus*, Comes Wirtenbergicus, fundavit Collegium Beutelſpacenſe, in quo degerent Præpoſitus, ſex Canonici & ſex Vicarii, vid. ſcriptores Rerum Wirtenbergicarum.

Diſciplina hoc tempore fere in omnibus Cœnobiis collapſa.

Eodem tempore diſciplina Ordinis Benedictini, tùm in Cœnobio Hirſaugienſi, ſub Abbate *Johanne* Bavaro, tùm in omnibus fere Germaniæ Monaſteriis defecerat: omnia corrupta erant, omnia collapſa: Monachi ſimul cum Abbatibus in præcipitium vitiorum corruerant, nemo curabat, nec Rex, nec Papa, nec Princeps ullus: erat denique ſumma Monachorum ignorantia, uti conſtat ex *Truthemii* Chronologia Hirſaugienſi, & illis, quæ tradit *Cruſius*, l. c. c. 16.

Superſtitio & luxuria hujus Seculi.

De Superſtitione quoque hujus Seculi in Religione, deque Moribus & Luxuria Cleri teſtatur epulum illud Pontificiale, ab Anshelmo, Comite Calvenſi, in ſui memoriam, animæque Salutem, quotannis in montis Wurmlingenſis, medii inter Tubingam & Rotenburgum ad Nicrum, antiquo Collegio peragendum, circa hæc tempora inſtitutum, quod duravit usque ad annum 1530. deſcriptum a Cruſio l. c. c. 17.

Conradinus, Sueviæ Dux, ſalitur odium Papæ.

Vixerat iſto tempore *Conradinus*, Sueviæ Dux, dignus *Conrado* Rege Parente, dignus *Friderico II.* Imperatore, Avo, & tantis Majoribus Heroum Sanguis, in quem hæreditarium quaſi Pontificis Romani Clementis odium derivatum fuit.

Impera-

Impetraverat ab hoc religioso Principe *Hartmannus*, Episcopus Augustanus, confirmationem omnium immunitatum ac privilegiorum, Advocatiam item Episcopatus, aliasque libertates Anno 1266. luctante tunc cum summa paupertate Episcopatu illo. Parabat Dux ille expeditionem in Italiam, Siciliarum recuperandarum causâ, cui non tantùm Carolus Andegavensis, sed & Pontifex Clemens, qui Solio Imperii à nullo certo Augusto infesso, curam ejus contendebat Pontificiæ esse potestatis, unde ipse *Carolum* Regem, & Imperii Vicarium creavit, & eundem *Conradino*, cui ex Paterna & Avita successione Regnum Siculum debebatur, objiciebat: Veniebat res tandem ad prælium decretorium, Anno 1268. quo *Conradinus* jam Victor, denique à *Carolo* victus, inque fugam actus est. Scripsit inde *Carolus* triumphalem Epistolam ad Papam *Clementem*, & *Conradinus* apud oppidum Asturam Annuli indicio proditus, captus est. Postea accusatus *Conradinus* cum Sociis, a JCtis Neapolitanis, Capuanis, & Salernitanis, ad mortem condemnatus fuit, quam illi intentavit quoque Pontifex Romanus *Clemens*, qui consulenti *Carolo* respondit: *Vita Conradini, Mors Caroli: Mors Conradini, Vita Caroli.* Displicebat Sanguinaria hæc sententia melioribus & tenuis ex ipsâ Gallica Nobilitate Viris, & Genero *Caroli Ruperto*, Comiti Flandriæ, sed adfuit fatum Sueviæ, apparatur locus feralis Neapoli, *Conradinus* Dux, idemque Rex, & Socius Cognatus *Fridericus*, Austriæ Dux, & alii ex primâ quoque Sueviæ nobilitate luctuosum planè spectaculum miseri producuntur: pronunciatur quoque Capitalis sententia, negat *Conradinus*, se ullam Ecclesiæ injuriam inferre unquam voluisse, sed tantum recipere Regnum, quod sibi deberetur, & injustissime fuerit denegatum, cujus hæredem ipse detractâ, & adversus populum projectâ chirothecâ, instituit *Fridericum Castellanum*, Amitæ suæ filium, in cujus locum tamen successit *Petrus* Arragonius, etiam hæres antea à *Conradino* Cognato institutus. Percutiebatur tunc primo securi *Fridericus*, Austriæ Dux, Ultimus de familia Ducis Leopoldi, deinde Conradinus, multa de acerbitate & perfidia inimicorum conquestus, causâ summo Judici, ultori sceleris & parricidii, commissâ, & ad Christi tribunal provocatione factâ, genubus ad DEUM flexis, cui animam suam, veniâ peccatorum ab eo petitâ, commendaverat, sacro ferro Pontificio pulchram Cervicem præbuit d. 7. vel ut alii 4. Cal. Nov. anno 1269. Jacuit caput, jacuit vetus & incluta Hohenstauffensium familia, jacuit gloriosus plurimorum amor Sueviæ Ducatus, cum quo finitum quoque est Imperium nobilissimæ Suevorum familiæ, quæ Paterno & Materno genere jam inde a Clodoveis Carolisque, Galliæ Regibus, multos Imperatores, Reges, Duces produxerat, vid. *Naucleru* in Chron. Avent. in Annal. Boicis, *Antoninus*, Archi-Episcopus Florentinus part. 3. tit. 20. c. 1. *Æmilius*, *Pandulphus*, *Collinutius*, l. 4. Histor. Neapol. *Guazzus* in Chronicis, *Crusius* in Annalibus Sueviæ l. c. c. 17. & seqq.

Adversa fata Conradini, ultimi Suevia Ducis

Postquam autem ita cum Conradino Illustrissima Ducum Sueviæ Stirps concidit, Ducatus Sueviæ in multas partes distractus est, nec unquam deinde totus coaluit, reviviscere tamen Dignitas hæc Ducalis in Sue-

Suevia in multas partes discerpta.

Digitized by Google

via iterum visa fuit, dum *Eberhardus I.* non quidem Sueviæ, Wirtenbergiæ tamen & Teccіæ Dux, à *Maximiliano I.* Imperatore Anno 1495. creatus est.

Eßlingense Monasterium Carmelitarum, valde superstitiosum.

Anno MCCLXXI. Eßlingæ fundatum est Monasterium Carmelitarum, de quo extat hæc plena Pontificiæ superstitionis inscriptio: *Virgo Deifera, Patrona Ordinis beata, sume labores passos ad laudem Tui oblatos, sub Divo Patre Joanne, Carpentarii regente Provinciam totam Alemanniæ Superiorem, per me tantillum mox, si quam validius possem, offerrem, utique in decus totius Carmeli in spatio octo temporis annorum explevi, quicquid ædificii conversus cernitur præsentiæ, mercedem sperans habiturum cum beatis. Ab ortu Christi, mille diem fuxerant anni, atque quadringenti quinquaginta quoque quini in die Conradi cecidit vesaniis igne. Heu conventus ille mira cum velocitate. Res deflenda bene, sed ope Virginis Mariæ jam resarcitus, ut spectet populus cunctus, cui gratos debitas solvamus per Secula cuncta.*

Iniquum Antonini, Archi-Episcopi Florentini, de Ducibus Suevіæ, & Conradino imprimis, judicium,

Cum anno MCCLXXII. *Entius*, Friderici II. filius naturalis, Rex Sardiniæ, obiisset, non potuit sibi temperare *Antoninus*, Archi-Episcopus Florentinus, Part. 3. Tit. 20. c. 2. quin scriberet, in illo finem habuisse progeniem vipeream *Friderici*, monens fcilicet fideles universos, ut bene advertant, quem finem faciant persecutores Ecclesiæ, & invasores bonorum Ecclesiasticorum, misertimum fcilicet in anima & corpore. Cum enim excommunicati morerentur, Regnum Cœlorum illos ingredi haud posse, quibus Petrus claves ejus obtinens, clauserit per sententiam Regnum ipsum, & Regno Siciliæ, & Imperio Romano cum infinitis divitiis amissis, exterminatos fuisse, & ad inferos descendisse *Fridericum II.* cum patre *Henrico*, & cum filiis *Manfredo*, Entio, & Conrado, & nepote *Conradino*, rebellibus & persecutoribus Ecclesiæ, pene omnibus diebus vitæ, & periisse memoriam, & progeniem eorum. Quod

Melius sentit Cruſius.

atrox judicium *Antonini*, meritò refellit Crusius l. c. c. 22. ubi negat, ullo jure utramque Siciliam ad Papam pertinuisse, qui Italiam & Germaniam sanguine impleverit, Suevos autem Impp. minimè persecutos fuisse Ecclesiam, sed hoc fecisse Papas Ecclesiæ, non ex verbo DEI præsidentes, falsos Christi Vicarios, propter quorum excommunicationem Suevi a Regno Cœlesti haud excluſi sint, qui licet fraudibus Pontificiis eversi fuerint, non tamen propterea dicendum esse, illos ad inferos descendisse, de quibus aliud judicium aliis Scriptoribus fuerit: nec periisse memoriam illorum, sed eam passim in libris multorum cum honore vigere.

Suevis in Imperio Rom. succedunt Comites Habſpurgici & Archi-Duces Auſtriæ.

Durante adhuc fatali Inter-Regno, cum Suevi Romanum Imperium per annos 114. feliciter, & magno cum incremento, rexissent, successit illis non minus præclara, & Illustris Comitum Habspurgensium & Austriæ Ducum Familia. Et observans quidem Romani Imperii dissipationem, & tubas atque grassationes præter modum in Alemannia, multùm quidem ab ipsis Romanis Pontificibus causatas, *Gregorius* Papa; cum nec Richardus amplius, Cornubiæ Dux, in Germania imperasset, nullusque Imperator esset, manda-

mandatum, de idoneo Rege eligendo, Pontifex ille dedit Principibus Germaniæ, alioqui ſi de Capite Imperii proſpecturum. Habitis itaque Francofurti Comitiis, a. MCCLXXIII. *Rudolphus*, Comes Habſpurgenſis, electus eſt Imperator Romanus, qui ipſe Suevus ex incunabulis Sueviæ prodiit, fidelis quoque erga Suevos adverſus hoſtes.

Eodem anno *Gregorius* Papa Concilium Lugduni habuit, ut terræ ſanctæ ſtudium recuperandæ a Principibus ſuſciperetur, ſed Germanica nobilitas aliena ab hoc fuit, propter nefariam *Conradini*, Sueviæ Ducis, paulò ante Conſilio Papæ, & crudelitate *Caroli* Andegavenſis, perpetratam cædem. Vid. plura de iſto Concilio, in quo etiam Latinæ & Græcæ Eccleſiæ unio quædam facta in Tomis Conciliorum, & apud Æmilium l. 7.

Anno MCCLXXIV. *Rudolphus* Imperator, reſtitutâ Imperatoriâ Majeſtate, Comitia Germanici Regni habuit Auguſtæ Vindelicorum, in quibus Rudolphum Filium, Ducem Sueviæ, inveſtivit, & curam tuendæ pacis inprimis egit, juſtitiâ non minus & legibus, quàm armis Imperium de integro quaſi condens.

Fuit ſub hoc *Rudolpho* Imperatore ævum adhuc ignaviâ plenum, neque curabant Monachi res geſtas ad notitiam poſteritatis per ſcripta deducere, ſed ignavi & carnales effecti, vana & inutilia mundi amaviſſe, teſte ipſo Trithemio. *Ignavia & luxuria Cleri.*

Cæterum *Rudolphus* hic Imperator, *Walthernum* Abbatem, & Conventum Maulbronnenſem commiſit tutelæ Epiſcopi Spirenſis Friderici.

Habitarunt hoc tempore quoque Iudæi in Wirtenbergia, & paſſim in Suevia.

Anno MCCLXXXII. Monaſterium Albæ, vel minoris Augiæ Sueviæ, à *Rudolpho* Imperatore, & Conjuge ejus, Anna, Comite Hohenbergenſi, ita locupletatum eſt, ut ſecundâ ejus fundatio his merito adſcribi poſſit.

Auxit quoque idem Imperator *Rudolphus* Cœnobium Dominicanorum, vel Prædicatorum *Eſſlinge* anno MCCLXXXV.

Anno MCCLXXXVII. cum *Honorius* Papa Cardinalem Tuſculanum in Germaniam miſiſſet, ut quartam partem omnium proventuum per quadriennium poſtularet, & *Rudolphum* Cæſarem Romam ad ſuſcipiendum Auguſti nomen vocaret, indixit Imperator hic conventum Herbipolenſem, Eccleſiaſtici cœtus, ubi multis Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, & Prælatis conſidentibus & trementibus, ſurrexit *Probus* Franciſcanus, Epiſcopus Tullenſis, Tubiorum oppido in Suevia ortus, Sacrarum literarum Interpres, cujus tunc clara facundia, atque pollens erat, quo ſtans ſuper baptiſterio hanc orationem habuit: *Quousque, Collega charissimi, inquit, Romulei iſti vultures, patientiâ noſtrâ, ne dicam ſtultitiâ, abutentur? Quousque eorum flagitia, avaritiam, ſuperbiam, luxum tolerabimus? Non ceſſabit hoc genus αἰχμαλωτογράφων peſſimum, niſi omnes ad egeſtatem & ſervitutem diriſſimam redegerit: Diſcordiâ noſtrâ bocce malum crevit: Diſcordiâ noſtrâ iſti nebulones tuti ſunt. Nec unquam, quàmdiu illi ſalvi fuerint, Chriſtianis feſtam pacem ſervare, ab armis feriari, pietatem inter ſe colere licebit.* *Probi Franciſcani, Epiſcopi Tullenſis, oratio contra Tyrannidem Papæ, oratio, in conventu Herbipolenſi habita.*

Nuper

Nuper Saxones atque Suevos (Philippum & Othonem,) inter ſe commiſerunt. Deinde divum Fridericum Secundum, Reipublicæ Chriſtianæ utiliſſimum, Conradum Quartum, Suevos, atque optimos Principes, Imperio ſimul atque vita privarunt. In Germania diſcordiæ malo, Satanæ & Anti-Chriſti Satrapæ ſeminarunt. Conradum poſtea infantiſſimum, immeritiſſimum, & optimæ indolis adoleſcentem, prolem Divorum, jure gentium hereditatem repetentem, fraude & dolo interceperunt, ac crudeliſſime necarunt. Suevos atque Francos Weſtriacos (Occidentales) inter ſe armis, veluti ſpectaculum ſibi ac paria componentes, commiſerunt. Deinde adverſus hos Hiſpanos concitarunt. Nunc nos adverſus Gallia atque Hiſpanie proceres, Cognatos noſtros, ex Germania quondam profectos, concitare nituntur. In memoria habete, quid ante 12. annos ille ſane egregius Decimus (Gregorius X.) cum decimis egerit. Idem Quartus (Honorius IV.) cum quartis agit. Ut illas Gregorius Vigilantiſſimus a nobis emungeret. Scythas, Arabes, Turcas, in nos armavit. Mentiar, niſi boſce, (nempe maximum velligal) magis ſalvos, quam nos eſſe velint &c. Proinde, Patres Chriſto devotiſſimi, expergiſcimini, conſulite, ſuccurrite rebus perditis, reſipiſcite atque capeſſite Rempublicam. Majores noſtri, innumeris Imperii, tamen Romanos, Gentium Victores, rerum Dominos, orbis terrarum domitores, non tulerunt, ſed armis Imperium eorum ſolverunt. Nos pueris atque fœminatis (ne quid gravius dicam) æquo animo ſervimus? Quiſ us iſte Tuſculanus, non ſum neſcius. Auriſuga eſt, venalis fœnerator, perfidus, vile pecunia mancipium. Ego minas eas floccifacio. Senatum totius orbis Chriſtiani appello. Hæc *Aventinus* l. 7. Annal. Boic. Collaudata fuit ab omnibus ſententia ejus, & re infecta concilium ſolutum eſt. Das konnte der Tübinger. vid. *Cruſius* l. c. l. 3. c. 8.

Godofredus, Abbas Hirſaugienſis, collapſam diſciplinam reſtaurare volens, ſe ſua excidit.

Anno MCCXCIII. claruit Abbas Cœnobii Hirſaugienſis, *Godofredus*, ex militari ſtirpe Nobilium de Münchingen, qui libenter collapſam Monaſterii diſciplinam emendâſſet, ſed licentiæ jam aſſueti Monachi, tanquam indomiti caballi, bono ejus conatui reſiſtebant; ipſe tamen diſtracta & oppignorata Cœnobii bona diligentiſſime reparavit. Trithemius in Chronico Hirſaugienſi.

Habuit tunc Cœnobium Lorchenſe defenſorem & tutorem Eberhardum, Illuſtrem, Comitem Wirtenbergiæ.

Indulgentiæ Papales notatæ.

Anno MCCXCVII. Pontifex Romanus, *Bonifacius VIII.* ſubſignantibus 15. Archi-Epiſcopis & Epiſcopis indulgentias conceſſit omnibus, qui ſummis anni feſtis, aliisque in Schorndorffenſem Eccleſiam fundatam, in honorem SS. Baſilidis Cyreni, Naboris, Nazarii atque Celſi Conſtantienſis Diœceſeos verè pœnitentes & confeſſi accederent, quam ſuperſtitionem *Lazius* ex ipſo diplomate Pontificio deſcribit. *Cruſius* l. c. c. 13. ubi & mendicorum anniverſariam refectionem in Cœnobio Alpirſbacenſi ab *Alberto* Abbate, inſtitutam refert.

Seculum

Seculum Decimum Quartum.

Primum Jubilæum à Bonifacio VIII. P. R. ex avaritiâ institutum.

INeunte hoc Seculo *Bonifacius VIII.* P. R. Jubilæum plenariæ remissionis & indulgentiæ omnium peccatorum a pœnâ & culpâ, primus Romæ instituit, & centesimo anno post, denuò celebrari mandavit: res prius inaudita & nova: Itaque his indulgentiis priore anno per orbem terrarum, & per hanc Sueviam & Wirtenbergiam quoque denunciatis, anno MCCC. innumera multitudo hominum ex omni Germania, & aliunde Romam profecta est, non Vulgi modo, sed Principum quoque, & nobilium, Episcoporum & Abbatum, inter quos *Godofredus*, Abbas Hirsaugiensis, quoque fuit, cum tratribus quibusdam, sub spe mercedis æternæ, uti *Trithemius* scribit in Chronico Hirsov. Aliter autem scimus ex Verbo Dei, quotidie singulis respiscentibus atque credentibus dari plenariam peccatorum remissionem quovis in loco a piis concionatoribus: ipse enim Dominus attulit nobis prædicatione sua & jussu prædicationis jubilæum annum. Vid. Esaiæ LXI. v. 2. Marc. XVI. v. 15. Luc. IV. v. 19. Nec Petro solùm, cujus quidem Successor non est Pontifex Romanus, sed omnibus & singulis Apostolis & Discipulis suis Christus dedit plenam potestatem remittendi & retinendi peccata, nec illam ad certum locum aut tempus, nec certo ordini Monastico, qualis tunc non fuit, determinavit, nec genera indulgentiarum statuit, nec bonis operibus, sed credentibus indulgentias concessit. Vid. Joh. XX. v. 31.

Fundatio Monasterii Regio-fontani.

Anno MCCCII. alii MCCCIII. *Albertus* Imperator, Austriæ Dux, & Conjux illius *Elisabetha*, Dux Carinthiæ, fundarunt Monasterium Regii fontis præclarum, Ordinis D. Bernhardi, vel Cistercienſis, Diœceseos Constantiensis, sub visitatione Salemitana, in valle Brentiana, prope Brentii amnis pulcerrimum fontem, de qua fundatione hoc legitur Epigramma, prope summam aram templi hujus Monasterii.

Anno milleno, tercenteno, adde secundum,
Inclytus *Albertus*, Romanæ gloria Gentis,
Rex Duxque Australi note de sanguine natus:
Elisabeth Conjuxque Ducum Carinthia proles,
Addunt ecce manus fortes, ut regia Regis
Fundamenta locent fontis, quo cetera manant
Pro meritis tantis sit parca quies ut eorum
Spiritui ante DEUM, lector, precibus rogitato.

Abbas autem Monasterii in Salem Coadjutor fuit hujus fundationis Regio-fontanæ peractæ in honorem B. Mariæ Virginis, & Bernhardi Abbatis.

Eodem Anno MCCCII. Conventus Prædicatorum numero 570. Basileæ fuit institutus, quo Magister hujus ordinis Fratres hortabatur in Græciam ad Barbaros prædicandi causa, quo fine hic ordo Institutus, proficiscì. Sed ex tanto numero, ne unus quidem inventus est, qui periculum illud subiret.

Advocatia Cœnobii Zwifaltenſis.

Anno MCCCIII. Auſtriæ Duces certis conditionibus Zwifaltenſis Monaſterii Advocati & Tutores eſſe cœperunt, curam tamen hanc & tutelam jam iſto tempore interdum per aliquot annos committentes Comitibus Wirtenbergicis, tanquam Cognatis ſuis, teſte Bruſchio.

Albertus Imp. Monaſterii Bebenhuſani Protector.

Anno MCCCV. Albertus Imperator, Monaſterium Bebenhuſanum in ſuam protectionem ſuſcepit, ut eſſet in rebus & in perſonis tutum ab omni incurſu & moleſtia, data immunitate a vecturis, ſubſidiis, & cujuscunque generis ſervitiis.

Eodem Anno Dominicanorum templum Ulmæ conſecratum eſt.

Fridericus Späth, laudabilis Epiſcopus Auguſtanus.

Anno MCCCVII. *Fridericus* Spath, Epiſcopatui Auguſtano cum ſumma laude & utilitate præfuit, fundans Cœnobium Dillingenſe, Minoris Congregationis Sanctimonialium, & conſtituens quatuor Proviſores ſummæ Baſilicæ Auguſtanæ, quibus otio Canonicorum conſultum magis fuit. Vid. Bruſchius de Epiſcopis Auguſtanis.

Wirtenbergia ſub Henrico VII. Imp. afflicta.

Anno MCCCX. in bello, quod Henricus VII. Imp. per Conradum de Weinſperg geſſit contra Eberhardum Illuſtrem, Comitem Wirtenbergiæ, cum tota Regione miſere afflictum & vaſtatum fuit Collegium Sacrum Beutelſpacenſe.

Templarii in Concilio Viennenſi condemnantur.

Anno MCCCXI. *Clemens V.* Pont. translata jam ſede Romana Avionem, Concilium Viennenſe in Gallia celebravit, in quo damnatus fuit ordo templariorum tæquam hæreticorum & Sceleratorum, qui quondam peregrinos, ad ſepulcrum Domini profectos, tueri ſolebant, & magnis deinceps opibus acquiſitis per Syriam, Græciam, aliasque Europæ partes, & in ipſa Germania per Sueviam & Wirtenbergiam invaluerunt, quibus tamen multa crimina à *Philippo*, Franciæ Rege, afficta credebantur, ut ille facultatibus ipſorum potiri poſſet. Vid. *Æmilius* l. 8. Hiſtoriarum, *Trithemius*, aliique.

Wirtenbergia poſt mortem Henrici VII. Imp. reſpirat.

Cum Anno MCCCXIII. *Henricus VII.* Imp. in Italia veneno Euchariſtiæ, per Monachum immiſto, obiiſſet, revivixit quaſi in Wirtenbergia Eberhardus, Illuſtris Comes, ditionem ſuam ereptam recuperans, & mox ad Johannem XXII. Papam profectus, poteſtatem Collegii Beutelſpacenſis, ubi Majorum ſuorum monumenta priori bello confracta fuerant, Stuttgardiam transferendi impetravit. Vid. Scriptores rerum Wirtenbergicarum.

Anno MCCCXIV. jacta ſunt libertatis Helveticæ fundamenta, quæ paulatim ad gloriam gentis in majus excrevit. Vid. Scriptores rerum Helveticarum.

Collegium Beutelſpacenſe Stuttgardiam transfertur.

Anno MCCCXVIII. *Eberhardus*, Illuſtris Wirtenbergiæ Comes, impetrata a Johanne XXII. P. R. poteſtate, Collegium Beutelſpacenſe Stuttgardiam transtulit, & adjectis ſex Canonicis auxit.

Eodem anno Monaſterium Mariæ Reuthin, prope oppidum Wildberg, Ordinis Prædicatorum, Diœceſeos Conſtantienſis fundatum a quibusdam

busdam ſ ribitur, Monialibus dicatum, per Burckardum Comitem de Hoh enberg, & Uxorem illius Rutgardin, Palatiniſſam. Sed ex aliis documentis conſtat Cœnobium hoc jam extitiſſe A. Chr. MCCLXXXVIII.

Anno MCCCXXI, venerunt Stuttgardiam, teſte tabula ex Aurichalco, literis aureis inſcripta, Canonici de Beutelſpach, octav. Calend Julii, die S. Johannis Baptiſtæ, vel, ut alibi legitur: Stifft Beutelſpach gen Stuttgardt verruckt/ 1321. und gemehrt mit Capitul und Præbenden zu Berg/ Wangen/ Altenburg bey Canſtadt/ auff ein Probſt 12. Chor-Herren/ 12. Vicarien/ 3. Helffern/ darnach 20. Caplan.

Occaſionem huic translationi dedit vis illata Beutelſpacenſi Collegio, a *Conrado* Weinſpergenſi, hinc, ne amplius ſepulchra gentis ſuæ violarentur, *Eberhardus* Illuſtris, Wirtenbergiæ Comes, illa cum Sacerdotio iſto collocavit in oppido Stuttgardienſi munitiore, cumque antea Beutelſpaci fuiſſent Præpoſitus, 6. Canonici, Chor-Herren & 6. Vicarii, addidit his Eberhardus alios Sex Chori Dominos & 6. Vicarios atque Præpoſito adjunxit 2. Diaconos, qui Sacramentis curarent populum: ita ut perpetuo in iſto Collegio Sacro eſſent Viginti ſeptem perſonæ, præter alios Diaconos, vel Capellanos, matutinoſque miſſifices pro religione iſtius temporis, qui & ipſi præbendas & ſalaria in Collegio habebant. Hoc fuit Stuttgardianæ Præpoſituræ cum Sacro iſto Collegio principium, cujus confirmatio facta hoc anno, die converſionis S. Pauli, ut docent literæ confirmationis, munitæ Sigillis Eberhardi Illuſtris, & Filii atque Nepotis illius Ulricorum, Wirtenbergiæ Comitum.

Pauperes de Lugduno ſe Pontifici Rom. opponunt.

Surgebant iſto tempore Monachi quidam, Fratricelli dicti, & *Pauperes de Lugduno*, in qua Civitate ipſi orti fuerunt, in Germaniam verò deinceps quoque pertingentes, qui docebant Chriſtum & Apoſtolos adeò fuiſſe pauperes, ut nihil haberent proprii; Imperatorem quoque Romanum Pontifici Rom. nequaquam eſſe ſubjectum, niſi tantum in Spiritualibus: Horum dogmate confirmatus *Ludovicus* Imp. Bavariæ Dux, tanto fortius reſtitit Pontifici *Johanni* XXII. in illumque ut ingratum erga Imperatores, a quibus omnem ſplendorem acceperiſſet, ſcriptis invexit. Unde Secta illa, tanquam contumelioſa in Vicarium Chriſti, ab eodem Papa *Johanne* damnata & proſcripta fuit. Vid. *Funccius* in Chronol. & Commentario. *Æmilius* l. 4. Hiſtoriarum. Nec ceſſavit quoque idem Papa, donec *Ludovicum* Imperatorem, nimium creſcentem, quique ob coronam ſuſcipiendam nolebat Avinionem accedere, & Galeatium Mediolanenſem Vice Comitem hæreticum, ut appellabatur, fovebat, excommunicavit, volens Imperii nomen ex Italia excindere, & Regem Gallorum ad Imperium Romanum evehere. Eandem excommunicationem expertus tunc eſt *Wilhelmus Occam*, Anglus, qui Papæ arrogantiam imperandi oppugnavit, & ad *Ludovicum* fugiens Imperatorem, inquit, tu me gladio a Papæ injuriis defende, & ego te verbis & ſcriptis indiſſolubili ratione defendam. Defendit tunc quoque Cæſarem, præter *Marſilium Patavinum*, *Algerium Florentinum*, *Andream Landenſem*, Myſtam Fruxinenſem, & alios, *Ulricus*

Ab illorum partibus erat Ludovicus Imp. Bavariæ Dux, quem Papa excommunicat, Wilhelmus Occam defendit.

Hangenohr, Patritius Auguſtanus, in Suevia ſacro Cæſaris Scrinio Præfectus, qui omnes Papam Imperatori Subjectum, & qui ſervus ſervorum ſit, nemini dominari, nec fratres in fratres armare debere, aſſerebant. Sed dum Pontifex res Imperii in Italia ad ſe rapuit, miſit eo Ludovicus Imperator, ex illuſtri Sueviæ nobilitate, Berchtoldum de Neuffen, & Fridericum de Truhedingen, & alios, licet irrito effectu, Vid. Avent. in Annal. Boicis, Albertus Argentinenſis in Chronicis & Trithemius, Cruſius in Annal. Suev. l. 4. part. 3. c. 6.

Cum autem *Ludovici* Imp. & *Johannis* XXII. Papæ diſſenſio diutius duraſſet, Canones, vel Regulæ antea diligentius obſervatæ, iterum paulatim, exſtincto calore & Zelo, refrigeſcebant, id quod tum in aliis Cœnobiis, tum in Parthenone Gnadenzellenſi accidebat. Fecerat *Ludovicus* Imperator contra *Johannem* Papam aliun Anti-Papam *Nicolaum*: alii ex interdicto Papæ in templis Imperii clauſis ſilebant, alii ex edicto Imperatoris ſacra exercebant: Corrumpebat tunc quoque diſciplinam in Monaſteriis ipſa peſtis valdè graſſans: Accedebant his concertationes de hæreditatibus, & quæ aliæ fuerunt malorum cauſæ, quas *Felix Faber*, & ex illo *Cruſius* l. c. c. 7. explicat, & propterea Rudolphus quoque, Epiſcopus Conſtantienſis, Comes Montefortius, Anno MCCCXXVII. Synodum Conſtantiæ egit ob reformandam diſciplinam, de qua vid. *Bruſchius* in Catal. Epiſcoporum Conſtantin.

Ulricus Hangenohr, Teſtis Veritatis.

Anno MCCCXXIX. *Ludovicus* Imperator multa ſingularia jura & privilegia ob fidei integritatem, & devotam erga ſe conſtantiam conceſſit, quæ multum promovit gratiſſimus ex Auguſtanis Patriciis & fideliſſimus Cæſari, *Ulricus Hangenohr* Cancellarius, commodum Patriæ Auguſtæ omni ſtudio curans: quem mortuum Anno MCCCXLVI. licet Pontifici Romano maxime adverſum, *Henricus*, Epiſcopus Auguſtanus, magnifice in Cathedrali Eccleſia ſua ſepeliendum curavit: quanquam ipſe *Hangenohr* Pontificiam Tyrannidem & exhumationem veritus, teſtamento caviſſet, ne in humo conſecrata ſepeliretur, de iſto autem Hangenohre, qui, teſte *Aventino*, adverſarios vocabat Avinionenſes Anti-Chriſtos, Trithemius hoc judicium tulit: Habebat Ludovicus Cancellarium quendam, Udalricum nomine, de Auguſta Rhætiæ oriundum, hominem temerarium, & ſuperbum, Cleri & religionis æmulum, Eccleſiaſticæ Dignitatis & libertatis maximum Oſorem. Qui in literis ad Papam nomine Imperatoris, eo inſcio, quædam indigna poſuit: ipſumque Papam inter alia beſtiam de mari aſcendentem appellavit, multaque in eum opprobrio ſcripſit, quibus non immerito Pontifex ad indignationem provocatus, *Ludovicum* R. excommunicavit.

Sequebatur tamen partes Ludovici Imp. poſt *Henricum*, Epiſcopum Auguſtanum, Succeſſor illius A. MCCCXXX. Ulricus, Nobilis Heros a Schœneck, colebat quoque Ludovicum Imperatorem, & propterea confirmationem in iſto Epiſcopatu a Papa Johanne XXII. impetrare non potuit, quam tamen a ſucceſſore ejusdem Benedicto Pontifice obtinuit. Vendidit hic Ulricus Epiſcopus Caſtra quædam & pagos Imperatori Ludovico, qui tamen illa viciſſim donavit Cœnobio Benedictino Ebehal, in Epiſcopatu Friſingenſi ad honorem

honorem B. Virginis Mariæ a se fundato, in quo duodecim Comites, vel Barones pauperes cum Uxoribus sub Abbate viverent, & DEO servirent.

Eodem anno confirmavit Ludovicus Imperator Monasterio Bebenhusano omnia privilegia & libertates.

Quomodo ea, quæ hactenus de Monasteriis scripta sunt, intelligi debeant.

Quæ autem de Monasteriis in Suevia, maxime ad propagandam Religionem Christianam dicta sunt hactenus, (nam subsecutis temporibus pauciora jam fundari cœperunt) intelligenda sunt de vero illorum usu, qui erat, Deo servire, artes & linguas docere, Nobiles etiam Virgines bene educare, effugere bella & turbas Mundi, pauperibus subvenire Eleemosynis, malos homines & terræ filios in illis coërcere, atque emendare, non verò de abusu, quem introduxerunt, missæ, pro mortuis celebratæ, & satisfactionis bonorum operum ad delenda peccata.

Anno MCCCXXXIII. *Ludovicus* Imperator magna Comitia Principum, pacis Imperii causa Spiræ agens, conquestus de injuriis & violentia Papæ, multos Ecclesiasticos & Politicos Principes sibi conciliavit.

Eodem anno *Ulricus*, Comes Wirtenbergiæ, Patronus factus est Collegii Synadelfingensis.

Anno MCCCXXXVII. Henricus à Schœneck, Ulrici, Augustani Episcopi, Decessoris Frater, in locum ejus substitutus fuit, a Senatu Canonicorum, intercedente pro illo, Ludovico Imperatore, cui quia deditus erat, exauctoratus fuit a Papa Anno MCCCXLIX, illique Successor datus, Marquardus Randeccius.

Anno MCCCXLII. *Wickardus* factus est Abbas Hirsaugiensis, cujus Cœnobii privilegia Ludovicus Imperator quoque confirmavit. Renovavit ille Abbas quidem jura Cœnobii alienata, disciplina autem illa severior, quæ olim viguerat, adhuc languebat. Vid. Trithemius in Chronico Hirsovienſi.

Anno MCCCXLIII. *Ludovicus* Imp. Avinionem ad Pontificem Clementem pacis conciliandæ ergo amore Reipubl. iram ponens, cum *Humberto*, Comite Viennensi, Legatos misit, *Ludovicum* juniorem, Comitem Oetingiæ, Sueviæ Regulum, & Magistrum Epistolarum, sive Cancellarium suum, *Ulricum* Hangenohr. Flamines vero, genus hominum pervicacissimum, uti Aventinus illos vocat, sufflaminabant hoc negotium: quo tempore calamitas Nobilium & Illustrium familiarum in Germania propter nimiam prodigalitatem seges uberrima erat Monachorum: devorabant quippe fundati suos fundatores: Pontifices pro ludibrio habebant Augustos: quibus persussum erat, Religionem quidem tectam esse, tanquam Divina quædam oracula, sed in Personis tantum vitia hærere: donec tandem S. Martinus, ut Crusius scribit, l. c. c. 13. Verbo Veteris & Novi Testamenti, ceu gladio vibranti penetrantissimo, tenebras dispulit, & cornicum oculos transfixit.

Eodem anno *Ulricus*, Wirtenbergiæ Comes, illiusque filii, Eberhardus & Ulricus, Abbatem & Conventum Bebenhusanum, horumque Ecclesiastas, Sacerdotes, &

Digitized by Google

bona in ſuam tutelam ac defenſionem receperunt, literis datis in Caſtello Wirtenberga.

Papæ ſe opponit Archi-Epiſcopus Moguntinus.

Anno MCCCXLIV. *Clemens* Papa cruciatam, ſeu Paſſagium, in Turcas per Germaniam prædicare juſſit, datis quoque indulgentiis, quas tamen Archi-Epiſcopus Moguntinus, *Ludovico* Imperatori deditus, non curavit, nec quidquam contribuere voluit, quo tempore idem Papa dictum Imperatorem denuò e Cœtu Eccleſiæ expunxit. *Trithemius* & *Palmerius.*

Indulgentiæ Papales.

Eodem anno primæ Indulgentiarum Bullæ Auguſtæ Viadelicorum venales proſtiterunt, teſte *Achille Gaſſero.*

Judæorum malitia punita.

Epiſcopatui Conſtantienſi præfuit tunc *Ulricus III.* ſub quo Judæi paſſim combuſti, quod veneno corrupiſſe fontes Germaniæ dicerentur: quo ſupplicio illorum 300. quoque paullò ante Uberlingæ Anno MCCCXXXI. tollebantur.

Caroli Pontificis odium in Ludovicum Imperatorem.

Anno MCCCXLVI. *Clemens* Papa mandavit Principibus, ut intra terminum præfixum, in locum *Ludovici* Imper. excommunicati, niſi velint jus Electionis amittere, alium eligant Imperatorem, qui mandatis Eccleſiæ, ut filium decet, pareat, alioqui ſe neceſſariò curam, ut ſupremum caput de Imperio habiturum: itaque a nonnullis *Carolus*, *Johannis*, Bohemiæ Regis, Filius, Marchio Moraviæ electus eſt: *Ludovici* autem Imperatoris partes tunc ſtudioſe ruebantur tum alii Principes, & Status Imperii, tum Suevicæ & Helveticæ Civitates, cum Rhenanis.

Dedit tunc *Ludovicus* Imperator Privilegium Cœnobio Herren-Albenſi, quo tempore reducti Conſtantiam fuerunt per Epiſcopum Fratres Prædicatores Minores, qui ubique cultum profanabant, præterquam Scaffuſæ Briſaci, orto inter illos Schismate, cui mox *Ludovici* Imp. mors finem attulit.

Ulma fit Urbs Libera Imperii.

Ab hoc Imperatore Civitas Ulmenſis impetravit, ut ſolveretur jugo Monaſterii Divitis Augiæ, cum quo ipſa per ſexcentos annos conflictabatur, vindicias adhuc tentantibus Monachis, ſub *Carolo IV.* & *Sigismundo* in Concilio Conſtantienſi, & Baſileenſi. Donec *Fridericus III.* Imperator Civitatem illam omninò ab his Monachorum infeſtationibus liberavit, Vid. *Felix Faber*, *Sebaſtian. Francus*, *Cruſius* l. c. cap. 15.

Blabyrenſis Cœnobii adverſa fata.

Anno MCCCXLVIII. graſſante peſte graviſſimâ, extinctis Monachis Senioribus, pravisque juvenibus ſuccedentibus, diſciplina Monaſtica utriusque ſexus corruit: nam Monachi in Civitates confugiebant, & moribus ſecularium corrumpebantur. Tunc Augienſes bona ſua Ulmæ dilapidabant, & in maximam paupertatem Monaſterium Blabyrenſe incidit, ſanctimonialiumque cœtus ad nihilum ibi redactus eſt. Redibant quidem ſequenti tempore Monachi, opibus divitis cujusdam Viduæ Blabyrenſis ſublevati, regularem autem obſervantiam non colebant: ſed tandem ſub Abbate Henrico Fabri Reformatio ſecuta eſt. vid. *Felix Fabri*, & ex illo *Cruſius* l. c. l. 5. c. 1.

Erant

Judæorum malitia nimis durè punita.

Erant de peſtilentia illa, tanquam veneno excitata, Judæi Auguſtæ Vindelicorum ſuſpecti, ideò omnes ibidem die Cæciliæ combuſti ſunt, quod Ulmæ quoque, Eſslingæ, Halæ Suevorum, & alibi factum eſt, non tamen ubique absque quadam injuriâ, quæ poſtea comperta fuit: quam frequentia autem Judæorum Collegia in Germaniæ quibusdam Civitatibus fuerint, tradit *Benjamin Tudelenſis* in Itinerario, Stulta cum ſua gente fiducia nixus.

Ordo Flagellantium non omnibus placet.

Eodem tempore ſub *Ulrico III.* Epiſcopo Conſtantienſi, Ordo flagelliferorum per urbes, in Suevia quoque, miris clamoribus circumire cœpit, ſpecie ſingularis pœnitentiæ & ſanctitatis, qui multis in locis tamen admiſſi non ſunt, ita ut ipſe Pontifex *Clemens* eos damnaverit.

Hæc ipſo Anno 1348. *Carolus IV.* Imperator Rom. Cœnobii Bebenhuſani jura Ulmæ confirmavit.

Origines Cœnobii Rorbalſenſis.

Anno MccCXLIX. *Margaretha*, Comes Naſſovienſis, Uxor Comitis Hohenbergenſis, fundavit Cœnobium Rorhaldinum S. Pauli, primi Eremitæ, prope Rotenburgum ad Nicrum, de quo ſupra aliquid monitum fuit. Cruſius l. c.

Per hæc tempora maxima fuit tribulatio in Suevia, & circumjacentibus Provinciis, propter cenſuras Eccleſiaſticas, in adhærentes *Ludovico* Imperatori, de quibus ipſe Nauclerus conqueritur, & iſtam Conſcientiarum Carnificinam Cruſius quoque narrat. loco cit.

Nundinatio Papalis.

Anno Mcccc. *Clemens VI.* Papa Annum Jubilæum, a Bonifacio VIII. inſtitutum, de centenario numero ad quinquagenarium traduxit, quod rariſſime contingat, homini centum annos vivere. Fiebat autem mutatio hæc ad augendas magis ex concurſu exterorum, opes Romani Pontificis, qui feſtum illud etiam in Germania celebrari permiſit.

Triſtis Bombardarum inventio.

Anno MccclIV. cum ſupra laudatus *Wickardus*, Cœnobii Hirſaugienſis Abbas, obiiſſet, Trithemius adhuc illud tempus plenum ignorantiæ tenebris conqueritur, quando fere in totius Germaniæ Benedictini Ordinis Monaſteriis, pereunte obſervantia regulari, & Monachis carnis voluptatibus deditis, ſtudia literarum abjecta: in quorum locum *Berchtoldus Niger*, Monachus Franciſcanus, & profeſſione Philoſophus aliam, toti mortalium Ordini noxiam excogitavit artem, invento novo Bellico Bombardarum inſtrumento.

Sub idem tempus à *Carolo IV.* Imperatore poſt ſancitam auream Bullam, Norimbergæ Abbates opulentiores paſſim per Germaniam & Sueviam quoque, titulo Principum Imperii ornati & vocati ſunt.

Trithemii invectiva in ignavos Monachos.

Anno Mccc LIX. mortuo *Wickardo*, Abbate Hirſaugienſi, ſucceſſit Wignandus, qui, cum propter iniquitatem temporis & hominum malitiam diſciplinam Monaſticam reſtituere non poſſet, coactus eſt, jacentem relinquere, qua occaſione iterum Trithemius conqueritur de ignavia Monachorum,

tum, Historias contemnentium, & nihil conducere existimantium, scire fundationis Monasteriorum antiquitatem, & successiones atque res gestas Abbatum, in pulvere mortis dormientium, quibus respondet *Trithemius*: O jam sepulti ignavi homines vivi, quorum peribit memoria cum sonitu. Quam sitis Asinini & rudis ingenii, palam ostenditis: qui bonum contemnitis Historiarum, quod assequi non potestis. Historia vivis, tam præsentibus, quam futuris conscribitur, non mortuis.

Pragensis Academiæ fundatio.

Anno MCCCLXI. Bene de re Christiana meritus est Carolus IV. Imperator, fundata Academia Pragensi, circa quod tempus quidem Academiæ Germaniæ, Pontifici Romano juramento adstringi cœperunt.

Anno MCCCLXIII. Bonifacius Papa Avinione indulgentias dedit, devote visitantibus Capellam B. Virginis Mariæ & S. Pelagii in Muren prope Bœblingam, Constantiensis Diœcesis, Crusius l. c. c. 7.

Anno MCCCLXIV. Monasterium Murhartense usum est Patrono, Eberhardo, Wittenbergiæ Comite.

Duo Parthenones Tubingenses.

In oppido Tubinga memorantur hoc tempore duo Parthenones, sive Collegia Sacrarum Fœminarum, Blabyrense, & aliud quoddam, quæ durarunt usque ad tempora emendatæ religionis.

Templum Lustnoviense reparatum.

Anno MCCCLXX. dirutum in Vico Lustnoæ templum solenni structura reædificari cœpit, multum impetratis Eleemosynis fidelium, huc conferente Wernhero, Abbate Bebenhusano, Patrono & Collatore hujus Ecclesiæ. Crusius l. c. c. 9.

Anno MCCCLXXVII. Ulmensium templum Parochiale omnium Sanctorum, antehac extra Urbem stans, amplissimum dejectum est, & solo complanato, in Urbem translatum: timuerunt enim Ulmenses, ne festis diebus, universo populo in suburbio sacris operante, Urbs perfidia & proditione aliqua interciperetur. Deinde ideò: quod pauci opulentiorum Civium exire ad parochialem Ecclesiam, sed plerumque ad Cœnobia, intra Urbem sita, commeare soliti essent, eoque suam liberalitatem & eleemosynas converterе: Sepulchra denique sua & posterorum ibi constituere. Emto igitur justo spatio, partim à *S. Clara* Monialibus (quarum Cœnobium ibi stabat, eis olim gratis concessum) & Franciscanis Monachis, partim vero a Wirtenbergensi Comite (qui propter Bebenhusanos Monachos aliquid tunc Juris in Civitate habebat, sed libenter annuebat, admirans magnanimitatem Ulmensium, qui tam stupendum opus, suis viribus perficiendum, susceperint) atque illo spatio pulchre æquato & repurgato, fundamenta futuri maximi templi strenue fodi cœpta sunt. Absolutum fuit hoc opus III. Annis, nempe Anno MCCCLXXXVIII. B. Virgini Mariæ dedicatum, consumtis in constructionem hujus templi novies centenis aureorum millibus. Vid. Felix Faber, & Crusius l. c. c. 11.

Eodem tempore celebrantur Schola Reutlingensis & Tubingensis, in quibus M. Eberhardus Barter, Canonicus Rotenburgensis ad Nicrum, Grammaticam, Logicam & Philosophiam, Scholares suos docebat.

Anno

Anno MCCCLXXX. Schisma fuit inter Urbanum VIII. & Clementem VII. Anti-Papas, de quo vid. Nauclerus in Chronicis, & Cruſius l. c. c. 13. *Schisma Papale.*

Eodem anno Wignando, Abbati Hirſaugienſi, ſucceſſit Godofredus II. qui libenter & ipſe Monaſterii illius mores & res in priſtinam integritatem reſtituiſſet, ſed vires in ſtatu corrupto deerant, ideo, non quod voluit, ſed quod potuit, fecit.

De utroque Cœnobio Carmelitanorum, tum Rotenburgi ad Nicrum, tum Nerolingæ, vid. Cruſius l. c. c. 11. & 13. ad annum 1377. & Anno 1381. qui & ad Annum 1384. l. c. c. 14. Judæorum Nerolingæ exſtirpationem refert.

Circa idem tempus Cœnobium Augiæ, antehac Divitis, ad ſummam paupertatem redactum fuit, nec quicquam ſtudiorum amplius ibidem inveniebatur. Contra autem claruit iſto tempore Schola Ulmenſis, cujus Rector, Johannes Munziger, Anno MCCCLXXXIV. publice orationem habuit, qua contendit, corpus Chriſti circumgeſtari ſolitum, non eſſe Deum, ideoque nec adorandum ut Deum adoratione, λατρείᾳ. Eadem poſtea Scriptis defendit, ut ſcil. oſtenderet, Sacramentum non eſſe adorandum. Aſſeruit idem, Chriſtum in reſurrectione omnem Sanguinem, quem effuderat in paſſione, ſecum aſſumſiſſe, innuens nimirum cruores iſtos, qui paſſim adorabantur, non eſſe Chriſti Sanguinem, neque adorandum. Opponentibus ſe ei Monachis, ne quid ſuo quæſtui decederet, res de voluntate Senatus rejecta eſt ad Scholam Pragenſem, quæ probavit quidem propoſitiones Munzigeri, ſed tamen propter Divinitatis concomitantiam Sacramentum adorari debere aſſeruit, teſte Cruſio l. c. *Munziger, Rector Ulmenſis, Teſtis veritatis.*

Anno MCCCLXXXIX. *Wighardus III.* electus Abbas Hirſaugiæ, ut Monaſterium in utroque Statu, Eccleſiaſtico & Politico, invenit ægrotum, ita & tale reliquit.

His temporibus valdè tenebricoſis, *Johannes Huſſus*, Religionem Romanæ Eccleſiæ oppugnare cœpit in Bohemia. *Joh. Huſs, Confeſſor veritatis.*

Anno MCCCXCII. Schola univerſalis *Erfordie* in Thuringia fundata legitur, apud Funccium in Chronol. hanc tamen Bruſchius A. 1398. Herbipoli propter plebis, adverſus Epiſcopum, ſeditionem, Erfordiam translatam eſſe ſcribit. *Academia Erfordienſis initia.*

Anno MCCCXCIII. *Henricus*, quidam Presbyter, Auguſtam Vindelicorum venit, inquirens in Hæreticos, qui negabant purgatorium, & indulgentias dicebant ob nummos corradendos vendi, aquam item benedictam, & herbarum Cœmeteriorumque conſecrationem nihili faciebant: qui ab hac ſententia deſiſtebant, eis flava crux in pectore & tergo pingebatur, totum annum geſtanda, & octo dies quotidie a Baſilica D. Virginis ad S. Ulrici bini ardentibus cum facibus ibant, ut dignoſci ita a reliquis poſſent, quorum quidam magna pecuniæ ſumma, pœnitentiam hanc a ſe apud Epiſcopum removebant. Sic Johannis Huſſi doctrina mox in Suevia quoque invenit Aſſeclas, quorum quidem complures Viros ac Fœminas Senatus Auguſtanus flammis conſumſit, ſuntque alia multa dira inter

Bayerische Staatsbibliothek München
Digitized by Google

Cives iſtius Urbis tunc peracta, ob *Waldenſium*, quos *pauperes de Lugduno* quoque vocant, dogma aſſumtum. Veniebat *Henricus* ille Sacerdos, evocatus per Decanum *Ulricum* ab Ehinga, Bamberga, Auguſtam Vindelicorum, primo contra uſurarios, poſtea contra hæreticos concionatus, tanta cum vehementia, ut illi Epiſcopus Auguſtanus, in hos vitæ necisque arbitrium dederit: quapropter ille ducentos & quadraginta Cives comburendos apud Senatum judicialiter obtinuit, ſævus adeo inquiſitor, qui aſperitate ſua fere ſeditionem excitaſſet. Reſtitit tunc equidem diſputando Petrus Ingerlinus, Magiſter in Theologia, Ordinis Dominicani Auguſtanus, Wicleſitis illis, ſive Huſſitis, quos tamen, quamvis textores & idiotæ plerique eſſent, ex verbo Dei ſatis refutare nequivit. Habebantur autem tunc eodem numero Waldenſes veteſtiores, & *Wicleſus* Anglus recentior, ejusque Diſcipulus *Huſſus*, qui Papæ dogmatibus adverſabantur, & docebant, Papam reliquis Epiſcopis parem eſſe, animas morientium in Cœlum, aut orcum mox venire, nullum eſſe purgatorium, vanum eſſe pro mortuis orare, confirmationem, & extremam unctionem, non eſſe Sacramentum, auricularem confeſſionem nihili eſſe: quam doctrinam puriorem cum teſtes illi Veritatis 240. Cives Auguſtani abjurare nollent, diriſſimo ſupplicio, quo Johannem Huſſum præiverunt, Confeſſionem hanc luerunt. Vid. Gaſſarus, & Henningus de rebus Auguſtanis. Cruſius l. c. l. 6. c. 4. parte 3.

Wicleſi & Huſſi doctrina etiam in Suevia à multis approbatur.

Anno MCCCXCIX. *Wengenſe* Cœnobium Ulmæ reſtitutum eſt.

Eodem anno de Secta nova Albatorum, (der weiſſen Leuth/) Ravenſpurgum in oppidum Sueviæ venerunt, cujus Sectæ Sacerdos quidam Italus Auctor fuit, alba veſte indutus, multitudinem hominum utriusque ſexus ſecum trahens, geſtans præ ſe ſimulacrum Crucifixi, tanquam propter peccata hominum lacrymantis. Sed *Bonifacius* Papa, fraudem ſubeſſe ſuſpicatus, hominem exuſſit, Sectamque eradicavit. Expeditiſſima hæc diſputandi, & homines convertendi via eſt, ſi Diis placet, inquit Cruſius l. c. c. 6.

Seculum Decimum Quintum.

Annata inſtituta.

SEculum hoc cœpit *Bonifacius* Papa, celebrato Jubilæo quarto, & inſtitutis Annatis, ut, quicunque beneficium Eccleſiaſticum conſequebatur, primo anno pendat dimidium ſui proventus Sedi Romanæ.

Fridericus II. Abbas Hirſaugienſis, diſciplinæ Reſtaurator.

Mandata tunc Abbatia Hirſaugienſis fuit *Friderico II.* qui ſubditorum mores ad vitæ regularis normam dirigere voluit, & poſtea in Concilio Conſtantienſi multum pro libertate Monaſterii ſui, & contra inobedientiam fratrum in Roth & Reichenbach pugnavit.

Continuavit tunc doctrinam ſuam contra Romanam Eccleſiam, Johannes Huſſius, cui cedens Germanorum Studioſa Juventus, e Pragenſi Academia Lipſiam migravit, ſicque Univerſitati Lipſienſi condendæ, occaſionem dedit.

Hoc tempore quoque, cum diſciplina Monaſtica Virorum & Fœminarum a perſecutione

cutione usque ab Imperatore *Ludovico*, Bavaro, concidisset, Augiensibus Monachis bona sua Ulmæ luxuriose profundentibus, & Elchingensibus, Wiblingensibus, Ochsenhusanis, Blabyrensibus illos imitantibus, reformatum est Cœnobium Elchingense, & meliores mores restituti sunt, anno MCCCCXII., quos multùm promovit *Ludovicus de Berbas*, Patricius Venetus, Congregationem S. Justinæ Patavii inchoans, & conventus lapsos emendans, unde multa Monasteria per Orbem exemplo illius reformari cœperunt. *Reformatio Cœnobii Elchingensis.*

Apud S. Gallum Abbatiam regendam cœpit *Henricus III.* Baro Gundelfingensis, electus propter Conventualium defectum a Monasterii Vasallis, & fratre quodam converso, eodem anno 1412. cum nemo Abbatiam illam, periculis ob Abbatis Cellenses turbas plenam, vellet suscipere: confirmatus deinde a Pontifice Romano fuit, & rogatus, multos bonos & maximi pretii libros misit ad Concilium Constantiense, quod & fecit Cœnobium Augiæ Divitis.

Anno MCCCCXIV. cum uno tempore tres Papæ adulterini essent, *Johannes XXIII. Gregorius XII. & Benedictus XIII.* atque *Johannis Hussi* doctrina Pontificiæ auctoritati magis magisque detraheret, cœptum est Concilium Constantiæ celebrari, cui ipse Imperator *Sigismundus* interfuit, præsentibus Italis, Germanis, Gallis, Hispanis, Anglis, aliisque Nationibus, quas inter Græca quoque fuit. Ex Suevia aderant huic Concilio, *Ulricus*, Dux Teccensis, *Eberhardus* Mitis, Comes Wirtenbergiæ, cum Filio *Eberhardo*, juniore, *Hugo*, Comes Montfortius, Comites Werdenbergici, *Hugo*, *Rudolphus*, *Henricus*, & *Johannes*: Item *Ludovicus* & *Fridericus*, Comites Oetingenses, *Conradus*, Comes Tubingensis, *Eberhardus*, Comes Kirchbergensis, *Eberhardus* & *Conradus*, Comites Nellenburgici, *Wilhelmus*, Comes Eberstenius, *Conradus*, Baro de Weinsperg, aliique plurimi Nobiles & Equites. Venerunt etiam Legati Urbium Suevicarum, Ulmensis, Augustanæ, Halensis, Uberlingensis, Biberacensis, Ravensburgensis, Lindaviensis, Isnensis, Buchhornensis, Memmingensis, Riedlingensis. Archi-Episcopi & Episcopi præsentes erant trecenti quadraginta sex: Abbates & Doctores quingenti sexaginta quatuor. Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles sedecim mille: Academiæ triginta septem: Dejecti sunt in hoc Concilio tres illi Anti-Papæ, & in horum locum electus *Martinus V.* Ademtus est Laicis Cœnæ Dominicæ Calix, & combusti sunt ob confessionem suam constantem Sancti Viri, *Johannes Hussius*, & *Hieronymus Pragensis*, etsi publica Cæsaris fide Constantiam venerant. Damnata quoque est in hac Synodo Doctrina *Johannis Wicleffi*, librique ejus comburendi judicati, & corpus exhumandum. Missus fuit inter alios Clarissimos Viros, ad hoc Concilium ab Universitate Viennensi, Rector illius, *Nicolaus Dunckelsbulensis*, Suevus, magnus & celebris valdè in Sacris & profanis literis, & vitæ probitate commendatus, qui multis scriptis innotuit, de quibus vid. *Trithemius* in Scriptoribus Ecclesiasticis. *Concilium Constantiense.* *Jo. Hussi, & Hieronymi Pragensis, Martyrium.*

Anno MCCCCXV. die 8. Julii, peractum est crudele illud supplicium *Johannis Hussi*, qui paulò ante mortem dixisse fertur, quod & Hussianæ monetæ inscriptum fuit,

Centum revolutis annis DEO respondebitis, & mihi. Eidem adscribitur quoque hoc dictum: *nunc quidem Anserem comburitis,* (Husi enim Bohemis anserem notat,) *sed post centum Annos Cygnus existet*, quem non comburetis. Decretum quoque inter alia in isto concilio fuit: hæreticis non esse servandum Salvum Conductum, quem Imperator, Reges, aut alii Seculi Principes illis dederint: quia tale ipsorum promissum nullum debeat afferre præjudicium fidei Catholicæ, vel jurisdictioni Ecclesiasticæ. Porro sancitum: ut Monasteria fœminarum, quæ lascive hactenus vivebant, reformara clauderentur, quod Moniales indigne ferentes, Cognatos & alios Fautores implorabant, & Patronos muneribus sibi conciliabant, præsertim illæ, quæ in Parthenone Gnaden-Cellensi, de quo supra, vivebant.

Anno MCCCCXVI. die 30. Maji, combustus quoque est in hoc Concilio *Hieronymus Pragensis*, Discipulus *Johannis Hussi*. Pertulerunt ambo Martyres animo constanti necem, & tanquam ad epulas invitati, ad incendium properarunt, nullam emittentes vocem, quæ miseri animi posset facere indicium, ubi ardere cœperunt, hymnum cecinerunt, quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit, uti testatur *Æneas Sylvius* in Histor. Bohem. c. 36. Episcopus Constatiensis isto tempore fuit *Otho III.* Marchio Hochbergensis & Rœtelensis, Vir eximie doctus & prudens.

Anno MCCCCXVIII. sublato Pontificum Schismate, circa festum Pentecostes finitum est Concilium Constantiense, de quo videatur Latino & Germanico idiomate olim conscriptum opus, & quod hodie Augustâ plane curâ, de hoc Concilio paravit Serenissimus Princeps, *Rudolphus Augustus*, Dux Brunsuicensis & Luneburgicus, operâ *Hermanni* von der Hardt / Academiæ Juliæ Professoris celeberrimi.

Anno MCCCCXX. ab Imperatore Sigismundo, & Germaniæ Principibus, Bohemiæ bellum contra Hussitas illatum est, ad quod Sueviæ quoque Comites & Civitates copias miserunt, sed infelici successu.

Anno MCCCCXXIII. Cœnobium Adelbergense ultimum Præpositum habuit Rupertum, cui primus successit Abbas Gœttler.

Anno MCCCCXXXI. Initium factum est *Concilii Basileensis*, ad quod etiam Bohemi vocati fuerunt, missis ad eos *Johanne Nidero*, Isnensi, Theologiæ Professore, Dominicani Ordinis Basileæ, & Abbate Maulbronnensi, qui Noribergam Civitatem deinde ad Ecclesiam Romanam reducere audebat.

Concilium Basileense.

Anno MCCCCXXXIII. Patres Concilii Basileensis miserunt Legatos nem Constantinopolin, invitantes ibi Imperatorem & Patriarcham ad hoc Concilium, si forte concordia inter Ecclesias, Orientalem & Occidentalem, fieri posset. Venerunt itaque anno sequente Legati Græcorum Basileam, ostendentes, his maxime in votis esse piam unionem, de qua ineunda multùm tentatum fuit in isto Concilio, cui interfuit quoque inter alios *Wolfframus*, Abbas Hirsaugiensis, auctoritate pollens, qui Melicensem primò, deinde Burfeldensem Reformationem introduxit, & sic regularis vitæ observationem instaurare contendit: quia autem in isto Concilio, cujus Imperialis Protector fuit *Conradus*, Baro Weinspergensis, decretum fuit, Sacrum Generale Con-

Concilium esse supra Papam, sine cujus voluntate illud conservari, & vim habere queat, quare hoc Concilium per aliquot annos quoque durans, displicuit Eugenio, Pontifici Romano, qui contra illud Concilium Ferrariæ atque Florentiæ postea habuit. Vid. de Concilio Basileensi Æneas Sylvius. *Displicet hoc Concilium Eugenio P.R.*

Circa hoc tempus Episcopus Constantiensis fuit *Fridericus III.* Comes Zollerensis, qui Anno MCCCCXXXIV. Synodum habuit sui Cleri, cui aderant Abbates 26. Præpositi 6. Canonici 40. Sacerdotes 260. ultra Clerum Urbanum, fueruntque tunc Diœceseos Constantiensis numerata Monasteria utriusque sexus 350. Ecclesiæ Parochiales 1760. Sacerdotes amplius 17000. Vid. Bruschius de Episcopis Constant.

Anno MCCCCXXXVIII. Pontifex *Eugenius* Concilium Constantiense & Basileense, quorum utrumque Papam Concilio subjecit, improbans, Ferrariæ inchoavit Concilium, quod Florentinum appellatur, quia Florentiæ continuabatur, cujus acta Romæ Anno MDLXXV. græce edita sunt. *Concilium Florentinum.*

Eodem Anno *Ludovicus & Ulricus*, Wirtenbergiæ Comites, Fratres, Collegium Gutterstteinense, Uracо Vicinum, ubi fuerat Præpositura ad Zwifaltenses Fratres pertinens, Carthusiano Ordini tradiderunt.

Tunc Judæi quoque permissu *Alberti II.* Imperatoris, Augusta Vindelicorum in perpetuum cesserunt. *Judæi expulsi.*

Anno MCCCCXXXIX. Basileæ adhuc durabat Concilium, quanquam Eugenius Papa Synodum Florentinam, attractis ad se Græcis, constavisset: Quare is in Concilio Basileensi depositus fuit, & Papa Concilio subjectus: quibusdam tamen adhuc pro Eugenio pugnantibus, vehementes contentiones oriebantur, quibus se interposuit *Ludovicus*, Patriarcha Aquilegiensis, ultimus Dux Teccensis, Concilio isti immortuus, Vir non minus animi Constantia, quam nobilitate generis, præstantissimus. Vid. Æneas Sylvius, Crusius l. c. l. 6. part. 3. c. 2. aliique Auctores, qui de Concilio Basileensi scripserunt

Anno MCCCCXL. *Felix IV.* designatus est in Concilio Basileensi Papa, ex Duce Sabaudiæ, Abbati Lorchensi indulsit jus mitræ gestandi, & alia Pontificialia.

In eundem annum refertur inventio artis typographicæ, quæ immensum in modum literarum studia, & non parum ipsam Religionem quoque promovit, & adjuvit. Vid. Paralipom. Abbatis Urspergensis. Wimpfeling. *Buchelerus*, & alii. *Crusius* l. c. c. 2. & 14. *Inventio artis Typographicæ.*

Anno MCCCCXLII. die 5. Martii, magnus hominum concursus factus est ad quoddam Ligneum Simulacrum vespertinum S. Mariæ, quod in urticeo frutice, proxime fossam Oppidi Heilbrunnensis, in via Weinspergam versus, in basi stetit. Id namque Idolum verba quædam (surdo audiente, & Cæco videnti,) cum prætereunte personatâ rusticâ locutum fertur. Cæterum de Eleemosyna eò collata, pulchrum & dives Carmelitanum Monasterium, ad honorem DEI & S. Mariæ, conditum est. Eo populus Paschalibus præsertim feriis (priore ejus, Theol. D. Petro, prædictas res typis evulgante,)

frequens veniebat. Finis non videbatur superstitioni futurus, nisi conjurati rustici, qui anno 1525. Weinspergæ in Nobilitatem sævierunt, Monasterium hoc occupassent, diripuissent, dilacerassent, templum concluſissent, ut ſcribit Cruſius l. c. c. 3.

Anno MCCCCXLIV. obiit *Herboldus*, cognomine Gutegottus, Abbas Murhartenſis, de quo varia memoratu digna refert Cruſius l. c. c. 4. inter quæ etiam multa valdè ſuperſtitioſa.

Eodem anno primi Sermones ſuper Epiſtolas Dominicales, inventa noviſſime arte Typographica, impreſſi ſunt Tubingæ, illati Bibliothecæ Stipendii Martiniani ibidem.

Anno MCCCCXLVI. *Fridericus III.* Imp. in magno Chriſtianorum diſſidio, dum alii Romano Pontifici Eugenio, alii Baſileenſi Pontifici Felici IV. adhærebant, Comitia Francofurti habuit, ad quæ utriusque partis Legati venerunt, Concilio Baſileenſi parato, de Eugenio, Pontificia Sede moto, rationes reddendi.

Eodem anno *Ludovicus*, Comes Wirtenbergiæ, Monaſterio in Kirchbach Ciſtercienſis Ordinis, Diœceſeos Spirenſis, cum illius Abbatiſſa & Conventus tantâ inopiâ premerentur, ut Perſonæ divinis obſequiis deputatæ, convenienter ſuſtentari non potuerint, pietate motus, multa donavit, auxiliumque & relevamen præbuit.

Diſſidia inter Papam Nicolaum, & Johannem Spænlinum, Præpoſitum Herrenbergenſem.

Anno MCCCCXLVIII. *Nicolaus* Papa, indultum veſcendi Lacticiniis in Wirtenbergia conceſſit, quod juſſu *Ludovici & Ulrici*, Comitum Wirtenbergiæ, Johannes de Weſternach, Præpoſitus & Anteceſſor *Johannis Nauclери*, in Eccleſia Collegiata S. Crucis impetravit. Illam verò indulgentiam Scripto impugnavit *Johannes Spenlin*, Theologiæ & Medicinæ Doctor, Præpoſitus Eccleſiæ S. Mariæ Herrenbergenſis, qui Papam male narratis circumventum eſſe oſtendit, unde Bullæ Papali contraivit, illamque ex regula Decretali rejecit, quod literæ Papales non valeant, quæ celata Veritate impetrantur, addens, non debere fieri diſpenſationem, niſi urgente magna neceſſitate, & vitanda eſſe ſcandala, quare provocavit ad Academias? Pontifex autem iratus, & diploma ſuum defendens, negotium hoc, ut inquireret de rebus a Spænlino allatis, *Reinhardo*, Epiſcopo Spirenſi, commiſit, qui Pontifici reſpondit: *Spenlinus* autem poſtea captus, & Conſtantiam deductus eſt, ubi Præpoſitura motus eſſet, niſi ſententiam ſuam revocaſſet. Cruſius l. c. c. 7.

Anno MCCCCL. *Nicolaus V.* Papa annum Jubilæum VI. Romæ in ſumma hominum frequentia celebravit.

Eodem anno *Fridericus III.* Imperator, Cœnobio Bebenhuſano Privilegia confirmavit.

Anno MCCCCLI. *Petrus Schauenbergius*, Epiſcopus Auguſtanus, Roma ſecum indulgentias attulit pro noxis & pœnis, ſed qui ſibi vellet, cogebatur quisque dimidium Viatici Romam in Gazophylacium mittere, ita vicies mille floreni collecti ſunt.

Huſſi doctrina Auguſtæ

Circa hunc annum, cum *Johannis Huſſi* doctrina apud complures in Urbe Auguſtana radices egiſſet, porticus prope Monaſterium S. Ulrici, (quo loco

loco adhuc etiam hodie Evangelicæ Conciones habentur,) ampliata, & Huſſitis Civibus ad Conciones ibi habendas conceſſa eſt, ne ſcilicet templum ipſum iſto dogmate, uti falſo credebatur, polluereturi. *Gaſſarus* de rebus Auguſtanis. *Vindelicorum prædicatur.*

Anno MCCCCLII. & ſequenti, *Johannes Capiſtranus* Aptucius Franciſcanus, hinc inde per Germaniam concionatus eſt, ut homines pœnitentiam agerent propter vim Turcicam avertendam, qua Occaſus Imperii Orientalis Chriſtianorum, expugnata tunc a Mahumede, ſecundo Turcarum Sultano, Conſtantinopoli contigit. Animabat equidem Capiſtranus ille populum, contra Turcas, qui in Thraciam Exercitum duxerant, ſi quid Concionibus efficere potuiſſet, quas ipſe Auguſtæ Vindelicorum octo dies continuavit, Vitis & Fœminis ſeorſim auſcultantibus. Cruſius l. c. c. 10. *Io. Capiſtranus Auguſtæ Vindel. & alibi in Germaniâ pœnitentiam prædicat.*

Anno MCCCCLV. *Johannes Reuchlinus* Phorcenſis, die 18. Decemb. natus eſt, qui Linguam Hebraicam & Græcam præcipuus in Germaniam intulit. *Iob. Reuchlini Nativitas,*

Anno MCCCCLVI. Legatus quidam Roma veniebat Auguſtam Vindelicorum Crucis prædicator contra Turcas; quo tempore Capiſtrano (ad quem multi ſe ſtudioſi aggregaverant) de alta turri milites cohortante, & Crucis ſigna vibrante, Mahomedes 150000. Militibus Belgradum obſidens, a Johanne Hunniade victus & fugatus eſt.

Eodem tempore circa Halam Suevicam peregrinationes fiebant ad Orindæ Salum & Schuppachium, in Comitatu Hohenloico, tracta origine ab Anachoretis, qui initio Cellulas ibi faciebant, unde ſuperſtitio Religionis ergò eò peregrinandi nata eſt, ſurdis præſertim Orindæ Salum verſus; aliis vero Schuppachium propter D. Virginem Mariam loci illius Patronam, uti Cruſius l. c. c. 11. refert ex Widemanno.

Sed & iſto anno *Friderieus* Imperator, Cœnobio Alpirſpacenſi Privilegia & jura ſua confirmavit.

Anno MCCCCLVII. Iterum Legatus Roma venit Auguſtam Vindelicorum, & in alias Germaniæ partes, qui nomine *Calixti III.* Papæ ſingulis Menſibus die Sabbathi ſupplicationem cum Crucibus faciendam, Creutzgang/ præcepit.

Anno MCCCCLVIII. reformatum eſt Gynæceum Sacrum Bergenſe, prope Neuburgum ad Danubium.

Eodem anno Halæ Suevorum amplius centum pueri invitis Parentibus ad S. Michaëlem peregrinabantur. Aventinus Annal. Boicis & Cruſius l. c. c. 12.

Anno MCCCCLIX. obiit Gregorius, Monaſterii Alpirſpacenſis de primis Reformatoribus, Abbas primus.

Eodem anno initium factum eſt Academiæ Baſileenſis, per Pium II. Pontificem Romanum.

Anno MCCCCLXI. *Ulricus*, Wirtenbergiæ Comes, Patronus fuit S. Collegii Canonicorum Synadelphingenſium, ut & Monaſterii Lorchenſis, quod ipſe ſequente Anno reformavit, ſub Abbate Nicolao Schenk, de Arberg, primo Abbate infulato hujus Cœnobii,

nobil, ſecundum obſervandiam Mellicenſium, *Cruſius* l. c. c. 13, ubi refert quoque modum celebrandi, anniverſarium diem fundatorum Illuſtrium, Lorchenſis Monaſterii, in die S. Antonini Martyris a primis Reformatoribus introductum.

Corruptio Cœnobii Gnadenſ. Cellenſis.

Duravit quoque adhuc iſto tempore Monialium Gnaden-Cellenſium licentia & petulantia, quare *Eberhardus*, Wirtenbergiæ Comes, Religioſæ ſeveritatis Anno MCCCCLXIII. cum Conſiliariis ſuis Monaſterium illud acceſſit, ut hoc ad obſervationem Canonum priſtinam reformaret, impetrans ad hoc opus, a Provinciali Magiſtro quasdam bonæ famæ reformatrices, ex Clauſtro Pforzheimenſi, per quas tamen nihil profectum fuit, prolapſis ſemper in deterius fœminarum iſtarum moribus, adeò corruptis, ut interdictum tunc per Wirtenbergiam fuerit ſub pœna, ne quis amplius Gratiæ Cellam adiret, nec Sacerdos, nec Monachus, nec Eques. Denique, cum poſt aliquot annos magna paupertas & Cœtus Virginei imminutio ſequeretur, Princeps *Eberhardus* exiſtimans, ſatius eſſe, ut nulla ibi amplius Congregatio Sacrarum fœminarum eſſet, prohibuit, ne ulla amplius in eum locum veſtalis Virgo caperetur. Cruſius l. c. c. 14.

Origo Academiæ Friburgenſis.

Anno MCCCCLXIII. *Albertus*, Auſtriæ Dux, ſuaſu Conjugis Mechtildis, Com. Pal. Rheni, Univerſalem Scholam Friburgi in Brisgoja fundavit. *Funccius* in Chronol. & Mittendorpius de Academiis.

Ulricus, Comes Wirt. Eccleſiam Collegiatam Stuttgardianam auget.

Anno MCCCCLXIV. *Ulricus*, Wirtenbergiæ Comes, Collegiatam Eccleſiam S. Crucis in Urbe Stuttgardienſi a progenitoribus ſuis inceptam, certis Canonicatibus & Præbendis ac perpetuis Vicariis, quaſi de novo fundavit, & pro illius dotatione 15000. pro ædificatione verò tria millia florenorum Rhenenſium liberaliter contribuit, quæ, cum nec dum ad Complementum Eccleſiæ ſufficerent, Pius II. Papa indulgentias bene ſentientibus & merentibus, qui manus huic operi amplius admoverent, conceſſit, teſte Cruſio. l. c.

Eodem anno Tubingæ in periſtylio Cœnobii Auguſtiniani, ubi nunc Ducale Stipendium Theologicum eſt, hæc verba inciſa leguntur: Anno Dn. 1464. Monaſterium hoc exſtrui inchoatum eſt. Fuerunt autem antea vel in iſto loco, vel alibi in Oppido Tubingenſi, Monachi Auguſtiniani, quemadmodum ſupra laudatum, ita ut inſcriptio hæc de ampliatione quadam, vel nova ſtructura hujus Cœnobii intelligi poſſit.

Henricus Bebelius, Prof. Tubingenſis, vitia Cleri notat.

Quales autem iſto tempore multi Sacerdotes & Monachi tùm in Suevia, tum alibi, in tenebris doctrinæ Eccleſiarum fuerunt, teſtatur *Henricus Bebelius*, unus ex primis Profeſſoribus fundatæ mox Academiæ Tubingenſis, qui varias artes fœneratorias, divitias acquirendi in Clero notat, ut & libidinis Monialium ac Monachorum, ex quibus, cum Tubingæ Frater quidam Minorum in Cœnobio Franciſcanorum, propter Sermones impuros, contra votum Caſtitatis argueretur, reſpondit ipſe: ſe tria noſſe, paupertatem in balneo, obedientiam in menſa, & caſtitatem in altari. Quare & Civis quidam Tubingenſis,

genſis, Franciſcanis illis hoc dicterium objecit: veſtrum Monaſterium mutabitur in equile, ac pudebit aliquando Monachos raſuræ ſuæ in capite. Quod factum deinceps ita fuiſſe ab anno 1536. Cruſius notat. l. c. l. 8. part. 3. c. 1. Certe longe melius Franciſcano Cœnobio iſti ſucceſſit deinceps, fundatum in locum illius Illuſtre Collegium a Ludovico Pio, Wirtenbergiæ Duce.

Joh. Nauclerus.

Anno MCCCCLXVII. Johannes Nauclerus, celebris Chronographus, Eccleſiæ Collegiatæ Stuttgardienſis præpoſitus fuit, & mox Legatus Ulrici, Wirtenbergiæ Ducis, ad Carolum Audacem, Burgundiæ Ducem.

Eberhardi, Comitis Wirtenberg. iter in Palæſtinam.

Anno MCCCCLXVIII. *Eberhardus*, Wirtenbergiæ Comes, religionis ergò cœpit transmarinam profectionem, pro more & devotione iſtorum temporum, ad ſepulchrum Salvatoris Chriſti in Palæſtinam, cujus peregrinationis Ephemerides ipſe ſua manu ſcripſit: Comites ſecum ducens 24. lectos ex Nobilitate Sueviæ, qui omnes cum ipſo Equites creati ſunt S. Sepulchri Hieroſolymitani. Cruſius l. c. c. 5.

Altero Anno *Eberhardus* ille Comes, redux ex Palæſtina, jamque Barbatus dictus, Fridericum III. Imp. Romam denuò Religionis ergò proficiſcentem, comitatus eſt.

Monaſterium Prædicatorum Stuttgardiæ ab Ulrico Benenato, Com. Wirt. fundatum.

Anno MCCCCLXX. *Ulricus*, Beneamatus, Wirtenbergiæ Comes, Monaſterium Prædicatorum Stuttgardiæ fundare cœpit, mutatum poſtea in Xenodochium, in cujus periſtylio hæc leguntur verba, lapidi inciſa: Anno 1473. in Vigilia Aſſumtionis Mariæ Virginis venerunt Fratres Prædicatores, de conventu Nurnberg, & obtinuerunt aream iſtam a Generoſo Comite Ulrico de Wirtenberg. Ibi in pariete Cœnaculi æſtivalis hi quoque Verſus:

Bis ſeptingentis decies ſeptem tribus annis,
Sol in Virgineos poſtquam ſe contulit artus,
Lapſus, & Ulricus Pater hic Comitumque Ducumque,
Hoc dedit eſſe Sacrum Mariæ venerabile ſeptum:
Ordinis & noſtri, prædictum contulit eſſe.

Eodem Anno 1470. templum S. Georgii Tubingæ, ex lapide cæſo inſtauratum eſt ab *Eberhardo*, Wirtenbergiæ Comite, cum antea fanum ex ligno ibi fuiſſet.

Peregrinatio Riedenſis.

Anno MCCCCLXXI. prope Halam Suevorum in agro quodam pagi Rieden, terrea quædam rubri coloris Crux, cum ſanctis, ut credebatur, reliquiis reperta eſt, quæ cauſam dedit templo D. Virgini Mariæ ibi condendo, ad quod frequens hominum concurſus, omni Sabbathino die, præſertim poſtridie Dominicæ Jubilate fiebat. Sed hic cultus, luce puri Evangelii ſalvificâ exortâ, ceu lac vaccæ exaruit, uti ex Georgio Widmanno *Cruſius* l. c. c. 8. refert.

Johannes Reuchlinus.

Anno MCCCCLXXIII. *Johannes Reuchlinus* adoleſcens Lutetiæ Pariſiorum erat, ubi diſcebat Græcam Linguam ex diſcipulis Gregorii Tiphernatis. Tunc etiam *Johannem Lapidanum*, Theol. D. in Sacris Grammaticis, ad Sorbonam, & Guilielmum Tardivum Amicienſem, in vico S. Genovefæ: & Robertum

tum Geguinum, apud Maturinos in Rhetoricis Præceptores, audivit. Poſt aliquot autem annos e Suevia Pariſios repetens, Georgium, Hermonymum Spartiatam, Græce docentem, nactus eſt: Poſt hæc Græcas & Hebraicas literas, quaſi primus in Germaniam introduxit: Videatur ipſe Reuchlinus in Epiſtolis ſuis.

Anno MCCCCLXXV. celebratus eſt Romæ Jubilæus VII. a Sixto IV.

Eodem anno Mechtildis Palatina Rheni, Uxor ſecunda Alberti, Ducis Auſtriæ, Mater Eberhardi Senioris, Com. Wirtenb. Parthenonem Urſpringenſem reformavit, coactis rebellibus Monialibus per ruſticos ad officium, & pertinacibus in Exilium relegatis. Sic ab Anno 1348. ad hæc usque tempora collapſa jacebat diſciplina Monaſtica utriusque ſexus.

Hoc Anno quoque Templum S. Leonhardi Stuttgardiæ in Suburbio Eſslingenſi fundatum eſt.

Anno MCCCCLXXVI. vel, ut alii, Anno ſequente, regnante Ulrico, Comite Wirtenbergenſi, Monaſterium Monialium Adelbergæ, Præmonſtratenſis Ordinis, ſeorſim ibi viventium, Berchtoldo Dürrio, Abbatiam ibi adminiſtrante, ex conceſſione Papæ translatum eſt in Cœnobium Virginum, prope oppidum Lauffam. Diſceſſerunt Sanctimoniales illæ, quarum Abbatiſſa erat Catharina, Ulrici, Wirtenbergiæ Comitis, Filia, invitæ, nec ulla ſua culpa, ſed tantùm favore Ulrici, Wirtenbergiæ Comitis, & Abbatis Dürrii, qui credebant, devotius & ſecurius ſegregatim a Monachis famulitium DEO præſtari poſſe. Deinde Monaſterium illud pervenit ad Duces Wirtenbergiæ.

Fundatio Academiæ Tubingenſis.

Annus MCCCCLXXVII. inſignis eſt fundata Academia Tubingenſi ab Eberhardo Barbaro, Comite Wirtenbergiæ, hortatu Matris ſuæ Mechtildis, natalibus Palatinæ Rheni, ſecundis nuptiis Ducis Auſtriæ, (quæ Mater quoque fuit Academiæ Friburgenſis) & Patrui Ulrici Beneamati, Wirtbergiæ Comitis, auxilio. Fecit magnum hoc opus Eberhardus, ut ipſe ſemper haberet copiam Eruditorum Virorum, quos honorabat, & illis impenſe delectabatur. Hunc enim ſibi Theſaurum, ac toti poſteritati ad honorem DEI, utilitatem Eccleſiæ ac Reipublicæ, ornamentum celebritatemque Eccleſiæ ſuæ, maximum fore exiſtimabat. Digna ſunt verba, quæ in ipſa fundatione, & privilegiorum, Univerſitatis Tubingenſis, conceſſione, Eberhardus ille refert, Pontificiæ quidem Religioni adhuc addictus, hujus tamen Reformationem ſubinde optans, & obtinendæ huic ipſam quoque Academiam fundans: Wir Eberhard/ Grave zu Würtemperg und zu Mümpelgardt/ ꝛc. der Eltere/ bekennen und thuen kund und offenbahr allermanniglichen mit dieſem Brieve/ für uns und alle unſer Erben und Nachkommen: Dieweil nun wir von ſondern Gnaden deß Allmächtigen GOtts/ unſers Schöpffers/ von Gepurth/ und ſonſt zeitlicher Mächtigkeit Lands und Leuth die zuregieren und zu verſehen/ hochgeporn begabt ſeynd/ ſo iſt in uns wol Erkandtnus/ daß wir ſeiner Allmächtigkeit deſto mehrer ſchuldig werden an der Rechnung unſers Ampts darzulegen/ und zubezahlen/ und doch durch Blödigkeit menſchlicher Natur gebrächlich und ſömig an den Gebotten deſſelbigen ewigen GOtts erfunden werden: Demſelbennach uns billich gepürt/ nach unterthäniger Erkanntnus/

mit

mit demütigen Hertzen / ſo groß wir mögen unſer Schuld jahzulegen / und nach Troſten denſelben unſern ewigen GOtt und Schöpffer gögen uns in Barmhertzigkeit zu ermiltern / dem zu Förderung / und auch darmit wir der Hochgelobten Himmel-Königin / und Jungfrau Maria / der Mutter GOttes / und in allen Gottgeheiligten Wohlgevallen / und der gantzen Chriſtenheit Troſt / Hülff / und Macht / wider die Feind unſers Glaubens unüberwindlich geperen / dardurch wir dann nit minder hoffen / allen unſern vorfaarn und Nachkommen ſeelich Heil auch zu bauen / und unſer gantzen Herrſchafft Würtemperg / Lob / Ehrn / und Nutz zu erwerben / auch außwendig Schäden / den die unſern / nnd unſere zugewandten / bißher vilfälltig gelitten haben / zu verhüeten. So haben wir in der guten Meinung helffen zugraben den Bronnen deß Lebens / daraus von allen Enden der Welt unerſichtlich geſchöpfft mag werden / tröſtlich und heilſam Weißheit / zu erleſchung deß verderblichen Feurs / menſchlicher Unvernunfft und Blindheit / uns aufferwehlt / und fürgenommen / ein Hoch-gemein Schul / und Univerſität in unſer Statt Thüwingen zu ſtifften / und ufzurichten / die dann von dem heiligen Stul zu Rom / mit Päbſtlicher und vollkommenlicher Fürſehung begabt / und darzu mit gnug nottürfftigen gepürlichen und erbarn Statuten zu halten angeſehen iſt. Darauff wir dann geraitzt werden / unſer ſonderlich Gnad und Freyheit darzu auch zugeben / als wir dann das für uns / unſer Erben und Nachkommen thuen. Data ſunt hæc privilegia die S. Dionyſii, anno 1477.

Eccleſiæ Tubingenſis ex Parochiali in Collegiatam elevatio.

Idem Fundator *Eberhardus*, eodem tempore Parochialem Eccleſiam Tubingenſem S. Georgii elevavit in Collegiatam, ex Præpoſito & Canonicis idoneis conſtantem, translata hac dignitate e Syndelfinga Tubingam, permiſſu Sixti IV. Papæ, & Friderici III. Imperatoris.

Alicubi de fundatione Academiæ Tubingenſis hæc leguntur verba. Anno 1477. iſt die Hohe-Schul zu Tübingen / durch den Grav Eberhard / den Bartmann geſtifft / und durch Gabriel Bibel / einen Kapplins Münch / gepflantzt.

Nauclerus, primus Rector Acad. Tubingenſis.

Primus Rector almæ hujus Univerſitatis fuit *Johannes* Vergenhanns / ſive *Nauclerus*, Decretorum Doctor: primus autem Præpoſitus Eccleſiæ & Cancellarius Academiæ fuit Johannes Tügen, quem ſecutus eſt dictus Johannes *Nauclerus*. *Cruſius* l. c. c. 13.

Anno MCCCCLXXVIII. *Eberhardus*, Wittenbergiæ Comes, una cum Patruo *Ulrico*, Comite, inſtauravit Parthenonem Kircho-Teccenſem, atque iterum laboravit in inſtaurandis bonis moribus, Parthenonis Gnaden-Cellenſis, quibus Magiſtros quosdam præfecit, ſed exiguo cum ſucceſſu melioris diſciplinæ.

Dominicani hoc tempore Auguſtiniani in Wittenbergia docturi.

Cæterum, erecta Academia Tubingenſi, *Eberhardus*, Fundator, libenter ibi Conventum Prædicatorum habuiſſet, in quem docti Patres & Studioſi S. literarum mitterentur, ideò Patres quosdam ad ſe vocavit, cum quibus de Cœnobio Prædicatorum erigendo, & Eremitis S. Auguſtini, non admodum docti, in Eremum Gnaden-Cellenſem transmittendis, & illorum

loco Prædicatoribus Tubingæ introducendis, consultavit. Sed non succeſſit Consilium hoc, nec poterant Auguſtiniani Monachi Tubingâ tunc expelli, usque dum hoc factum deinceps eſt ab *Ulrico*, Wirtenbergiæ Duce, Vid. Cruſius l. c. c. 14. ubi de emendatione Parthenonis Gnaden-Cellenſis, & Reformatione denique ſubſecuta, plura refert.

Anno MCCCCLXXIX. Epiſcopus Auguſtanus, Petrus, Cardinalis Ottenburenſis Monaſterii, diſciplinam erigere conabatur, miſſis Reformatoribus, quos Monachi expulerunt, quibus cum Legatus Pontificis ſuperveniſſet, ipſi Cœnobio exceſſerunt, & magnas turbas dederunt, quibus immixtus *Georgius*, Bavariæ Dux, Epiſcopo infeſtus, Monaſterium occupavit, & expulſo Abbate, reformata deſtruxit: novo autem Epiſcopo Auguſtano, *Friderico*, Comite Zollerenſi, inſtituto, Dux Monaſterium reddidit, & Abbas reductus eſt. Felix Faber in oratione de Suevorum laudibus.

Nicolaus, pius in Helvetia Eremita.

Anno MCCCCLXXX. Eremita Helvetiæ, Nicolaus, Bruder Claus/ in Sylva Underwaldina vivebat, anguſtæ cellulæ incluſus, pietatis & Virtutum adhortator, Eccleſiam ſuam frequentans, bene ex ſacris literis, quanquam Idiota, locutus, & hoc continuò orans: *Deus me mihi adime, & tibi totum tribue.* Vid. Pantaleon de Vitis Illuſtribus Germaniæ, Stumpfius, & alii Scriptores rerum Helvetiæ.

Anno MCCCCLXXXII. *Eberhardus* Senior, Wirtenbergiæ Comes, iterum Romam profectus eſt, ut impetraret a Sixto Pontifice poteſtatem novi Cœnobii condendi, quam ipſi Papa non tantùm conceſſit, ſed & auream Roſam, qualis in Dom. Lætare conſecrari ſolet, dono dedit.

Burſa, ſeu Contubernium Tubing.

Eodem anno aucta eſt Academia Tubingenſis Contubernio, quod Burſam vocant, de quo Cruſius. l. c. c. 17.

Auguſtiniani Tubingenſes reformantur.

Anno MCCCCLXXXIII. reformati ſunt Auguſtiniani Monachi Tubingæ, poſtridie die S. Criſpini, qui annus inſignis fuit nativitate Martini Lutheri, Monachi Auguſtiniani, & Reformatoris deinde Germaniæ in Religione diu deſiderati, quo cum nova lux effulſit in tenebris.

Anno MCCCCLXXXIV. facta eſt Reformatio Cœnobii Sœfflingenſis per Ulmenſes, quibus adjuncti quoque fuerunt Conſiliarii Eberhardi, Wirtenbergiæ Comitis, ut Moniales illæ iterum ad regularem diſciplinam redigerentur, de quibus vid. Felix Faber.

Eidem Eberhardo, Comiti, curæ quoque fuerunt Religioſi, in Monaſterio Lorchenſi, ne in ſtudiis liberalibus & obeundis ſacris cum Venatoribus & canibus impedirentur. Vid. *Cruſius* l. c. ubi hanc curam Principis Eberhardi commendat, cap. 20.

Habebat hactenus Monaſterium Roggenburgenſe Tutores, ex commiſſione Imperatoris Ulmenſes, quam curam *Georgius*, Bavariæ Dux, illis adimere conabatur, quare multi Conventus ſunt habiti, ſed Anno 1486. die ſanctificationis B. Virginis Mariæ Abbas & Monachi militari vi coacti fuerunt, abnegatis Ulmenſibus Bavari tutelam aſſumere. vid. Felix Faber l. c.

Eodem

Eodem tempore diſſidium fuit inter *Sigiſmundum*, Auſtriæ Ducem, & *Eberhardum*, Wirtenbergiæ Comitem, de Advocatia Cœnobii Zwifaltenſis: lite autem apud Othonem Epiſcopum Conſtantienſem pendente, res ab Imperatore Maximiliano compoſita fuit. *De Advocatia Cœnobii Zwifaltenſis.*

Anno MCCCCLXXXVIII. Templum illud Marianum, immanis magnitudinis, Ulmenſium anno centeſimo undecimo, poſt prima fundamenta jacta, abſolutum eſt, quo nullum in Germania amplius, nec poſt Argentoratenſe magnificentius eſſe ſcribit, Cruſius l. 9. part. 3. c. 1. *Magnificum Templum Ulmenſe ad finem perductum.*

Circa hoc tempus *Jodocus Nicolaus*, Comes Zollerenſis, in animo habuit, Collegium ſacrum erigere, & dotare Hechingæ, ad honorem Dei, & Cœleſtis Reginæ, Virginis Mariæ, ac militiæ totius cœleſtis, quod opus ipſe deinceps poſt mortem Filiis ſuis reliquit.

Eodem anno Monaſterium Comburgenſe, poſtquam triginta Abbates habuit, in Collegium liberum, vel ſeculare mutatum eſt.

Anno MCCCCLXXXIX. Lorchenſia & Noribergenſia Cœnobia confraternitatem quandam Monaſticam inter ſe inierunt, in qua multum hæreſis prævaluit. *Cruſius* l. c. c. 2. cui confraternitati alia acceſſit, quam Cœnobium Lorchenſe cum Monaſterio S. Ulrici & Afræ iniit Auguſtæ Vindelicorum. Anno 1497.

Anno Mcccccc. Johannes Beham, Ulmenſis, primus omnium in Germania Lexicon Hebraicum, & libros aliquot Grammaticos a Judæis comparavit, quibus Johanni Capnioni, Pelicano, & aliis præfuit, teſte Geſnero in Bibliotheca.

Anno Mcccccxci. cum *Thomas Perloverus*, Epiſcopus Conſtantienſis, à Papa impetraſſet, ut Epiſcopatus attenuati incommoda refarciret, Sacerdotes & Prælati quintam partem ſuorum redituum ad aliquot annos dare recuſabant, provocantes ad Concilium generale: interveniente autem *Eberhardo* Seniore, Comite Wirtenbergenſi, cum fœdere Suevico dederunt vigeſimum nummum.

Anno MCCCCXCII. *Eberhardus* Senior, Comes Wirtenb. impetratâ, uti antea dictum eſt, a Pontifice Romano veniâ, fundavit Cœnobium S. Petri apud Eremitas, in nemore Schœnbuch, in quo ſub Præpoſito quodam viverent Sacerdotes, Nobiles, & Cives Wirtenbergiæ & Sueviæ, ad colendos juxta Religionem bonos mores, & Virtutum atque literarum Studia, omni Ordini Provinciæ Wirtenbergiæ, quæ ex iſtis tribus Ordinibus juntûm conſtabat proficua. Deſcripta legitur hæc fundatio valdè utilis & memorabilis, & plus in receſſu habens, quam quidam opinantur, peculiari libello, quem allegat *Cruſius* l. c. c. 5. *Eberhardus Senior, Comes Wirtenbergicus, Fundator Cœnobii in Sylva Schœnbuch.*

Non prætereunda quoque hoc loco ſunt, quæ iſto tempore legebantur in libro quodam, Parthenonis Kirchheimenſis ſcripta, de Oratione Dominica, & Sacrâ Scripturâ, unde Moniales illæ ad puriorem Religionem duci & informari potuiſſent, ſi ſatis iſta perpendere voluiſſent: Das Vater Unſer iſt dem Allmächtigen GOtt für die andern Gebet gefälliger / *De Oratione Dominicâ & S. Scripturâ examinæ Reflexiones.*

Zum ersten / daß wir damit allein solche heylsame und nutze Ding bitten: die da dem göttlichen Willen gar wohl gefallen. Zum andern / daß das Gebett gedicht und gemacht ist worden von dem allerliebsten Kind GOttes / dem da sein himmlischer Vatter nichts mag versagen ꝛc. Welcher Mensch begehret / daß er stetiglichen wohl geschickt sey zu dem Dienst GOttes / und zu den guten Wercken / der lese gern / oder höre gern lesen / oder predigen das GOttes Wort. Dann die H. Schrifft hat eine solche Krafft / daß sie dem Menschen sein Verständnuß erleuchtet. ꝛc. Ergò Sacra Scriptura ab Auctore hujus libri isto tempore non tam obscura, nec materia litium credebatur, quemadmodum Pontificii asserunt contra doctrinam Pauli, 2. Corinth. 4. v. 6. & 2. Timoth. 3. v. 15. 16. 17.

Eberhardus Senior ex Comite fit primus Dux Wirtenbergiæ.

Anno MCCCXCV. *Maximilianus* I. Imp. die 21. Jul. *Eberhardum* Seniorem, Comitem Wirtenbergiæ, creavit Ducem Wirtenbergiæ & Tecciæ, solenni ritu, unde multa posthac commoda toti Imperio, & ipsi Religioni Evangelicæ accesserunt: sicque res Wirtenbergicæ a parvis initiis, pietate non minus, quam prudentia, justitia & industria, in majus per istam dignitatem Ducalem creverunt, & hactenus a piis & sapientibus Principibus regebantur, quibus duo excellentissima DEI dona, tanquam lumina Vitæ, hucusque constanter accesserunt, veræ nimirum Religionis ex Verbo DEI doctrina assidua & Tubingensis præstantissimorum in omni genere artium ac disciplinarum Doctorum, Academia, quos Thesauros non domestici tantùm, & Cives, sed exteri quoque æstimant & prædicant.

Eodem tempore Monasterium Monialium Canonissarum Regularium, Ordinis S. Augustini extra muros oppidi Owen, in honorem B. Virginis Mariæ & SS. Martini ac Fridolini, Catharinæ quoque & Barbaræ Virginum consecratum, de novo constructum, & indulgentias juxta hujus Seculi hæresin Roma accipiebat a Cardinalibus.

Gabriel Biel moritur.

Eodem anno nempe MCCCCXCV. *Gabriel Biel*, (in pago Biel prope Rotenburgum ad Nicrum, unde nomen accepit, natus) è Societate Clericorum vitæ Communis, Theologiæ Licentiatus, & Publicus in Academia Tubingensi Professor, obiit. Natalis Alexander (qui alias in multis Testimonia veritatis contra Papatum edidit, uti B. Elias Veiel, Theol. Ulmensis, peculiari dissertatione exposuit) hunc G. Bielem commentariis in Libros IV. Magistri sententiarum, Expositione canonis Missæ, & Sermonibus editis, claruisse, scribit, sed notum est, hunc *G. Bielem* Aristotelem in suggestu Ecclesiastico Tubingæ exposuisse, cum Verbum DEI prædicare debuisset.

Mors Eberhardi primi, Ducis Wirtenberg.

Anno MCCCCXCVI. die S. Apostoli Matthiæ *Eberhardus*, Wirtenbergiæ Dux, Tubingæ in arce Palatina vita defunctus est: Princeps inter alias Virtutes Religionis quoque studio commendatissimus, cujus gratia ipse non tantum Alpes Rhæticas transiens, bis Romam accessit, sed & Civitatem Hierosolymitanam, visionem pacis, typum Matris nostræ, quæ in Cœlis

Cœlis eſt, æterni Regis olim in terris ſolium, oculis contemplatus eſt. Pro S. Petri Religione, (quæ Canonicorum Regularium ſecularium dicitur) domum fundavit, ac pinguibus munivit reditibus. Eccleſiaſtici ac vere Catholici Gymnaſii, ſeu Univerſitatis Academiæ Tubingenſis fundamenta primus omnium jecit, atque Patronus extitit, hancque Univerſalem plantando Scholam, Eccleſiæ vineam plantavit electam, ſemen verum, quo implevit terram, cujus umbra operuit montes & arbuſta, cedros DEI, extendens palmites ſuos usque ad Mare, & usque ad flumen propagines ejus. Ipſe quoque V. & N. Teſtamenti Canonem (in quo ſolo, ut in fonte omnem literarum Sapientiam reſidere, primus Academiæ Tubingenſis, nondum in Religione reformatæ, Profeſſor Theologiæ Sommerhartus agnoſcebat) legendo complevit ſæpius, tamque renaci memoriæ commendavit, ut illum Sacrorum Bibliorum quaſi defenſorem cenſuiſſes. Addidit his Auguſtini meditationes & ſoliloquia, frequens adeo in Diſputationibus Theologicis publicis, fundatæ a ſe Academiæ & indefeſſus Sacrorum Auditor, bonorumque Verbi DEI Præconum, uti ætas illa tulit, explorator ſagaciſſimus, incomparabili ardens deſiderio, ut eo viveret, quoad usque univerſale Concilium ad reformationem Eccleſiæ fieret, in membris atque Capite. Videantur de hoc domeſtici rerum Wirtenbergicarum Scriptores omnes. Nauclerus, quem Magiſtrum ſuum tanti Princeps hic æſtimavit, Sommerhartus, Cruſius, aliique, non Germani tantum, ſed Itali quoque, qui Principem hunc, tanquam de Cœlo miſſum, venerabantur. *Ejus Virtutes.*

Anno MCCCCXCVII. infra Civitatem Suevo Hallenſem, ad fanum quoddam in pago Enſslinga peregrinatio celebrabatur, ad tres miros ſanctos, quæ externum tantum ornatum & opes reſpiciebat, & pauperrtatem contemni habebat, ridicula ævi iſtius ſuperſtitione, quæ per annos 28. duravit, & demùm Civili Ruſticorum bello deſiit. *Cruſius* l. c. c. 8. ubi addit. Der Luther hat ſolchen Wallfahrten ein böſe Schalckheit gethan.

Eodem anno die 16. Febr. in oppido Craichgojæ Bretta, natus eſt *Philippus Melanchthon*, expugnator barbariei, & artium excultor, dictus Præceptor Germaniæ. *Nativitas Philippi Melanchthonis,*

Anno *MCCCCXCIX.* Templum Partheronis Gnadenſe Cellenſis, magnis impenſis reſtauratum fuit a Monialibus, quibus antea multum contulit *Eberhardus* Barbatus, Wirtenbergiæ Dux, mitis Eccleſiarum Patronus. *&*

Eodem anno in Oppido Suevico Wila, die 30. Junii, natus *Johannes Brentius*, fulgentiſſimum novi, mox etiam in Religione, Seculi Lumen. *Johannis Brentii.*

Digitized by Google

Seculum Decimum Sextum.

Initia Reformationis per Lutherum ſuſceptæ.

HOc ineunte *Maximilianus I.* Imp. ipſe auctor quoque melioris Seculi, Cœnobio Lorchenſi Privilegia confirmavit, & altero mox anno *Martinus Lutherus*, futurus Eccleſiæ Repurgator, ad Eccleſiam Erfordenſem ſtudiorum cauſa profectus eſt, extirpaturus primo indulgentiarum nundinas, quæ initio hujus Seculi Calvam quoque, oppidum Wirtenbergiæ, pervenerat, præſente Legato Pontificis Cardinale, Raymundo. Cum autem Megalander ille noſter, Magiſter artium, Erfordiæ quadriennio poſt crearetur, Studio Juris operam deſtinans, fulmine deterritus, contulit ſe in Cœnobium Auguſtinianum.

Iſto tempore Monachi Cœnobii Murrhartenſis cum Abbate Philippo Rennero conabantur cucullum abjicere; audentes Cœnobium hoc in ſeculare Collegium convertere, translato Eccleſiaſtico & Seculari Feudo ad Domum Wirtenbergicam; ſed recuſabat hoc Leo X. Pont. Rom. & Murrhartenſibus, Romæ hærentibus, Ordinis tantùm converſionem ſconceſſit absque Feudo Wirtenbergico. Illi autem, pecuniâ defecti, Bullam Converſionis pro certâ pecuniæ ſummâ Fuggeris Auguſtæ Vindelicorum pignori dederunt, quam Ulricus, Wirtenbergiæ Dux, a menſa Fuggerana redemit, & priorem Cœnobii Murrhartenſis, ultra biennium in turri Aſpergenſi detinuit, Monaſterium autem Murrhartenſe in ſuo ſtatu permanſit.

Anno MDIV. Ulricus, Wirtenbergiæ Princeps, in Bello Bavarico, Cœnobium Maulbronnenſe, antehac ad tuitionem Comitis Palat. Rheni pertinens, occupavit, inque tutelam ſuam recepit. Vid. Baſelius, Continuator Chronici Naucleri, *Cruſius* l. c. c. 13. & Scriptores rerum Wirtenbergicarum.

Anno MDVI. Johannes Capnio Hebraicam Grammaticam primus Latine ſcripſit, & edidit cum Lexico Hebraico.

Quam levem autem, & ridiculam animarum curam Sacerdotes iſto tempore habuerint, *Cruſius* l. c. c. 14. ex Bebelii libello faceriarum colligit, quod iſto anno in die reſurrectionis Dominicæ, frater quidam Ordinis Prædicatorum (ſicut antea quoque Sacerdos quidam Waiblingenſis fecerat,) mandavit Triumphalem iſtam Cantionem; Chriſt iſt erſtanden / illi exordiendam, qui Domi ſuæ Imperium in uxorem haberet. Ubi, cum nemo Virorum inciperet, idem juſſit facere mulieres, quæ Domi imperarent, & tunc omnium ſtatim Symphonia peracta.

Extollebatur quoque adhuc iſto tempore in omnibus templis & aris, tanquam Dea B. Virgo Maria, omnesque ſtudebant, ſuis operibus ſalutem apud DEUM conſequi. Inter alios autem Johannes, Præſul Misnienſis, in ſuperſtitionem iſtorum temporum, ipſe ſæpe jocabatur, dicens aliquando: *Ss S. Biblia lego, aliam invenio Religionem, quam noſtra hodie eſt, & illam noſtris moribus ac inſtitutis valde diſſimilem.* Uti teſtatur Georgius Fabricius l. 5. Annal. Misnienſium. Cœpit ſcil. attollere oculos Præſul iſte, & Paulo Apoſtolo credere, qui unum tantum Mediatorem, Chriſtum, aſſeruit, qui nos venire ad ſe

se immediate sine Matre sua jussit. Et valet omninò illud Epiphanii l. 3. Hæresium 59. Sancta quidem Maria, non tamen Dea: Virgo quidem honorabilis, non tamen adorandum nobis data.

Celebris isto tempore fuit in Wirtenbergia Petrus Jacobi Arlonensis, Jurium Doctor, beneficio Eberhardi Probi, Ducis Wirtenb. Ecclesiæ S. Pancratii in Backnang Præpositus, Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ S. Crucis Stutgardiensis, & Rector Ecclesiæ Parochialis in Waiblingen.

Anno MDIX. singulare fuit supplicium, quo Bernæ Helvetiorum quatuor Monachi Dominicani flammis combusti sunt, quod variis technis & arte Magica per Juvenem quendam populo persuadere conati fuerint, B. Virg. Mariam esse in peccato a Matre conceptam. Debuissent scil. & potuissent illi aliis, & melioribus ex S. Scriptura desumtis argumentis sententiam suam probare, contra Parisinam, Colonienſem, Basileensem, & Moguntinam Studiorum Universitatem, qui tradebant, B. V. Mariam absque peccato Originali conceptam esse singulari quodam Privilegio ignorare se, ubi in sacris literis extet. *Crusius* l. c. c. 16.

Jo. Reuchlin cum Colonienſibus Doctoribus habita disceptatio propter libros Judæorum.

Anno MDX. bellum inter Johannem Reuchlinum, & Colonienses Doctores natum est; Cum enim Imperator Maximilianus I. mandasset Reuchlino, ut suam sententiam de Judæorum libris scripto explicaret, num omnes (sicut quidam faciendum instarent,) nec ne, cremandi essent, Archi-Episcopoque Moguntino id scriptum transmitteret, Cæsari reddendum: fecit id *Reuchlinus*, sententiamque suam aperuit in libro, quem oculare speculum inscripsit. Igni autem adjudicabat non omnia Judaica scripta, sed tantum quæ blasphema, hæretica, famosa, & reprobatæ lectionis essent. Hoc displicuit cuidam Judæo baptizato, *Pfefferkorn* dicto, Coloniæ viventi: qui postea MDXIV. propter panem *Eucharistiæ* prophanatum, Halæ Saxonicæ carptus ignitis forcipibus, & crematus est. Hic omnes Hebræorum libros, præter sola Biblia, comburi volebat. Sperabat forte lucrum, si pecunia hoc malum a suis libris redimerent Judæi. Huic suo consilio advertari videns *Reuchlinum*, famosos libellos in eum ejaculatus est, & Colonienses *Capnionis* librum combusserunt. Res ita exagitata fuit, ut ad Parisienses etiam deducereetur, qui & ipsi *Reuchlino* infesti erant. Pontifex vero Rom. & Cardinales, qui favebant Eruditioni *Reuchlini*, non acceptabant accusationem Jacobi Hochstrati, qui Colonia Romam ob illum oppugnandum profectus erat. Hinc natus est facetus ille libellus, qui inscribitur: Epistolæ obscurorum Virorum: quibus mirificè barbaries Colonienſium Professorum exagitatur. Ac tandem majore negotio *Lutherano*, hoc minus dissidium exitinctum est, *Reuchlinique* existimatio & auctoritas tanto magis crevit. Vid. *Sleidanus* in libro de Statu Religionis & Reipub. sub *Carolo V.* l. 2. *Crusius* l. c.

Anno MDXI. *Matthæus Lang*, Patria Augustanus, Episcopus Gurcensis & Salisburgensis, atque Cardinalis invalescere, ut alibi, ita per Sueviam quoque cœpit; ubi Capitulo Cathedrali Augustano, cujus Præpositus quoque fuerat, nova Insignia, & Privilegi-

vilegium a Papa impetravit, ut poteſtatem in poſterum liberam haberet, eligendi ſibi Majoris Præpoſiti quovis tempore. Vid. Scriptores rerum Auguſtanarum, *Gaſſarus*, *Henningus*, & alii.

Comitia Treviris habita propter Reformationem Eccleſiæ. Abbas Zwifaltenſis à Duce Ulrico captus.

Anno MDXII. Comitia Cæſaris & Principum, præſentibus multis exteris Legatis, acta ſunt Treviri, in quibus inter alia actum fuit de Declinatione Papæ ab Imperatore, deque variis gravaminibus in Religione, mox reformanda. Interfuit his Comitiis quoque *Ulricus*, Wirtenb. Dux, qui ab Abbate Zwifaltenſi non impetrans, quæ voluerat, domum properans, captum illum in arcem Neuffenſem deduxit, hinc Epiſcopum Conſtantienſem ſibi adverſantem, Papam verò faventem habuit, biennio autem poſt Abbas liber factus, & res compoſita fuit. *Cruſius* l. 10. part. 3. c. 2.

Hoc anno male adhuc habuit Cœnobium Murrhartenſe, valdè obæratum, & Monachis in alia Cœnobia diſperſis, qui demum *Ulrico*, Wirtenbergiæ Duci, anno MDXIX. in caſtris ad Reutlingam ſupplices poſtliminio reſtituti fuerunt, adjuvante Cœnobium *Ulrico* Duce, qui *Martinum Merlinum*, Abbatem, ibi firmavit. *Cruſius l. c.*

Leo X. novum Papa Ulrico, Duci Wirt. Electionem ſuam literis ſignificat.

Anno MDXIII. *Leo X.* in locum Julii II. Papa electus, *Ulrico*, Wirtenbergiæ Duci, electionem hanc literis ſignificavit, his inter alia verbis uſus: *Hanc autem aſſumptionem noſtram, ad tuam conſolationem ſignificandam duximus Nobilitati tuæ: quem, uti peculiarem noſtrum, & Eccleſiæ ſilium, ſingulari complectimur charitate: hortantes eundem in Domino: primum, ut porrigi facias preces ſolennes ad Dominum DEUM noſtrum, ut nobis ſuâ gratiâ aſſiſtat, ut Eccleſiam ſuam ſanctam, ad gloriam & honorem ejus, exaltationem fidei, & extirpationem hæreſium, ac pacem & quietem populi Chriſtiani, feliciter in Domino gubernare valeamus. Tua igitur Nobilitas, (ut etiam Duces decet, a quibus bene vivendi exempla debent aſſumi,) fidem Catholicam noſtram, & Apoſtolicæ ſedis auctoritatem, honorem & libertatem Eccleſiaſticam, protegere & defendere velit: ut cæteri fidelis exemplo tui ad ſimilia invitentur.*

Obſervabat ſcilicet Pontifex Leo, res in Eccleſia jam paulatim vergere ad quandam Reformationem, in qua, quantum *Ulricus* per Sueviam nocere ſibi poſſet, intelligebat: quare hunc magis ſibi conciliare ſtudebat. Et ſterit quidem *Ulricus* Dux poſt illud tempus adhuc aliquandiu a parte Eccleſiæ Romanæ, ſed poſtea armis fœderis Suevici avitis ditionibus ſuis pulſus, paulatim Evangelicæ Religioni aſſenſum præbuit, illamque deinceps, recuperato Ducatu ſuo, in terras has introduxit, exaltans fidem vere Catholicam & Apoſtolicam, & extirpans hæreſes, pacemque & quietem populo ſuo largiens, & honorem item, atque libertatem Eccleſiaſticam cum aliis fidelibus Imp. Electoribus & Principibus protegens, atque defendens.

Eodem Anno die 15. Januarij, *Philippus Melanchthon* Tubingæ factus eſt Magiſter Philoſophiæ, vid. M. *Joh. Caſp. Zeumeri* vitas Profeſſorum Theologiæ Jenenſium. p. 10.

Poſt

Ulricus, Dux Wirt. protegit Reuchlinum.

Post hæc *Ubricus* hic Dux causam Capnionis, quam magis invidiæ, quam fidei esse credidit, strenue per literas egit apud Sacræ Theologiæ Professores, Academiæ Parisiensis, uti *Crusius* refert l. c. c. 4.

Nativitas Christophori, Ducis Wirt.

Sequens annus MDXV. insignis fuit nativitate, re & nomine *Christophori*, Wirtenbergiæ Ducis.

Ulricus, Dux Wirt. Romam Legatos mittit, & in quibusdam à Papa dispensationem petit, eamque impetrat.

Anno MDXVII. *Ulricus*, Wirtenbergiæ Dux, Romam misit Oratores quosdam, quos inter *Ernestus Bamff*, Ecclesiæ Collegiatæ Georgii & Martini in Tubingen, Canonicus fuit, qui *Leoni X.* Papæ humiliter supplicabant de confessore eligendo, qui ipsos a quibusvis peccatis absolvat, & ut a peregrinationibus longinquis, præsertim transmarinis, liberentur: exceptis tantum religionis & castitatis votis; de altari portatili habendo; de vescendo per Quadragesimam, & alia prohibita tempora, ovis, butyro, caseo, aliisque lacticiniis, & carnibus: liberè & absque conscientiæ scrupulo. Item, ut singulæ Oratrices, cum aliis 4. honestis mulieribus, quater in anno Monasteria ingredi Monialium possint, dummodo ibi non pernoctent. De corporibus Oratorum, tempore etiam interdicti, Ecclesiasticæ sepulturæ tradendis; quæ omnia *Leo* Papa, Ulrico Duci, & Domui Wirtenbergicæ indulsit.

Henrici Bebelii, Professoris Tubing. Testimonium Veritatis.

Quales autem fuerint adhuc his temporibus plerique, qui in Suevia & alibi per Germaniæ Ecclesias docuerunt publicè, vel ex illis constare potest, quæ *Henricus Bebelius*, Professor Academiæ Tubingensis, in Commentariis suis Latinæ Linguæ, ante initia reformatæ Religionis in ipsis Papismi tenebris, terras has obfuscantibus, scripsit hunc in modum: *Anilas fabulas detestor, quod plures inveniantur, qui has populo prædicando, non solum inducunt homines ad earum fidem, verùm etiam in iis demorantes, ea, quæ vera sunt, & in salutem animarum dici possunt, omittunt. Sunt enim plures, & præsertim aliqui Monachi, qui, dum concionantur ad imperitam plebem, ut phaleratis & ampullosis verbis populum demulceant, ut famam eruditionis consequantur, & ut culinam suam, vel fratrum, lautius instruant (vel potissimum, dum Evangelia tanquam consuetis, atque rebus quotidianis, pudet esse contentos) non verentur excogitare nunc somnia, nunc revelationes (ut ipsi ajunt) Sanctorum Patrum, quibus in Christum, nedum Sanctos, falsa & mendacia aliquando comminiscuntur: dum non credunt, satis placere se, nisi exotica aliqua, atque peregrina, in medium afferant, ut plebs postea gestibunda jactet: se audisse a D. Sixto, vel fratre Johannitio, quæ antea nunquam audiverit a quoquam. Ac dum Dom. Sixtulus, vel frater Lucharius, in nigra barba, sic famam suam illustravit: ne existimationem suam in posterum extenuet, aut plebem in laudem suam lepidiorem reddat, non dubitat dies atque noctes somniare, & figmenta componere, quo semper clariorem se reddat. Tandem eò progreditur, ut fabulas (quas ipsi exempla vocant) totos dies consumat (quas ipse pro sua existimatione magnificanda, satis admirabiles jam primum excogitavit) & nihil vel parum de sacris literis proferat, parùm dicat, quod sit animæ saluteferum. Nec reformido illa eorum exempla fabulas*

nuncupare, quia ſcil. non ſunt illorum Doctorum ſcripta, quæ S. Romana Eccleſia annumerat inter Canonica: quoniam, (ut vult Hieronymus) quod absque certo auctore, vel ratione dicitur, eadem facilitate contemnitur, qua profertur, &c. Nemo igitur mihi perſuadebit: Veronicam veniſſe Romam ad Imp. Veſpaſianum, & illum ſudario liberaſſe à veſpis, qua intra nares ejus nidificaſſe dicuntur, indeque Veſpaſianum eſſe nuncupatum; & factum Chriſtianum, & expeditionem ſuſcepiſſe Judaicam, &c. Manifeſtis mendaciis velle adſtruere aut illuſtrare fidem noſtram, & divina miracula, cum Evangelica hiſtoria atque veritate poſſis firmiſſime, inſania eſt, &c. Illud etiam videndum mihi videtur, quod Concionatores iſti cujuscunque ſancti Feſtum celebrant, concionando clamant: fuiſſe illum ſuper omnes alios ſanctos, virtutibus & vita Sanctimonia, vel ſingulari ſanctitatis Privilegio dotatum perſuadent. Poſtquam ad alium venerint ſanctum, itidem faciunt, ſemper præſentem ſuper omnes alios extollendo. Taceo de laudibus, quas aliquando prater fidem tutelaribus ſanctis, quos Patronos vocant, Sacerdotes in dedicationibus adſcribunt, &c. Ortum Mariæ Virginis, ſimul & nativitatem, atque infanticam Domini noſtri JESU CHRISTI, (inquit S. Hieronymus,) in Apocryphis invenimus libris: in quibus multa contraria noſtræ fidei conſiderantes ſcripta, recuſavimus univerſa: ne per occaſionem Chriſti lætitiam Anti-Chriſto traderemus, &c. Dubitatur etiam de aſſumptione B. Mariæ Virg. Fabulantur item de Legenda Brandonis, de Purgatorio Patricii, de lepra Conſtantini M. qua apud nullum Græcum nec Latinum Scriptorem invenitur. Item de colloquio Sibylla cum Auguſto. Novi quendam, qui ex Theodorico Veronenſi, concioni ſuæ fidem adhibuit, cum merum ſit commentum: Sicut aliæ omnes (more antiquiſſimo Teutonum) cantiones vernacula de Giganteis (de Faſolde, Hiltebrando, Duce Ernesto) meræ commenta ſunt.

Indulgentiarum Papalium Mercatus occaſionem dat ad Reformationem Eccleſiæ.

Hoc ipſo anno, MDXVII. mercatus Indulgentiarum, de quibus ſæpius hactenus dictum, ad ſummum pervenit ſub *Leone X.* Pontif. Rom. qui generalem peccatorum remiſſionem, toti Germaniæ venalem præbuit, commendata hac nundinatione ipſi *Alberto*, Archi-Epiſcopo Moguntino. Inſtitor hujus mercatus inter alios nundinatores fuit etiam *Johannes Tezelius*, Pirnenſis Misnius, qui Francofurti ad Viadrum crucem cum Papæ inſignibus in templo erexit, quam ejusdem efficaciæ & dignitatis cum cruce Chriſti affirmabat, & ut plurimum auri pro literis indulgentiarum colligeret, dicebat; animas hominum, qui igne purgatorii cruciarentur, ad ſonitum auri in arculam indulgentiarum conjecti, ex templo liberari omni cruciatu, & ſubvolare in Cœlum, uti *Johannes Pomarius* teſtatur. Diſplicuit iſta impudentia valdè *Johanni*, Præſuli Misnienſi, ante memorato, qui dixit: hunc fore ultimum Indulgentiarum inſtitorem, nullumque animal audacius eſſe illo, quod e cucullo proſpiceret, referente Georgio Fabricio l. 3. Annal. Misnienſ.

Lutherus Tezelium impugnat.

Commovit quoque ſumma hæc *Tezelii* audacia inprimis *Martinum Lutherum*, jam Theologiæ Doctorem, ut ille ultimo die Octobris, contra indulgentias illas, ad valvas templi omnium Sanctorum propoſitiones affigeret

figeret, & ab Archi-Episcopo Moguntino per literas peteret, ut ille pro indulgentiis Evangelium potius doceri juberet.

Et hinc jam occasio atque principium diu desideratæ Emendationis & Reformationis in Religione Christianorum: hinc multorum Principum & Urbium a Pontificia doctrina, tot erroribus referta, recessus: hinc tot labores, tot pericula, & calamitates, dum Romani Pontif. diu inolitos errores non agnoscebant, sed ferrò, flammâ, omnique modo pro suis dogmatibus & hæresi contra Evangelicos pugnabant. De quibus, præter alios multos, *Sleidanus* in Comm. de Statu Relig. & Reipubl.

Præfuit isto anno in Suevia Episcopatui Augustano, *Christophorus à Stadion*, fautor Doctorum ipse Doctissimus, qui propter mutatam ab Augustanis Religionem, Augustâ Dillingam cum Clero secessit. Vocans ille inter Concionatores templi Cathedralis Augustani, *Iohannem Oecolampadium*, & *Urbanum Regium*.

Anno MDXVIII. *Maximilianus I.* Imp. Augustæ Vindelicorum, præsentibus omnibus Imperii Principibus, Electoribus, ultima sua Comitia habuit, ipse mortem suam brevi præsagiens, & Proceribus Germaniæ valedicens, tanquam non amplius in Comitiis videndus. Sollicitus inprimis quoque ob turbas, quas instare dixit in Religione, quibus invigilandum sit. Actum itaque tunc fuit de Doctrina *Lutheri*, quæ multos offendebat, multos quoque Fautores habebat. Venit ipse citatus Augustam ad Comitia, ubi cum Cardinale *Cajetano* sermones contulit de Potestate Papæ, & de fide justificante: cumque sententiam suam, tanquam erroneam, revocare juberetur, demonstrari sibi hoc petens, re infecta rediit in Saxoniam. In istis Comitiis quoque *Albertus*, Archi-Episcopus Moguntinus, Cardinalis Rom. Ecclesiæ inaugurabatur, summis muneribus à Cæsare & Pontifice ad hoc invitatus, ut auctoritatem Papæ apud Germanos fortius tueretur. Veniebant quoque eò duo Monachi Dominicani, & totidem Franciscani, ex India oriundi, qui in templo Cathedrali, præsente Imperatore *Maximiliano*, Liturgiam Chaldæorum lingua & Ceremoniis celebrabant, teste *Achille Gassaro*.

Maximilianus I. Imp. in Comitiis Augustanis Imperio, quasi proximè moriturus, valedicit. Citatur etiam ad hæc Comitia Lutherus.

Scripsit isto tempore quoque *Martinus Lutherus* literas ad *Iohannem Reuchlinum*, quem Organon Consilii Divini, omnibus Studiosis puræ Theologiæ expectatissimum appellat, sequeilli ingenii & eruditionis vitibus minorem dicit: parè tamen contra adversarios animi fiducia addens: hoc in *Reuchlino* egisse Dominum, ut Tyrannus Sophistarum aliquando, & tardius & mitius disceret vetis Theologiæ Studiis resistere, ac respirare inciperet Germania, Scripturarum doctrinâ tot heu! annorum centenariis non tàm oppressâ, quam extinctâ.

Lutherus Reuchlinum amat.

Assequebatur quoque mox Doctrinam DEI ex *Luthero Iohannes Brentius*, Wilensis, & *Martinus Frechtus*, Ulmensis, ipseque *Philippus Melanchthon*, Suevus Brettanus, a Friderico, Electore Saxoniæ, ad docendas literas Græcas in Academia Wittenbergensi vocatus, sic quoque facem accendit coruscanti Evangelicæ Religioni.

Luthero Io. Brentius, Phil. Melanchthon & Mart. Frechtus se associant.

Mors Maximiliani I. Imp. Exilium Ill. ini. Ducis Wirtenbergiæ.

Anno MDXIX. die 12. Januar. *Maximilianus I.* Imp. ex Augustanis Comitiis profectus in Austriam, obiit Welsæ, bene se ad mortem præparans: cui *Ulricus*, Wirtenbergiæ Dux, Stuttgardiæ solennes exequias quoque, præsentibus omnibus Prælatis, more Pontificio, fecit: ob captam Civitatem Reutlingensem bellum incurrens fœderis Suevici, à quo Ducatu Wirtenbergico pulsus est, dato huic Præside Christophoro, Barone Schwarzenbergio.

Carolus V. novus Imperator.

Electus tunc Imp. Romanus fuit *Carolus V.* Rex Hispaniæ, & Archi-Dux Austriæ; sub quo multum laboravit Wirtenbergia: Disputatione interea Lipsiæ instituta, inter Lutherum & Eccium, de Primatu Pontific. Rom. deque indulgentiis.

Anno MDXX. è Cancellariâ Stuttgardianâ literæ emittebantur, ut supplicationes cruce circumferendâ fierent pro pace, quæ hac regione cum Duce Ulrico exulabat.

Vendiderunt deinde Augustæ Vindelicorum Socii fœderis Suevici *Carolo V.* Cæsari, pro recipiendis sumptibus expeditionis in Wirtenbergiam, Ducatum hunc: cujus Dominus jam Carolus vetera Civium instituta & consuetudines servavit, & inter alia Præpositum & Cancellarium Academiæ Tubingensis, quandocunque locus vacaret, constituere potuit.

Lutherus anathematizatus Leonem X. P. R. pro Anti-Christo habet.

Hoc anno Augusta Vindelicorum recepit Evangelium juxta doctrinam *Lutheri*, qui, quoniam desistere ab hac noluit, diris devotus fuit a *Leone X.* Papa, quare ipse ad Concilium provocavit, Papam Anti-Christum appellavit, & multis scriptis Papatum oppugnavit.

Lutherus Wormatiæ in Comitiis veritatem Evangelicam magno animo profitetur.

Anno MDXXI. *Carolus V.* Imp. prima Comitia Wormatiæ habuit, ubi Pax per Germaniam propter dissidium Religionis multum jam laborans, decreta est. Venit illuc *Lutherus* quoque, publica fide citatus, & de sua doctrina constanter respondens: qui tamen a Cæsare proscriptus, & libri illius, tanquam novator & hæreticus esset, cremati fuerunt. *Fridericus* autem, Elector Saxoniæ, ipsum in arce Wartberg, prope Isenacum, securius abditum servavit: quem si quondam *Friderici* Impp. & Sueviæ Duces Doctorem habuissent, potuisset jam tum a Pontificio jugo Suevia hæc & Germania liberari. Sed nondum erat tunc tempus impletum tanti Operis, quod DEUS in hoc Seculum servavit.

Reuchlinus Tubingæ docet.

Eodem anno Academia Tubingensis amore politioris literaturæ, misit ad *Johannem Reuchlinum* Ingolstadium, ut, quod in Bojis ipse Hebraice & Græce cœpisset, deinceps inter conterraneos suos Suevos continuaret, qui Tubingam veniens, Grammaticam Hebraicam R. *Kimchi*, & S. Biblia docuit: primus etiam Publicus Doctor Græcus in hac Schola, uti *Crusius* de illo scribit, l. c. c. 10.

Anno

Anno MDXXII. *Carolus V.* Imp. fratri suo *Ferdinando*, Infanti Hispaniæ, & Archi-Duci Austriæ, in divisione hæreditatis paternæ, tradidit Ducatum Wirtenbergicum, quem hic postea ingressus, suscepit, & mox 26. Novemb. gravissimum Edictum contra illos proposuit, qui nollent Pontificiæ Doctrinæ parere, præmiumque delatoribus illorum constituit.

Diepholdus Wild Imperiali, ubi Evangelium professus est, ejicitur.

Hoc anno *Diepholdus*, Concionator quidam in oppido Imperiali Wila, quæ Patria fuit *Joh. Brentii*, docebat publicè, V. Mariam non esse Mediatricem hominum ad DEUM, nec cæteros Sanctos, neque esse purgatorium. Christum esse Mediatorem, in altero seculo tantùm esse cœlum & infernum. Concursus fiebat ad audiendum magnus. Sed monitus Senatus à Regiis Moderatoribus è Stuttgardia illum removit. Quod plebs ægre tulit & pauci ad altaria oblationes faciebant. Idem Monacho in Cœnobio Augustiniano sanctos intercessores commendanti, contradixit: ac favebant quidam huic *Diepholdo*, teste *Crusio* l. c. c. 11.

Prædicationis Evangelii Successus.

Sed & hoc ipso anno & priori jam doctrina Evangelii in vicinam Craichgojam introducta est, errores Pontificios primò omnium taxante & abolente, *Erhardo Schnepffio*, qui in oppido Guteberga, sub ditione & Patrocinio *Theodorici* a Gemmingen, (Viri Nobilis, omni laude dignissimi, & cui multum vera Religio in his locis debuit) & postea Wimpinæ quoque, Urbe Imperiali, sanæ doctrinæ semina sparsit, Collegas hujus muneris habens *M. Bernhardum Grub'erum* Gemmingæ, & *M. Martinum Germannum Furfelda*, atque *Johannem Gallum*: quos secuti sunt *Wolffg. Busius*, Pastor Ecclesiæ Gemmingensis, & Collega ipsius, *Franciscus Irenicus*, qui Germaniam doctissime descripsit. Vid. *David Chytræus* in Oratione de Craichgoja.

Docuerunt quoque eodem tempore puram Evangelii doctrinam in vicinis oppidis & pagis, *M. Joh. Rudolphi*, & *Matthæus Chytræus*, Pater *Davidis Chytræi*, in vico Menzingen, (cujus nobiles in hunc usque diem Religio & literarum studia semper Fautores & Patronos habuerunt) *Nicolaus Trahantius Flebinga*, postea *Joh. Sidrocrates Bretta*, *Georgius Junior*, *M. Petrus Ebermann*, & *Thomas Rana*, in oppido Eppingen, *M. Melchior Hippovius*, (qui primò Academiæ Regio-Montanæ initia docendo adjuvit,) in oppido Bischoffsheim: quorum nomina meritò servavit, & posteritati commendavit *Crusius l. c.*

Cœperunt quoque circa hoc tempus Concionatores Lutherano Evangelici uxores in matrimonium ducere, & Monachi, lectis Lutheri scriptis, è cucullis suis exsilire.

Andreas Osiander Norimbergæ prædicat Evangelium.

Præterea Noribergæ die Dominico 23. Febr. primam Concionem puriorem de semine Verbi Divini habuit, *Andreas Osiander*, ex Gunzenhusa, Franconiæ oppido, oriundus, cujus familia deinceps in Ducatum Wirtenbergicum Regio-Monte translata, optimè in hunc usque diem de vera Religione voce & scriptis meruit.

Eodem

Mors Reuchlini. Eodem hoc anno Stuttgardiæ obiit die 30. Jan. *Johannes Capnio*, trilinguis Eruditionis Antiſtes, cui Joh. Alexander *Braſſicanus*, Poëta & Orator Epitaphium compoſuit, quod *Cruſius l. c.* refert. Vid. vita illius à *Johanne Henrico Majo*, SS. Theol. D. & Profeſſ. in Academia Gieſſenſi, Celeberrimo, ſcripta.

Prædicatores Evangelii Halæ Suevorum. MDXXIII. *Johannes Eiſenmannus*, Parochus Halæ Suevorum fuit, ubi & *Johannes Brentius* biennium jam docebat. Sequenti anno Papiſticæ Ceremoniæ paſſim in hac urbe cadebant. Anno 1527. Miſſa abrogata eſt, quam ſoli Johannitæ adhuc ſervabant usque ad annum 1534. frequentantibus illam apud hos Patriciis, donec & hæc templo concluſo ſilere juſſa eſt, quod & extra Urbem in ditione hujus factum eſt anno 1540.

Circa annum 1523. *Matthæus Mareſchalcus* a Biberach, Eccleſiæ Auguſtanæ Canonicus ſcripſit Hiſtoriam de Antiquitate, & Initio Epiſcopatus Auguſtani, ex qua multa Annalibus ſuis inſeruit Achilles Gaſſarus.

Speiſerus Concionator Auguſtanus delicorum. Eodem anno *Joh. Speiſerus*, Theologus, Parochus Auguſtanorum, verbum DEI ſincerius magno cum fructu prædicavit; diſcedens tamen deinceps iterum ad Pontificios, & horrendo genere mortis vitam claudens, uti *Gaſſarus* & *Hemmgus* de illo teſtantur.

Anno MDXXIV. *Johannes II.* Abbas Hirſaugienſis obiit, ultimus ex illis triginta Abbatibus, apud quorum Imagines in refectorio æſtivali iſtius Cœnobii hi verſus adſcripti legebantur antehac:

Encomium Hirſaugiæ.

In fragili angelicam duxerunt corpore vitam
Et fuerant mundo mortua turba malo.
Hic locus effulſit Patribus virtute probatis:
Virtuti Sophiam junxerunt ſemper utramque
Abdita divinæ penetrarunt dona Minervæ:
In lucem egregios, variosque dedere libellos.
Mundities animi cibus eſt, & ſumma voluptas.
Qui ſatur eſt illa, ditior eſſe nequit.
Qui tribuere cibos, dapibus veſcuntur Olympi:
Pro donis capiunt cœlica regna ſuis.
Si cibus eſt modicus, non lautus, ſed nec opimus:
Vos Chriſti ſermo, & lectio ſancta, cibet.
Quando Monaſterium cœpit moderarier illis:
Et decor acceſſit, commoditasque loco.
Magnus amor recti, ſacræ quoque Religionis.
His fuit, atque loci cura laborque frequens.

Nativitas Hoc etiam anno die 26. Dec. in Sueviæ oppido Kauffbeuren natus eſt,

Victorinus Strigelius, qui notus est ex certamine, quod cum Illyr. Flacio habuit. Vid. M. *Jo. Casp. Zeumeri* vitæ Prof. Th. Jenens. *Victorini Strigelii.*

Cæterum proficiente hoc tempore Religionis emendatione, Evangelium Nerolingæ quoque pure annunciare cœptum est. *Nerolingæ praedicatur Evangelium.*

Tunc quoque Abbas & Conventus Cœnobii Schaffhusani, de quo supra suo loco aliquid dictum, Magistratui hujus Urbis Cœnobium suum reformandi causa tradiderunt. Missa deinde anno 1529. totâ hac Urbe expulsâ.

Idem fecit Catharina de Cimbern, Abbatissa Parthenonis Tigurensis, quæ traditis omnibus rebus Magistratui istius Urbis, & acceptâ provisione perpetuâ, Nobili cuidam Reitschachio nupsit.

Sed et reliqua Helvetia magis magisque ab illo tempore a Doctrina Pontificia in variis pagis, quos Cantones vocant, fecessit: Procurante hoc inprimis *Ulrico Zwinglio*, qui tamen in articulo de S. Cœna magnum errorem commisit, quem primo *Matthæo Aulbero*, Ecclesiasti in Civitate Reutlingensi, jam tunc Evangelico, literis detexit, in quibus verbum institutionis S. Cœnæ Dominicæ EST, explicat per SIGNIFICAT, adjutans in extremo Epistolæ Aulberum, ne cuiquam hanc explicationem communicet, nisi sincera in fide. Vid. *Buchholcerus* in Chronologia. Itaque mox inter *Zwinglium* & *Lutherum* dissidium de verbis Cœnæ Domini cœpit, quod hic ea simpliciter intelligebat, servans τὸ ῥητὸν, corpus & sanguinem Christi verè esse IN, aut CUM pane, ac sic ore quoque percipi, etiam ab indignis: non tamen crasso Capernaitico, sed Deo noto modo. *Zwinglius* autem ῥήτων esse contendebat, quærens διανοίαν hac expositione, hoc SIGNIFICAT corpus meum: cui subscripsit Oecolampadius, & postea Calvinus, illiusque assecla. Utraque tamen pars rejicit transsubstantiationem Papisticam. Nos quoque, ait *Crusius* l. c. c. 14. τὸ ῥητὸν tuemur in Wittenbergia DEO gloriam dantes. *Reformatio Ecclesiæ Helveticæ ob Ulrici Zwinglii errores manca.*

Eodem anno *Caspar Schwenckfeldius*, Nobilis Silesius, Jacobum Episcopum Uratislavien sem, ad puram Evangelii Doctrinam amplectendam, scripto hortabatur, sentiens tunc adhuc cum *Luthero*, qui cucullum Monasticum hoc anno gestare desiit. Postea autem *Schwenckfeldius* a Dogmate *Lutheri* in quibusdam Articulis discessit, & multos etiam Nobiles in Suevia seduxit. Ex Silesia enim Argentinam usque profectus est, ut plures hæresi sua inficeret, docens inter alia: Pronomen HOC in verbis institutionis S. Cœnæ ostendere Spiritualem & Cœlestem cibum. *Caspar Schwenckfeldio ab initio Lutheri Doctrina placet.*

Inciderunt in hunc annum quoque semina belli servilis, vel Rustici, primò contra Abbatem quendam prope Ulmam, ob exactum ex veteri consuetudine jus mortuarium, deinde contra *Sigismundum*, Comitem Lupffium, ob exacta nimis onera moti, & postea latius in vicinos Magistratus serpentis ac sævientis. Obtendebant rustici causam huic seditioni, quasi Doctrinam Evangelii tueri, & servitutem jam à Clodovei Francorum Regis temporibus gravantem, excutere vellent: *Belli rustici Origo.*

quo nomine non tantum in Suevia, ſed & Franconia, Thuringia, circa Rhenum & Palatinatum, in Alſatia & Lotharingia, commoti fuerunt, & duodecim poſtulata ediderunt, quorum unum quoque fuit de bonis Eccleſiæ Miniſtris præficiendis, & decimis poſthac à ſe, niſi certarum rerum, non ſolvendis. Quos tumultus *Lutherus* ſcripto improbavit, eosque ad obedientiam cohortatus eſt, Principes quoque moderationis admonens, ſed cum videret, ruſticos obſtinate nimis & crudeliter agere, ſuaſit illos armis coercendos: Senatui quoque Halenſi conſultanti, quid cum rebellibus agricolis faciendum eſſet, *Johannes Brentius* reſpondit, illis nihil eſſe concedendum, alioqui ventre ſuperbia tumefacto plus poſtulaturos.

Sic origo ruſticæ conjurationis per Sueviam & alibi, non ex doctrina *Lutheri*, uti falſo Pontificii arguunt, ſed ex Procerum quorundam auſteritate, & male intellectis Concionibus de libertate Chriſtiana, quaſi per hanc Magiſtratus tollere liceret, extitit, uti ſolet diabolus tritico Zizania interſerere.

Cæſi deinceps fuerunt hi rebelles ruſtici variis pugnis, præſertim apud oppidum Leippheimum, Duce *Georgio Dapifero*, Waldpurgenſi, qui illos quoque ad Bœblingam magna cæde ſtravit: ſumptis etiam ſuppliciis contra ſævitiem illorum. Fuit hoc bellum omnium nocentiſſimum, quo non tantum multæ arces & caſtella, ſed Monaſteria quoque deſtructa & direpta fuerunt: ex illis quidem in Wirtenbergia, Hohenſtauffa & Tecca, ex his, Maulbronna, Lorcha, Adelberga, Alba-Dominorum, Bebenhuſa, & Hirſaugia, in quibus documenta & ſcripta antiqua, diplomata, Bibliothecæ, comburebantur, lacerabantur, & cum ipſa memoria delebantur, incredibili cum jactura. Vid. Scriptores proprii de hoc bello ruſtico, & *Cruſius l. c.*

Johannes Hyglinus Martyr.

Anno MDXXVI. *Johannes Hyglinus*, Lindavus Presbyter, Mœrsburgi juſſu Hugonis, Epiſcopi Conſtantienſis, combuſtus eſt, quod contra dogmata Pontificia docuiſſet. Non longe poſt Epiſcopus hic Hugo cum Canonicis ſuis ex Oppido Conſtantia, propter diſſidium Religionis, migravit Mœrsburgo Uberlingam, inde Cellam, & Augiam Divitem.

Anno MDXXVII. Auguſtæ Vindelicorum vivebant Concionatores, *Stephanus Agricola*, *Urbanus Rhegius*, *D. Johannes Froſchius*, D. & M. *Michael Cellarius*, qui juſſu Senatus diſputarunt, in Senaculo contra Anabapiſtas, Prædicatorem habentes Jacobum Pellificem, Waldshuſanum, quorum utriusque ſexus circiter 104. captivi erant, inter quos quidam Civitatem ejurantes, dimiſſi ſunt, alii verò acrius puniti. *Gaſſarus* & *Heuningus* de rebus Auguſtanis.

Anno MDXXVIII. menſe Jan. *Caſpar Huberinus*, Theologus Auguſtanus, (qui poſtea libellum Interim recepit) miſſus eſt Bernam Helvetiorum, ubi Diſputatio & Colloquium inſtituebatur, contra eſſentialem corporis Chriſti in S. Cœna præſentiam, & de tollendis e templis ſimulacris ac altaribus: cujus colloquii acta manuſcripta extant in Archivo Ducali Wirtenbergico Stuttgardiæ.

Anabaptiſmus Suevi-

Spargebatur hoc tempore multis in locis hæreſis Anabaptiſtarum extra Thuringiam quoque, in ditione Noribergenſium, & per Sueviam in Civitate

vitate Augustana, ubi *Eitelius Johannes Langenmantel* de Cuneo, primus inter Patricios illam recepit, relegatus propterea à Senatu in villam suam Leitersho-fam. Restabant tamen adhuc multi illorum Sectariorum in istâ Urbe, quorum quidam in carcerem conjecti sunt, qui tamen denique errorem revocantes, in Urbe manserunt, reliqui autem expellebantur. *aut quoque turbat.*

Eodem anno *Conradus Somius* Civitati Ulmensi Auctor factus est recipiendæ doctrinæ Evangelicæ.

Civitas Constantiensis quoque hoc tempore post Bernensem disputationem Missam abrogavit, atque aras & imagines è templis sustulit, docente apud eos *Ambrosio Blaurero*, qui antehac Monachus fuerat in Cœnobio Wirtenbergensi Alpirspachio, sed lectione motus librorum *Lutheri*, inde excesserat, singulari Divinâ providentiâ, Studio Theologico devotus; Unde factum quoque, ut mox ipse secutis annis Religionem quoque in Ducatu Wirtenbergico una cum *Erhardo Schnepffio* in melius reformaret; de cujus Studio in Religione merentur legi, quæ habentur in Chronico quodam manuscripto Civitatis Constantiensis. *Ambrosius Blaurer Constantiæ Evangelium prædicat.*

Notabilis quoque fuit annus hic nativitate *Jacobi Andreæ*, Theologi insignis, Waiblingæ d. 25. Martii. *Nativitas Jacobi Andreæ.*

Anno MDXXIX. *Carolus V.* Imp. Spiræ Comitia celebravit, in quibus inter alia de Religione maximè actum fuit: cumque ex pauciorum sententiâ quædam pro Pontificia Religione contra Evangelicam decreta essent, *Johannes*, Elector Saxoniæ, *Georgius*, Marchio Brandenburgicus, *Ernestus* & *Franciscus*, Duces Luneburgici, *Philippus*, Landgravius Hassiæ, *Wolffgangus*, Princeps Anhaltinus, scripto contrario die 19. Apr. illis contradixerunt, unde nomen PROTESTANTIUM exortum. Cum quibus se conjunxerunt primi nominis Civitates, Argentina, Noriberga, Winsheimium, Weissenburgum, San-Gallum, & in Suevia Ulma, Constantia, Reutlinga, Nerolinga, Heilbronna, Isna, Lindavia, Campidunum, Memminga. Omnes hi Protestantes provocarunt ab actione Spirensi ad Cæsarem, (cui quidem discessio illa à Pontificia Religione bilem movit) & ad futurum Generale Concilium legitimum, & denique ad omnes non suspectos judices. *Spirenſia Comitia, ubi Principes Evangelici contra Papam protestantur.*

Fiebat etiam tunc Reformatio Religionis Basileæ, exustis simulacris, quorum quadraginta sex plaustra, e templis suis evecta, San-Gallenses flammis manciparunt: facta pari εἰκονομαχίᾳ Constantiæ, decreto Senatus. *Stumpffius* l. 5. c. 7. Hist. Helv. *Rigor Iconoclastarum.*

Halæ Suevorum quidam Senatores dignitate sua moti sunt, quod vehementer se Doctrinæ Evangelicæ opposuerint.

Contra ex Civitate Rottwilensi 400. homines ejecti sunt, quod à Papatu deficerent. Gamundiæ quoque septem homines propter Religionem interfecti sunt, præsidio ex Wirtenbergia Austriaci tunc Juris, dum id ageretur, adducto. *Exilia Evangelicorum.*

Bœblingæ autem ſeptem homines, quibus hæreſis Anabaptiſmi imputata fuit, cremati ſunt.

Menſe Octobri Legati Principum & Civitatum Proteſtantium conveniebant Suabachii, ob ineundum Religionis cauſa fœdus. Sed Argentinenſes & Ulmenſes negabant, ſibi aliquid à ſuis de comprobanda per omnia Saxonum doctrina mandatum eſſe: quæ duæ Civitates etiam poſtea Smalcaldiæ reliquis fœderatis non aſſentiebantur.

Colloquium Marpurgenſe inter Lutherum & Zwinglium.

Sub initium ejusdem Menſis Octob. ſollicitatione *Philippi* Landgravii Haſſiæ habitum eſt Colloquium Marpurgenſe de Cœna Domini inter *Lutherum* & *Zwinglium*, quorum conſenſus tamen circa hoc dogma impetrari non potuit. Aderant cum *Luthero* collocutores *Philippus Melanchthon*, *Juſtus Jonas*, *Andreas Oſiander*, & *Joh. Brentius*: cum *Zwinglio Oecolampadius* & *Bucerus*.

M. Martinus Cleſſius, cognomento Uhinger, Conſtans Evangeli Confeſſor.

Iſto tempore *M. Martinus Cleſſius*, cognomento Uhinger, Canonicus Collegii Sacri in Faurndan, prope Göppingam, cum aliis Collegiis ſuis Canonicis odio eſſet, propter Doctrinam Lutheri, quam amplectebatur, diſceſſit inde cum Matre ſua, relictis omnibus bonis, & profectus ad *Philippum de Rechberg*, vixit aliquandiu in arce illius Ramsperg, ubi Pontificio Regno nuncium remiſit, ſeque totam Chriſti Evangelio addixit: præfectus anno ſequente Miniſterio Eccleſiæ in oppido Imperiali Biberaco, multa ob Confeſſionem Evangelicam paſſus: uti multi alii prædones Evangelii iſto tempore: inter quos etiam Annal. Suev. Scriptor *Cruſius* l. c. l. 11. part. 3. c. 4. Parentem ſuum *Martinum Cruſium*, Paſtorem in Vico Greberna ſub Noribergenſibus refert.

Comitia Auguſta Vindelicorum habita à Carolo V. Imp. ejusdem ob Religionem.

Anno MDXXX. *Carolus V.* Imperator Bononiæ coronatus, ex Italia in Germaniam pervenit, cui Ulmenſes gratulatum ob viam mittebant, ſed vix admiſſis, poſtulabat Cæſar, ut a ſuperioris anni Proteſtatione Spiræ facta, diſcederent, ſeque imperata deinceps facturos, ſpondeant. Tendebat tunc Carolus Auguſtam Vindelicorum, Imperii Comitia ibi habiturus, cui Sacra celebranti in D. Virginis templo, *Johannes*, Elector Saxoniæ, adfuit comitante *Georgio*, Marchione Brandenburgico, non miſſæ ſed officii gratia, quod gladium Cæſari præferre ad ipſum pertineret. Cæterorum autem Evangelicorum Procerum nemo templum illud intravit. Deliberabatur tunc inter alia præcipue de cauſa Religionis, & Cæſar ſtatim interdicebat, donec hæc decideretur, ne quisquam utriusque Religionis Doctorum Conciones haberet: quod Proteſtantes ante cauſæ cognitionem iniquum eſſe dicebant.

Confeſſio Auguſtana Carolo V. Imp. oblata.

Die ergo Sabbathi, qui erat 25. Junii, Proteſtantes hi Confeſſionem ſuam Imperatori *Carolo V.* exhibuerunt, cui ſubſcripſerunt *Johannes*, Elector Saxoniæ, & filius illius, *Joh. Fridericus*, Dux Saxoniæ, *Georgius*, Marchio Brandenburgicus, *Ernestus* & *Franciscus*, Duces Brunſuicenſes & Luneburgici, *Philippus*, Landgravius Haſſiæ, *Wolffgangus*, Princeps Anhaltinus, & ex Civitatibus Imperii liberis, Noriberga & Reuttling.

Et

Et hæc eſt illa toto Orbe Chriſtiano celebris Confeſſio Auguſtana, quam *Carolus V.* Imp. in Palatio ſuo, præſentibus Electoribus, & abſentium Legatis, aliisque Principibus & Ordinibus Imperii, publice recitatam audivit, & ſtatim in Linguam Gallicam & Italicam converti juſſit.

Opponebant huic mox Pontificii Refutationem, quæ recitata quoque Auguſtæ fuit die 3. Aug. in Conſeſſu Imperii.

Regerebatur deinde Apologia Aug. Confeſſionis, a *Philippo Melanchthone* conſcripta, & die 22. al. 27. Sept. Cæſari *Carolo* exhibita, quam tamen ille recipere noluit. *Ejus Apologia.*

Ex reliquis autem Civitatibus Imperii, Argentina, Conſtantia, Memminga Lindavium, propriam quandam Confeſſionem per Caſparem Hedionem, D. Concionatorem Argentinenſem, exhiberunt, quæ non eſt publice lecta.

Cæſar *Carolus* totus eo ſpectabat, quomodo diſſidium Religionis absque Concilio, quod Proteſtantes volebant, pacaretur. Papa *Clemente* quoque huc collimante, ut aut leniter hæc cauſa ſopiretur, aut armis opprimeretur,

Idibus deinde Aug. delecti fuere ſeptem utrinque Viri, qui Concordiæ rationes in Religione inirent. Ex Pontificiis *Chriſtophorus*, Epiſcopus Auguſtanus, *Henricus*, Dux Brunſuicenſis, Theologi tres, *Wimpinus*, *Eccius*, & *Cochlæus*; Jure-Conſulti duo Colonienſis ſcil. & Badenſis. Ex Proteſtantibus autem *Johannes Fridericus*, Dux Saxoniæ, *Georgius*, Marchio Brandenburgicus, Theologi tres, *Philippus Melanchthon*, *Johannes Brentius*, & *Erhardus Schnepffius*, atque duo item Jure-Conſulti. Sed inter hoc convenire non potuit: præſertim de Miſſa, & votis Monaſticis. Urbis quoque Auguſtanæ Syndicus, *Johannes Rehlingerus*, die 13. Nov. coram *Carolo* Cæſare, & *Ferdinando* Rege, nomine Senatus, verba fecit, longa & arguta oratione proteſtans, cur decretum Cæſaris de Religione Pontificia, quam is imponebat, recipere non poſſent.

Exitus tandem horum Comitiorum is fuit, quod Cæſar Proteſtantes, Principes, & Civitates Imperii fruſtra hortatus ad revertendum in Pontificiam Religionem, hanc confirmavit, illos autem additis minis objurgavit; qui cauſam ſuam DEO commendantes Auguſta diſceſſerunt, tanta cum conſtantia fidei, ut *Johannes*, Elector Saxoniæ, dixerit: *potius ſe Regionem & homines, corpus & vitam, quam iſtam amiſſurum. Georgius* autem, Marchio Brandenb. Cæſari in faciem, modeſte tamen hæc Verba prætulit: *Potius quam mihi Verbum DEI eripi patiar, DEUMque meum negem, nunc ſtatim procumbens, Cervices gladio præbebo.* *Conſtantia Principum Evangelicorum.*

Fertur contra quendam Principem Pontificium dixiſſe: *Lutheranos ſcripſiſſe Confeſſionem atramento: Cæſaris eſſe, ſcribere Confeſſionem rubrica: Reſpondiſſe alium Principem: ſed videndum ei erit, ne ruber ille color in oculos ipſi ſaliat.* Auguſtanum Epiſcopum his addidiſſe: *Videndum eſſe, ad utras partes ſe ruſtici eſſent aggregaturi.* Vid. Sleid. l. 7. Chytræus in hiſt. Aug. Conf.

Interfuit his Comitiis quoque *Chriſtophorus*, Wirtenbergiæ Dux, rulam *Carolo V.* Imp. ſecutus, coixe apud hunc, & Principes Imperii de re- *Chriſtophorus Dux*

Wirtenb. ſingulari DEI Providentia conſervatus.

ſtituendo avitis ditionibus Parente, *Ulrico* Duce, agens 1 pro quo *Philippus*, Haſſiæ Landgravius, maxime cauſam egit, ſed manſit Ducatus Wirtenbergiæ apud *Ferdinandum* Regem, cui Frater *Carolus* Imp. publice Auguſtæ Vindelicorum illum in feudum conceſſit. Prolata etiam hac vice: *ferro amiſit ditionem Ulricus, recuperet ferro.* Hiſpania autem Chriſtophoro gratiam Cæſaris in reliquis invidentes, deſtinabant illum, tanquam unicum Filium & hæredem Parentis, clam in Hiſpaniam deducere, & Monaſterio includere. Servavit autem illum DEUS per tot diſcrimina rerum, paterni Regiminis quondam ſucceſſorem, non Wirtenbergiæ tantum, ſed ipſius Eccleſiæ bono atque incremento.

Auguſtini Baderi, Anabaptiſtæ, debrium atque ſupplicium.

Eodem tempore Anabaptiſtarum Secta hinc inde per Sueviam adhuc vagabatur, ex qua Pellio quidam, *Auguſtinus Bader*, Auguſtæ Vindelicorum Regem ſe parato Sceptro, corona, gladio, pugione & aliis regiis ornamentis profeſſus eſt: qui prope Blaubyram captus, Stuttgardiæ candentibus forcipibus laceratus, capite plexus eſt: mulctatio etiam aliis hujusmodi Sectariis capitali ſupplicio ibidem, ut & Eſslingæ & Tubingæ, quorum quidam incendiatii putabantur: quibusdam autem Anabaptiſtarum nomen odio Confeſſionis Evangelicæ impoſitum fuit: qui tamen juxta morem a Salvatore Chriſto & Apoſtolis præſcriptum, docendi magis manſuete ad agnoſcendam Veritatem, quam capite & exilio mulctandi fuiſſent, ſi non arma contra Magiſtratum corripuerunt.

Fœdus Schmalcaldicum.

Circa finem hujus anni, die 22. Dec. a Proteſtantibus, qui Schmalcaldiæ convenerant, fœdus neminis offendendi, ſed tantum ſui defendendi cauſa initum eſt, quod Schmalcaldium appellabatur, firmatum deinceps & auctum altero Conventu, die 29. Mart. anni ſequentis Schmalcaldiæ, ubi quidem *Georgius*, Marchio-Brandenburgicus, & cum Noriberga Civitates Imperiales Sueviæ Campidunum & Heilbrunna, fœderi iſti accedere renuebant, Camerali tamen cautione ſe adjungebant, ne Religioni, quam profitebantur, periculum in ſupremo Judicio Imperii crearetur.

Eſslinga à Papismo liberata.

Anno MDXXXI. inter liberas Sueviæ Civitates *Eſslinga* quoque receperat doctrinam Evangelii, Miſſam & idola templis ſuis removens, quod & antea fecerat Civitas *Ulmenſis*, quæ hoc anno ad ſe vocavit *Martinum Bucerum*, *Johannem Oecolampadium*, & *Ambroſium Blaurerum*, qui ditionis Ulmenſis Eccleſias conſtituerunt, & Religionis formulam conſcripſerunt. *Cruſius* l. c. c. 7. Acceſſit tunc quoque Eſslinga Fœderi Schmalcaldico d. 19. Dec. Conventu Proteſtantium Francofurti habito.

Eodem anno *Johannes Fabri*, Suevus, ex oppido Algojæ Leutkirch, Theologiæ Doctor, *Ferdinando* Regi a Confeſſionibus Sacris, factus eſt Epiſcopus Viennenſis, quia una cum Eccio ſcripſerat Refutationem Aug. Confeſſ. unde Erasmi Roterodami jocus: pauperem & tenuem *Lutherum* locupletare multos.

Status Eccleſiæ

Iſto tempore Auguſtæ Vindelicorum *Johannes Froſchius*, & *Stephanus Agricola*, Concionatores dimiſſi ſunt, ob diſſidium rei Sacramentariæ, &

in

in illorum locum vocati *Wolffgangus Muſculus*, & *M. Bonifacius Wolffhardus Francus*. Concionabatur ille in Eccleſia Crucis, hic apud *S. Mauritium*. Vocati etiam, *D. Sebaſtianus Mujer*, docens in San-Georgiano, & *Theobaldus Nigri*, in Ulriciano Templo. Hi non hebdomadatim Cœnam Domini celebrabant, ſicut antehac uſitatum fuerat: ſed vix in menſe ſemel. Nec in aris, neque ex calicibus, ſed in ligneis menſis, & ex vulgaribus poculis. Non etiam quotidie baptizabant, ſed tantum die Dominico, & infantibus ter aliquot guttas aquæ aſpergebant, omiſſo exorcismo. *Gaſſarus & Henningus* de rebus Auguſtanis. *Auguſtana Evangelica.*

In hoc tempus incidit quoque Origo Scholæ *Annæ* apud Auguſtanos, ex qua multum emolumenti rei literariæ, & ipſi quoque religioni Evangelicæ acceſſit: cui occaſionem dedit *Ulricus Langenmantelius*, Patricius Auguſtanus, Canonicus Collegii S. Mauritii, legans Stipendium 5. pauperibus Studioſis, artium Baccalaureis, Civibus Auguſtanis, ad doctrinam Theologiæ Scholaſticæ adipiſcendam, quod ſtudium cum iſta ætate refrixiſſet, Senatus Urbis fundationem in melius putans, Scholam ex illo Legato apud Divam *Annam* aperuit, cujus primus Rector fuit *Gerhardus Geldenhaurius*, multorum operum Scriptor: nunc Gymnaſio illi multa cum laude præeſt, doctrina & nomine Magnus.

Anno MDXXXIII. Proteſtantes conquerebantur de Papa, quod is detrectaret liberum in Germania Concilium, atque extra Germaniam haberi vellet, ubi Reges ſibi ad vim inferendam conciliare poſſet: & quod ipſorum doctrinam, non ſolum præjudicio, ſed etiam exturendis hominibus damnaret: ac quod non ex S. Bibliis ſolis, ſed potius ex Scholaſticorum Theologorum libris, Controverſias Religionis diſceptari vellet: quod denique non ab æquis judicibus & viris bonis, ſed a ſe, & emiſſariis ſuis, dijudicari poſtularet: & ita ipſe, qui adverſarius eſſet, partes Judicis ſibi ſumeret. Itaque Cæſaris opem requirebant.

Hoc anno die 18. Julii, obiit Eximius Vir, *Martinus Plantſchius*, S. Theol. Doctor famoſiſſimus, & Eccleſiaſtes Tubingenſis, cujus oppidi Cives ipſe in fide erga *Ulricum*, Wittenbergiæ Ducem, cohortatione ſua ſervavit, Monaſterio Bebenhuſano ducentos aureos legavit, & in Academia Tubingenſi opulentum Stipendium a ſuo nomine *Martinianum* dictum, fundavit: ex quo multi Viri docti, & inter hos *Michael Heldinus* Epiſcopus Merſeburgenſis prodiit. *Mors Martini Plantſchii, Fundatoris Stipendii Martiniani Tubingenſis.*

Anno MDXXXIV. die 10. Febr. *Ferdinandus*, Rex Romanorum, Stuttgardiæ Edictum promulgavit ad Præfectos & Magiſtratus Wirtenbergiæ, ut Anabaptiſtas, aliunde in hunc Ducatum venientes, coerceant.

Repetebat hoc anno *Ulricus*, Wirtenbergiæ Dux, Exul, Ducatum hunc armis, quem & feliciter ope *Philippi*, Landgravii Haſſiæ, recuperavit, ſuperato *Philippo*, Comite Palatino Rheno, Gubernatore hujus Provinciæ, cum Copiis Regiis in pugna prope Lauffam ad Nicrum. *Ulricus, Dux Wirt. Ducatum armis recuperat.*

Deinde

Deinde cum eodem anno *Albertus*, Archi-Episcopus Moguntinus, & *Georgius*, Dux Saxoniæ, *Cadams* in Bohemia, transactionem iniissent inter *Ferdinandum*, Regem Romanorum, & *Johannem Fridericum*, Electorem Saxoniæ, ut hic cum Sociis *Ferdinandum* pro Rom. Rege agnosceret, & *Ferdinandus* Rex vicissim apud fratrem Imperatorem *Carolum* efficeret, ut Fiscus vel Camera Imperii ab omni actione contra Protestantes cessaret, transegerunt iidem Principes quoque inter *Ferdinandum*, Regem, & *Ulricum*, Wirtenbergiæ Ducem, qui Ducatum suum quidem retinuit, sed tanquam beneficium & sub Feudum Domus Austriacæ. Post hæc *Ulricus* ad solvendos sumptus bellicos pecuniam a subditis exegit, cui etiam Prælati Monasteriorum per Ducatum bonam partem contulerunt. V. *Scriptores* rerum Wirtenb.

Tunc quoque promovendæ Religioni Civitates Sueviæ Constantia, Lindovia, Isna & Biberacum, Stipendia aliquot ad sustentationem Civium suorum, Theologiæ Studiosorum, condiderunt, qui, ut in Academia Argentoratensi commodiorem locum haberent, Senatus hujus Urbis proximo anno Collegium Prædicatorum destinavit, in quo & suorum Civium filii, & alii idonei Alumni studiis sacris vacarent. Triennio autem post, anno nimirum 1537. *Joh. Sturmius*, Lutetiâ Professor Linguarum & Eloquentiæ, Argentinam vocatus, Scholæ ibi aperiendæ gratia, initium ejus fecit altero anno in hoc Cœnobio Prædicatorum. Institutis ibi decem Classibus, in quas Juventutem per Urbem dispersam collegit: adjutus in hoc opere tum ab aliis, tum à Nobili Viro, *Jacobo Sturmio*, & à Theologis, *Wolffgango Fabro, Capitone, Martino Bucero*, & *Casparo Hediene*. Unde celebre Gymnasium, & ex illo deinde Academia Argentoratensis, Viris in omnibus artibus & linguis, ipsaque etiam Theologia præstans surrexit.

Reformatio Ecclesiæ Wirtenbergicæ, & liberatio à jugo Papali.

Annus MDXXXV. omnium felicissimus Wirtenbergiæ fuit, dum hoc ipso *Ulricus* Dux, Religionem ex formula Augustanæ Confess. in illo emendavit, adhibitis ad tantum opus Stuttgardiæ, ubi Missa die Purificationis Mariæ abrogata, *Erhardo Schnepffio*, Wimpinensi, qui strenue Evangelium contra superstitiones Pontificias, & Ordines Monachorum prædicavit. Tubingæ vero *Ambrosio Blaurero*, Constantiensi, qui primam ibi Concionem Evangelicam habuit, die 2. Sept. Et hi Duum-Viri Waiblingæ, & in aliis quoque locis Ducatus Ecclesias reformarunt: cumque *M. Leonhardus Wernher à Schnepffio* ordinatus, primam Concionem Evangelicam Waiblingæ haberet, & cantatum in illa esset; Es ist das Heyl uns kommen her / aus Gnad und lauter Güte &c. Sacerdotes, Papicolæ & Capellani expuentes, indignabundi templo excurrerunt. Habuit deinde *Wernherus* ille Successorem, in Ecclesia Dignissimum, *M. Georgium Halam*, Virum trium linguarum Doctissimum. In more autem *Blaurero* fuit, ut omnes imagines & Statuas Christi & Apostolorum, aliorumque Sanctorum, ex Templis Superioris Tractus Ducatus Wirtenbergici, in quibus ipse Reformationem Religionis suscepit, eliminaret: unde & ipso curante, Statuæ lapideæ magnæ, Christi & Apostoli Matthiæ, in templo Ecclesiæ collegiatæ Tubingensis depositæ fuerunt, quæ tamen deinceps sociatæ iterum fuerunt reliquis, quarum depositionem difficultas impedierat. Teste *Cruso* l. 12. c. 36. part. 3.

Secun-

Reformatio Monaſteriorum in Ducatu Wirtenbergia.

Secuta deinde mox eſt Monaſteriorum per Ducatum Wirtenbergicum Reformatio in Religione: Cum enim in iis magnus eſſet Monachorum numerus, cum illis hoc a Principe actum eſt; ut aut Eccleſiæ, docendo Evangelio, inſervirent, aut alio Cœnobiorum, vel locorum, ſe conferrent cum bonis ſuis, aut privatim agerent, ubiubi placeret; aliquam ſummam pecuniæ ex Monaſterii reditibus ad victum & amictum accepturi. Harum conditionum alii aliam acceperunt: & quos privatim vivere juvabat, in ſingulos annos ſinguli 40. florenis donati ſunt: Laicis fratribus, qui uxores ducerent, quotannis 25. fl. decreti. Abbas Hirſaugienſis, *Johannes*, ſolus in eo Monaſterio manens, & privatus agens, 500. florenos ex ejus reditibus accipiebat.

Murrhartenſis Abbas, *Martinus*, favore nobilium ibi relictus eſt (una cum Priore *Thoma Carlino*) præfecturam gerens, retento habitu ſuo.

Et tunc Herren-Albenſibus Monachis, aliisque in Monaſterio vivere volentibus, per *Johannem Fridericum à Thumm*, Præfectum Majorem Kirchheimenſem, & *Erhardum Schnepffium*, *Ulrici* Ducis Legatos, hæc regula tradita eſt: Legendæ ſuis horis ſacræ literæ, canendi Pſalmi, Cœna Domini percipienda, Miſſa tollenda, coacta per omnium peccatorum enumerationem Confeſſio omittenda, pro cuculio alius honeſtus veſtitus accipiendus, honeſta opificia exercenda, conſcientiæ non gravandæ, Monaſticis omnibus utriusque ſexus Verbum DEI audiendum, nulli amplius μονάζοντες in Cœnobia recipiendi.

Abbas Zwifaltenſis, Reformationem reſpuens, Viennam fugit.

Hanc innovationem Religionis, cùm etiam Abbas Zwifaltenſis inter Ordines Provinciales Ducatus Wirtenbergici meruerit, Viennam ad Regem *Ferdinandum* confugit; ſed transacta res eſt, dante Abbate aliquot aureorum millia *Ulrico* Duci, ſub cujus protectione & Advocatia manſit quoque Cœnobium illud: Abbate aliquandiu in Diætis Provincialibus adhuc comparente, ſed poſtea ſe his eximente, unde novæ lites ortæ.

Ob eandem cauſam Ambroſius Widmann, Præpoſ. & Cancell. Tubing. diſcedit.

Diſceſſit quoque tunc clanculum Tubinga *Ambroſius Widmann*, Jurium Doctor, Eccleſiæ Collegiatæ Præpoſitus, & Univerſitatis Cancellarius: qui, ut ipſe dicebat, Pſalmos germanicâ linguâ compoſitos in Eccleſiam noluit cum reliquis canere: &, licet poſtea ſæpe ſolenniter ad officium requiſitus eſſet, ex vicino oppido Rotenburgo ad Nicrum, & aliunde, noluit redire, promotiones tamen Academicæ ipſo abſente proceſſerunt, non tamen ſine quibusdam difficultatibus, de quibus videnda ſunt Acta illius Academiæ.

Prædicationis Evangelii in Germania & Suevia felix ſucceſſus.

Iſto anno quoque *Martinus Bucerus* Argentorato venit Auguſtam Vindelicorum, qui aliquandiu in Eccleſia parochiali D. Johann. concionatus, Senatui anſam dedit, ut Cal. Jul. *Genonem Sailerum*, Medicum, & *Caſparum Hubertinum*, Concionatorem, cum omnium ibi concionatorum literis, Wittembergam ad *Lutherum* mitteret, & ſpe concordiæ facta, *Urbanum Regium* Auguſtam remitti peteret. Sed cum is a Luneburgico Duce diſcedere

noller,

nollet, loco ejus missus est huc *M. Johannes Forster*, Civis Augustanus; qui Wittembergæ Diaconum egerat: Triennio autem post dimissus, Hebraicæ Linguæ Professor Tubingæ & Wittenbergæ fuit. Ita Augusta, omni sublata dissensione, quæ antea fuerat, hoc anno doctrinam Evangelii simpliciter recepit. *Gassarus & Sleidanus l. 9.*

Renovatum porrò sub finem hujus anni, die 24. Dec. fuit fœdus Schmalcaldicum in decem annos: cui accessit quoque *Ulricus*, Wittenbergiæ Dux, cum aliis Principibus, qui Augustanam Confessionem interea amplexi sunt, *Barnimo* scil. & *Philippo*, Ducibus Pomeraniæ, & *Ruperto*, Duce Bavariæ, Com. Palat. Rheni Bipontino, *Wilhelmo* quoque, Comite Nassovio, & Civitatibus, Francofurto, Hamburgo, Hanovia: quibus in Suevia accesserunt etiam Augusta Vindelicorum & Campidunum.

Stuttgardia reformata.

Anno MDXXXVI. die 8. Maji simulacra Sanctorum Stuttgardiæ e templis remota sunt, & Monachis utriusque sexus potestas facta est contrahendi matrimonii, si qui noluerunt, annua pensio data: deinde Die Lunæ post Festum Pentecostes publice in foro Stuttgardiæ hæc pronunciata sunt: 1. Nemo infectetur Evangelicas ex verbo DEI conciones. 2. Quisque singulis diebus Dominicis & Festis ad Conciones accedat: eodem mittat suam familiam, saltem semel in die. Qui neglexerit, primo uno floreno mulctator, iterum duobus. Qui mulctam solvere non poterit, is quatriduum pane & aqua pascitor. 3. Nemo aliò evagetur ob Missas audiendas, sub pœna modo dicta. 4. Nemo inter Conciones ludito, saltato, convivator, in publico sedeto, statove, sed ad minimum semel concioni interfuerit, & domi maneat. Mulcta 5. fl. aut diem & noctem in Carcerem. 5. Imagines, quæ adorantur, tolluntor; sed quæ scandalo carent, ferri possunt. Tolluntor verò illæ priores, sciente Magistratu & Concionatoribus.

Casp. Grater, Ecclesiastes in Aula Ulrici Ducis Wirtenbergiæ diligentissimus.

Fuit tunc in Aula Wittenbergica Concionator, *Casparus Grater*, fidus *Ulrici* Ducis in exilio, veræ Religionis semina apud *Philippum*, Hassiæ Landgravium, & Electorem Saxoniæ percipientis, Comes, multum inter primos Evangelii Doctores de Ecclesia Wittenbergica meritus. Singulis diebus singulas habuit conciones in præsentia ipsius Principis, qui nec venatum abibat, nec balneo utebatur, nisi audito prius Verbo DEI, Exemplo uti rarissimo, ita in omnia secula memorabili. Vid. *Philipp. Grater* in Præf. T. I. Histor. Biblicæ.

Academia Tubing. per Brentium & Grynæum Reformatio. Stipendii Theologici fundatio.

Præterea hoc anno *Ulricus*, Wirtenb. Dux, *Johannem Brentium* Hala Suevorum evocavit, ut ipse Statum Religionis in Academia Tubingensi ordinaret, quem ipse quoque juxta normam S. Scripturæ, & innixæ huic Aug. Confessionis intra annum feliciter composuit: cooperante quoque in eundem finem *Simone Grynæo*, Viro excellenter docto, qui Basilea accersebatur, & tunc eodem tempore, idem Dux *Ulricus*, in hac ipsa Academia, Stipendium Theologicum Illustre, opus vere Divinum, & cui par hactenus in Germania nullum, fundavit: commutans Monasterium ibidem Augustinianum in longe aliud Seminarium Ecclesiæ, ut in illo devoti S. Theologiæ Studiosi, munificentia ve-

re

re Principali, alerentur, & digne Ministerio Sacro obeundo, educarentur: convenienti scil. primo & antiquissimo instituto Monasteriorum, quæ pro Scholis inserviebant, in quibus Religiosi & Monachi sacras & humanas literas docerent.

Cœnobium Albæ Dominorum post multas tergiversationes tandem reformatur sub Regimine Ulrici, Ducis Wirtenbergæ.

Eodem anno Lucas, Monasterii B. Mariæ Virg. in Alba Dominorum Abbas, habitum Monasticum, ad tempus saltem, quamdiu expediens aut necessarium sibi videbatur, mutandi, & sub alio decenti Clericali habitu incedendi veniam a Paulo III. Papa rogavit, non in despectum S. Ordinis Cistercienſis, ut ipse dicebat, aut animo Ordinem Monasteriumve, & habitum deferendi, sed solum propterea, ut istis temporibus periculosis, quietius & diutius in Monasterio Albensi permanere, & Regimine suo commoda ipsius conservare, damnaque huic & sibi imminentia avertere facilius posset, monentibus ipsum, ut hoc faceret fratribus ibi præsentibus, sed migrare jussis, qui Abbatem suum hortabantur, ne Monasterium ipsorum dimitteret, sed potius habitum mutaret, an forte auspicante Altissimo, ad pristinum Statum Regularem, ipsos, ut gallina pullos suos sub alas recolligere posset. Impetravit hanc habitus mutationem Abbas a Pontifice; *Ulricus* autem, Wittenbergiæ Dux, Cœnobium illud in longe meliorem Statum & habitum, illata huic vera Evangelica Religione, mutavit.

Concordia inter Lutherum & Bucerum.

Notanda quoque hoc loco est Formula Concordiæ, inter *Lutherum* & *Bucerum*, aliosque Theologos, de S. Cœna Domini, a *Melanchthone* die 29. Maji conscripta. Sc. cum mense Aprili *Bucerus* Augustæ Vindelicorum, Senatu vehementibus Concionibus contra Canonicos & idola concitato, effecisset, ut *Bonifacius Wolffhardus*, & *Wolffgangus Musculus*, Theologi, Pacis studio à prædicto Senatu Augustano ad Conventum Theologorum Isenaci in Thuringia mitterentur, hi tantum non Palinodiam, *Melanchthone* modestam formulam præscribente, cecinerunt, quod tamen domum reversi, egregie dissimularunt, uti scribit *Gassarus* de rebus Augustanis.

Anno MDXXXVII. cum Augustæ Vindelicorum Religio mutata esset, Episcopus & 40. Canonici Nobiles, aliique Dillingam concesserunt. Item Judicium Ecclesiasticum (Das Chor-Gericht/) & Præpositus S. Crucis cum conventualibus suis. Præterea Sanctimoniales S. Ursulæ. Abbas vero *S. Ulrici* cum conventu, præter unum Monachum, Wittelspachium emigravit: Præpositus S. Georgii, & sui, Guggenbergam: Chorales autem S. Mauritii, præter tres, Landspergam Bavariæ. Abbatissa S. Stephani cum Virginibus suis Hæchstadium; manserunt decem annos extra urbem. Altaria omnia remota sunt. Cum ergo illi irati excessissent, Senatus Augustanus, edito scripto ad Cæsarem & Regem, omnesque Imperii Ordines, facti sui rationem explicuit: commemorans etiam, quam amice cum illis egerit; quam odiose contra se illi gesserint, aliquotiesque in urbe seditionem excitare voluerint. Adversus hæc Episcopus *Christophorus* scripto respondit, & a multa criminatione potentissimos illos hortatur, ut in medium consulant, cum res ad ipsorum quoque periculum pertineat. Conventu deinde Protestantium

ſtantium Schmalcaldiæ congregato, *Matthias Heldus*, Cæſaris Pro-Cancellarius, Auguſtanis infenſus, ait, quæ cum Proteſtantibus acturus ſit nomine Cæſaris, ea ad illos, qui noviſſime Religionem inconſulto Cæſare mutaverint, nihil pertinere, maxime ad Auguſtanos, quod in eo Cæſarem manifeſto contempſerint. Vid. Gaſſarus & Sleidanus l. 11.

Bucerus autem Argentorato Religionis cauſâ Auguſtam vocatus, menſe Junio hujus anni inſtituit, ut in hac urbe tribus cujusque Septimanæ diebus, (*Luna, Mercurii, Veneris*) ſummo mane, in fano Mauritiano S. Scriptura Latine explicaretur. A Forſtero Pſalterium Davidis: a *Cellario* Divi *Matthæi*: a *Wolffhardo* Geneſis: a Muſculo, Epiſtolæ Paulinæ. Sed cum pauci eſſent Auditores, relegata eſt ea tota docendi ratio ad Scholas. Matutinæ quoque Conciones & preces cœpræ ſunt haberi populari lingua quotidie, iisdem diebus, in uſum vulgi: in Baſilica D. Mariæ, in templo Ulriciano, & apud Nudipedes ſive Franciſcanos. Die autem Sabbatino in omnibus templis reliquis, veſperi.

Conceſſerat quoque jam Argentorato Auguſtam Vindelicorum *Caſpar Schwenckfeldius*, hoſpitium eligens apud *Bonifacium Wolffhardum*, Theologum Auguſtanum, qui ab illo labem quandam traxiſſe ferebatur, a qua tamen ipſe ſe purgavit, cum actis Theologorum, qui Schmalcaldiæ convenerant, manu ſua ſubſcriberet.

Chriſtophorus Dux Wirtenbergiæ Papæ ſe non ſubmittit.

Anno MDXXXVIII. enituit ſingulari exemplo pietas *Chriſtophori*, Wirtenbergiæ Ducis, qui Niceæ quidem in Italia cum laude miniſtravit ad menſam *Carolo V.* Imp., Paulo III. Pontif. Rom., & Franciſco I. Galliæ Regi aliis vero, & Rege quidem *Franciſco* ipſo, cum variis Principibus, dextrum pedem Papæ oſculantibus, ipſe, quamvis à Conneſtablio monitus, id facere noluit: ſuoque Exemplo, nullum curans periculum, alios quoque Proceres ab iſta oſculatione inhibuit, inter quos fuit *Wilhelmus*, Comes Fürſtenbergius.

Eodem anno, cum *Ludovicus* & *Wilhelmus*, Bavariæ Duces, Ingolſtadium vallo & foſſâ novis operibus cingerent, *Ulricus*, Wirtenbergiæ Dux, tuendæ Religionis & libertatis ergò, ex conſilio *Philippi*, Haſſiæ Landgravii, oppida, Kirchhemium ac Schorndorfium, munire aggreſſus eſt: primùm quoque Eccleſiæ Schorndorffenſi Parochum Evangelicum dans, *Balthaſarum Himmelbergerum*, Campidonenſem, Virum egregie doctum, qui Auditores ſuos ad fiduciam in Chriſtum tantum unice invitavit.

Menſe Julio hujus anni, Iſenaci Conventus erat Proteſtantium, Pacis & Concordiæ cum Cæſare ineundæ cauſa, ubi Civitates Hala Suevorum & Heilbronna, ſe quoque in fœdus admitti petebant, quæ res Auguſtanis & Ulmenſibus demandata fuit.

Anno MDXXXIX. Conventus Proteſtantium habitus fuit Francofurti, ut pax inter ipſos & Pontificios ſervaretur. Ad quem Conventum Auguſta Vindelicorum *Conradum Heelum*, *D.* & *Joachimum Langenmantelium*, Patricios, miſit. Cum autem Proteſtantes ibi tunc ab inſidiis Pontificorum metuerent, multi clam, & inter hos quoque *Ulricus*, Wirtenbergiæ Dux, ut ſe munirent, milites conducebant, quorum ducentos Hala Suevorum in ſuo territorio habuit.

Menſe

Menſe Junio hujus Anni, *Ambroſius Blaurer* Conſtantia venit Auguſtam Vindelicorum, Religionis omnino confirmandæ cauſa, Auctore præcipue *Conrado Stürlino*, plebejo, Eccleſiæ Præpoſito, habuitque vehementes Conciones in templo S. Mauritii, quibus etiam ſtudebat excommunicationem introducere. Sed *Wolffgangus Reblinger*, Conſul, præter expectationem illum diſcedere juſſit: cæteroquin Senatus, *Blaureri* monita auxit ſtudioſis pauperibus Stipendia, & duo æraria in ſtipem illorum & advenarum inſtituit, ſuosque beneficiarios ſtudioſos, meliori ita ſucceſſu, in Academiam Tubingenſem miſit.

Anno MDXL. cum Proteſtantes menſe Februario pacem a Cæſare petiiſſent, ut Religio inprimis conſtitui poſſet, & ſic melius de bello Turcico agi, ambiguum reſponſum tulerunt, unde Calendis Martii Legatos Schmalcaldiam miſerunt, quibus Theologi quoque aderant, *Juſtus Jonas*, *Pomeranus*, *Melanchthon*, *Cruciger*, *Bucerus*; qui juſſi, formulam conciliandæ doctrinæ cum adverſariis ſcribere, reſponderunt: non eſſe a veſtigiis Aug. Conf. & hujus Apologiæ diſcedendum: cumque avaritiæ in Eccleſiaſticis bonis arripiendis inſimularentur Status Proteſtantes, reſponderunt: ſibi non tanti eſſe tam exiguam pecuniam, ut ideo vellent tantam invidiam, offenſionem, pericula, ſuſtinere: habere ſe Eccleſias bene conſtitutas, excitaſſe Scholas frequentes, ut meritò ſuſpicione queſtus liberi eſſe debeant. Suadebant tunc etiam iidem Civitati Heilbronnæ, ut Miſſam Pontificiam è certis templis ejiciat, ſe illi auxilio fore, ſi quis ideò motus exiſtat, promittentes.

Menſe Julio Conventus Religionis cauſa habitus fuit Hagenojæ, ad quem Auguſta Vindelicorum miſit *Matthæum Langenmantelium* de Cuneo, & *Conradum Heel*, D.

Menſe Novembri Colloquium Wormatienſe habitum fuit, cui a Civitate Auguſtana miſſi aderant *Wolffgangus Muſculus*, unus ex Notariis Colloquii, *Joachimus Langenmantelius*, & *Jacobus Heerbrodius*, Tribunus plebis.

Ulmenſium Eccleſiarum Antiſtes celebris tunc fuit *Martinus Frechtus*, S. Theol. Licent. qui populari lingua in magno illo templo, & Latine die Jovis in Choro ejusdem concionabatur, miſſus quoque ad Wormatienſe Colloquium, & ad Comitia Ratisponenſia.

Migrabant iſto anno ex Parthenone Pfullingenſi Moniales Leobergam, in Cœnobium Franciſcanorum, in quo habitabant, usque ad annum 1551.

In Auſtria circa hoc tempus 14. Proceres a Rege *Ferdinando* ſinceram Evangelii doctrinam, qua multæ jam Germaniæ Provinciæ gaudebant, ſibi permitti petebant, tot clades a Turcis propter corruptum DEI cultum, Auſtriacis terris inferri cauſati: Sed Rex ad Concilium futurum illos rejecit, teſte *Sleidano* l. 14. Agebantur quidem hoc anno MDXLI. Comitia Ratisponæ, de componenda Religione, quibus a parte Proteſtantium Theologi interfuerunt, *Melanchthon*, *Bucerus*, & *Johannes Piſtorius*, a parte vero Pontificiorum, *Julius Pflugius*, *Johannes Eccius*, & *Johannes Groppperus*: ſed diſceſſum inde fuit ſine effectu.

Anno MDXLV. Comitia Imperii Wormatiæ habebantur, in quibus Proteſtantes a *Ferdinando* Rege petebant, ut de Religione transigatur amice, vel pax ſibi usque ad legitimum in Germania Concilium concedatur: ſe enim non curare, quale Concilium Pontifex paret Tridenti, quia hoc non ſit liberum & Chriſtianum: Cum *Lutherani* antea ſint damnati a Papa, qui ſuſtineat perſonam rei & Judicis: cumque jam Imp. *Carolus* ipſe veniſſet Wormatiam, ſequente illum Cardinale *Farneſio*, gravidi erant Pontificii bello, contra *Lutheranos* pariendo: fuitque res ſuſpecta, quod Cardinalis ille Wirtenbergiam, in quam tamen illum via ducebat, transire noluerit, quamvis fides illi impetrata fuerit.

Fuit & alibi operoſus tunc Diabolus, qui ferebatur Rottwilæ, magno Civium timore, per urbem ambulare viſus, cum Evangelii doctrina in iſta graviter à quibusdam exagitaretur, & multi profitentes, ſe ſola in Chriſtum fide ſalvari, relictis bonis emigrarent: teſte Lycoſthene.

Annus MDXLVI. multis rebus memorabilis fuit, bello præcipue, quod *Carolus* Imp. Proteſtantibus intulit, quo non tantum Suevia hæc, ſed reliqua Germania miſere perturbata fuit.

Reformabat quidem initio hujus anni *Fridericus*, Elector Palatinus, Eccleſias ſuas ad normam Auguſtanæ Confeſſionis, quem Proteſtantes orabant, ut pacem Cæſari ſuaderet Religioni concedendam: qua de re Conventus quoque Francofurti ad Mœnum habitus eſt, ſed irrito ſucceſſu, quem impedivit maxime cœptum tunc Concilium Tridentinum.

Colloquium Ratisponenſe inter Evangelicos & Pontificios.

Habebatur quidem etiam Menſe Februario Colloquium Ratisponæ, de Capitibus Aug. Confeſſionis, præſertim inter Petrum Malvendam, Hiſpanum, cui Carmelita Billicus ſucceſſit, eruditior viſus, & *Martin. Bucerum*, promptiſſimi & acerrimi ingenii Virum, cui duo illi adverſarii minime pares fuerunt. Aderant quoque tunc *Martinus Frechtus*, *Johannes Piſtorius*, *Georgius Major*, & ex Theologis Wirtenb. *Johannes Brentius*, atque *Erhardus Schnepffius*: ſed cum rumor de bello, quod Cæſar contra Proteſtantes pararet, increbuiſſet, abruptum eſt Colloquium illud eodem adhuc menſe.

Mors Lutheri.

Acceſſit his malis mors quoque *Martini Lutheri*, ipſo Concordiæ die 18. Febr. Islebii in Patria pie defuncti: qui tantas res verbo DEI & calamo egit, quantas nec *Alexander M.* nec *Julius* Cæſar, nec *Carolus M.* ferro.

Conceſſerat deinde *Carolus* Imp. Spiram, quo *Fridericus*, Elector Palatinus, *Philippus*, Landgravius Haſſiæ, & *Ulrici*, Wirtenbergiæ Ducis, Legatus, una cum Navio & Granvellano convenerant, quos inter de variis rebus collocutio inſtituebatur. Cæſare rumorem belli de ſe, Landgravio ſermones de Proteſtantium contra ipſum Francofurti conjuratione, extinguere allaborante, omnibus de ineunda Religionis Concordia inter ſe diſſerentibus, quam *Philippus*, Landgravius, per Concilium Nationis Germanicæ inſtituendam

dam esse censebat, sed frustra: Verbo enim bellum negabatur a Cæsare, re ipsa autem parabatur.

Interrogatus autem iterum Imp. a Protestantibus de bello, respondit: Parare se bellum in rebelles quosdam, & Pacis publicæ perturbatores; deinde per literas plerisque Civitatibus Protestantium, Argentinensi, Noribergensi, & in Suevia, Augustanæ atque Ulmensi, significat, non in ipsas bellum suscipi, sed in quosdam rebelles, ipsis etiam non amicos. Et hunc in modum quoque ad *Ulricum*, Wirtenb. Ducem, *Carolus* Imp. scripsit, sed omnia simulate.

Itaque Dux *Ulricus* viginti quatuor signa peditum scribit, & his Ductorem præfecit *Johannem*, Baronem Heideggum, quibus adfuit quoque *Georgius*, Wirtenb. Comes, Frater *Ulrici* Ducis, & cum hoc *Balthasar* à Gultlingen, & *Johannes Harderus*. Conscripserant quoque Civitates Sueviæ, & aliæ Superioris Germaniæ Exercitum, cui *Sebastianus Schertlinus* præfuit, qui Alpium angustias prope Fuessam & Ehrenbergam arcem occupavit. Interea Cæsar Ratisponæ copias expectans, *Johannem Fridericum*, Electorem Saxoniæ, & *Philippum*, Hassiæ Landgravium, ut turbatores pacis proscribit: ipsis Protestantibus, publice antea per literas testantibus, sibi ob veram Religionem profligandam, & Tridentini Concilii executionem inferri: unde & Epistolam ad Imp. *Carolum*, quam ipse quidem non admisit, scripserunt, in qua declararunt, se injusto bello peti, simulque fidem Imperatori renunciant, non inferendæ quidem, sed propulsandæ injuriæ causa.

Cæsare itaque cum copiis Ratispona Ingolstadium tendente, Protestantes eidem obviam proficiscuntur, ne Neoburgum ad Danubium, & Donawerdam occupet, sicque Ducatum Wirtenbergicum invadat. Cæsar autem, cum bellum à parte Protestantium non ita gerebatur, ut debebat, quod videns etiam *Schertlinus*, è castris discessit, non Neoburgum tantum, & Donawerdam, sed Lauingam quoque, & omnem Danubii tractum in suam potestatem redegit, Ulmam jam petiturus. Cum alibi *Mauritius*, Saxoniæ Dux, ditionem *Johannis Friderici*, Electoris Saxoniæ, *Ferdinandi*, Rom. Regis, auxilio juvassiset, Elector copias suas in Saxoniam abduxit, ad propria tuenda, unde spes Protestantium in his Regionibus collapsa: præsertim cum ipse quoque *Philippus*, Hassiæ Landgravius, domum tenderet: quo facto *Ulricus*, Wirtenb. Dux suas quoque copias 10000. militum retrò in Patriam deduxit.

Carolus V. Imp. denuò Wirtenbergiam occupat.

Ita cedentes Principes Cæsar insequitur, plures mox Civitates occupans, Bopfingam, Nerolingam, Oetingam, Dunckelsbülam, Rotenburgum ad Tubarum, ex qua Urbe ipse ad *Ulricum*, Wirtenb. Ducem, literas dedit, quibus illum hortatus est, ut se suaque omnia absque ulla conditione dederet, alioqui male cum ipso actum iri: Quem in modum etiam Cæsar ad Ordines Provinciæ scripsit: ipsi Wirtenbergiæ occupata Hala Suevorum & Heilbronna jam instans. Itaque *Ulricus* Dux a reliquis Principibus & Civitatibus destitutus, totius belli molem, cui impar erat, in se devolutam cernens, consulit se in Castellum Tuelam, ex quo veniam per Legatos supplex a Cæsare petiit. Cæsareani autem milites, varia oppida,

da, & ipſam quoque Stuttgardiam occupabant, & in fidem Cæſaris jurejurando adigebant, in cujus ditionem mox totus Ducatus ceſſit; & ſic Fœdus Schmalcaldicum diſſolutum fuit: quo tempore valde triſtis Wirtenbergiæ ac Sueviæ omniumque Evangelicorum Status fuit. Fiebant ſupplices Victori Cæſari Ulmenſes, & ipſe Elector Palatinus, qui Halæ Suevorum veniam deprecatione obtinuit: & hic Reformatio Heidelbergenſis Eccleſiæ intercidit. Vid. *Sleidanus* l. 18.

Ulricus, Dux Wirt. redit in gratiam Cæſaris.

Anno MDXLVII. ineunte ſtatim, *Ulricus* Wirtenbergicus, interceſſione Electoris Palatini, ab Imp. *Carolo V.* Heilbronnæ, transactione per Legatos, *Balthaſaro Gultlingio*, *Ludovico Frauenburgo*, & *Johanne Feſtlero JCto*, inita, in gratiam receptus eſt: coactus tamen inter alias conditiones, quibus & confirmatio transactionis Cadavienſis inſerta fuit, de recognoſcendo Ducatu Wittenb. tanquam ſub Feudo Auſtriaco, ſolvere 300000. aureorum, & cautionis loco tradere Aſpergam, Kirchemium & Schorndorffam, quibus Caſtellis & Urbibus Cæſar præſidia Hiſpanica impoſuit, & ſic ſubditi priore jurejurando liberati, in fidem Ducis *Ulrici* redierunt.

Poſt Legatos Wirtenbergicos ad Cæſarem venerunt Algoviæ Civitates, Legati Memmingenſes, Biberacenſes, Ravenſpurgii, Campidunenſes, Isnenſes, qui ſupplices facti, pœnam deprecabantur, & veniam impetrabant: reconciliata quoque tunc Cæſari Civitate Lindavienſi & Eſslingenſi.

Tendebat tunc amplius Cæſar cum Exercitu in Saxoniam, ubi *Johannem Fridericum*, Electorem Saxoniæ, prælio ad Muhlbergam ſuperavit, & cepit, ipſaque Septem-Virali dignitate exuit; nullo modo autem, ut Tridentini Concilii Sanctiones acciperet, Heroëm inclytum movere potuit: caſtris autem ad Witebergam poſitis, Comitia Ordinum Imperii Ulmam indixit, in quibus per Legatos petiit, ut ad compeſcendos in poſterum Germaniæ motus fœdus iniretur, quale olim Suevicum fuit: hanc vero deliberationem peſtis exorta abrupit, & inde Ordines Imperii Auguſtam Vindelicorum transiverunt, in quam Urbem rediit tunc *Othonis*, Epiſcopi Auguſtani, univerſus *Clerus*, qui antea ob Reformationem Religionis inde diſceſſerat.

Rebus ad Witebergam conſtitutis, Cæſar Halam Saxoniæ proficiſcebatur, quo, cum & *Philippus*, Haſſiæ Landgravius, ſubmittendi ſe, & transigendi cauſa veniſſet, captivus contra datam fidem detinebatur.

Venit deinde *Carolus* Imp. Nerolingam, urbemque hanc in gratiam recepit, à qua tamen *Georgium*, Wirtenbergiæ Comitem, *Johannem Heideggum*, *Ludovicum*, Patrem & Filium, Oettingiæ Com. & *Sebaſtianum Schertlinum* exclusit.

Secuta hinc ſunt Comitia armata, quæ Imp. *Carolus* Auguſta Vindelicorum habuit: ubi in templo primario, prius tamen a Lutheranismi contagione, ita falſo credebatur, expiato, ſacra Pontificio ritu fieri juſſit, conciones de Miſſa habente, Michaele Sidonio, Epiſcopo, Studioſo antehac in Academia Tubingenſi. Contendebat tunc Cæſar à Principibus & Civitatibus, ut ſe Tridentino Concilio ſubjicerent, ſed impetrare hoc, uti

uti voluit, non potuit. *Sleidanus* l. 19. Itaque inventa alia ratio fuit, in perniciem Religionis noſtræ ſufflaminandæ, & Pontificiæ ſtabiliendæ.

Liber INTERIM à Theologis Evangelicis non admittitur.

Nam anno MDXLVIII. juſſu *Caroli* Imp. *Julius Pflugius*, Epiſcopus Naumburgenſis, *Michael Sidonius*, atque *Johannes Agricola* Islebius apoſtata libellum clam architectabantur de Religione, quæ ſervanda interim omnibus eſſet, donec Concilio, quod præterito anno propter ægris infectionem diffluxerat, rurſus Tridentum reverſo, finis fieret. Appellatum eſt ob eam cauſam hoc ſcriptum INTERIM. Ideò honos eſt Auctoribus habitus a Cæſare & Rege. *Michaeli* quidem Metſeburgenſis Epiſcopatus datus. Eum verò libellum improbarunt, & voce & calamo Theologi multi: ut *Martinus Bucerus*, Argentorato Auguſtam vocatus: ut *Wolfgangus Muſculus* ideò Auguſtâ Bernam diſcedens: ut *Johannes Brentius*, cujus domum propterea Halæ perſcrutati ſunt poſtea Hiſpani, quæſiveruntque, ut ad Granvellanum ducerent. Is vero aliquanto ante exceſſerat, & uxor cum liberis alio in loco exulabat. Ipſum dehinc Wirtenbergicus *Ulricus* cum tota familia hoſpitio recepit, ac nullâ periculi ratione habitâ, texit. Præterea refragati quoque ſunt Interimico libello, *Melanchthon*, & alii in Saxonia Theologi. Etiam *Valentinus Vannius*, qui poſtea Maulbronnenſis Abbas fuit, ipſum oppugnavit. Cæſar autem Ordines cohortatus, ut hanc Religionis emendationem ſuſciperent, cum Moguntinus Antiſtes communi notione, ſine mandato tamen aſſenſus eſſet, continuò tanquam omnibus nominatim aſſenſis, librum excudi & evulgari juſſit. Ita publicari cœptum eſt INTERIM, à 15. die Maji, cui ſane Principes aliquot & Civitates aſſentiri noluerunt, nonnulli timidiores erant. Argentorati autem *Ludovicus Raabus*, Memmingenſis, Concionator in ſummo templo, vehementer quoque in Interimiſticam Doctrinam, tanquam Papiſticam invehebatur.

Liber Interim per vim in Wirtenbergia introducitur.

Venerat libellus hic quoque Interim in Wirtenbergiam, ubi, quia Cæſar *Caroli* militaria præſidia ſua Aſpergæ, Kirchemii, & Schorndorffæ habebat, quibus tanquam frenis totum Ducatum coercebat, recitata eſt illa formula doctrinæ pro Concione, & Edictum impetratum fuit, ne quis contra illum faceret: unde & Miſſa iterum ibi permiſſa. *Sleidanus* l. 20. *Cruſius* l. c. c. 22. & Scriptores rerum Wirtenbergicarum.

Interea *Mauritius*, Dux Saxoniæ, loco Electoris *Johannis Friderici*, Electoris Saxoniæ inveſtitus fuit, ſolenni ritu Auguſtæ Vindelicorum ab Imp. *Carolo V.* qui, durantibus adhuc ibidem Comitiis, decretum fieri curavit de continuando Concilio Tridentino, quod publice recitatum fuit, & illud ſimul, quod erat de Religione ex Interimico ſcripto inſtituenda. Parebant tunc Sueviæ Civitates auctoritati Cæſaris; ideo pii & docti Theologi ab illis diſcedebant. Recepit Eſslinga Interim die 22. Jun. Reuttlinga die 25. ejusdem Menſis: & ſic Miſſa in his Civitatibus fuit reſtituta, retento tamen etiam Evangelio. Quod pariter Stuttgardiæ ita quoque factum fuit, die 15. Aug. Itaque *Erhardus Schnepffius*, Theologus, & alii Concionatores ex Wirtenbergia abierunt. A quibusdam etiam Principibus Electoribus, licet cauſam habebant, Cæſari non admodum reclamabatur.

Digitized by Google

Finitis deinde Comitiis Auguſtanis, cum *Carolus V.* Imp. Ulmam reverteretur, comprehenſi ibi fuerunt Concionatores, qui Interim recipere nolebant: *Martinus Frechtus*, *Martinus Rauberus*, *Bonaventura Stölzer*, *Jacobus Spieſſius*, *Georgius Fueſſius*: qui quatriduo in Carcere publico detenti fuerunt. Poſtea cum Cæſar inde abiret, catenis vincti, & currui impoſiti, (quem pone ſequebatur alter currus, cui *Johannes Fridericus* captivus inſidebat) devehebantur in oppidum Wirtenbergenſe Kirchheimium, ſtipati à ducentis Hiſpanis. *Cruſius l. c.* ubi plures recenſet Paſtores in ditione Ulmenſi, qui formulam illam credendi Interimicam agnoſcere noluerunt, quos inter Parentem quoque ſuum refert, qui Exilium, quam Interim, maluerit. Anno autem ſequente captivi illi, Eccleſiæ Ulmenſis Miniſtri, cum per 7. menſes in cuſtodia una omnes catena vincti, ſub Hiſpanico Centurione, Madronio, atque huc & illuc circumducti eſſent, tandem die 3. Martii libere dimiſſi ſunt. *Sleidanus* l. 21. Ex quibus deinde *Martinus Frechtus à Chriſtophoro*, Wirtenb. Duce, Theologiæ Doctor in Academia Tubingenſi, & Illuſtris Theol. Stipendiarius Ephorus aſſumptus eſt.

Manſit tunc adhuc conſtans in fide noſtra Civitas Conſtantia in Suevia, inter ſummas perſecutiones, uti alibi Brema, & Magdeburgum in Saxonia. Cum autem Imp. *Carolus* fratri, *Ferdinando* Regi, hanc Civitatem tradidiſſet, & Cives illius proſcripti nullam aliunde opem ſperaſſent, ipſi ſe Auſtriacæ Domui dediderunt. Tunc autem *Ambroſius Blaurer*, Eccleſiaſtes Conſtantienſis, & permulti cum illo Cives, propter Religionem Patria exceſſerunt.

Mutatus iſto tempore quoque fuit Status Reipublicæ Ulmæ, & Auguſtæ Vindelicorum, ubi Epiſcopus aliquot Sacrificos ſuſpectos Evangelii doctrinam abjurare coegit. Ulmæ autem Conſulares Viri & Senatores, qui Interim recuſabant, loco ſuo moti fuerunt: uti Ravenſpurgi, *Petrus Sonnerus*, & Biberaci, *Vitus Bæcklinus*, & *Johannes Egelſpachius*, qui recipiendi olim Evangelii Civibus ſuis Auctores fuerant. De quibus vid. Pantaleon, in deſcriptione Virorum Illuſtrium Germaniæ.

Erhardus Schnepffius Jenam diſcedit.

Ex Wirtenbergia *Erhardus Schnepffius*, Profeſſor Theologiæ, diſceſſit Jenam, pari munere ibi functus: *M. Georgius Hala*, Paſtor Eccleſiæ Waiblingenſis, pervenit Zwickam, & deinde Lipſiam, cui ſucceſſit in Eccleſia Waiblingenſi Ivo *Heinzelmannus*, olim Monachus. *Johannes Jacobus* quoque Eccleſiaſtes Sieſſenſis, dimiſſus eſt, & cum illo circiter 40. Miniſtri Eccleſiæ, ditionis Ulmenſis, in qua tamen novem permanſerunt, novam Religionis formulam amplexi, qui binas, quaternas, & ſenas parochias adminiſtrate cogebantur. Quidam autem tranquillioribus poſtea rebus ab exilio iterùm revocati fuerunt.

Iſto tempore Civitati Nerolingenſi quoque obtruſus fuit Miſſifex, quo Sacris primum operante, textorii pueri per feneſtram templi lapides contra eum in altare jaciebant, & nemo illum ſacrificantem audivit, ideò diu manere non potuit.

Monaſteria Wirtenbergica occupant

Alibi autem Abbates & Monachi paſſim Cœnobiis iterùm reſtituti fuerunt, quod factum quoque eſt in Ducatu Wirtenbergico, ubi Abbates priſtinam Juriſdictionem in ſubditos ſuos exercebant, & Duci *Ulrico* nil præter

ter Jus Patronatus relinquebant. Talem itaque Abbatem accepit iterum Cœnobium Murrhartenſe, *Martinum*, eodem quidem anno 1548. defunctum, pro quo Melchior, Epiſcopus Herbipolenſis, Abbatis honore affecit *Thomam Carlinum*, Priorem: in Cœnobio autem Hirſaugienſi, *Johannes* Abbas, qui remanſerat recepta jam poteſtate ab Imperatore, Monachos diſperſos recolligebat, & novitios adoleſcentes recipiebat. *Iterum Pontificii.*

Hoc anno *Petrus Paulus Vergerius*, Epiſcopus Juſtinopolitanus in Iſtria, qui jam viginti abhinc annis miſſus primùm à Pontifice ad *Ferdinandum*, Rom. Regem, erat, Lutheranis, quacunque poterat, incommodans, deinde Legatus quoque Papæ in Germaniam, ad promovendum Concilium Tridentinum, cum ſuſpectus Pontifici de Lutheranorum, ut vocabatur, hæreſi, purgandi ſui cauſa ſcribere contra hos inſtituiſſet, atque ideo diligenter libros eorum evolveret, ex illis ad ipſorum doctrinam converſus eſt; perterritus præſertim Exemplo *Francisci Spieræ*, Itali, qui Evangelium amplexus, cum iterum ad Papatum deſciviſſet, in deſperatione ſalutis ſuæ perierat. Hinc *Vergerius* Romæ, valedicens, conceſſit primo in Rhætiam, poſtea in Wirtenbergiam, ubi a *Chriſtophoro* Duce liberaliter Tubingæ receptus fuit. *Sleidanus* l. 11. *Cruſius* l. c. Obiit deinde anno 1565. 4. Octob. parentante illi *Jacobo Andreæ*, *Cruſius* l. 12. c. 11. part. 3. *Vergerius, Epiſc. Juſtinopolitanus, Papiſmo relicto ad Eccleſiam Evangelicam accedit.*

Anno MDXLIX. duravit adhuc perſecutio Evangelicorum Eccleſiæ Miniſtrorum, in Suevia & vicinis locis. *Fridericus* enim, Comes Oetingiæ, expulit Evangelicos Miniſtros, quod nollent S. Cœnam Domini aliter, quam initio à Chriſto inſtituta fuerat, adminiſtrare: idemque Comes *Johannem Jacobeum*, Concionatorem Sieſſenſem, Exulem, de quo ante, Oetingiæ conjecit in vincula, & Comitatu ſuo expulit; qui deinde Eccleſiæ Eberſpacenſi, Heidenheimenſi, & Heubacenſi in Wirtenbergia præfuit. Argentorati quoque *Bucero* & *Fagio* interdictum eſt, ne amplius concionarentur, qui deinde in Angliam profecti, ſuccedentibus in eorum locum *Caſparo Hedione*, & *Johanne Marpachio*, Theologiæ DD.

Tunc quoque Frater *Theobaldus*, Monaſterii Herren-Albenſis Viſitator, Abbatem illius Cœnobii elegit, *Georgium*. *Cruſius* l. c. c. 23.

Anno MDL. *Carolus V.* iterum Comitia Auguſtæ Vindelicorum habuit, ubi *Mauritius*, Elector Saxoniæ, niſi ſuis Theologis poteſtas decidendi fiat, & Papæ ſe Concilio libero ſubjiciat, frontem oppoſuit. Sub finem autem hujus anni die 6. Nov. obiit in Wirtenbergia *Ulricus* Dux, Tubingæ, turbido adhuc Religionis Statu, quam Pontifex Romanus variis modis tentavit: Dum priori anno tres Legatos Epiſcopos miſit cum indulto toti Germaniæ proponendo: ex cujus formula omnes, qui in Eccleſiæ gremium redire vellent, reciperent, delictis condonatis, & auctoritate Pontificis, cœnæ Dominicæ ſpecies ambas diſtribui permitterent. Quod indultum ab Haſſiacis Eccleſiæ Miniſtris repudiatum eſt. *Sleidanus* l. 11. *Mors Ulrici, Ducis Wirtenbergiæ.*

Ulrico Duci in Regimine Ducatus Wirtenbergici ſucceſſit filius, Dux *Chriſtophorus*, qui Halcyonia Eccleſiæ his regionibus ſecum reduxit, & Wir- *Ei ſuccedit filius*

Chriſtophorus, Princeps optimus.

tenbergiam primò ſtatim Regiminis ſui anno, qui erat MDLI. gravi onere libertavit, dum Kirchemio & Schorndorffio præſidia militum Hiſpanorum in Italiam deducta ſunt, & Aſperga pro Hiſpanis milites Germanos præſidiarios accepit, qui & ipſi altero anno inde diſceſſerunt.

Finivit hoc anno *Carolus V.* Imp. Comitia Auguſtana, cum hoc decreto, ut omnes Imperii Ordines Concilio Tridentino ſe ſubjicerent, atque accepta fide publica, ad illud venirent: cui decreto, cum Miniſtri Eccleſiæ Auguſtanæ obtemperare nollent, juſſi ſunt 16. Aug. ab Epiſcopo Attrebatenſi procul ab Imperio exulare: quod & Memmingenſibus Concionatoribus, Auguſtam vocatis, accidit: quorum præcipuus erat *Bartholomæus Berrhelinus*, Vir doctus & bonus.

Redierunt autem hoc anno Leonberga Moniales Pfullingenſes ad priſtinum Partheneonem, ubi paulatim vivere deſierunt, nullis aliis in illarum locum ſuccedentibus.

Cæterum magnum hoc anno Eccleſiæ in Wirtenbergia lumen affulſit in *Johanne Brentio*, quem, diu alio civili habitu, ſe tegere coactum, *Chriſtophorus* Dux miniſterio ſacro hoc anno reſtituit: qui ipſe quoque Religioſiſſimus Princeps, per hunc *Brentium* capita Doctrinæ Chriſtianæ tunc juſſit conſcribi, Concilio Tridentino exhibenda: qualia quoque *Mauritius*, Elector Saxoniæ, juſſit per *Philippum Melanchthonem* ſtylo comprehendi, quorum Principum inſtituto Senatus Argentoratenſis Civitatis ſe adjunxit, & *Caſparum Hedionem*, *Johannem Langium*, *Chriſtophorum Sellium*, *Bucero* generum, ad Theologos Wirtenbergicos miſit, qui cum his de Concilio Tridentino deliberarent. Miſit itaque *Chriſtophorus*, Wirtenbergiæ Dux, mox Tridentum Legatos, *Johannem Theodoricum Pherangerum*, & *Johannem Hœcklinum*, qui Confeſſionem ſuam Doctrinæ Concilio publice exhiberent, & annunciarent, venturos eo quoque Theologos ſuos, modo de fide publica iis ſatis caveatur, qui omnia eſſent copioſius explicaturi, & defenſuri. Venerunt Legati hi ſub finem Octobris Tridentum, noluerunt autem Comiti Montfortio parere, ut ad Pontificis Legatum irent, ne auctoritatem ullam illi videantur tribuere. Poſtea die 24. Jan. anni ſequentis Legatus Wirtenbergicus Patribus Tridentini Concilii, vocatus ab his, Confeſſionem Ducis *Chriſtophori* exhibuit, & Theologos venturos promiſit, qui ex S. literis hanc tueantur: quod eodem die fecerunt Legati *Mauritii*, Electoris Saxoniæ. Cum autem de formula cautionis inter Patres Tridentinos, & Legatos Wirtenbergicos non ſatis conveniret, hi die primo Februarij domum Tridento diſceſſerunt.

Mauritius, Elector Saxoniæ, libertatis Germanicæ contra Cæſarem Vindex, à Gallis petit auxilium.

Hoc tempore quoque *Mauritius*, Elector Saxoniæ, & *Albertus*, Marchio Brandenburg. cum *Henrico II.* Rege Galliæ fœdus ineuntes, ad vindicandam Germaniæ libertatem, & captivos Principes, Saxonem & Haſſum, liberandos, occeperunt. Itaque Elector *Mauritius*, liberata obſidione Civitate Magdeburgenſi, ad aſſerendam firmius Evangelii doctrinam ſcriptum edidit menſe Martii anni MDLII. quo graviter conquerebatur de Religionis diſſidio, ex quo commodis ſuis quidam conſulant, & de Landgravii Haſſiæ, *Philippi*, detentione, ad dedecus Germaniæ facta, cui par ſcri-

ſcriptum edidit quoque *Albertus*, Marchio Brandenb. de duriſſima Germaniæ ſervitute, ex Eccleſiaſticorum culpa. Quibus acceſſit *Henricus II.* Galliæ Rex, qui literis quoque publice profitebatur, ſe excitari, ut priſtinam Germaniæ libertatem contra Cæſarem reſtituat, & Principes captivos liberet, pro quibus hactenus fruſtra Germaniæ Principes, & inter hos quoque *Chriſtophorus*, Wirtenbergiæ Dux, apud *Carolum V.* Imperatorem interceſſerunt.

Chriſtophorus, Dux Wirtenb. Theologos ſuos mittit Tridentum ad Conciliu.

Priusquam autem nova hæc expeditio bellica cœpit, *Chriſtophorus* alios Legatos ad Tridentinum Concilium miſit, *Wernherum* à Munchingen, & *Hieronymum Gerhardum*, JConſultum, rogantes, ut ſibi de cautione & exhibita doctrinæ Confeſſione reſponderetur. Secuti hos ſtatim fuerunt eodem Menſe die 18. Martii, Tridentum quoque venientes, Theologi Wirtenbergici, *D. Johannes Brentius*, *D. Jacobus Beurlinus*, *Jacobus Heerbrandus*, *Valentinus Vannius*, & optime in Lectione SS. Patrum verſatus, *M. Jodocus Neobolus*, Concionator Entringenſis, quibus Argentinenſes Legati, *Johannes Marpachius D.* & *Chriſtophorus Sellius* acceſſerunt.

Confeſſio fidei Chriſtophori, Ducis Wirtenbergiæ, egregia.

Ivit in gentes & populos tunc pia Confeſſio *Chriſtophori*, Ducis Wirtenb. typis jam publicè excuſa, cujus exemplaria Patribus quibusdam Tridentinis diſtribuebantur, magno quoque cum cæterorum deſiderio. Quod indigne tulit Legatus Pontificius, qui antea publicè Confeſſionem hanc, à Legatis Wirtenbergicis exhibitam, ad ſe receperat, oppreſſam illam cupiens. Poſtulabant autem prædicti Theologi Wirtenbergici actionem ſecum inſtitui, & collationem ſententiarum de hac Confeſſione, ſed nequicquam. Illorum enim doctrina, ipſis non auditis, habebatur jam pro damnata. Alibi quòque Memmingæ non licebat habere pias Conciones, nec Sacramenta adminiſtrare, expulſis inde Evangelicis Miniſtris.

Jamque ad arma res iterum pervenit, dum *Albertus*, Marchio Brandenburgicus, cum copiis ſuis contra Cæſarem *Carolum V.* movens, Sueviæ oppida, Halam, Nerolingam, & alia, inter quæ Rotenburgum quoque in Franconia, occupavit. *Mauritius* quoque, Saxoniæ Elector, Auguſtam Vindelicorum deditione cepit, & veterem ibi Senatum reſtituit. Metenſem Urbem *Henricus II.* Galliæ Rex, occupavit, ſed & Imperio eripuit. Unde proximi Argentinenſes animo ab ipſo averſi fuerunt. Ulma quoque à fœderatis Principibus, ſed fruſtra obſeſſa, Memmingæ autem, his appropinquantibus, Evangelium rurſus publice prædicari cœpit; inde iidem Principes omnem Epiſcopi Auguſtani ditionem ſibi ſubjiciunt, & *Othoni Henrico*, Palatino, terras à Cæſare occupatas reddunt. Quo armorum tumultu excitato, diffugerunt Tridento ex Concilio Itali & Germani Patres, protrahentes illud ad aliud tempus, quæ abruptio multis ex ipſo Concilio grata fuit. *Mauritius* autem, Elector Saxoniæ, una cum Sociis, cæſis militibus Cæſareis, ad Rutham & Fueſſam, & capta Ehrenberga, arce ad alpes munitiſſima, Oenipontem jam usque con-

Pax inter Cæſarem, & Principes Evangeliços.

tendit. Sed Imperator *Carolus* ſubito ſe Villacum inde recepit, dimiſſo prius *Johanne Friderico*, Duce Saxoniæ, ne hoſtes de illo gloriari poſſent. Hinc jam inter Electorem *Mauritium*, & Imperatorem *Carolum V.* de pace agebatur, ſollicite hanc curante *Ferdinando*, Rege Romano, & ſucceſſit quidem hæc res feliciter, die 24. Julij, transactione Paſſavii inita, quæ pacem Religioni dedit, & Philippum, Haſſiæ Landgravium, libertati reſtituit: Conſiliarios Religionis Evangelicæ & Auguſt. Confeſſ. ad ſupremum Cameræ Imp. Judicium admiſit, & temporariam in Religione formulam Interim interemit. Qua transactione quoque res inter *Ferdinandum*, Regem Romanum, & *Chriſtophorum*, Wirtenbergiæ Ducem, ratione Ducatus Wirtenbergici, lite inſtituta, compoſita fuit.

Hinc mox Imperator *Carolus V.* Auguſtam Vindelicorum cum Exercitu Germanorum, Italorum, & Hiſpanorum venit, & ibi tres ex Concionatoribus rejicit, reliquis Verbum Divinum ex præſcripto Auguſtanæ Confeſſionis docere permittit. Concionatores quoque Evangelici Memmingenſes, *Bartholomæus Berthelinus*, & *Magnus Michael* Civitati reſtituti ſunt. Oetingiæ quoque Comites à Cæſare in gratiam recipiebantur.

Brentius, primus Præpoſitus Evangelicus Stutgardiæ.

Interea cum Stutgardiæ ultimus Eccleſiæ Collegiatæ Præpoſitus Pontificius diem obiiſſet, *Chriſtophorus*, Wirtenbergiæ Dux, *Johannem Brentium*, primum illius Collegiatæ Eccleſiæ Præpoſitum conſtituit, eidemque inſpectionem Academiæ Tubingenſis mandavit. Monaſterio autem Königsbronnæ Abbatem præpoſuit, *Johannem Epplrium*, *Ambroſio Bachulero* propter minus commodam adminiſtrationem remoto. Præerat ſimul idem Abbatiæ Maulbronnenſi, Coadjutore *Jacobo Schroppio*. Sicque cum *Chriſtophorus* Dux Confeſſionem ſuam Tridentino Concilio obtuliſſet, paulò poſt cum Abbatibus in Ducatu ſuo egit, ut ſecundum hanc omnia facerent in Sacris, & præſertim Scholas, olim Monaſteriis uſitatas, reſtituerent, inque illis Cœleſtem Doctrinam traderent.

Dùm autem *Carolus* Imperator Civitatem Metenſem fruſtra obſedit, *Wolffgangus May*, Ord. Teutonici, oppidum Ellwangenſe occupavit, Præfecturam ibi Eccleſiaſticam, ceu pinguem Præpoſituram, affectans. *Chriſtophorus* autem, Wirtenbergiæ Dux, tanquam Patronus illius Præpoſituræ, jam inde à Majoribus ſuis auxilio à Canonicis invocatus, urbem & arcem illam obſidet atque recuperat, ipſisque Canonicis libertatem eligendi, quem vellent, Præpoſitum, reſtituit.

Altero anno MDLIII. *Chriſtophoro*, Wirtenberg. Duci, magna lis fuit cum Abbate *S. Blaſii* in Sylva Hercynia, quæ per arbitros, à *Ferdinando*, Rege Rom. conſtitutos, compoſita fuit Nellingæ.

Nativitas Ludovici Pii, Ducis Wirt.

Anno MDLIV. ipſis Calendis Jan. natus eſt, parente *Chriſtophoro*, *Ludovicus Pius*, Wirtenbergiæ Dux, cui multum quoque Chriſtiana Religio in his tertis debuit.

Anno MDLV. *Carolus V.* Imperator ultima Comitia Auguſtæ Vindelicorum habuit, quibus frater illius *Ferdinandus*, Roman. Rex, præfuit. Jacebat tunc omnium oculi

oculis Principum expoſita vaſtatio Germaniæ, quam ipſe Cæſar attribuebat diſſidio Religionis, & exiſtimabat, remedium huic malo adhuc afferri poſſe per Colloquia Theologorum, agebat etiam de juvandis auxilio afflictis Ordinibus, & perturbationibus otii publici coercendis. Cumque Comitia hæc in octavum usque menſem duraſſent, decretum tandem in illis factum eſt, nemini propter Auguſtanæ Confeſſionis Religionem, nec Principi nec Civitati bellum inferendum eſſe. Ea hæc eſt diu adeò deſiderata Pax illa Religioſa, qua Religioni & Germaniæ ſecuritas denique reddita. Interfuerunt inter alios Imperii Status & Principes Comitiis his, ex Suevia, *Otho*, Epiſcopus Auguſt. *Chriſtophorus*, Dux Wirtenbergiæ, *Carolus* & *Philibertus*, Marchiones Badenſes, & *Wolffgangus*, Abbas Campidonenſis.

Pax Religioſa ſancitur.

Poſthæc Imperator, *Carolus V.* ætate & mole rerum defatigatus, ſtatuit Germaniâ diſcedere, & Regna Hiſpanica reviſere, inque illis reliquum vitæ cum tranquillitate peragere; quapropter ipſe Filio *Philippo*, gubernationem primo Provinciarum Belgii, deinde Regnorum Hiſpaniæ, & denique ipſius Romani Imperii fratri ſuo *Ferdinando*, Rom. Regi, tradidit. Vid. *Sleidanus* l. 25. 26. & Script. rerum Germanicarum de Vita & abdicatione *Caroli V.* Imp.

Carolus V. Imp abdicato Imperio quietem animæ quærit.

Anno MDLVI. die primo Junij prodiit Eccleſiaſtica Ordinatio, conformis Confeſſioni Auguſtinæ Pforzhemii, nomine *Caroli*, Marchionis Badenſis, Eccleſias ſuas tunc reformantis, quam ad rem inter alios uſus quoque eſt operâ Wirtenbergicorum Theologorum, *Jacobi Andreæ*, & *Jacobi Heerbrandi*. *Beutherus* in Obſerv. Hiſtor.

Inſtitutæ quoque ſunt hoc tempore Scholæ in Monaſteriis Wirtenbergenſibus, in quibus pro indoctis Monachis Juventus ingenioſa ad veram pietatem, & utilem rei Chriſtianæ doctrinam erudiretur. Quam ob cauſam Hirſaugiam vocatus eſt *M. Henricus Weickersreuter*, Calvenſis Eccleſiæ Paſtor, poſtea Theologiæ Doctor, & Abbas hujus Monaſterii; cujus Abbate *Johanne Sculteto* hoc anno mortuo, ſucceſſit *Ludovicus* Abbas, qui relicto Monaſterio anno 1534. in Patriam ſe ad vitam privatam receperat. Cum autem plurimos annos Conventualis & Prior fuiſſet, ſupplex factus Duci *Chriſtophoro* Abbatiam hanc petiit, & impetravit, illique usque ad annum MDLX. præfuit.

Anno MDLVII. Pax religioſa firmata fuit in Comitiis Ratisponenſibus, (quod & in omnibus ſubſequentium Imperii Comitiorum Receſſibus factum) & Colloquium Theologorum Wormatiæ inſtitutum eſt, cujus initium factum menſe Septembri, Præſide *Julio Pflugio*, Epiſcopo Naumburgenſi; Collocutores ex Pontificiis erant, *Michael*, Epiſcopus Merſeburgenſis, *Delphus*, *Suffraganeus* Argentoratenſis, *Canisius*, *Staphilus*, & duo Theologi Lovanienſes. Ex Auguſt. Confeſſionis Theologis Collocutores erant *Philippus Melanchthon*, *Johannes Brentius*, Præpoſitus Stuttgard. *Erhardus Schnepffius*, Prof.

Digitized by Google

Prof. Jenensis, *Jacobus Rungius*, Pastor Grypswaldensis, *Georgius Kargius*, Onolzbacensis, & *Johannes Pistorius*, Nidanus. Notarius in hoc Colloquio fuit ex parte Evangelicorum, *Jacobus Andreæ*, Pastor Gœppingensis, cum *Paulo Ebero*. Normam vel Criterium hujus Colloquii, & Controversiarum in Religione Pontificii statuebant perpetuum Ecclesiæ Consensum: Evangelici scripta Prophetica & Apostolica, atque Symbola, & pura etiam scripta Ecclesiasticorum. Cum autem de Criterio non conveniret, & dissensio inter ipsos Lutheranos de rebus Adiaphoris orta esset, nullum effectum hoc Colloquium habuit, illique abrumpendo occasio data est, non invitis Pontificiis. Vid. Chronol. & Historia *Buchholceri* & *Bentheri*.

Nobilis de Liebenstein, accedit ad Ecclesiam Evangelicam.

Vivebat isto tempore *Johannes de Liebenstein*, Gœppingæ, qui per octo annos concionantem ibi audiverat, *D. Jacobum Andreæ*, semper tamen missificem secum habens, & expectans, quando tandem decisio de Religione fieret. Cum vero audiret, nihil in Colloquio Wormatiensi effectum esse, & Pontificios dicere, Scripturam non esse vocem Judicis, sed materiam litis, ipse hoc ægrè ferens, mox Ecclesiam suam reformavit ad normam Evangelii. Vid. Parentatio, quam *Jacobus Andreæ* Nobili huic *Liebensteinio*, optimè de literarum quoque studio merito, habuit, cui multa insunt lectu digna, de Statu Religionis in Suevia isto tempore.

Anno MDLIX. in Monasterio Kœnigsbronnensi Schola cœpta est sub Abbate, *Jacobo Schroppio*, accurante *Johanne Brentio*. Quem in modum in aliis quoque Monasteriis Ducatus sub Abbate & duobus Magistris alebantur Studiosi; qui postea Tubingam in Illustre Stipendium Ducale transmittebantur, ubi Gradum Magisterii Philosophici adepti, Theologiæ Studiis mancipabantur, & postea Ecclesiis Ducatus præficiebantur; quin & sæpius extra Wirtenbergiam longè lateque emittebantur, quando Procerum aliquis, aut Nobilis, aut Civitas, Ministrum Ecclesiæ à Serenissimis Wirtenbergiæ Ducibus petebant: facta tamen prius in templo, præsente populo, Ordinatione: Et talis Schola Evangelica, anno MDLX. à *Christophoro*, Wirtenberæ Duce, erigebatur quoque in Monasterio Hirsaugiensi, sub primo August. Confess. Abbate, *Henrico Weickersreutero*, qui antea ejecto per Ducatum INTERIM Ecclesiæ Calvensis Superintendens erat.

In Cœnobio Rorhaldensi, prope Tubingam, olim extabat publicum testimonium Veritatis.

Anno MDLX. in Cœnobio Rorhalda prope Tubingam, supra ostium templi in parte interiore incisum in saxo hoc distichon majusculis literis legebatur:

Ex merito Christi tantum salvamur abunde,
Ergò tuis factis ne fidas optime frater.

Itaque in medio etiam Papatu fuit Evangelium, sed tenebris obscuratum, de solo conservante Christo, uti *Crusius* ait, Part. 3. l. 12. c. 6. ubi lapidem illum postea evulsum esse refert: Similem autem inscriptionem Argentorati in summo templo supra Altare

Digitized by Google

tare, ubi missificabatur, narrat; frustra me colunt, docentes doctrinas, traditiones hominum Matth. 15. v. 9.

Hoc anno quoque *Johannes Brentius* curavit Scholam Monasticam in Cœnobio Bebenhusano sub Abbate, *Eberhardo Bidenbachio*, SS. Theologiæ Doct. quem ipse Sacris initiavit.

Anno MDLXI. Pius IV. Pont. Rom. Concilium Tridentinum continuare studuit, quo ipso anno *Christophorus*, Wirtenb. Dux, iter ad Magnum Conventum Principum, Naumburgum in Thuringia suscepit, cui interfuerunt quoque duo Nuntii Pontif. Rom. qui invitabant Principes Germaniæ Evangelicos, ad Concilium Tridenti celebrandum, commendantes curam Pontificis, quomodo possint errantes reduci ad unionem Ecclesiæ, cum jam fere tot essent Evangelia in Germania, quot Doctores. Responderunt autem Principes & illorum Legati, se manere in Augustana Conf. anno 1530. *Carolo* Cæsari exhibitâ: nec agnoscere Papam, utpote Ecclesiæ perturbatorem, qui & in doctrina erret, nec potestatem indicendi Concilii, nec sumendi sibi Judicis partes habeat: cum de gravissimis erroribus accusatus sit. Papam quoque suam, non Christi gloriam quærere. Cæsares & Reges sibi subjicere, & nationes bellis inter se concitare. Nec verum esse, quod dicatur, quasi ipsi nil certi in doctrina, & alii aliud Evangelium habeant. Patere constantiam suæ rectæ Religionis in Confessione August. neminem a se agnosci superiorem, quam Cæsarem *Ferdinandum*: se Legatis quoque, nisi Papæ nomine talia nunciassent, benevolentiam & honorem declaraturos fuisse, ut viris sapientibus, & amplo genere natis: cum præsertim ipsi erga Venetos animis bene affecti sint. Ità Pontificis nuntii dimissi, & Papa postea in Concilii fabricatione perrexit, ad quod tamen ex Germania, Gallâ, & aliunde non multi venerunt. *Crusius* l. c. c. 7. & Acta atque Scripta publica de hoc Conventu Naumburgensi.

Theologi Wirtenbergici à Duce Christophoro mittuntur ad Colloquium P. Stacense in Gallia.

Sed & eodem anno *Christophorus*, Wirtenbergiæ Dux, optimè de Religione Christiana mereri studuit, dum Mense Octobri Lutetiam Parisiorum ad Antonium, Regem Navarræ, propinquum suum, ob Colloquium de rebus Religionis, Posliaci in Gallia institutum, misit suos Legatos, *D. Jacobum Beurlinum*, Cancellarium Academiæ Tubingensis, (qui in ista Legatione die 28. Octob. Lutetiæ obiit) *Melchiorem a Salhausen*, *Balthasarum Bidenbachium*, Concionatorem Aulicum, & *Jacobum Andreæ*, Superintendentem Diœceseos Goeppingensis.

Anno MDLXII. perrexit amplius Dux *Christophorus* in tam plo Zelo, dùm Mense Februario cum *Johanne Brenio* profectus est ad Tabernas Alsatiæ Cardinalis Lotharingi, & Fratris ejus, *Francisci Guisii* Ducis oratu, tanquam colloquendi causâ de controversia, & compositione Religionis; sed revera agebatur ab illis callidè, ne auxilia Principum Germanorum in Galliam contra Pontificios venirent; unde deinceps Civilibus armis inter partes diversæ Religionis, Condæanos & Guisios, atrociter certatum fuit. *Bentherus* l. 28. & Script. hujus belli Civilis, & rerum in Gallia istius temporis.

Eodem anno *Jacobus Andreæ* defuncto *Jacobo Beurlino* ſucceſſit in Præpoſitura Eccleſiæ Tubingenſis, & Cancellariatu Academiæ.

Anno MDLXIII. Ordinatio facta fuit à Circulo Suevico, qua Paci Civili non tantum, ſed & Religionis per Imperium, præſertim in Suevia, contra vim externam bene proviſum fuit. Ad quam Ordinationem, typis impreſſam, plurimum contulit *Chriſtophorus*, Wirtenberg. Dux, idemque Circuli Suevici Director. *Cruſius* l. c. c. 9.

Expiravit etiam hoc anno Concilium Tridentinum, die 4. Decembr. ad finem perductum.

Anno MDLXIV. *Chriſtophorus*, Wirtenbergiæ Dux, interdictum in templis publicavit, ne Anabaptiſtarum, Schwenckfeldianorum, Sacramentariorum ſcripta in hoc Ducatu venderentur, aut legerentur.

Colloquium Maulbronnenſe.

Eodem anno, die 10. Apr. habitum eſt Colloquium Maulbronnæ, inter *Chriſtophori*, Wirtenb. Ducis, & *Friderici*, Electoris Palatini, Theologos, de præſentia Chriſti, in S. Cœna Dominica, Collocutoribus Palatinis, *Michaele Tilleno*, *Petro Bockwino*, *Caſparo Oleviano*, *Zacharia Urſino*, & *Petro Datthено*: Wirtenbergicis autem, *Johanne Brentio*, Præpoſito Stuttgardiano, *Valentino Vannio*, Abbate Maulbronnenſi, *Jacobo Andreæ*, Præpoſito & Cancellario Tubing. *Theodorico Schnepffio*, Paſtore Tubingenſi, & *Balthaſaro Bidenbachio*, Concionatore Aulico. Duravit hoc Colloquium per 7. dies, cujus acta extant.

Primus Truberus libros quosdam S. Scripturæ, & ſcripta quædam Theologorum in Slavonicam linguam transfert.

Anno MDLXV. Mecænate, Duce *Chriſtophoro*, & *Johanne Ungnadio*, Barone, quem Dux ille, cum exulibus quibusdam, ex Stiria & Carinthia propter Evangelii doctrinam pulſis, clementiſſimè in Wirtenbergiam receperat, Viri quidam pii ac Docti, Primus *Truberus Carniolanus*, Paſtor Derendingæ, *Stephanus*, Conſul Hiſtrianus, & *Antonius Dalmata*, libros quosdam S. Scripturæ, & alios Symbolicos, noſtrorumque Theologorum ſcripta, & inter hæc, Catechismum *Martini Lutheri*, Græcè converſum, in Slavonicam, vel Croaticam Linguam, transtulerunt, & in officina *Georgii Gruppenbachii* Tubingæ typis excuſos, non tantùm ad conterraneos ſuos ad firmandam horum fidem, ſed & in Græciam & ad Turcicas gentes, ut ita Chriſtianiſmo imbuerentur, transmiſerunt.

Anno MDLXVI. *Jacobus Andreæ* reformavit Eccleſiam Hagenoenſem in Alſatia, quæ primum Evangelii Doctorem accepit *Philippum Heerbrandum*.

Anno MDLXVII. *Ulricus*, Comes Helffenſteinius, metuens *Philippum II.* Regem Hiſpaniæ, & executionem diram Concilii Tridentini, quæ inſtare putabatur, relicta Evangelii profeſſione, quam ſuſceperat, rediit ad Pontificiam Religionem, & Concionatores Lutheranos dimiſit, quos inter fuit, *M. Jac. Dachtlerus*, Paſtor deinde, & Hebraicæ Linguæ Prof. Tubingæ.

Jac. Andreæ, Reformator Ducatus Brunſuicenſis.

Anno MDLXVIII. *Jacobus Andreæ* Tubinga profectus eſt in Ducatum Brunſuicenſem, Cal. Sept. poſt mortem Ducis *Henrici*, à ſucceſſore filio ejusdem Julio, Duce Brunſuicenſi & Luneburgico vocatus, ad reformandum a Pontificia doctrina Ducatum illum. Fuit

Fuit autem hic annus tristis Ecclesiæ Wirtenbergicæ, ob mortem Christianissimi Ducis, *Christophori*, die 28. Dec. qui tamen dignum, & in Religionis quoque curâ, similem sibi nactus est Successorem, Filium, Ludovicum Pium.

Mors Christophori, Ducis Wirtenbergiæ, Principis optimi

Anno MDLXX. obiit Stuttgardiæ *Johannes Brentius*:
Voce, stylo, pietate, fide, candore probatus.

Mors Joh. Brentii.

Cui epitaphium erectum est in templo Ecclesiæ Collegiatæ, cujus Præpositus fuit, cum hac inscriptione: *Johannes Brentius, natione Suevus, patria Wilensis, Theologus Clarissimus, Ducum Wirtenbergensium Consiliarius: inter primos repurgata Ecclesiæ restauratores fuit. Scripturas Propheticas & Apostolicas in Scholis, Sacris Concionibus, Comitiis Imp. Rom. & lucubrationibus suis illustravit ac propugnavit. Confessionis causâ exilium constanter tulit: Consiliis Ecclesiam, & communem Patriam juvit: vitæ innocentiâ Professionem ornavit. Et cum in hoc suo curriculo quinquaginta & amplius annos magno Ecclesiæ commodo elaborasset, placide in Christo obdormivit, & summo piorum omnium luctu hic sepultus est. Anno Dom. 1570. mense Septembr. d. 11. Cum vixisset annos 71. menses 2. dies 3.* Vide plura de *Brentio* apud *Crusium* in Germano-Græcia l. 6.

Anno MDLXXIII. *David Ungnad*, Baro, *Maximiliani II*, Imp. Legatus ad Portam Ottomannicam, rogavit *Ludovicum Wirtenb.* Ducem, ut sibi pium & eruditum quendam Theologiæ Studiosum, Concionatorem Legationis suæ Constantinopolitanæ concederet. Electus est itaque *Stephanus Gerlachius*, Magister Repetens in Stipendio Ducali Tubingæ, cui *Jacobus Andreæ*, & *Martinus Crusius* literas Græcas commendatitias (& hic quidem periculum commercii literarii cum Græcis facturus) ad Jeremiam, Patriarcham Constantinopolitanum, dederunt. Abiit cum his Gerlachius die 9. Apr. Tubinga, & Constantinopolin intravit die 6. August. Hoc jam principium extitit divinitus multarum & magnarum in Religione actionum, scribente Patriarchâ Constantinop. viciss^im., non tantum ad *Crusium*, sed & ad reliquos Theologos Wittenbergicos, & Professores Academiæ Tubingensis, qui & ipsi sæpius rescripserunt Pontificiis, & aliis oppugnantibus. Vid. *Martini Crusii* Turco-Græcia, & soror ejus, uti ipse appellat, Germano-Græcia: ut & Itinerarium *Steph. Gerlachii*, insignis postea Theologi, quod ante plures annos Nepos illius, *Samuel Gerlachius*, Abbas Monasterii S. Georgii in Wittenbergia, typis evulgavit.

Steph. Gerlachius, Concionator Legationis Davidis Ungnadii, Legati Cæsarei ad portam Ottomannicam.

Eodem anno Memmingæ Monasterium *S. Elisabethæ* in Scholam Latinam conversum fuit, curâ præsertim *Melchioris Stebenhabers*, Senatoris nobilissimi, nec minoris pietatis, quam Eruditionis Viri.

Anno MDLXXIV. *Jacobus Andreæ*, & *Martinus Crusius*, Patriarchæ Constantinopolitano Augustanam Confessionem, a *Paulo Delfico* Doctore in Græcam Linguam conversam, miserunt: quibus mox humaniter respondit Patriarcha: præter quem etiam *Johannes Zygomala*, Rhetor Patriarchicus, & ejus filius *Theodosius*, protonotarius, eruditas & benevolas literas ad

Commercium literarium inter Jacobum Andreæ, Crusium & Ieremiam.

Digitized by Google

Patriarcham Constantinopol. eundem *Crusium*, & ejus Auditores Græcæ linguæ in Academia Tubingensi scripserunt, & pares a *Crusio* receperunt: dante etiam responsum ad Aug. Confessionem Patriarcha Jeremia.

Anno MDLXXV. die 29. Jun. *Jacobus Andreæ* in oppido Imperiali Aala Ecclesiam reformavit, & puram Evangelii doctrinam ibidem plantavit, atque rigavit.

Anno MDLXXVI. *Jacobus Andreæ* primum iter Saxonicum ingressus est, die 14. Martii, vocatus ab Augusto, Electore Saxoniæ, propter Calvini Dogma, in Saxonia irrepens.

Examine Catechismi Juventus Wirtenbergia eruditur. Eodem anno & mense diebus Dominicis, usque ad Dominicam Palmarum, cœpit Tubingæ & in aliis Wirtenbergiæ Ecclesiis, horâ primâ post prandium, puerorum & puellarum Examen ex Catechismo in templo à Ministris Ecclesiæ, de sex capitibus Religionis Christianæ, Baptismo, Symbolo Apostolorum, Oratione Dominicâ, Decalogô, S. Cœnâ, & Potestate Clavium: quod ita quotannis fiebat, Juventute in tres partes, vigilias vocabant, divisâ, & unaquaque earum in duas dimidias partes; quarum una dimidia pars singulis diebus Dominicis jubebatur comparere in templo, & discere prius Catechismum in Scholis, & Domi apud Parentes, priusquam publice in Ecclesia examinaretur: Atque ita diligentissima Juventutis ratio in ipsis Christianæ Religionis fundamentis percipiendis, habita fuit.

Mors Maximil. II Imp. Evangelicis faventissimi. Cæterum tristis fuit hic annus morte *Maximiliani II.* nostræ Religioni faventissimi, qui aliquando Pragæ ad *Jacobum Andreæ* mitissimè dixit; O Doctor Jacob/ wie habt Ihr so viel Widersacher: Aber fahret in negotio Concordiæ beständig fort.

Anno MDLXXVIII. ipsis Cal. Jan. *Joachimus à Sinzendorff*, *Rudolffi II.* Legatus, & Concionator ejus Evangelicus, *Salomon Schweicker*, Sulzensis Wirtenbergicus, qui Itinerarium in terram Sanctam conscripsit, & typis edidit, *Ungnadio* Baroni, & *Stephano Gerlachio* successuri, urbem Constantinopolin intrarunt.

Primum Jubilæum Academiæ Tubingensis. Eodem anno die 20 Febr. Annus Secularis, seu Jubilæus, Academiæ Tubingensis, celebratus est solenniter, præsente *Ludovico Pio*, Wirtenbergiæ Duce, cum Conjuge, *Dorothea Ursula*, Marchione Badensi, hujusque duobus fratribus Marchionibus. Vid. de hoc primo Jubilæo Academico, Acta publica typis impressa, & *Crusius* l. c. c. 24.

Formula Concordiæ publicatur. Anno MDLXXIX. negotium Concordiæ in retinenda Confessione Augustana, cujus gratiâ *Jacobus Andreæ* in Saxonibus fuit, perficiebatur, & prælo commendabatur, redeunte propterea *Jacobo Andreæ* Tubingam, die 10. Augusti. Postea anno MDLXXX. die 24. Apr. publicata est Dresdæ FORMULA CONCORDIÆ, opus in Christiano Orbe maxime memorabile, DEO gloriosum, hominibus salutare, cui multi Principes, Comites, Civitates, (ne quid de Theologis & Pastoribus passim per Germaniam dicam) & ex Suevis quidem *Ludovicus*, Dux Wirtenbergiæ, *Frederi-*

cus,

ricus, Comes Wirtenb. & Mompelgard. Marchionum Badenſium, *Erneſti & Jacobi*, Curatores; *Gottfridus*, Comes Oetingenſis, *Henricus de Lympurg*, Semper-Liber, Ulma, Eſslinga, Reuttlinga, Nordlinga, Suevica Hala, Hailbrunna, Lindavia, Memminga, Kauffoeurum, Isna, Campidonum, Gienga, Ala, Bopfinga, Donawerda, Wimpina. Conſtituta ideo hæc Concordia eſt, quod ab adverſariis dictabatur: ne duos quidem, aut tres *Lutheranos* eſſe, qui de confeſſione Auguſtana conſentirent per omnia. Vid. *Leonhardi Hutteri* Concordia-Concors, cui fruſtra ab Hoſpiniano oppoſita fuit Concordia Diſcors.

Auguſtæ Vindelicorum hoc tempore Jeſuitæ ex deſtructis *Chriſtophori Fuggeri* ædibus ædificabant novum Collegium Studiorum; & contra Evangelici Cives nacti aliam ejusdem *Fuggeri* domum, condebant aliud Collegium, contributione in illud à Civibus facta.

Commercium inter Græcos & Tubingenſes ceſſat. Errores Græcorum.

Anno MDLXXXI. nolebant amplius Græci cum Theologis Wirtenbergicis de Religione agere, quod hi cum ipſis certarent, rejectis humanis commentis & traditionibus, nixi ſolis Sacris Literis V. & N. Teſtamenti, quibus reſiſtere adverſarii non poſſunt. Diſſentiebant autem Theologi noſtri à Græcis, 1. in Articulo de proceſſione Spiritus Sancti 2. de libero Arbitrio. 3. De Iuſtificatione hominis coram DEO. 4. De numero Sacramentorum. 5. De invocatione Sanctorum, & 6. de meritis Vitæ Monaſticæ. Extant de his omnia Theologorum Wirtenbergicorum cum Græcis acta & Scripta, Græcè & Latine anno 1584. Wittenbergæ excuſa, quæ deinceps à Pontificiis certatim oppugnata ſunt, Sed DEI Conſilium evertì ab irriſoribus non poterat, beneait *Cruſius* l. c. c. 28. Primus autem inter Pontificios *Stanislaus Socolovius*, edidit Converſionem Latinam, primi Patriarchici ad Tubingenſes Theologos reſponſi, Cracoviæ typis excuſam: calumnians, *Lutheranos* hæreticos voluiſſe ſibi caput præficere Patriarcham Græcum. Sed acriter illi reſponſum fuit, anno MDLXXXIV. non Lutheranos, ſed Papiſtas eſſe hæreticos: Nec Lutheranis deeſſe Caput, quia habeant Chriſtum, qui ſit Eccleſiæ caput. Reſponſum quoque tunc fuit adverſus Scripta *Wilhelmi Landam*, & *Johannis Baptiſtæ Ficklerì*. Vid. præfat. Actorum & Scriptorum Conſtantinop.

Novum Commercium literarium inter Thraces, Ægyptios & Mart Cruſium.

Quanquam autem ceſſaverit tunc commercium literarum in Religione, quo Thracia Wirtenbergiæ, & Byzantium Tubingæ jungebatur, cœpit tamen *Cruſius* mox aliud, quod ipſe Ægypto intulit, dum ad Melctium Magnum Proto-Syngelum, & Procuratorem *Alexandrinæ* Papæ, Patriarchæque judicis Oecumenici Epiſtolas, una cum Compendio Theologico, in Wirtenbergia uſitato, miſit: & viciſſim literas ab illo, ex urbe Cairo anno 1583. die 14. Octob. ſcriptas, anno ſequente 1584. accepit. Et deinde iterum novum literarum commercium in Thraciam anno 1585. ad cognoſcendum Eccleſiæ Græcæ ſtatum, inſtituit. Vir ſanè non ſolum de Græcis literis, quibus Athenas Sueviæ intulit, incomparabiliter, ſed & de noſtra Religione, optimè inter exteros meritus.

Novum Calendarium à Gregorio XIII. P. R. orbi obtrusum, ab Evangelicis rejicitur.

Anno MDLXXXII. Pontifex *Gregorius XIII.* novum Calendarium exemptis decem diebus, qui inter 4. & 15. diem Menſis Octobris erant, edidit quod non Theologi ſolùm noſtri, ſed & alii Viri clari & ſapientes, non eſſe approbandum exiſtimabant, quod emendatio illa non juſſu Imperatoris, Electorum & Principum, per Mathematicos, licet eruditos & accuratos, facta eſſet. Vid. de hoc Calendario Gregoriano ſcripta in utramque partem, & ex noſtris Mathematicis, *Mich. Meſtlini*, cui ex Pontificiis ſe oppoſuit Clavius. Coeptum eſt autem hoc Calendarium Novum à Pontificiis obſervari, die 10. Febr. anno MDLXXXIII. Cum autem annus habeat dies 365. horas quinque & minuta 49. fuiſſent à nato Chriſto fere quatuordecim dies, ex illa minutorum collectione, usque ad annum 1583. ſed Papa accommodavit computum ſuum ad tempus Concilii Niceni, quando æquinoctium vernum incidit in diem 21. Martii. Quanquam autem *Poſſevinus* ſcribat, *Jeremiam* Patriarcham Conſtant. Calendarium hoc in Eccleſia Græcâ recepiſſe, ipſe tamen in literis ad *Cruſium*, hoc unquam à ſe factum fuiſſe, pernegat, quia illud Calendarium inconſulto ſe à Papa *Gregorio* editum ſit, & Patribus Eccleſiæ, atque priſcæ Paſchatis rationi adverſetur. *Cruſius* l. c. c. 38.

Gebhardus, Elect. Colonienſis, ad Eccleſiam Evangelicam accedit, Theologis etiam Wirtenbergicis additus.

Eodem anno 1583. menſe Jan. ad Colonienſem Electorem, *Gebhardum*, qui Evangelicæ doctrinæ cupidus erat, ex Ducatu Wirtenbergenſi miſſi ſunt, D. *Lucas Oſiander*, *Johannes Dapifer*, *L. B. D. Balthaſ. Eſengrien*, & Nobilis *Oſtheimer*. Scriptum etiam ejusdem Archi-Epiſcopi exiit, quo poteſtatem ſuis omnibus faciebat, Evangelii ſecundum Auguſtanam Confeſſionem prædicandi. Nuptias cum Agnete Mansfeldenſi celebravit. Hæc intolerabilia erant Pontificiis. Quare Pontifex anathemate feriit *Gebhardum* hunc Waldpurgium, Elect. Colonienſem, (in cujus locum multis contentionibus, & armorum quoque diſceptatione Cardinalis Auſtriacus obtruſus fuit,) contra quem Anathematismum ſcriptum prodiit, quo monſtrantur Papæ impietas, tyrannis, ſuperbia; qui indictâ cauſâ, inconſulto Cæſare, *Gebhardum* condemnet. Eum ſibi arrogare in omnes (Cæſarem etiam) poteſtatem. Dicit Papa in Anathematismo: Chriſtum ſuam S. Catholicam Eccleſiam in Petro & ſucceſſoribus ejus Romanis Pontificibus collocaſſe, ut ii ſuper regna & gentes conſtituti, poteſtatisque divinæ Principatum in terris obtinentes, decernant, quicquid in ea plantari & evelli debeat.

Jac. Scheckius, Philoſophus Tubing. cum Theologis reconciliatur.

Diſſentiebat etiam hactenus in uno & altero dogmate à noſtris Theologis *Iacobus Scheckius*, Philoſophus celeberrimus in Academia Tubing. uti ſcripta utrinque edita teſtantur. Sed anno hoc ipſe rediit ad meliorem mentem, & S. Cœnâ Dominicâ potitus, profitebatur, 1. non in utroque Teſtamento S. literarum umbras eſſe, ſed in Vetteri tantum typos, in novo verò rem ipſam. 2. Indignos etiam percipere corpus Domini, ſed ſibi ad judicium. 3. non ſtatueret Capernaiticam, ſeu craſſam manducationem, ſed ſimpliciter & ſine tropo, nobis dari Domini corpus, ſicut verba inſtitutionis ſonent.

Anno MDLXXXIV. regente Palatinatum *Johanne Caſimiro*, Palatino Adminiſtratore, præſente *Joh. Jac. Grynæo*, D. Doctrina Calviniana introducebatur. An-

Anno MDLXXXV. Auguſt. Vindelicorum pertecuio noſtræ Religionis fait, dum aliquot Patricii, cum alteri parti in rebus, ad miniſtros Eccleſiæ Lutheranæ ſpectantibus, aſſentiri nollent, aſſentientib is quibusdam Senatoribus, ſubito ante noctem Urbe excedere coacti ſunt: quod malum duravit adhuc anno ſequente, quod diſſidium inter Senatum hujus urbis & Concionatores fl grabat; dùm hi jus eligendi & vocandi Miniſtros Eccleſiæ ad ſe, non ad Senatum pertinere dicebant: Expulſi propterea in Exilium, nimirum *M. Chriſtophorus Neubergius*, Parochus deinde Eccleſiæ Heidenheimenſis in Wirtenb. *M. Chriſtophorus Meggenhardus*, *M. Magnus*, *Zacharias Bechel*, *Jeremias Hermann*, *M. Marcinus Rieger*, *M. Johann Georg Gros*, *Georgius Sonder*, *Reiſſer*, *M. Nicolaus Falco*, *M. Chriſtophorus Bogner*, *M. Johannes Baptiſta Hebenſtreit*, *Matthæus Herbſt*; qui diu exules Uimæ benignum hoſpitium impetrarunt, donec alibi iterum ad functiones ſacras pervenerunt. Quæ quidem populus Auguſtanus ægrè ferebat ita fieri; quare urbs à Proceribus præſidio militum cuſtodiebatur. Qua de re videantur Scripta publice edita.

Colloquium Mompelgardenſe.

Incidit quoque in annum MDLXXXVI. Colloquium Mompelgardenſe, quo *Jacobus Andreæ*, & *Theodorus Beza*, de Cœna Domini & aliis Capitibus controverſis Religionis, diſputando inter ſe congreſſi ſunt, præſente ipſo *Friderico*, Wirtenb. Duce, qui diſceptationes colloquentium magno cum judicio ipſe calamo excepit.

Mors Primi Truberi.

Hoc anno Primus *Truberus*, qui primus Labaci in Carinthia Evangelium Chriſti docuit, Patria Raſtzhiza, Paſtor deinde Derendingæ, in pago Tubingæ Suburbano, fidelisſimus, die 29. Jun. obiit: Parentationis juſta illi habente *Jacobo Andreæ*, de quo hoc extat Epitaphium in templo prædicti pagi:

Vir tumulo hoc ſanctus de Sclava eſt gente ſepultus,
Primus, qui Chriſti nomine multa tulit.
Transtulit in Patriam divina volumina linguam:
Sparſit in Eoas dogmata Sancta plagas.
Pulchrè certavit, curſum ratione peregit.
Nunc ipſum in Cœlo pulchra corona manet.

Mors Theodori Schnepffii.

Eodem anno die 9. Nov. obiit Tubingæ *Theodoricus Schnepffius*, S.Th. D. & Profeſſor, filius *Erhardi* digniſſimus, & perbene de Eccleſia Scholâque meritus.

Græci Tubingam veniunt ad Mart. Cruſium.

Frequentabant hactenus multùm Græci Tubingam, non ſolùm colligendæ ſtipis, pro liberandis Gentilibus ſuis ex captivitate Turcicâ, ſed & Academiæ, & in hac *Cruſii* præſertim Profeſſoris gratia. Memorabilis autem inprimis fuit anno 1587. die ultimo Aug. adventus *Gabrielis*, Patriarchæ Bulgariæ, qui commendationem, Græcis literis ſcriptam, ad omnes Principes habebat, à pluribus Patriarchis in Synodo magna Conſtantinop. anno priori 1586. congregatâ, præſentibus Nec non ab aliis 31. Epiſcopis Græcis. Ab hoc Patriarcha, licet multa experiretur *Cruſius*, ipſe tamen nihil admodum de Religione conferre voluit.

Anno

Anno MDLXXXVIII. die 7. Mart. destructo Cœnobio Francisc anorum, Tubingæ jacta sunt prima fundamenta Illustris Collegii in Academia, fundatore *Ludovico Pio*, Wirtenb. Duce.

Samuel Huberus. Hoc anno *Samuel Huberus*, mense Julio ex Bernatium Helveriorum ditione confugit in Wirtenbergiam, factus Pastor Ecclesiæ Derendingensis, & scriptis mox prosequens Pontificios & Calvinianos.

Johannes Parsimonius. Clausit cum fine hujus anni vitam quoque *Johannes Parsimonius*, Abbas Hirsaugiensis, Auditor Lutheri & Melanchthonis. Pulsus munere Diaconi ex Patria Augusta. Vindelicorum propter formulam credendi Interimisticam, quam respuebat, Basileæ propterea Exul. Vnde licet in Patriam iterum rediisset, & in illa ludum literarium aperuisset, ejectus tamen inde fuit secundâ vice, quod nollet Scholam regere, ex præscripto ipsius Interim, dicens id constare ex horrendis contra Dei verbum mendaciis. Suscepit itaque illum *Christophorus*, Dux Wirt. & illum primo Diaconum Ecclesiæ Tubingensis, postea Pastorem & Superintendentem Blaubyræ & Cantstadii, sed & Concionatorem Aulicum Stuttgardiæ, & denique Abbatem digniss. dicti Cœnobii, optime de hoc merentem, fecit. Ejus ex sanguine prodiit D. D. *Andreas Adamus Hochstetterus*, SS. Th. D. PP. & ipse quondam Ecclesiæ Tubing. Diac. nunc Pastor & Superintend. dignissimus, vigilantissimus.

Anno MDLXXXIX. habitum fuit Colloquium Marchio-Badenæ, contra *Johannem Pistorium Nidanum*, ad Pontificios deficientem, a Theologis Wirtenbergicis, *Jacobo Andreæ*, *Jacobo Heerbrando*, & *Stephano Gerlachio*. Vid. Acta Colloquii hujus typis edita.

Mors Jac. Andreæ. Anno MDXC. die 7. Jan. obiit Tubingæ *Jacobus Andreæ*, Princeps Theologorum Wirtenbergicorum, cui successit *Jacobus Heerbrandus*, Præpositus Ecclesiæ, & Cancellarius Academiæ Tubingensis.

* * * * * * *

Habes, Lector Benevole, brevem & nervosam Suevia & Wirtenbergia Sacra deductionem, cui Author Anno 1708. immortuus est. Absolvisset hoc opus, si DEUS vitam ipsi temporalem diutius concessisset, aut si officio Professionis Historiarum in Illustri Collegio, quod est Tubingæ, ad finem vitæ, uti optavit, defungi potuisset. Sed placuit Serenissimo nostro & Clementissimo Principi, B. Parentem meum Anno 1691. Stuttgardiam vocare, eique officium Consiliaris in Senatu Justitiæ clementissimo nutu conferre; hinc in mare negotiorum Curialium immersus, Historiam hanc Sacram non potuit ad finem perducere. Fecit ergò quod potuit. Supplevi & continuavi post beatam mortem optimi Parentis, suasu & mandato Magnifici Dni, Cancellarii, D. JÆGERI. hanc Historiam usque ad Annum 1600.

sequitur ergò

Supple-

SUPPLEMENTUM

Historiæ Sacræ Wirtenbergicæ,

ab Anno MDXC. ad MDC.

à

SUEVIÆ SACRÆ

B. AUCTORIS FILIO

M. GEORGIO CONRADO PREGIZERO,

Ecclesiæ Tubingensis Diacono,

Scriptum

Notabilia de B. morte Jac. Andreæ, Cancell. Tubing.

NOtatu dignissima sunt, quæ de beata morte, *Jacobi Andreæ*, Cancellarii Tubingensis, Avi sui, memorat *Johann Valentinus Andreæ*, S. Sanctæ Theologiæ Doctor & Monasterii Bebenhusani Abbas longè Celeberrimus. Ita placidè mortuus est, ut non mori, sed obdormiscere omnibus adstantibus, ne minimo quidem apparente corporis motu, videretur: Cum pridie ejus diei sentiens, sibi instare extremam horam, vocasset ad se Rectorem, Decanos & aliquot amicos, Ministeriique Ecclesiastici Collegas omnes, clarâ & diserta voce, constanti animo piam & luculentam fidei suæ edidisset confessionem, quam quadraginta quatuor toros annos publicè & privatim, in Scholis & Ecclesiis, professus fuerat: de qua dixit: se nequaquam dubitare, sed præsente animo velle coram Tribunali Christi Jesu & confiteri & defendere, eam ultimò acceptâ Cœnâ Dominicâ ex manibus Pastoris Ecclesiæ nostræ confirmavit, cujus actus totius nos omnes, qui interfuimus ipsi, ad posteritatem contra invidorum & calumniatorum maledicta & convitia testimonium perhibere non dubitamus. Hæc leguntur in programmate funebri in honorem *B. Jac. Andreæ*, a Magnifico Academiæ Tubing. Rectore ejus temporis, *Andrea Planero Athesino*, Medicinæ Doctore, nomine totius Senatus Academici scripto, quod ipsum Programma *Joh. Valent. Andreæ* famæ Andreanæ, sive vitæ *Jac. Andreæ*, inseruit, inter alia etiam de hoc Avo suo sequentia referens: Cum DEO Opt. Max. visum esset, fidelissimum suum Ministrum rebus eximere humanis, & ex hoc ergastulo corporis liberare die 18. Decemb. 1589. in morbum incidit, cujus initium fuit catharrus

Digitized by Google

ius vehementiſſimus. Toto autem morbi tempore miram præſtitit inter cruciatus & punctiones fidem, conſtantiam, pietatem, patientiam. Cum igitur finem vitæ ſibi appropinquare ſentiret, paulatim deficientibus viribus, die feſto Epiphaniorum ptidie ſui obitus a concione matutinâ ad ſe vocavit Magnificum Dn Rectorem, Decanos tres, D. *Brentium*, Dn. Parochum, & duos Diaconos, præſentibus etiam tribus filiis, & Genero *D. Antonio Schweickardto*, hisce verbis illos compellavit: Magnifice Domine Rector, Clariſſimi & Ornatiſſimi Viri, fratres in Chriſto Chariſſimi: meminiſtis, quam coram vobis ante triennium circiter, cum etiam graviter ægrotarem, confeſſionem fidei & doctrinæ meæ ediderim, vosque & alios tum præſentes Dominos rogaverim, ut ejus mortisque meæ teſtes eſſetis: Siquidem adverſarii mei ſpargere poſſent, neſcio, quo horribili mortis genere extinctus ſim, cum non Eccleſiæ ipſorum membrum fuerim, ſed eam graviſſime impugnaverim. Ad iſtam confeſſionem etiamnum me refero, & ſentio & judico, hanc doctrinam, quam in Scholis ac Eccleſia ſcriptisque editis defendi, veram & divinitus eſſe traditam, quam etiam coram Tribunali Chriſti infracto animo ex verbo ipſius defendam. In cujus rei fidem & confirmationem jam etiam in conſpectu veſtrum omnium Sacro Sanctam Domini Cœnam percipiam. Commendo Magnifico Rectori & Senatui Ampliſſimo Fideliſſimam Uxorem meam & Liberos morigeros, ut, ubi illis veſtrâ opus fuerit operâ, veſtro auxilio & conſilio adſitis. Et quia etiam homo ſum, & humanis infirmitatibus obnoxius, unde fieri potuit, ut vel univerſum Senatum Academicum, vel unum, vel alterum ex iſto ordine, vel etiam alios verbis, aut factis offenderim, peto, mihi ignoſci. Maxime autem mihi cura fuit ſincera religio, boni mores & diſciplina, quam etiam curabitis ſinceriſſimè. Permagnum enim eſt, ſi Juvenis, qui huc ſtudiorum cauſa mittitur, diſciplinæ neglectu corrumpatur. Poſtea publicam peccatorum ſuorum fecit Paſtori confeſſionem, abſolutionem petiit & accepit. Quibus ita iſte confectis, Cœnam Domini ex manu Paſtoris percepit. Poſtea DEO Patri Cœleſti ex animo gratias egit pro donato Filio, & verbi Divini patefactione, proque verâ fide datâ. Quibus peractis, Rector Univerſitatis de ſua & voluntate Senatus teſtatus eſt. Ad hæc ſinguli Domini manu datâ ultimum vale dixerunt; neque absque lacrumis diſceſſum eſt.

Eodem die a meridie, quia in Vicinia erant Bebenhuſæ, *Joh. Magirus*, Præpoſitus Stuttgardianus, Conſocer *Jac. Andreæ*, nec non Affinis, *Lucas Oſiander*, Eccleſiaſtes Aulæ Wirtenbergicæ, cum intelleziſſent, graviter eum & lethaliter decumbere, ad eum venerunt, & cum eo ad horas aliquot poſtremum familiariter converſati ſunt, quibus etiam tranquillo ſignificavit animo, ſe totum ad felicem migrationem ex hac vita paratum eſſe. *D. Magirgo*, de valetudine quærenti, &, quomodo haberet? exploranti, reſpondit: Von GOTT ungeſchieden. Cum autem hora ſexta audiretur, quæſivit, quota hora eſſet? cumque reſponderetur, ſexta, mox, inquit, hora mea appropinquabit. Ad Paſtorem converſus, dixit: Mein lieber Pfarrer/ es muß geſchieden ſeyn/ da wird nichts anders auß. Cui Paſtor reſpondit: Artem, mi Domine, alios docuiſti per 44. annos, quomodo videlicet piè ſit moriendum, jam tempus adeſt, ut ipſe eam exerceas. Annuit moribundus & dixit: Neceſſe eſt, ut alium quempiam nobis adjungamus, qui ſit nobiscum:

cum; Chriſtum, reſpondit Paſtor, habemus, qui pugnat nobiscum & pro nobis, ut victoriam reportemus. Ad quod ille: Scriptum eſt Rom. 8. in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. In quam ſententiam plura hinc inde dicta ſunt ex S. Scriptura, conſolationis pleniſſima, ad quæ ille ſemper appoſitè reſpondit, ſemper de ſuæ fidei conſtantiâ in Chriſtum locutus & teſtificatus, quod Domino velit vivere & mori. A Paſtore interrogatus denuò, num adhuc in eâ doctrinâ, quam Eccleſiæ per annos 44. propoſuerit, conſtanter perſeverare velit? reſpondit, ita in hac confeſſione moriar. Præeuntem etiam Paſtorem verba hæc: In manus tuas, Domine, commendo Spiritum meum, ſecutus eſt. Cum autem poſtremò vires omnes deficere viderentur, filius *Johannes*, Parenti proximus aſſiſtens, ſententiam Apoſtoli: Bonum certamen certavi &c. de cætero repoſita eſt mihi corona juſtitiæ &c. inclamare ei cœpit in aurem, Patrem interrogans, num ſibi quoque hanc juſtitiæ coronam repoſitam crederet? apertis oculis intuitus illum, annuit, & longè petito attractoque Spiritu, reſpondit: ita; quæ poſtrema ejus fuit vox, poſtea enim nihil prolocutus, ſed intra ſe precatus eſt, & ſic in precibus & ἐυφυΐᾳ placidè, nullo incompoſito geſtu, vel motu, multò minus membrorum diſtractione, morienti ſimilis, beatam animam exſpirando DEO teddidit, & in fide Chriſti, unici Salvatoris & Redemtoris, obdormivit Theologus Summus, die 7. Januarij, cum vixiſſet annos 61.

Funus elatum eſt humeris Vicinorum Paſtorum octo, qui poſtremum hoc pietatis officium Præceptori, optime de ſe & aliis merito, præſtiterunt, portantes ad templum Eccleſiæ Collegiatæ, ubi ſepultus eſt die 9. Jan. in quo templo per annos 34. primum Diaconus, poſtea Præpoſitus, magnâ cum laude fidei ſuæ commiſſum gregem pabulo verbi Divini incorrupto pavit. Hæc & alia plura vid. in fama *Andreana*, a *Joh. Valent. Andreæ*, Magni nominis Theologo, & Abbate Bebenhuſano, ſcripta. Conſentit *B. Lucas Oſiander*, in Epitome Hiſtor. Eccleſ. Centur. 16. Lib. 4. c. 43. p. 1084.

Succeſſor B. Jac. Andreæ Jac. Heerbrandus.

Succeſſit B. *Jac. Andreæ* in officio arduo Præpoſituræ & Cancellariatus *B. Jacobus Heerbrandus*, Theologus per Orientem & Occidentem Celeberrimus. Hic enim eſt, cum quo *Jeremias*, Patriarcha Conſtantinopolitanus, magnus Eccleſiæ Græcanicæ Antiſtes, commercium inſtituit literarium, idque ſanctum & religioſum, de quo *Cruſius* in Epiſtola dedicatoria Compendii Theologici Heerbrandiani, ab ipſo in Græcam linguam translati, ad Sereniſſ. Saxoniæ Electorem, Auguſtum, verè Auguſtum, ſequentia ſcribit.

Cum Clariſſimus Vir, *D. Stephanus Gerlachius* (quando in Illuſtri Aula Generoſi & Sapientis Herois, *D. Davidis Ungnadii*, Imperatorii ad Turcam Legati, Conſtantinopoli Concionatorem agebat) exemplar primæ editionis nactus eſſet, vidit id apud eum Doctiſſimus Vir, Patriarchicus antea Rhetor, nunc Magnus illius Eccleſiæ Sacrorum Interpres, *Johannes Zygomalas*, Protonotarii *Theodoſii* Pater, cumque in eo quædam legiſſet (intelligit enim Latinam Linguam) de eo ad D. Patriarcham retulit. Hic ab

Digitized by Google

Johanne commendari audiens, ſe converſionem illius haberi poſſe Græcam optavit: Joannesque convertere, quanquam extrema jam ſenectute, paratus erat, ſi præmium ex labore acciperet. Cum autem *Gerlachius* ſæpius inde huc ſcribens, converti ab aliquo, noſtrum urgeret: laborem ego (auctoritate ea, cui denegare non debui, injungente) non modo non obedienter, ſed etiam libenter ſuſcepi: & ſic feliciter ſatis abſolviſſe viſus ſum. Miſſa enim cum alio Scripto in Conſtantini urbem ea converſio fuit, quam in Theſſalia tamen ob Eccleſias viſitandas tunc peregrinans Patriarcha accepit, & quidem grato animo; ſicut ex reſponſo ejus, quod poſtea huc miſit, manifeſtum eſt.

Non multò poſt factum eſt, ut idem opus, ab Authore ſub incudem revocatum fere altero tanto auctius exiret, cum non prorſus falſum ſit illud:

Excitat auditor ſtudium laudataque Virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

Quanquam ut ipſe, ita omnes nos, qui Chriſto verè ſervimus, ipſius gloriam & Eccleſiæ utilitatem, non noſtram quærimus. Quo incremento libri facto, ego etiam converſionem meam reſumſi, acceſſionemque innumeris prope locis factam, acertimo ſtudio, ſummâque fide, pro mea qualicunque parte, ipſam quoque Græcam feci

Tota ergo hæc precioſiſſima Compendii Theologici margarita utrâque nunc linguâ exit.

Epiſtola B. Heerbrandi, & B. Cruſii ad Ieremiam, Patriarcham Conſtantinopolit.

Lectu hinc digniſſimæ ſunt Literæ *Heerbrandi* & *Cruſii*, ad Patriarcham *Jeremiam* ſcriptæ:

ΤΩ ΠΑΝΑΓΙΩΤΑΤΩ,

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙ'ΝΟΥ ΠΟ'ΛΕΩΣ ΕΠΙΣΚΟ'ΠΩ,
Καὶ Οἰκυμενικῷ Πατριάρχῃ. Κυρίῳ Ἱερεμίᾳ ἐν
Χριστῷ ἰυπεράπλαν.

Καὶ σὲ δὴ τόδε ἰυνοϊκῶς ἰδέξω, Παναγιώτατε ϗ σὺ σεμνύνεσθαι Κύριε Πατριάρχα, ἀνδρῶν Γερμανῶν γράμματα, καὶ νῦν ἂν φιλοφρόνως δέξῃ, ὡς πάνυ ἡμᾶς ἐλπίζομεν, καὶ τὴν αἰχμὴν τὴν λιπαρεῖμεν, τὸ δὲ πάγμα, βραχίοις ἀπῶν, ἐξὶ τοῦτο.

Ἐπηδὴ ὁ μὲν ἀγαθὸς θεὸς, τὸ βιβλάριον τ πίστεως ἡμῶν, ἐν Αὐγουσταίᾳ καλῶμεν ἱμολογίαν, ἐυθέδε σεῦς ὑμᾶς, ἐπ' ἀπλύτοι ϗ διαβολῶν, αἵ ἔστε ἡμῖν ἐναντιώμενοι ἐπεσοίητο ὧδε

Digitized by Google

φῶν τοῖς ἀναλαλικοῖς, πιμφθὲν, μετὰ ποσύτης δυσίας ἰδέξαι: ὅτι καὶ ὑπερίσταις αὐτὸ μακρὰς ἡ φιλιφρονῶ αἰτῆσαι: καὶ ἐπιτυχὸν πάλιν, ὑ σοὶ πολλὰ, θλιπικὴς καὶ αἰδήμων, ὑπέκειτε (Κυρίε Λυκὰ τῶ Ο'σιάνδρω, ὑπὲρ Κυρίε Γακώβε τῶ Ἀνδρέα, ἐν Σαξονίᾳ ὑποδημάντω, ὑπογεγράφατω) σεῖς τὸν ἀγιότητά σε ἐπιμφθῆν, ἢ αὐτὴ ἡδὴ θλιβῆναι ἐλπίζομεν: τοῖς ἢ βιβλαρείοις τούτοις ἀμφοῖν, ὧ τὴ πίστως ἡμῶν κεφάλαια, ὑ πάντα καὶ τὰ κλίμακα, βεβχύτερος τῶ βέοντω, εὑίνται, πάχα ἐκ ἐξεπλήγεται τὼ τὴ ἁγιότητός σε μεγαλέτοιαν ἢ ὄγκημα. καὶ ἡμῶς ἢ ἑαυτοῖς δοκῶμεν ἐκ ἀμυδροῖς σημείοις τυκμήρεσθαι: τὼ ἁγιότητά σε, μείζονα διασώζειν, ἢ πάντων τὴ ἡμῶν χρειαικὴς διδασκαλίας κεφαλαίων ἐχθεσιν, θπιζητῶν: Δῆλ δὴ τοῦτο ποῦτε, νυνὶ δέξεται ἡ σὴ ἁγιότης παρ' ἡμῶν τοῖτο βιβλίον: εἶον ὑ μόνον ὧ ἀνὰ μέσον ἡμῶν ἢ τὴ ΦΔῆ τῆ πεισθυτέρα Ρώμη ἐκκλησίας, Διαμφισβητῆμα: ἀλλὰ καὶ ὧ λοιπὸ τὴ Χειαιοπαρεπῶς διδαχῆς μέρη, ἱκανῶς εἰς τὸ παρὸν ἐκπεφάνται ΦΔείκνυ. Ὁ βιβλίον, ἐγὼ μὲν Ἰάκωβ- ὁ Ε'εργοῦνδ-, σοὶ παταρων κω ἐτῶν, τοῖς τῆς θεολογίας σπουδασαῖς χαριζόμε-, λαπιοῖ μεθοδικᾶς συνέθηκα: Ε'γὼ ἢ Μαρτῖν- ὁ Κρύσν-, αὐτὸ ἡδὴ κοινῆ δοκιμασθὲν, καὶ τὴ παρ' ἡμῖν, καὶ ἀλλαχῦ ποθαχῦ, Ἐκκλυσίαις καὶ παιδευτηρίοις παρίχον χρείαν: μεθ' ὅσης ἰδιωτὴν πίστως ἢ ὑπμελείας πολλῶν, σφεφάτως εἰς τὼ ὑμετέραν μεθηρμήνευσα γλῶσαν: Τῇ σῇ ἁγιότητι χάρεν καὶ ὑπηρεσίαν, ἐνΔιφθέρᾳ αὐδοῖ ἢ πμῇ φέρων: ὑφ' ἧς ἀγαθῆς Δῆφίσεως, ἢ σοὶ πτερφείσας, ἵν' ἀγαπῆσ ἡμῶν Γερλαχίν εἰς τὼ μεγαλέπολιν ἡμῶν καταβάινοντω, εἰα δὴ φιλικῶλω ὧν, ἵν σοῦ τὼ σὴν ἁγιότητα γεφῆειν καπεγμῶν.

Ἀξιῦμεν τοίνυν οἱ σεσεμνημύοι ἄμφω, μεῖ' ὅσης ἐφελομεν ἐπιτροφεσωίης καὶ αἰδοῦς: τὼ ἁγιότητά σε, τὸ γεφῆμα τῦτο ἢ τὼ σπυδιῶ ἡμῶν, πατρικῶ φρονήματι σεσεδέχεσθαι: ἢ καθ' τὸν Δῆφίρεσσον ἑαυῖῆς σοφίαν, ἢ δυσεβοὰς ἀληθοὰς τε σπυδιῶ, ἐυτοικῶς κρίνειν: ἢ ἡμᾶς τῆς ἑαυῆς ἀγάπης κατοξίειν: τὸ βιβλίον τῦτο, καὶ τοῖς ἄλλοις Ε'πισκίποις ἰσο ἀνάγνωσιν μεταδῶσαν. Οὐδενὸς ἢ κατάκεισιν ἀνὸ ἔχειν: εἰ μὴ τὸ χεισμαχῦντω: Καὶ τὸ ἑαυτὸν, τῷ ἀγίων γεφῶν, καὶ χεισῦ, ἢ τῆς ἀληθείας, ὑπέρτερον καθοιστῶ, καὶ ἀλλοτρυς αὐθεντχίας ἑαυτῷ καθσκινασκιντῶ τὰς ἢ Ἐκκλησιαςικὰς βαθμίδας, ἐφ' ὅσον ἐνζξίας ὑπηρέτσιν, ἀγνωμένως φέρομν.

Ἐῤῥώσθω ἡ ἁγιότης σε, σιβασμιώτατε Κύριε, μεῖ' τὸ αἰδεσίμε τῆς ἐκκλησίας πληρώματω. Ἀπὸ Τυβίγγης, τῇ δ. μηνὸς ὀκτωβρίᾳ Ε'τει τῆς σωτηρίας ᾳ φ ο ζ.

Ἰάκωβ- ὁ Ε'εργοῦνδ-, θεολογίας Δίκτωρ, καὶ ἐν τῇ Τυβιγγίδι Ἀκαδημίᾳ διδάσκαλ-.

Μαρτῖν- ὁ Κρύσν-, ἐν Τυβίγγῃ τῆς Ε'κλάδ- καὶ λατινίδ- φωνῆς καὶ παιδείας Διδάσκαλ-.

Digitized by Google

Patriarchæ Hieremiæ Reſponſio,

ΤΩ ΣΟΦΩΤΑΤΩ ΚΥΡΙΩ

ΕΫΡΒΡΑΝΔΩ ΚΑΙ᾽ ΔΙΔΑΣΚΑΛΩ
Τῆς Θεολογίας

ΓΕΡΕΜΙΑΣ ΕΛΕΩ ΘΕΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ
Κωνσταντινουπόλιως, νέας Ρωμῆς καὶ Οἰκουμενικὸς
Πατριάρχης.

Jeremiæ, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Reſponſio ad Epiſtolam Herbrandi, Cancellarii Acad. Tubing. & Cruſii, Profeſſoris Græcæ Ling.

Σοφώτατε, πανδαιδότατε, καὶ φιλομαθέστατε Κύριε Ἑρβρανδε, τῆς θεολογίας Δίκτυον, ἢ διδάσκαλε τῆς αὐτόθι Ακαδημίας, ἢ ἐν τῇ Τυβίγγῃ: χάιρε ὅτι σοι ἡ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ. Τὰ μὲν σὰ ἢ ἀπόκειται, ὧν ἔτι ἠρώτησας, ἐδηλώσαμεν ἐν τῷ κοινῷ ἡμῶν γράμματι. Περὶ ἧς τὰ βιβλία ἢ ἐπέμψες τῆς θεολογίας, ὁ Φιλοπονώτατος συντεγράψω, ἔτι, ὡς ἔδοκ, οὐκ ἰσχυράμεθα: καιρὸν σχολῆς ἡμῖν μὴ παρέχοντος. Οὔτε δὲ καθ᾽ ἀκρίβειαν ἀναγνῶμεν: τόδε δὲ καὶ τὸν ἀξιόπιστον μαρτυρίαν πέμψαμεν σὺν Θεῷ. Οὗ χάριν, καὶ τὸ ἔλεος, ἀφθονώτατόν σε μακρόβιον καὶ ἐνδαίμονα, ἢ ἢ αὐτὸ ἄξιον βασιλέως. Ἀμήν. Μηνὶ Μαΐῳ, ἰνδικτιῶνος ἕκτης, ἐν ἔτει ☉ ☽ Φ οη ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως.

ΤΩ ΣΟΦΩΤΑΤΩ ΚΥΡΙΩ,

ΜΑΡΤΙΝΩ, ΤΩ ΚΡΟΥΣΙΩ, ΔΙΔΑΣΚΑΛΩ
ἀείσεπτε γλωσσῶν ἑκατέρων,

ΓΕΡΕΜΙΑΣ ΕΛΕΩ ΘΕΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΙΩΣ, νέας Ρωμῆς καὶ οἰκουμενικὸς
Πατριάρχης.

Σπουδαιότατε καὶ λογιώτατε Κύριε Μαρτῖνε Κρούσιε, ὁ Τυβίγγης τῆς ἑλλάδος, καὶ τῶν λατίνων φωνῆς ἢ σοφίας διδάσκαλε: εἴης ὑγιαίνων, τῇ θείᾳ φρουρούμενος χάριτι. Τὸ φιλάπονόν σε καὶ ἱστορικὸν ἀποδεχόμενος: παρεσείη ἢ τῶν αὐτόθι σοφῶν λοιπῶν ἀνδρῶν: τὸν ἀπόκειτον, ὃν ἠ ζητᾶτε, ἀνεύρομεν. Ἀλλ᾽ ὁ καιρὸς ἐμπόδων: ἀλλοθι διατελεσάντων ἡμῶν. Οὗτε καὶ πληροφορῆμεν ἐν κοινῷ γράμματι: ἵνα ἄχει τὸ λυγόεν περατωθήσεται ἢ ἀσφάλειαν ἡμῖν. Οἱ ἡ τῶν ἄλλων θεῶν ἵνα ἐπ᾽ ἀφθονώτατον σε χάριτι αὐτοῦ, ὡς χαρίτων τρόφιμον. Εὐχαριστοῦμεν σοι καὶ

περὶ τῆς ὁμολογίας: ὁ ἐπίμψας μετὰ τῆς Κυρίᾳ Ἰακώβῳ, τῷ καρκιλλαρίῳ. Μαρ. Μαΐου, Ἰνδικτιῶνος Ἕκτης. Ἐν ἔτει - φ ά φ ου ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως.

Exinde patefcit, quanto in honore fuerit apud Græcorum Archiepiſcopum & Patriarcham *B. Heerbrandus*, cujus compendium Theologicum non tantùm Conſtantinopolin ad Patriarcham *Jeremiam*, ſed etiam Alexandriam in Ægyptum, imò in Tartariam usque, penetravit, præſagiente hæc *B. Johanne Brentio*, qui *Heerbrandi* familiaritate mirificè delectatus, aliquando in hæc verba erupit: Quoties Te video, toties gaudeo. Quærenti *Heerbrando* cauſam, reſpondit: nam & tu Eccleſiam docendo juvabis, longè lateq; doctrinam ſparges, eris Eccleſiæ præſidio & ornamento. Protulit hunc Magnum Theologum urbecula Imperialis Gienga, ubi Anno 1521. die 12. Aug. natus eſt. Anno 1538. a Patre Witebergam ablegatus, ut *Lutherum & Melanchthonem* audiret, ſtudiis ibi tam ſedulus incubuit, pravaque aliorum conſortia eò usque vitavit, ut inde Noctua Suevica a quibusdam convictoribus, potui & aleæ deditis, vocatus fuerit. In Patriam reverſus, Stuttgardiæ *Erhardo Schnepffio*, Magno Theologo, pietate & eruditione ſua ſingulari ſe commendavit; crebras conciones in Arce Tubingenſi habuit coram Principe *Ulrico*, qui Juvenem *Heerbrandum* amavit, magnum aliquando Theologum prædicens futurum. Hæc & alia multa de *B. Heerbrando* poſt *Brentium*, *Erhardum Schnepffium* & *Jacobum Andreæ*, in his terris Theologo ſummo, Marchionatus Badâ-Durlacenſis Reformatore, & verbi Divini puræque doctrinæ per orientem & occidentem Propagatore feliciſſimo, memorat Plurimum Rever. Dn. *Fiſchlinus* in Memoria Theologorum Wirtenbergenſium parte 1. p 70. ſeq.

B. Brentius
B. Heerbrandi æſtimator.

Eodem anno MDXC. *Jacobus*, Marchio-Badenſis, *Caroli* Filius, cum a ſincera Evangelii doctrina defeciſſet, jamque omnibus ſuis Miniſtris Evangelicis mandaſſet, ut intra paucos dies ex ipſius ditione diſcederent, priusquam conſtitutus ille dies veniret, mortuus eſt dyſenteria correptus & extinctus, anno ætatis vigeſimo octavo. Et per hunc eventum Evangelii doctrina in illa parte Marchionatus conſervata eſt divinitus magno cum Pontificiorum dolore, qui jam ſuas putidas merces, panopliam Pontificiam in Marchionatum illum invexerant, ut paulò poſt miſſas celebrarent: ſed DEUS conatus Pontificiorum eluſit. Vid. *B. Lucæ Oſiandri* Centur. Hiſt. Eccleſ.

Evangelium mira providentiâ divina in Marchionatu Badenſi conſervatum.

A. MDXCI. die 15. April. natus eſt *Fridericus Achilles*, Dux Wirtenbergiæ, *Friderici* Ducis Regentis, cognomento Magnanimi, ſeptimus Princeps Filius, ex *Sibyllâ Anhaltinâ*, fœcundâ Sereniſſimæ domûs Wirtenbergicæ, ad paucitatem Principum redactæ, Matre, quam Summum & providentiſſimum in Cœlis Numen Eccleſiæ Wirt. conceſſit, ut ei daret Principes Filios & Nepotes, qui Eccleſiam ſuam in his terris contra Regnum tenebrarum defenderent. Fuit certe ſeptimus hic Filius Princeps Ducis *Friderici* re & nomine Princeps pacis, qui ſtudia pacis amavit, & in Illuſtri Collegio ſub inſtitutione *Magni Lanſii* valdè profecit. Hic enim eſt Magnus ille ſtudiorum Illuſtrium in Illuſtri Collegio Tubingenſi Præſes, ſub quo & a quo Conſultatio de Principatu inter Provincias Europæ cum Cognatis Principibus, Inclutis Ducibus Saxoniæ, Franci-

Celebritas Friderici Achillis Ducis Wirtenb.

Francisco Carolo, & *Rudolpho Maximiliano*, Duce Sleswici-Holsatiæ, *Joachimo Ernesto*, Baronibus & Nobilibus in Illustri Collegio Anno 1613. habita fuit, quam magni Principes in Germania & extra Germaniam, aliique Summates Viri præcipuæ dignationis & Eruditionis edecumatæ magnis exornarunt elogiis. Romæ vero purpurati Patres à *Paulo V.* Pontifice Romano censendis & expurgandis libris auctorati, Consultationem hanc cum aliis bonæ monetæ libris e Reipublicæ Literariæ confinio, omnique hominum commercio, quantum in ipsis fuerat, pœnali decreto proscribebant, offensi liberæ subinde, sed non immaturæ sententiæ, in Romanos errores objectu. vid. Lansii Præfatio dedicatoria ad Serenissimum Ducem Wirtenberg. *Johannem Fridericum* scripta, & Consultationi huic præmissa. Vid. etiam *Ephemerides* Wirtenb. ad Annum 1591. p. 94.

Recensio fatorum Samuel. Huberi.

Anno 1592. nova Religionis Controversia orta est, excitata a *Samuele Hubero*, Bernate, Helvetio, olim Pastore Ecclesiæ in vicino pago, non procul a Berna urbe, postea verbi divini Ministro in Vico Derendinga prope Tubingam. Legerat is Pastor Acta Colloquii Mompelgartensis: cumque in iis reperisset impias Bezæ & Sociorum assertiones. 1. Christum non pro omnium hominum peccatis, sed tantùm pro Electorum delictis esse mortuum. II. Promissiones Evangelii de gratia & Clementia DEI non esse universales, sed tantum ad solos Electos spectare. III. DEUM maximam hominum partem nullo respectu incredulitatis, sed ex mero suo beneplacito tantummodo ad æternam damnationem destinasse, ut in iis justam suam iram demonstret. IV. Incertum esse, an pueri, qui baptizantur, in Baptismo regenerentur, & hæredes Regni DEI fiant, vel non. Cum igitur has impias sententias *Huberus* legisset, non modo ab iis meritò abhorruit, sed etiam Magistratum suum Bernensem admonuit, caveret, ne tam profana doctrina in Bernensi ditione spargeretur.

Senatus Bernensis rem tantam non contemnendam ratus, convocavit *Abrahamum Musculum*, *Grynæum*, *Jezlerum*, Theologos, eosque cum *Samuele Hubero* commisit, ut de prædictis assertionibus disputarent. Cumque *Huberus* prædictas quatuor propositiones acriter oppugnaret, Theologi verò prædicti eas defendere niterentur, nec *Huberus* de sua sententia cederet, Senatus *Huberum* exauctoravit, & exulare jussit.

Dimissus Bernâ *Huberus*, statim in Ducatum Wirtenbergicum se contulit, ibi Consistorio Ecclesiastico Stuttgardiano, quid Calvinistici Theologi Bernæ cum ipso egerint, exponit: & piam fidei suæ confessionem edidit. Unde voluntate & consensu Illustrissimi Ducis Wirtenbergici, *Ludovici*, in Ministerium Ecclesiasticum receptus, & pago Derendingensi, ut Pastor, præfectus est, qui locus ita vicinus est Tubingensi Academiæ, ut quotidie, si vellet lectiones Theologicas audire, & in vera Religione proficere, simul etiam observari posset, qualem constantiam esset præstiturus. Insinuavit ille se exiguo tempore in notitiam, amicitiam atque familiaritatem præcipuorum Theologorum Tubingensium & Stuttgardianorum, quibus tamen postea (ut infra suo loco dicetur) malam gratiam retulit.

Cum

Cum illi jam plenè fides haberetur, in lucem edidit, & publicè in Academia Tubingenſi defendit diſputationem, ex plurimis Theſibus conſtantem, in qua Calviniſtarum terros errores verbo DEI confutavit, hos præcipuè: quod DEUS maximam partem humani generis ad æternam damnationem creaverit, nec velit, ut unus ſaltem ex illis ſalvetur: Quod Chriſtus non pro omnium hominum peccatis paſſus ſit & ſatisfecerit: quod promiſſiones Evangelicæ non ad omnes homines dictæ ſint, ſed tantùm ad Electos pertineant, de quibus tamen, quinam illi ſint, affirmari nihil certi poſſit: cum (ſecundum Calviniſtarum doctrinam) non omnes pueri in Baptismo regenerentur, & in filios DEI adoptentur. Hæc diſputatio ab omnibus bonis propter Calvinismi juſtam rejectionem fuit approbata, & obviis ulnis accepta. Etſi enim in ea fuerunt aliqua ſemina, de univerſali omnium hominum electione & prædeſtinatione, ſparſa, tamen quia *Huberus* ea ſic commode interpretabatur, quod nihil aliud vellet, quam quod *Paulus* ſcripſit: DEUM velle omnes homines ſalvari, & ad agnitionem veritatis pervenire: & *Petrus*: DEUM non velle, ut quisquam pereat, ſed ut omnes ad pœnitudinem convertantur. Hac *Huberi* explicatione boni Viri fuere contenti, nihil mali ſuſpicantes, nec metuentes, forte, ut *Huberus* in hoc Articulo Prædeſtinationis aliquid contra Librum Concordiæ moliretur, aut novas in Eccleſia turbas daret.

Accidit autem *Hubero*, quod ſtultis evenire Poëta dicit, inquiens: Stulti, dum vitant vitia, in contraria currunt. Dum enim ab impia Calviniſtarum doctrina, de Prædeſtinatione, refugit, eamque refutat, in alterum errorem incidit, ut Electionem, ad ſolos Filios DEI ſpectantem, ad omnes homines in univerſum, etiam ad eos, qui damnantur, extenderet, contra expreſſum Chriſti verbum, dicentis: Multi vocati, pauci electi. Errorem autem ſuum, de Prædeſtinatione illa univerſali, occultè primò cum Paſtore quodam, ſibi familiari, communicare, & Theologos Tubingenſes, quaſi in Calviniſmum (in Articulo Prædeſtinationis) inclinarent, ſuggillare cœpit: inde cum aliquid ad Theologos Tubingenſes emanaſſet, & ipſe ſuper ea re appellatus eſſet, cœpit pleraque negare, aut certe ita explicare, ut Theologi contenti eſſent, neque quicquam turbarum metuerent: quin imo, cum ab Univerſitate Wittebergenſi ad Profeſſionem Theologicam in illa Academia vocatus eſſet, valedictionis loco donavit Academiam Tubingenſem aliquot ſuis opuſculis, pulchrè compactis: in quo libello manu ſua inſcripſit, ſe cum Theologis Wittenbergenſibus per omnia & in omnibus articulis conſentire. In ſpecie autem nominatim approbavit Diſputationem in lucem editam Doctoris *Stephani Gerlachii*, in qua particularis Prædeſtinatio ad vitam æternam (quæ ad ſolos electos DEI filios ſpectat) perſpicuè aſſeritur. Itaque ut amicus amicè a Theologis & Profeſſoribus Tubingenſibus dimiſſus eſt, ut recta in Saxoniam proficiſceretur.

Samuel. Huberi error.

Ubi in Saxoniam venit, non potuit errorem ſuum (de univerſali Prædeſtinatione) in ſcrinio pectoris ſui retinere, ſed paulatim, occultius tamen, Studioſis, qui ipſius alacritatem contra Pontificios & Calviniſtas admirabantur, inſtillare. Cumque ille nihilominus gradum Doctoratus in Academia Wittebergenſi peteret, & Facultas Theologica

Samuelis Huberi Artu & fraudu.

inciperet de ipſius ſinceritate nonnihil dubitare: candidè, quæ jam de ipſius dogmate ſpargerentur, ipſum admonuerunt, neque diſſimularunt, ſi contra S. Scripturam & Librum Concordiæ ſentiret, & docere vellet, ſe ipſi Doctoratus gradum conferre non poſſe. Cum in his angustiis hæreret, neque exiſtimati onis ſuæ jacturam facere vellet, rediit ad priores illas ſuas artes, ut quædam negaret, quædam commodè interpretaretur & ſanctiſſimè proteſtaretur, atque juramento ſolenni confirmaret, ſe per omnem vitam ſuam nihil prorſus docturum, quod cum Libro Concordiæ non per omnia conſentiret: ita admiſſus eſt ad Doctoratus gradum, quem dolis & verſutia ſua illi laudatiſſimæ Academiæ ſuffuratus eſt.

Adepto gradu, ſecurior factus eſt *Huberus*, dogma ſuum jam non tantum ſcriptis privatis inter Studioſos Wittebergenſes ſparſit, ſed etiam per Epiſtolas privatas in aliis ditionibus diſſeminavit. Theologi itaque Wittebergenſes, & Theologi Tubingenſes collectis hinc inde *Huberi* privatis ſcriptis, non unum jam, ſed plures errores deprehenderunt & notarunt. Hos nimirum (præter alios minus principales) quod DEUS ab æterno omnes homines in Chriſto ad fidem elegerit & ordinaverit, ante omnem & ſine omni reſpectu fidei, ſive homines crediturí erant, ſive non. Merum figmentum & ludibrium eſſe, quod DEUS hunc magis diligat, qui credit, quàm alterum, qui non credit. Omnes homines ita a DEO propter Chriſtum electos eſſe, ut acta ſint in gratia DEI, in numero dilectorum, Electorum, juſtificatorum & ſanctificatorum, filiorum & hæredum DEI: e quo numero tamen maxima pars hominum per incredulitatem ſe iterum excludat & nomina iſta amittat. Omnes promiſſiones Evangelii ſimpliciter univerſales eſſe ex DEO, nec aliquas ad ſolos credentes a DEO reſtrictas eſſe. Quod in baptismo etiam hypocritæ (puta, Judæi adulti, ſimulantes fidem, & mentientes Chriſtianismum) regenerentur. Quod ex parte DEI una tantum ſit remiſſio peccatorum, qua ex æquo omnibus hominibus propter Chriſtum a DEO ſint remiſſa peccata, ſive credant, ſive non. Juſtificationem eſſe univerſalem, qua omnes homines ſint ex æquo a DEO propter meritum Chriſti juſtificati, adoptati in filios & hæredes DEI, ſanctificati, ſalvati, glorificati, & hæc omnia abſque reſpectu fidei; & ſimilia portenta, ex his erroribus dependentia.

Admonitus eſt autem *Huberus* per Theologos Wittebergenſes coram & per Wirtenbergenſes literis amicis, & gravibus adductis rationibus, ut errores deponeret: & ſi forte apud ſe melius ſentiret, ut linguam & ſtylum corrigeret. Datis etiam literis ad Wittebergenſes Theologos Wirtenbergici ſolenniter proteſtabantur, ſe nulla in parte erroneis *Huberi* dogmatibus conſentire: falſo enim in Saxonia, & ſparſis ſuis literis apud alios etiam, (fraudulenter tamen) jactaverat, ſe habere Theologos Wirtenbergicos conſentientes.

Ut autem rem in pauca contraham: poſtquam *Hubero*, repudianti ſanas admonitiones, non amplius Wittebergæ conceſſum eſt, publicè in Schola & Eccleſiâ docere, vagatus eſt *Huberus* per inferiorem Saxoniam, ſi forte Theologos invenire poſſet, qui abſurda ipſius dogmata approbarent. Et quidem uno in loco Theologus verborum præ-

præſtigiis impoſuit, & commoda interpretatione (quæ tamen ab ipſius verbis & corde diſſentiebant) impoſuit illis bonis Viris, (nominibus parco) ut dogma ipſius de univerſali electione non damnarent. Cùm autem alio quodam loco eodem modo Theologis ſucum facere vellet, illi ejus aſturiam & verſutiam animadvertentes, mox hominem a ſe ablegarunt, & datis literis ſinceros Theologos admonebant, ut ab *Hubero* verſipelli & Vafro caverent, nec ſibi callidis ſuis interpretationibus imponi paterentur. Inde rediens *Huberus* in Saxoniam per amicos, Viros auctoritate politicâ pollentes, id obtinere conatus eſt, ut ſuæ Vocationi Wittebergenſi, in Schola & Eccleſia, reſtitueretur. Reſponſum autem accepit ab Illuſtriſſimo Principe, *Friderico Wilhelmo*, Adminiſtratore Electoratus Saxonici, (qui tum in Comitiis Ratisponenſibus erat) ut cum Wirtenbergenſibus Theologis (quorum aliqui Ratisponæ erant) de ſuo dogmate conferret, & cum illis conſentiret, aut in Saxoniam non rediret amplius. Theologi Wirtenbergici, qui cum *Hubero* conferre debebant, Ratisponæ erant: *Eberhardus Bidenbach D.* Abbas Bebenhuſanus, *Chriſtophorus Binder*, Abbas Adelbergenſis, *Lucas Oſiander D. M. Felix Bidenbach*, uterque Concionator Aulicus. His (petente Domino Adminiſtratore) adjunctus erat Doctor *Jacobus Heilbronner*, Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini Palatini, *Philippi Ludovici*, Aulicus Concionator. Actum & diſputatum eſt cum *Hubero* per aliquot dies ex S. Scriptura & ex libro Concordiæ, & refutatum eſt ipſius dogma, de univerſali Electione & prædeſtinatione omnium hominum ad æternam Salutem. Opiniones enim reliquas (quod in Chriſto omnes homines ſint adoptati, hæredes Regni Cœleſtis, juſtificati, ſanctificati, glorificati) non amplius urgebat *Huberus*. Sed conferendo & diſputando cum eo, nihil prorſus eſt effectum. Cumque poſtremæ diſputationis die ſub veſperam ſignificaſſet, ſe craſtinâ die rediturum ad ulteriorem collationem, nihilominus altera die ſummo mane Ratisponæ clam diſceſſit.

Plura de Samuele Hubero maximam partem ſcandaloſa, & triſtia.

Poſt aliquot ſeptimanas *Huberus* profectus eſt Tubingam, & per literas ſupplices a Duce Wirtenbergico petiit, ut ſibi liceret cum Theologis Tubingenſibus de ſuo dogmate conferre: conceſſit id Illuſtriſſimus Dux Wirtenbergicus; diſputatum eſt cum *Hubero* per aliquot dies: effectum eſt ad illius converſionem tantùm, quantùm Ratisponæ, hoc eſt, nihil prorſus. Cum itaque *Huberus* incorrigibilem ſe præberet, juſſus eſt ab Illuſtriſſimo Principe e Ducatu diſcedere, ne aliquos falſo ſuo dogmate (quod jam facere cœperat) inficeret. Poſt illa tempora cum familiâ ſe Spiram contulit: inde aliquot libellos admodum acerbos & virulentos, contra Theologos ſibi adverſantes, in lucem emiſit, in quibus eos per calumniam Calviniſmi accuſavit. Illi vero reſpondentes, calumnias ipſius refutârunt, & innocentiam ſuam pleniſſimè demonſtrârunt. Poſt aliquod tempus Spira diſceſſit. Si quis pleniorem relationem optat, is inſpiciat acta *Hubertana* controverſiæ, Tubingæ impreſſa, in quibus etiam Scripta *Huberi* & Theologorum, ipſi adverſantium, ad verbum ſunt inſerta. vid. *B. Lucas Oſiander*, in Cent. Hiſt. Eccleſ.

Hoc etiam anno fanaticus quidam homo *Franciſcus Puccius Filidinus*, ſcriptum, uti *B. D. Lucas Oſiander* vocat, planè Satanicum in lucem emiſit,

Franciſci Puccii errores.

Digitized by Google

sub titulo: De Christi Servatoris efficacitate, in omnibus & singulis hominibus, quatenus homines sunt &c. Et in eo scripto suo jactavit, quod ipsius sententia, in libello illo comprehensa, sit assertio catholica, æquitati divinæ & humanæ consentanea, Universæ Sacræ Scripturæ & Sanctorum Patrum consensu, Spiritu discretionis (centum & viginti rationibus) probata. Se DEI Christique servum esse, vocatum ad instans DEI judicium, & donatum Sancto discretionis Spiritu, ad divinos sermones interpretandos omnibus hominibus, qui rationis usum habent, ac præsertim nationibus, quæ profiteantur fidem in unum DEUM, Cœli & Terræ Conditorem. Et hanc interpretationem suam ubique obtenturam esse; eamque jam arridere multis in Anglia, in Germania, in Polonia, in Gallia, in Helvetia, & ubicunque de illa cum aliis contulerit. Summa autem dogmatis hæc est: fidem salvantem in unum DEUM Creatorem esse naturalem, & omnibus hominibus communem: & tali fide naturali & notissima Patres priscos justificatos esse asserit, & omnes illos, qui pro hac generali & omnibus communi fide obscuram spem antiquorum, ex promissionibus acceptam, pro Patrum fide justifica accipiunt, toto Cœlo errare. Neque simplicem ignorantiam & incredulitatem Evangelii, & defectum Baptismi, ubi non sit scelus, cuiquam ad salutem obesse. Singulos, qui naturali fide vere DEO fidunt & adhærent, divino afflatu animari, & cum ingenuis Christianis consentire: implicitè, cum non explicantur; explicite verò, cum explicantur mysteria, unumquemque hominem, cujuscunq; sit religionis, modo homo sit, sine speciali DEI gratia salvari posse, modo non extremè scelleratam & omnino beluinam, naturæ & DEO repugnantem vitam, ducat, modo tales humani sint & benefici erga alios homines. In singulis hominibus esse hypostasin, sive substantiam salvificæ fidei, ac proinde omnes aptos esse natos ad vitam æternam. Hominem, etiam post lapsum generis humani, habere naturaliter tantas vires humanas, ut possit resistere Diabolo, & vitam æternam consequi. Peccatum nullum esse, nisi voluntarium: & peccatum originis non esse peccatum, sed fomitem: nec primos Parentes esse spoliatos donis & beneficiis, quibus ab optimo Creatore ornati fuerant. Hæc atque similia opinionum impiarum portenta *Puccius* in libello suo evomuit, & centum atque viginti rationibus palliare conatus est, adductis S. Scripturæ dictis, a se monstrosè depravatis, & jactatione consensus Patrum, quem meretricia fronte mentitus est: adduxit etiam de suo rationes quasdam carnales, e suo cerebro fanatico depromtas, rationi humanæ consentaneas.

Dùm igitur videri voluit *Puccius*, quasi amplificaret Efficacitatem meriti Christi, revera totum Christianismum cum omnibus aliis religionibus confudit, ejusque discrimen verum sustulit, occultè cum Alcorano Mahometico collusit, Judæos, Servatoris nostri juratos hostes in Ecclesiam filiorum DEI apertè introducit: Ethnicis etiam Cœlum promittit: Cum Anabaptistis peccatum Originale negat: cum Pontificiis liberum arbitrium incorruptum statuit: cum Schwenckfeldianis totius Evangelici Ministerii necessitatem tollit: Cum Calvinistis Sacramentorum vim & substantiam enervat: Cum Chiliastis Regnum Christi in his terris corporale confingit: Denique totius Christianismi fundamenta convellit. Fuitque Puccius monstrum quoddam ex Mahometismo, Judaismo, Ethni-

Ethniciſmo, Papiſmo, Schwenckfeldianiſmo, Anabaptiſmo, Calviniſmo compoſitum, & Chiliaſtarum errore inebriatum. Ejus Libellum, omnesque adductas rationes (numero CXX) *Lucas Oſiander*, Theologiæ Doctor, in publico ſcripto (quod Facultas Theologica Tubingenſis præfatione luculenta ornavit & commendavit) refutavit: Editum eſt illud ſcriptum Tubingæ Anno Chriſti 1593. Fama de Puccio ſparſa eſt, eum in ditione Epiſcopi Salisburgenſis captum, vinctum Romam abductum, ibique combuſtum fuiſſe.

Mors Ludovici Pii, Ducis Wirtenbergia.

Anno MDXCIII. die 8. Auguſti mortuus eſt Stuttgardiæ *Ludovicus*, Dux Wirtenbergiæ, ſub quo Eccleſia Wirtenbergica valdè floruit. Erat enim Princeps valdè Pius, & ſinceræ doctrinæ ſtudioſiſſimus, vitæ innocentis, humaniſſimus, liberalis, cum Ducatum Wirtenbergicum prudenter & felliciter in pace gubernaſſet annos viginti quinque, obiit anno ætatis quadrageſimo. Paulò ante mortem ſuam laudatiſſimus hic Princeps Stuttgardiæ Palatium quoddam verè Regium (Luſt-Hauß) extruxerat; illo, die 1. Aug. ad finem perducto, Conditor ejus Sereniſſimus in Cœleſtia Palatia & Tabernacula transfertur. Imò & aliud longè illuſtrius Palatium Dux *Ludovicus* paulò ante beatum ex his terris exceſſum condiderat, nempe Illuſtre Collegium, alterum Tubingenſe Lyceum ſplendidiſſimum; illo vix extructo, Illuſtriſſimus Fundator in Illuſtre, imò Illuſtriſſimum Collegium Angelorum & Cœlitum ex his obſcuris terræ regionibus avocatur. Humatus Tubingæ & Cryptæ Ducali illatus, hoc accepit virtutis ſuæ meritiſſimum Elogium, Tumulo inſcriptum:

Tumulus & Epitaphium Ludovici Pii, Ducis Wirtenb.

Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus *Ludovicus*, Dux Wirtenb. & Tecciæ, Com. Mont. Pelig. *Chriſtophori* Propagatoris Filius, *Ulrici*, ſinceræ Religionis per hunc Ducatum Reſtauratoris, Nepos, Ducum Wirtenbergicorum Princeps, pietate & humanitate nulli ſecundus. Patris & Avi in propaganda pia Religione Studium ſupergreſſus, hic tubam Archangeli expectat. denatus 6. Id. Aug. 1593. vixit Annos 59. menſes 7. dies 7. Horas 16.

Mauſoleum Ducale Wirtenbergicum in Templo San-Georgiano Tubing.

Claudit Dux *Ludovicus* in crypta Ducali Wirtenb. quæ eſt in templo San-Georgiano Tubingenſi, Chorum Principum, Tubingæ quieſcentium, uti illum ptimus Dux Wirtenbergiæ, *Eberhardus*, probus & ſapiens, vulgo Barbatus, cum Illuſtriſſimis Parentibus, *Ludovico* Seniore, Comite Wirtenb. & *Mechtilde*, natâ Palatinâ Rheni ac Bavariæ Duce, incipit.

Anno enim MCCCCLIV. *Ludovicus Senior*, Comes Wirtenb. IX. Calend. Octob. mortuus & in Æde B. Virginis ad Bonum Lapidem (Gutten-Stein) ſepultus, à *Chriſtophoro*, Duce Wirtenb. officioſæ pietatis ergò Tubingam traductus eſt.

Eâdem pietate & ratione huc quoque tralata eſt, uti memoratum, Domina *Mechtildis*, Palatina Rheni ac Bavariæ Dux, *Ludovici* Sen. Comitis Wirtenb. Conjux & *Eberhardi*, primi Wirtenb. Ducis, Mater quæ licet poſt *Ludovicum* defunctum *Alberto* Au-

Digitized by Google

ſtriaco nupſiſſet, defuncta Heidelbergæ Anno 1482. Kalend. XI. Octob. evidentiſſimo ſinceri amoris argumento illic cum priore marito & eodem hic ſimul conditorio reponi placuit.

CIRCA TUMULUM EBERHARDI,
Primi Ducis Wirtenbergiæ hæc leguntur.

ILluſtriſſimus pietate & prudentia Princeps, *Eberhardus* Barbatus I. Dux Wirtenb. & Teck. Montisque Peligardi Comes, hujus Scholæ fundator.
Kalend. Mart. Ann. 1596.

IN TABULA CUPREA AD MURUM.

ILluſtriſſimus, & tam ſapientiâ, quam honeſtate Vitæ excellens Princeps, *Eberhardus*, DEI gratiâ, primus Dux Wirtenbergenſis, & Tecc. ac Comes Montis-Pellicardi, fundator hujus Scholæ, obiit die 1. Matthiæ Apoſtoli, Anno 1496.

CIRCA TUMULUM ULRICI,
DUCIS WIRTENBERG.

Epitaphium Ulrici, Ducis Wirtenb.

PRincipis Ulrici potuiſti tollere corpus,
Invida mors animam tollere nulla potes,
Scilicet hoc ſolo fuerat mortalis, at idem
Parte tamen vivit nobiliore ſui.

IN TABULA METALLICA
Deaurata ad parietem

V. D. M. I. Æ.
D. O. M. S.

ILluſtriſſ. Princeps *Hulderichus*, Dux à Wittenberg. & Teck, Montisque Pelicardi Comes, dum inter mortales fuit, variis fortunæ procellis agitatus, & patriâ ſuâ deſtitutus, exilium XV. Annis conſtanter tulit, quâ tandem recuperatâ, Sacroſanctum Chriſti Evangelium ſincerè prædicari curavit, idololatriam comminuit, potentiam Antichriſti debilitavit, laudabilem Urbis hujus inciytæ Scholam reſtituit; doctis Profeſſoribus, juſtis Salariis & Stipendiis, avitos ſecutus mores, illuſtravit, Rempubl. prudentiâ non vulgari, ſicque ſatis felicèter adminiſtravit, cujus gubernacula inter tot quoque graviſſimos Adverſariorum inſultus, ad extremum usque Vitæ ſuæ halitum, fortiter retinuit. Tandem Deo Opt. Max. finem ærumnis dante, Spiritum Cœlo, reliquum verò mortalitatis ſuæ hoc deponi voluit Conditorio: Regnavit An. LII. Menſ. V. vixit An. LXIII. Menſ. VIII. D. XXVI. Anno Chriſti M. D. L. Menſ. IX. br. DI. VI.

PAULO INFERIUS.

HOc Lector potes eſtimare Saxo;
Humani nihil eſſe non caducum,

Heroum

Heroum quoniam tegit duorum
Ebrardi Ducis ossa, & Huldrici.
Ex iis alter erat bonis amandus,
Ex iis alter erat malis timendus,
Et dilectus uterque valdè Christo.
Corrupta tamen hic uterque carne
Leto deposita; simul quiescunt.

CIRCA TUMULUM ANNÆ, DUCIS WIRTENBERG.

Epitaphium Annæ, Ducis Wirtenberg.

ILlustriss. Principi ac Dominæ, D. *Annæ*, Duci Wirtenberg. Ducis Ulrici, &c. Filiæ dulciss. quam benigna Dei manus ex ista fragili & caduca rerum humanarum conditione, ne diutius calamitosis & tumescentibut aerumnarum procellis misera quateretur, adolescentulam tenerr. atque adeo in ipso blandiss. integeratæ Virginitatis ejus flore, An. Dn. M. D. XXX. Mens. Junii XXIX. ætatis ejus verò XVII. feliciter eripuit. Huic inquam in hunc locum amæniss. ubi jam Charthusianorum fatibula Auraci; cum illic An. XXIIII. sepulta jacuisset, collaberentur traductæ, Illustriss. *D. Christophorus* Dux Wirtenb. Clementiss. unicæ Sororis suæ dilectiss. ad perpetuam memoriam hic erigi voluit. An. Dn. M. D. LIIII.

IN TABULA DEAURATA,
ad Parietem.

D. O. M. S.

Epitaphium Maximiliani, Ducis Wirtenb.

UT omne natum caducitati subjectum, ita & eodem decreto Illustriss. Princeps *Maximilianus*, Dux à Wirtenberg, &c. An. salutis MDLVI. XXVII. Die Aug. natus Mens. VI. Die XXII. superstes, infans dulciss. Parentes optatæ vitæ desiderio privavit. An. Chr. M. D. LVII. Mens. Mart. Die XVII. cujus ossa XIX. Ejusdem Mens. huc ad Avita conditoria translata sunt.

IN TABULA DEAURATA,
ad Parietem.

C. H. R.

CRUCIF. GLOR.

MEmoriæ Illustriss. Principis *Ulrici*, Ducis de Wirtenberg, &c. Infantis dilectiss. P. qui vixit Mens. II. D. I. An. Chr. M. D. LVIII. Mens. Jul. Die VIII. ejusdem Mens. huc ad Avita conditoria posita sunt.

V. C. V.

CIRCA

CIRCA TUMULUM SABINÆ, D. WIRT.
Anno Domini M.D.LXIV.

Epitaphium Sabinæ, Ducis Wirt.

DEn XXX. Tag Auguſti ſtarb die Durchleuchtig Hochgeborne Fürſtin/ Fraw Sabina/ Hertzogin zu Würtemberg und Teck/ Grävin zu Mümpelgart/ ein geborne Pfaltzgrävin beym Rhein/ Hertzogin in Obern und Nider-Bayern/ ihres Alters LXXIII. Jahr/ IV. Monat/ VII. Tag.

CIRCA TUMULUM EBERHARDI, Ducis Wirtenb.

Epitaphium Eberhardi, Ducis Wirt.

SUb hoc ſaxo requieſcit *Eberhardus* Dux Wirtenbergiæ & Teck, Comes Montiſpeligardi, obiit Die II. Menſis Mai. Anno ſalutis. M.D.LXVIII. vixit An. XXIII. Menſ. III. Dies XXVII.

IN TABULA METALLICA,
ad Parietem.

D. O. M. S.

ILluſtriſſimus Princeps, *Eberhardus* Dux Wirtenbergenſis ac Teccenſis, Comes Montiſpeligardi, &c. Illuſtriſſimorum ac Chriſtianiſſimorum Parentum, *Chriſtophori* Ducis Wirtenbergenſis, &c. Principis laudatiſſimi, & *Annæ Mariæ*, Marchioniſſæ ex clariſſima familia Brandenburgenſi, Filius primogenitus, indolis egregiæ, à primis Annis piè ac liberaliter ed ucatus, & literis inſtitutus, ſinceriorem Religionem amavit, Antichriſti idolatricas ſuperſtitiones, atque omnes fanaticas opiniones deteſtatus eſt, Parentes dignâ pietate coluit, in Fratrem & Sorores Germanas benè affectus, & pro ætate rarâ gravitate præditus fuit, ita ut maximis rebus natus videretur. Eum, immaturâ morte abreptum, Parentes lugent, Provinciales deſſent. Anima Chriſto, Reliquiæ his monumentis commendatæ ſunt. Vixit Annos XXIII. Menſis III. Dies XXVI. Vitâ functus eſt, Anno M.D.LXVIII. Menſis Maii Die I.

Majorum merito ſacris ſepulchris,
Ebrardi Ducis inferuntur oſſa.
Barbati Veteris gerit celebre
Nomen, ſi modo longior daretur.
Ætas, mox ſimilis futurus illi
Juſto, Pacifico, gravi, diſerto.
Herois referebat Huldericci
Primis ingenium nepos ab annis,
Permagna animis Avo futurus,
Ni Vita ſpatium DEUS negaſſet.
Ambobus pietate junctus, una
Vita jam fruitur beatore.

CIRCA

CIRCA TUMULUM CHRISTOPHORI, Ducis Wirtenb.

Epitaphium Christophori Ducis Wirtenberg.

SUb hoc Saxo quieſcit *Chriſtophorus*, Dux Wirtenbergiæ & Teck, Comes Montirpeligardi. Obiit Die XXVIII. Menſis Decembris, Anno Salutis, M. D. LXVIII. ætatis verò ſuæ LIII.

IN TABULA METALLICA ad Parietem

D. O. M. S.

ILluſtriſſimus Princeps, verè *Chriſtophorus*, Dux Wirtenbergenſis & Teccenſis, Comes Montis-pelicardi, & à puero variis caſibus jactatus, literis excultus, exteros expertus, Linguarum peritus, experientiâ clarus, periculis infractus, bello ſtrenuus, imperio juſtus, conſilius prudens & pacificus, orator gravis, Eccleſiæ Nutritius, Hæreſum & idololatriæ hoſtis, ſtudiorum Mæcenas, Exulum aſylum, virtutis theatrum, pietatis exemplum, Pater Patriæ, infinitis laboribus exhauſtus ac placidè in Domino obdormiens, corporis reliquias hoc conditorio, quod vivus ſibi adornarat, deponi voluit. Earum optatam reſurrectionem beata anima cum Chriſto vivens expectat. Memoria tanti Herois apud omnem poſteritatem Sacroſancta erit. Vixit annos LIII. Menſes VII. Dies XVI. Regnavit annos XVIII. Menſem I. Dies XXII. Obiit anno Domini M. D. LXVIII. Die XXVIII. Menſis Decembr.

Wirtenbergiaca domus decorum,
Princeps Chriſtophorus ſub hoc ſepulchro
Ut terræ ſua reddit oſſa Matri,
Cœleſtis quoque Spiritum parenti,
Sic, Chriſto mediante, conſecravit.
Non regno patrio, ſed exterorum,
Succrevit puer, exulante patre.
Magni Cæſaris eſt ſecutus aulas,
Et Regnum, teneris Ephebus Annis.
Mox Martis juvenis capeſſit arma.
Ductis ordinibus triumphat heros.
Bis ſex pignora ſuſcipit Maritus,
Curis canus Avus ſit, & ſenecta.
Magnam juſtitiæ tulitque laudem,
Dum rexit Populos, deditque jura,
Optatam coluit ferendo pacem.
Lites compoſuit, ſopivit iras.
Illi Eccleſia maximè piaque

Cura vera fuit, fidoque cordi.
Idolis inimicus, Hostis acer
Damnatis simulantibusque sectis.
Mecœnas studiis, & eruditis
Linguis fautor erat, Scholis Patronus,
Naturâ ingeniosus, arte doctus,
Orator bonus, aptus, & Trilinguis.
Prudens, sobrius, atque liberalis,
Plures Herculeis ferens labores,
Dignus qui Imperio fuisset orbis.
Hunc Patrem Patria facetur ara
Præsens, posteritas fatebiturque
Wirtenbergiaca domus decorum.

CIRCA TUMULUM EVÆ CHRISTINÆ, DUCIS WIRTENB.

Epitaphium Evæ Christinæ, Ducis Wirtenb.

ILlustriss. Princeps & Domina, Domina *Eva Christina*, Wirtenbergæ Montisque Peligardi Filia, *Georgii*, ex Barbara Hassiæ Landgravia, sub hoc conditorio quiescit. Animam verò Deo reddidit, III. Kalend. April. M. D. LXXV. cum vixisset Ann. XVI. Mens. V. Dies XV.

CIRCA TUMULUM ANNÆ MARIÆ, DUCIS WIRTENB.

Epitaphium Annæ Mariæ, Ducis Wirtenb.

ILlustriss. Pr. & Dominæ, Dominæ *Annæ Mariæ*, Georgii, Brandenburg. March. F. ac opt. Pr. *Christophori* Wirtenbergiæ Ducis, Conjugi fidelissimæ. XII. Liberorum Matri, *Ludovicus* Dux Wirtenberg. Filius. M. H. P. E. M. E. P. obiit.

CIRCA TUMULUM DOROTHEÆ URSULÆ, DUCIS WIRTENB.

Epitaphium Dorotheæ Ursulæ, Ducis Wirtenb.

ILlustriss. Pr. ac Domina, Domina *Dorothea Ursula*, Illustriss. Pr. ac Domini, Domini *Ludovici*, Wirtenbergensis & Teccensis Ducis, Conjunx, I. Illustriss. Caroli Badensis Marchionis F. quæ A. M. D. LXXXIII. XIX. Maii, pie decessit; cum vixisset An. XXIII. in matrimonio An. VII. M. VII. D. VIII. hic tubam Domini expectat.

SUPPLEMEN-

SUPPLEMENTUM ad An. 1522.
De
PAULO SPERATO à RUTILIS,
Nobili Suevo.

Paulus Speratus, Nobilis Suevus, pius veritatis Evangelicæ Confessor.

AN. 1522. Innotuit *Paulus Speratus* à *Rutilis*, Nobilis Suevus, qui diu Lutetiæ Parisiorum & apud Italos studia sua tractavit, constans & ardens veritatis Evangelicæ Confessor, atque Author egregii Hymni, etiam à *B. Luthero* valde æstimati: Es iſt das Heil uns kommen her ꝛc. Anno 1522. Viennæ in Austriâ Evangelium docuit contradicentibus aliis, docuit autem in celeberrimo templo Viennensi *S. Stephani* die 12. Januar. & in hæc etiam, rixantem Scholasticum perstringens, erupit verba: Du heiſſeſt ein Schul-Gelehrter / wäre beſſer / du hieſſeſt ein GOttes-Gelahrter. Pulsus Vienna Budam venit, ibi etiam multa ob Evangelium passus, Providentiam Divinam, quæ ipsum ex vinculis liberavit, satis superque sensit. Tandem in Boruſſiâ factus est Episcopus Evangelicus Pomezanus. Vid. M. Cyriaci Spangenbergs Adelsſpiegel.

SUPPLEMENTUM
De
MATTHÆO AULBERO, Inclytæ
Urbis Imperialis Reuttlingæ Celeberrimo
Reformatore.

Matthæus Aulberus, Primus Theologus Evangelicus & Reformator Reuttlingensis.

M*atthæus Aulberus*, S. S. Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Stuttgardianæ Antistes Evangelicus & Abbas Elabyrensis; quo in oppido natales suos habuit, ut A. *Brunnius* testatur, An. 1495. Studiis operam navavit Tubingæ (ubi anno 1518. sub Decano *Balthasare Sellario* Magister renunciatus) & Witebergæ, ubi *Lutherum* & *Melanchthonem* audivit. Quorum ex informatione cum Evangelii doctrinam feliciter imbibisset, & Ministerio in Civitate Imperii Reuttlinga, circa 1519. adhibitus esset, in causâ fuit, quod Reuttlingenses An. 1530. hostibus undiquaque circumdati, Augustanæ audacter subscripserint Confessioni. Passim itaque famâ florens cum Viris celeberrimis, B. *Luthero*, *Melanchthone* & aliis literarum habuit commercium. Sanè *Ulricus Zwinglius* jam Anno 1524. Epistolam ad eum dedit, quâ sententiam suam de S. Cœnâ publicavit. Hinc etiam *Aulberus* à Wittenbergico Duce *Ulrico*, ad opus Reformationis cum *Schnepfio*, *Ambrosio Blaurero* & aliis peragendum accitus est. Anno autem 1548. Erlingam vocatus, ut Interimisticam doctrinam approbaret, illis qui nomine Cæsaris cum eo agebant,

Digitized by Google

bant, inter alia scite respondit: Papæ indulgentia purgat crumenas: Remissio Christi verò malam conscientiam. Deß Pabsts Ablaß bützt und fegt die Seckel; Christi Ablaß reiniget das böse Gewissen. Elsburgam abeuntem quinquaginta è Civibus Reutlingensium sunt comitati usque ad portas, tamdiu ibidem commorati, donec salvum & incolumem possent reducere. Cum verò Reutlinga Decretum Intermisticum recipere teneretur, quod factum die 25. Junii Anno 1548. officio, quod jam 29. annis ornaverat, motus, Stuttgardiam ad Antistitis Ecclesiæ Collegiatæ & Assessoris in Consistorio munus ab *Ulrico* Duce vocatus, per quatuordecim annos pio cum Zelo stationi præfuit. Tandem rude donatus & Cœnobii Blabyrensis Reformati Abbas declaratus An. 1562. Juventutem Scholasticam suæ Inspectioni demandatam formavit. Ex conjuge, quam duxit, filium suscepit cognominem, duasque filias, quarum una, *Jacobo Beurlino*, Cancellario Tubingensi; altera, *Martino Cleslio*, Stuttgardiano Superintendenti, elocata. Surculus *Aulbertianus* est Vir Dignissimus Dominus M. *Christophorus Aulberus*, Ecclesiæ quondam Posoniensis Evangelicæ in Hungariâ Antistes Meritissimus, suisque Auditoribus gratissimus, nunc Ecclesiæ Kircho-Teccensis Pastor & Superintendens vigilantissimus, *Matthæi Aulberi*, Abbatis Hirsoviensis, Anno 1689. Stuttgardiæ cum Patriæ commodis invigilaret, citâ sed beata morte abrepti, filius, cujus sororem in matrimonio habet VIR S. R. Dn. *D. Pfaffius*, Theol. Tubing. famigeratissimus. Ipse *Matthæus* Theologus erat Reformationis tempore propter constantiam, pietatem & eruditionem percelebris, qui Theologiæ Doctoris gradum Tubingæ accepit. A. 1557. una cum *Joh. Brentio* & *Jacobo Andreæ* Conventui Wormatiensi interfuit, & *Philippum* Consensus sui cum Articulis Schmalcaldicis admonuit. Cum enim *Brentius* renovationem Consensus, inter Suevicos & Saxonicos Ecclesias vivo *Luthero* 1536. initi, urgeret, *Philippus* respondit: Nolo. Cur, inquit *Brentius*? *Philippus*, quia non placet. Perge bat *Brentius*: Domine *Philippe*, tamen vos scripsistis illum Consensum. *Philippus*, Ego scripsi aliorum non meam sententiam. Interloquebatur *D. Matthæus Aulberus*: Domine Præceptor tamen vos etiam subscripsistis. Respondet *Philippus*: Mi Matthæe, ego multa scripsi, quæ mihi jam non probantur. Putatis? me intra triginta annos nil profeciſſe. Mortalitatis exuvias deposuit *Aulberus* Anno 1570. ætatis 75. Stuttgardiæ in Templi Xenodochialis Adyto, Chorum alias vocant, sepultus, ubi & Epitaphium ejus extat tribus tantùm verbis Germanicis. Oratione Funebri eum Tubingæ laudavit *Jacobus Andreæ*. vid. *Fischlini* Memor. Theol. Wittenb.

Nicodemus Frischlinus his eum mactat encomiis.

Qualis enim quantusque olim pietatis in armis
Aulberus fuerit, fama recenset anus
Nempe COMES MAGNI FIDUS fuit ille LUTHERI,
Reutlingæ sanctas pascere jussus oves.
Non illum rabies Italorum insana luporum
Terruit: infracti mens erat aqua Viri.
AULBER hic in toto jam pridem innotuit Orbe,
Casurum nullo tempore NOMEN habens.

SUPPLE-

SUPPLEMENTUM
De
JACOBO BEURLINO, Cancellario Tubingenſi.

Lutetiæ Pariſiorum beatè defuncto.

Jacobus Beurlinus, Cancellarius Tubingenſis.

Jacobus Beurlinus, SS. Theologiæ Doctor, & Profeſſor, Academiæ Tubingenſis Cancellarius & Eccleſiæ Præpoſitus ex Evangelicis primus, lucem aſpexit Acanthopoli, (in Dornſtetten) oppido in ſylva Hercynia, anno 1522. Parentibus, Viro Conſulari, *Jacobo Beurlino*, & Matre *Urſula*, Pontificiæ religioni admodum addictis, ſed à filio ad veram religionem deinceps Dei gratia converſis. Scholas frequentavit ab initio in patria. Poſtea verò Horbam, ubi aliqui Beurlini Conſanguinei erant, ſtudiorum cauſa miſſus, tantos fecit profectus, ut 1533. adeoque nondum duodecennis, Tubingam in Stipendium Martini Plantſchii, Paſtoris Tubingenſis, *Beurlino* quâdam neceſſitudine conjuncti, admitteretur, non obſtante, quod ſtatuto fundatoris interdiceretur, ne annis quindecim minores reciperentur. Ibi per privatam *Matthiæ Garbitii*, Illyrici, Informationem non tantum ea, quæ ad dicendi rationem, ſed & quæ ad morum elegantiam pertinent, feliciſſimè hauſit, quapropter & Profeſſores primam Lauream 1537. honoreni verò Magiſterii 1541. illi contulerunt. Poſtmodum Philoſophiam ulterius ita excoluit, ut *D. Michaelis Schweickeri*, qui Phyſica tum profitebatur, Vices cum laude ſæpius obiret. Elapſis aliquot annis Oeconomicam Inſpectionem ſupra dicti Stipendii ſibi demandatam eâ cum prudentiâ adminiſtravit, ut Alumni cæteri eum haberent chariſſimum. Interim ipſe Religioni Papæ nondum renunciaverat, idque partim ob monita Parentum, partim ob conſervationem domeſticam cum D. *Petro Bruno*, Scholaſticæ olim Theologiæ Profeſſore, homine acuto, & ut ferebant ſuperiora tempora, docto. Is quotidie hortator ei erat, ne à Romanenſi Eccleſia deſciſceret, vel monita Parentum ſperneret. Deterrebat eum etiam opinio tum pervulgata: Eccleſiæ Romanenſi ſine diſpendio ſalutis æternæ ne in̄ minimo quidem contradici poſſe. Tandem auditis ſæpiſſimè Doctorum Evangelicorum Concionibus, iisque cum Scriptura Canonica & Antiquitate diligenter collatis, non tantum ipſemet Veritatem amplexus, ſed & Patrem ſibi ab initio maximè adverſantem, Chriſto lucri fecit. Anno 1546. conjugium iniit cum Anna, D. Matthæi Aulberi, Paſtoris tum Reutlingenſis, poſteà verò Antiſtitis Eccleſiæ Cathedralis Stuttgardianæ filia, ex qua duodecim Liberos ſuſcepit. E quibus quinque filiæ honeſtiſſimis Viris in connubium ductæ ſunt. vid. *Friſchlini* Libr. IX, Eleg. 1. Eodem anno Parochiam Derendingenſem ornare cepit, in qua & 1551. gradum Doctoris unâ cum *Jacobo Heerbrando* publicè reportavit. Reſtituta Pace in Profeſſorem Theologiæ cooptatus, Evangelium Johannis, ejusque Canonicam Epiſtolam, nec non illas ad Romanos & Hebræos, cum Locis Theologicis Philippi Melanchthonis ſummâ cum dexteritate interpretatus eſt. Sed & vices Cancellarii multis annis geſſit, donec tandem anno 1561. poſt obitum *Ambroſii Widmanni*, Juris Canonici Doctoris,

ctoris, Pontificii, Præpositura Ecclesiæ & Cancellariatus simul ei committerentur. Quantus de cæteto Vir fuerit, ex eo dispalescit, quod novem Legationibus in rebus perquam arduis jussu Principis *Christophori* defunctus fuerit; duabus nimirum ad Patres Concilii Tridentini, ut Confessionem Wirtenbergicam Patribus conscriptis exhiberet, illamque defenderet, unâ in Borussiam in causâ *Osiandri* anno 1552. aliis binis ad Comitia Wormatiensia, 1557. & Erfurdensia 1561. reliquis in Saxoniam, ultimâ vero in Gallias ad Colloquium Possiacenum. an. 1562; Quibus Officiis eximia prudentia gestis, tantam sibi authoritatem conciliavit, ut Principibus & summis Viris admirationi esset. Hinc & Borussiæ Princeps ad Episcopatum Ditionis suæ suscipiendum honestissimo illum Salario invitavit. Dux verò *Christophorus* tanti æstimavit, ut à latere suo in publico incedere, suumque charum Dominum (seinen lieben getreuen Herren/) appellare dignatus fuerit. Sed & generosus Baro Johannes Ungnad à Sonneck, adeo familiarem habuit, ut eum Filio suo Wolffgango Compatrem expeteret. Neque minus alii Viri apprimè nobiles, imò Principes, literas ad eum propriâ manu exarârunt. Erat præterea Concionator excellens & perspicuus, Disputator acutus & gravis, sacratum Literarum Interpres fundamentalis, pureque fidei Assertor acerrimus. Ab infantia quidem τραυλίζοντος & Linguæ nonnihil titubantis, balbutientis & blæsæ; Verùm extructo propriis manibus in Anatolico monte tuguriolo, Tertulliani opera horis succisivis, altâ, & distinctâ pronuntiatione tam diu recitavit, donec vocis exilitatem & linguæ vitia corrigeret, unde diligentia Viri æstimari potest. Pari felicitate animum quoque subtimidum roboravit; Cum enim Erhardi Schnepffii hortatu suggestum Templi primarii, quantumvis reluctans, primâ vice conscendisset, post prælectum Textum frequentiâ & aspectu tot Auditorum perculsus, penitus obticuit, adeò, ut Cathedram relinquere cogeretur. Enimvero ab Erhardo Schnepffio admonitus post octiduum denuò, præmissis ardentissimis precibus, umbonem Eccl siasticum repetiit, atque cum Auditorum admiratione summa & applausu maximo elegantissimam Concionem habuit. Reliquas Virtutes, puta pietatem erga Deum; pacis studium erga Collegas; hospitalitatem erga peregrinos; liberalitatem erga pauperes; humanitatem erga inferiores; sinceritatem erga omnes deprædicant Parentatores. Accedebat Forma Corporis decora; Statura quippe fuerat justæ magnitudinis, cum habitudine, vestitu & proportione decora, erecta, eleganter & perpulchrè compositâ, Vultu & facie speciosus; claris & perspicacibus oculis, nec nimium emissis, nec vagis, nec etiam depressis; sed suaviter abblandientibus cœruleis; superciliis flavis; genis cum rubore paululum tinctis, comis flavis, barba ejusdem coloris mediocre acuminata, non admodum promissa aut l ta; Voce satis sonora, suavi & prædulci; probe articulari & correcta. Quibus donis ante omnes alios excellens à pientissimo Duce Christophoro in Gallias ad Colloquium Possiacenum ablegatus cum aliis duobus Theologis, Jacobo Andreæ, & M. Balthasare Bidembachio, Concionatore Aulico, nec non Consiliario, Melchiore à Sahlhausen. Ejus verò profectionis aliquot omina præcesserunt: Nam cum palla ipsi Stuttgardiæ adhuc commoranti afferretur prolixior, excepta vox ejus: Quid mihi vestem tam prolixam & lugubrem affertis, fortassis citius, quàm velim, mihi lugendumfuerit? Idem præsagiebat paulo obscurius, cum Conjugi, Liberis & Amicis

Amicis valediceret. Secutum enim istiusmodi sermonem portentum. Jusserat Serenissimus Princeps, ut ad vitandam viæ molestiam ac difficultatem Legati alterius uterentur curru & equis; ac Stuttgardia quidem equis iter ingressi, currum præmisserant, quadrigeminis equis junctum. Vix autem ad mille passus egressi, everso per præcipitium vehiculo, generosissimus equus moritur, haud dubio omine, ut ipse Beuerlinus interpretabatur, ex quatuòr legatis præcipuum brevi moriturum. Quod & factum Parisiis, ubi *Beuerlinus*, dum Bibliothecam in Sorbonæ Collegio perlustrat, grassante tum peste correptus d. 28. Oct. 1561, expiravit. Postero die in Cœmiterio SS. Trinitatis sepultus, cum vixisset annos 41. Moribundus sæpius ingeminavit: pessime quidem habeo: Sed nolo, ut abeat dolor: valedixi Mundo. Nihil mihi dicatur nisi de Christo, quia Christianus sum. Causam nostram Deo & vos omnes, meum verò Spiritum Cœlesti Patriper Jesum Christum, nec non Orphanos meos & Viduam Deo & Principi commendo. Extincto illo re infectâ redierunt cæteri. Dux verò *Christophorus* relictæ Viduæ ad dies Vitæ ducentos, quotannis florenos, singulis filiarum octo, ad Conjugium aspirantibus dotis nomine ducentos, filio autem unico Johanni Jacobo, ultra Stipendii Martiniani beneficium, 25. florenos quotannis usque ad gradum Doctoratus obtinendum clemeutissimè legavit. Parisiis *Beuerlinus* Licentiam dedisse perhibetur *Jacobo Andreæ*, ut *Balthasarem Bidenbachium* in Lectorio Theologorum Sorbonico Doctorem Theologiæ crearet. Epitaphium ejus Tubingæ suspenderunt Academici in Templo D. Georgii, Oratione Funebri & Concione eum laudavit *Theodoricus Schnepfius* ab *Israele Wielando* cum præfatione luculenta in lucem editis, quas omnino vide. *Fischlini* Mem. Theol. Wirt.

EPITAPHIUM B. BEUERLINI IN TEMPLO SAN-GEORGIANO TUBINGENSI.

Epitaphium B. Beurlini, Cancellarii Tubingensis.

CLarissimo Viro, *Jacobo Beürlino*, Doctori Theologo, Eccles. hujus Præpos. & Inclytæ Universitatis Cancell. in Legat. Lutetiæ Paris. V. Calend. Nov. Anno M. D. LXI. ætatis verò suæ XLI. mortuo Senat. Academicus optimèmeritoF. F.

Quisquis in hanc oculos defigis & ora figuram
Sis memor hoc firmum quod sit in orbe nihil.
Sic cecidit quondam Martinus Erechtius arte
Maximus: huc cujus molliter ossa cubant.
Sic cadit hem fatis æternum vivere dignus
Beürlinus, nostræ nomen honorq; Scholæ.
E Patria, in primis hinc qui se contulit annis*
Cui polis & nomen spina dedere solo.
Ingenioque potens, linguas industrius omnes
Atque artes hausit cum pietate sacras.
Donec ad officium Templique Scholæque vocatus
Præfectusq; simul summo in honore fuit.
Quid grave judicium & sapientis fulmina linguæ
Virtutesq; viri donaque mille canam?

* Dornstetten.

Non

Non tantum populo fuit observatus ab omni,
Wurtembergico sed quoque cura Duci.
Quo mandante adiit millena pericla Tridentum,
Pro veram asserret, quo decet ore fidem.
Inde Borussiacas sese commovit in oras,
Compositas litem, quæ fuit orta gravem.
Tandem etiam fatis (dolor heu) volventibus atris,
Adfectus Gallis sub Regione cadit.
Vir Magnus magna celebrique sepultus in urbe,
Parisiâ Celsæ stant ubi tecta Scholæ.
Ne tamen omne viri nomen sine honore periret,
Struxerunt patres hæc monumenta Scholæ.
Spiritus in Cœlis carnis jam mole solutus,
Virtutes q, Deo justitiamque canit.

SUPPLEMENTUM AD A. 1552.
De
ANDREÆ OSIANDRI, THEOLOGI Regiomontani, Controversia, per Theologos Wirtenbergicos mitissimè, solidissimeque examinatâ & per filium LUCAM OSIANDRUM *egregiè descriptâ.*

Osiandrica controversia in Prussia exorta.

LUbet addere, quæ de Beato parente suo adnotavit *B. Lucas Osiander* in Epit. Hist. Eccles. Cent. XVI. lib. III. cap. 1. ubi hæc lectu dignissima habentur: Cum *Andreas Osiander* in primaria Prussiæ urbe Regiomontana, in parochia veteris urbis, & in scholâ universali publice doceret, dissidium inter ipsum & collegas ejus incidit. Etsi autem hic *Osiander* parens meus fuit: tamen, semotis affectibus, candidè referam illius controversiæ initium & progressum: eo enim ipso tempore in Prussia (adhuc in ædibus paternis) vixi.

Controversia prima Osiandri, de incarnatione Filii DEI.

Andreas Osiander susceperat in Academia ibidem explicanda quatuor priora capita Geneseos (eo quod in iis de præcipuis articulis Christianæ Religionis tractatur:) & inter alia, in lectione, dixerat: sperare se, diligenter tractato loco, de imagine Dei, effuturum filium Dei fuisse incarnandum, etiamsi homo non peccasset. Legerat enim *Osiander* in *S.* scholastica Theologia, hanc quæstionem olim in scholis Theologicis in utramque partem fuisse tractatam & putabat, se rem gratam auditoribus facturum, si ea de re suam sententiam aperiret, eamque conjecturis ex Sacra Scriptura desumptis confirmaret. Sed res longè aliter cecidit. Quidam enim ad hanc assertionem, tanquam ad sententiam planè novam & absurdam, obstupuerunt: alii maligne interpretabantur, & in vulgus spargebant, quasi *Osiander* doceret,

ceret, filium Dei non tantum incarnandum, sed etiam crucifigendum & moriturum fuisse, etiamsi Adam non peccasset: quorum tamen *Osiander* nihil (ne per febrim quidem) somniaverat. Ut autem his calumniis obviam iretur, & offendiculum averteretur, edidit in lucem scriptum quoddam Latinum: in quo sententiam suam de illa quæstione perspicue declaravit & conjecturas suas, è scriptura desumptas, recitavit & protestatus est, se cum nemine rixaturum, qui diversim sentiat. Itaque publicato & lecto illo scripto, plerique acquieverunt & hoc modo controversia illa paulatim sepulta est.

Osiandri controversia alia de pœnitentia, & de inhabitatione Dei in nobis.

Hunc verò mox excepit alia. In publica enim quadam sua disputatione *Osiander* Pœnitentiam aliis verbis definierat, quam *Philippus Melanchthon*, in hanc, videlicet, sententiam: Pœnitentiam esse agnitionem & detestationem peccati, cum proposito emendationis vitæ, & spe veniæ à Deo consequendæ. *Philippus* autem solebat Pœnitentiam describere contritione & fide. Et offendebantur aliqui, quòd *Osiander* in concionibus crebrò inculcabat, Deum habitare in nobis, cavendum igitur, ne sceleribus contra conscientiam tam præstantem hospitem à nobis repellamus. Utranque controversiam *Philippus*, privatis literis suis ad discipulos suos datis, sedavit, cum ad ipsos scriberet: *Osiandri* definitionem non esse reprehensione dignam: se enim cum pœnitentiæ partes constitueret, contritionem & fidem, complecti totam hominis ad Deum conversionem. Sed & non negandum, verùm concedendum esse, Deum habitare in nobis. Ita hæc duo incendia quasi inter parietes oppressa sunt & extincta.

Osiandri controversia de Justificatione.

Ultima controversia Osiandrica fuit de Justificatione fidei. Ediderat enim *Osiander* disputationem de Justificatione, in quâ asserebat, hominem justificari essentiali Dei (in nobis habitantis) justitia & Christum, secundum divinam suam naturam, esse nostram Justitiam & Justitiam esse id, quod nos impellat ad juste agendum. His suis phrasibus nihil aliud volebat, quàm quod Paulus scripsit: Deum esse, qui in nobis operatur & velle & perficere: hanc enim animi sui declarationem sæpè ego privatim ex ipso audivi. Interim minime negabat, sed docebat etiam, Christum pro nobis perfectè legem impleviſſe, & pro totius mundi peccatis plenissimè satisfeciſſe, & hominem per fidem in Christum Redemptorem consequi omnium peccatorum suorum remissionem & hominem niti debere coram Dei iudicio Christi merito. Sed quia abutebatur vocabulo Iustificationis pro Regenerationе seu Renovatione hominis & dicta Pauli, quibus Apostolus de gratuita Iustificatione (quæ constat remissione peccatorum, & imputatione meriti Christi) agit, detorquebat ad Inhabitationem essentialis Iustitiæ Dei, causam dedit suis collegis, & aliis etiam Theologis in Germania, ut ipsius doctrinam de Iustificatione, concionibus & scriptis publicis oppugnarent: præsertim, cum Osiander libellis editis adversarios suos impugnaret atque dogma suum defenderet. Inprimis verò ipsius Confessionem de Iustificatione, Germanicè & latinè editam, confutabant, *Philippus* (adiuncto Testimonio Pomerani & *Forsteri*:) Doctor *Joachimus Mœrlinus*, & alij pleriique celebres Theologi Evangelici in Germania. Omnes enim Osiandri dogma (exceptis Wittenbergicis Theologis, & per-

Philipp. 1.

& perpaucis aliis) sic interpretabantur, quasi sentiret, non meritum Christi, sed inhabitantem essentialem DEI Iustitiam opponendam esse coram Iudicio DEI in terroribus conscientiæ. Würtembergici autem Theologi, quibus Osiander familiariter notus erat (diligenter evoluris ipsius scriptis) mitiùs & commodiùs ipsius dogma interpretabantur: animadvertebant enim, ipsum sub Iustificationis vocabulo non de eo agere, quomodo homo peccator consequeretur peccatorum remissionem per fidem: sed quomodo homo DEO reconciliatus, reipsa iustus fieret, hoc est, per Spiritum sanctum renovaretur, ut iustè vivere inciperet: itaque Würtembergici (inter quos præcipuus erat *Brentius* à multis annis *Osiandri* intimus Amicus) eum pro hæretico damnare noluerunt.

A. Osiander moritur. Duravit hæc controversia inter *Osiandrum* ejusque adversarios biennium. Altero hujus dissidii anno (qui fuit quinquagesimus secundus) mense Octobri decumbere cœpit *Osiander*, ac videbatur initio febri laborare: sed paulatim ingravescente morbo, die decimo quarto manè complicatis manibus (quo gestu aliàs orare solebat) spiritum suum, sine ullo motu corporis, aut ulla doloris significatione, DEO reddidit: ut agone nullum verbum protulit: puto enim fortem apoplexiam tunc accessisse, quæ illi spiritum intercluserit. Funus honorificè deductum fuit in templum, in quo vivus docuerat: comitantibus, Duce, *Alberto Marchione*, & *Alberti* Ducis fratre *Wilhelmo*, totoque Gynæceo, aliisque quam plurimis honestis viris atque matronis. A morte *Osiandri* cœpit paulatim hæc controversia quiescere: nec fuerunt, qui ipsius causam odiosè, aut pertinaciter agerent, aut urgerent. Et Dux *Joannes Albertus Megelburgius*, Ducis Prussiæ gener, consensu soceri, omnibus Ecclesiæ Ministris in Prussia persuasit, ut promitterent, se iuxta Confessionem Augustanam docturos: sic pax Ecclesiis Prutenicis restituta est. Natus autem fuit *Andreas Osiander* in oppido Guntzenhausen, in Marchionatu Brandeburgico, parentibus Christianis, *Andrea Osiandro*, viro consulari, fabro ferrario, & Matre *Anna Hertzogin*, renuis fortunæ, sed probis hominibus. Itaque filius scholas secutus, Lipsiæ atque Aldeburgi literis (ostiatim panem colligens) operam dedit. Postea Ingolstadii in album universitatis inscriptus, nactus est discipulos nobiles: inde presbyterii dignitatem nactus, Noribergæ Concionatorem Evangelicum egit per annos viginti septem. Propter Interimisticum librum verò Noriberga relicta, in Prussiam profectus, ibidem propemodum quadriennium docens, anno ætatis quinquagesimo quarto mortuus est: ab ejus morte controversia illa paulatim expiravit. Linguarum, Græcæ, Latinæ, Hebraicæ, Chaldaicæ fuit peritissimus: sed & in Philosophia & Medicina iudicio excellenti præditus erat: ita ut doctissimus quisque ipsius eruditionem multiplicem admiraretur.

SUPPLEMENTUM ad A. 1569. de piâ morte

D. HENRICI WEICKERSREUTERI,

Abbatis Hirsfovienſis.

DE beato *Henrici Weickersreuteri*, SS. Theol. D. & Abbatis, (post *Ludovicum Voldererum*, d. 16. Jul. 1560. defunctum) Hirsfovienſis obitu, libro ex incendio adhuc superstiti inscripsit successor, Jo. Parsimonius: A. 1569. Uff den 8. April am Charfreytag daran unſer

unſer HErr JEſus Chriſtus für uns geſtorben/ iſt der Ehrwürdig und Hochgelehrte Hr. Heinrich Weickersreuter/ erſter Evangeliſcher Abt zu Hirſau/ der H. Schrifft D. in Chriſto und mit Chriſto ſeliglich verſchieden/ dem der Allmächtige Gott eine fröliche Auferſtehung verleyhen wolle, Amen. Filium habuit *Jo. Weickersreuterum*, A. 1574. ejusdem Monaſterii Præceptorem & Eccleſiaſtam. Cæterum idem *B. Weickersreuterus* inter primos Stipendii apud nos Martiniani Oeconomos fuit, Alboque ejus hæc ſua manu verba inſcripſit: A. 1538 d. Martis, ante aſſumtionem Chriſti Domini Superintendentes Stipendii mihi *Henrico Weickersreutero* rei domeſticæ curam committebant, quam curam geſtam per biennium reſignavi. Erat *B. Henricus Weickersreuterus*, juxta *Nicod. Friſchl.* elogium,

Magnus Conſilio, nec minor ore ſacro.
Vir verè pius & ſtudiis ſectator honeſti,
Quo vix alter erat religione prior.
Quem pietas noſtroque fides variſſima ſec'lo
Fecit honoratum conſpicuumque Virum.
Quem ſtudia & longis vigilata noctibus artes
Nomina Doctoris ferre dedere ſacri.
Pectore qui dicit Domino confidere ſoli,
Auxilio freuus ſubſidioque Dei.

Superſtes & redivivus hodienum eſt *B. Abbas Weickersreuterus* in poſteris, inter quos poſt conſulem Eſslingenſem, *Joh. Philippum Weickersreuterum*, de Republica Eſslingenſi præclariſſimè meritum, d. 15. Mart. 1699. beatè defunctum, eminet filius ejusdem nominis & cognominis, *Jo. Philippus Weickersreuterus*, U. J. D. Minoris Senatus Eſslingenſis Aſſeſſor, Steuratum & ſylvarum ſupremus præfectus, cujus ſororem natu majorem, *Urſulam Dorotheam*, in conjugio quondam habuit *Andreas Bardili*, Conſiſtorii Ducalis Wirtenb. quondam Director, cui in Matrimonio ſucceſſit Viſ Illuſtris & Excellentiſſ. *Dn. Jo. Rudolph. Seubertus*, Sereniſſ. Wirtenb. Ducis Conſiliarius Intimus & Senatus Eccleſiaſtici Director. Alteram ſororem, *Chriſtinam Dorotheam*, natam *Weickersreuteriam* in conjugio habet *Frid. Balth. Rau*, U. J. D. & Immed. Nobil. Suevicæ Conſiliarius. Tertiæ ſororis, *Mariæ Barbaræ*, Maritus eſt *Conradinus Abel*, J. U. L. Sereniſſ. Wirt. Ducis Conſiliarius in Senatu Juſtitiæ.

Schoepfii Academia Jeſu Chriſti.

Intercalaris hiſce, quæ de Mauſoleo Tubingenſi, de *Sperato*, *Aulbero*, *Beurlino*, *Oſiandro*, & *Weickersreutero* memorata ſunt, jam pergimus ad alia A. 1593. editus eſt liber eximus *Joh. Schopfii*, Abbatis Blavifontani, Academia Jeſu Chriſti, ſcripta jam Anno 1588. & edita primùm Tubingæ 1593. poſtea etiam 1616. Spiræ. Incipit Auctor a Nativitate Jeſu Chriſti, & deſinit in *Luthero*.

Inauguratio Illuſtris Collegii Tubingenſis.

Anno MDXCIV. Inauguratio Illuſtris Collegii Tubingenſis, a *Ludovico Pio*, Duce Wirtenbergiæ, fundati, ſuſcipitur a Succeſſore, Duce *Friderico*. Habita fuit Ducali juſſu Tubingæ in Templo *S. Georgii* Concio inauguralis a B. *Oſiandro*, Aulæ Wirtenb. Eccleſiaſta, qui in hoc ſermone Sacro, quam neceſſaria & ſalutaria ſint bona ſtudia Principibus atque Magnatibus, expoſuit. Quanto verò ſtudio *Ludovicus* & *Fridericus*, Duces Wirtenbergiæ, & Fundatores

Digitized by Google

Illuſtris Collegii, ut hoc Lyceum vere illuſtre fieret, contenderint, exinde etiam patet, quia *Jacobum Heerbrandum*, ſupra laudatum Eximium Theologum, Illuſtris hujus Collegii Animarum Ephorum conſtituerunt, ſatis gnari, etiam Principes & Nobiles, diaboli, mundi, & carnis infectationibus præ aliis expoſitos, ſolicitâ animarum curâ præ aliis etiam indigere. Vid. plurimum Reverendi *Fiſchlini* Memoria Theologorum Wirtenb. Parte 1. p. 73.

Peſtis Stuttgardia & Tubingæ graſſatur.

Hoc etiam anno Peſtis Stuttgardiam & Tubingam valde vexavit; hinc Dux *Fridericus* cum Principe Familia, & Aulâ univerſâ Kirchhemium, Academia Tubingenſis Calvam & Herrenbergam, Curia Ducalis Bietighemium & Backnangam, Dicaſterium verò ſupremum miſerrimo hoc tempore Marpacum conceſſit. Lectu digniſſima & jucundiſſima eſt de hac memorabili fugâ Academiæ Tubingenſis, Oratio Celebertimi *Martini Cruſii*, de vetuſtiſſimo Wirtenbergenſis Ducatus oppido Calva, & de Generoſis Illuſtribusque ejus Rectoribus in renunciatione XXI. Studioſorum Adoleſcentum, primâ Laureâ Philoſophicâ Ornatorum, habita ab ipſo Tubingæ anno 1595. gratitudinis ergò pro Benevolo Beneficoque Hoſpitio, quo pars Academiæ Tubingenſis Anno 1594. poſt, in oppidum Tubingenſe illapſæ, cedens Calvæ recepta & tecta fuerat.

Mart. Cruſius ſuperato Peſtis periculo publicas DEO gratias agit.

Quid reddam Domino, incipit B. *Cruſius*, in illa Oratione, Magiſtratui Calvenſi dedicata, pro omnibus ejus erga me beneficiis? Ait Regius Vates Davides: cum a Saule, infeſtiſſimo adverſario ſuo, in deſerto Maonio circumventus eſſet: ſed ſubita irruptione Philiſtæorum, Saul a capiendi illius propoſito retractus fuit, ipſeque hoc modo inſperata ſalute eſt potitus. Hinc ipſe pro tanto beneficio aliisque omnibus gratiastoto pectore agit, crucemque ſalutarem toleranter ſe laturum, nomen Domini invocaturum, & illius beneficia in Cœtu piorum celebraturum, pollicetur. Et nos igitur non minus, & quidem pleno ore, dicamus, magnifica & præclara Concio: quid reddemus Domino pro omnibus, quæ in nos contulit, beneficiis? Medio quidem menſe Septemb. proximi anni, gravi & formidabili peſtilentia Tubingam & circum incidente, expulſi fuimus: non equidem in Maoniam ſolitudinem, ſed in Oppidum nigræ Sylvæ (quondam Hercyniæ) Calvam. Huc enim Theologica & Philoſophica Facultas migravit: Herrenbergam autem, dimidio viæ propius a Tubinga abſentem, Facultas Juridica & Medica: Clemente Illuſtriſſimi Principis noſtri, ac Domini, Domini *Friderici*, gratia ſic diſponente. Annon eodem peſtifera lues, ceu Saul alter, perſequi nos potuiſſet? Sanè potuiſſet. Sed *ἀπαθῶς ἀνῆς*, intactos & incolumes abilla, Cœleſtis Patris benevolentia nos conſervavit, unoque ſolo adoleſcente, pio & ſtudioſo, *Antonio Schweighardi*, Ornatiſſimi Viri, *Antonii*, Eccleſiaſtici hic Procuratoris, filio, per aliud morbi genus piè defuncto: nos cæteros, ſexto poſt hoc quaſi exilium menſe, Februario ad finem decurrente, graſſatore illo Angelo, qui ad CCCC. homines in hoc noſtro oppido ſuſtuliſſe putatur, remoto, planeque ſalubri aëre reſtituto, in priſtinas ſedes *deuenimus* magna cum gratulatione noſtra, reduxit; ut rurſus jam & doceamus & diſcamus. Quam igitur gratiam Domino pro tanta ejus beneficentia erga nos referemus?

Calva & Herrenberga Profeſſores Tubingenſes tempore peſtis officiis ſuis fungun-tur.

mus? Nullam profectò aliam possumus, quam hanc, quam omnino præstare debemus: ut videlicet semper DEO gratias agamus, idque ἀοιδύχως, toto ex animo. Davidis exemplo, quoties crux aliqua incubuerit, patienter eam feramus: Dominum, spe liberationis tunc quoque secuturæ, seriò invocemus, atque beneficia ipsius in Ecclesia etiam Sanctorum prædicemus; officia denique singuli, ad quæ divinitus vocati sumus, naviter faciamus. Tum temporis in templo Calvensi Theologicæ lectiones & disputationes habebantur; ibidem etiam duodecim Philosophiæ Magistri. die 13. Februarii a *Michaele Mestlino* creati fuerunt.

Professores, qui ex Academia Tubingensi Calvam secesserant, erant sequentes: Pro-Rector, *Stephanus Gerlachius*, Cancellarius, *Jacobus Heerbrandius*, Doctor *Matthias Hafenreffer us*, *Georgius Weigen-Mayer*, S. Linguæ Professor. *Georgius Burckardus*, tunc Decanatum gerens. *Martinus Crusius*, Oratoriæ cum Linguis Professor. Domi *Jacobi Schillis* habitans, fratris *Joh. Judicis*. *Michael Mæstlinus*, Mathematicus: post *Socerum Burckardum* Decanus. *Erhardus Cellius*, Poëta & Historicus. *Vitus Müllerus*, Ethicus. *Michael Ziegle rus*, Physicus. Hactenus Collegium Philosophicum; nunc cæteri humanitatis Doctores: *M. Caspar Bucherus*, *M. Henr. Wellerus*, *M. Erh. Uranius*, Contub. Rector. *M. Sam. Magirus*, Musicus. Beneficiarii Illustr. Stipendii in domo Nonnarum alebantur, Procuratore *Joh. Gusmanno*.

Studiosi passim apud Cives: Generosus Dominus, *Johann Ortolphus Geisenheim*, cum Præceptore *M. Friderico Volmhusio*. Generosi Domini *Hohenfelderi* fratres 5. partim Calvæ (*Marcus*, *Otho & Christophorus*) partim Herrenbergæ (*Wolffgangus & Ludovicus*) ubi & Generosus ac Liber Baro, *D. Georgius Acacius Enenckelius*. Sed & Generosus *D. Johann-Fridericus à Spaur*, Dominus *in Pflaumb*. &c. *M. Elias Cellius* Convictor.

Anno MDXCV. *Johannes Fridericus*, Princeps Juventutis, Wirtenbergiæ Ducis, *Friderici* Primogenitus, inter Candidatos Episcopatus Argentoratensis unus ex præcipuis fuit, a quibusdam Evangelicis Capitularibus electus. Vide Ephemerides Wirtenberg. p. 98.

Anno MDXCVI. *Augustus*, Dux Brunsuicensis, Rector Academiæ Tubingensis Magnificentissimus creatus est, Princeps Pius, Doctus, Sapiens, & Wirtenbergiæ nostræ Amantissimus. Nam & Filiam suam, *Claram Augustam*, *Friderico*, Duci Wirtenbergiæ, Neostadiensis Lineæ, in Uxorem concessit, & *Valentinum Andreæ*, Theologum Wirtenbergicum Celeberrimum, inter Consiliarios suos Ecclesiasticos habuit.

Mors Eberhardi Bidenbachii, Abbatis Bebenhusani.

Anno MDXCVII. pie obiit in Domino *Eberhardus Bidenbachius*, SS. Theologiæ Doctor, Monasterii Bebenhusani Abbas Evangelicus primus, Vir sobrius, sedatus, honestus, pius, luxuriæ & fastus Ofor acerrimus; pauperum, inprimis viduarum, orphanorum, & exulum Consolator beneficus; Alumnorum non tam præsul, quàm Pater fidelissimus, ceste *Nicodemo Frischlino*, discipulo, Spiritum DEO reddidit placidâ morte die 24. Aprilis, ætatis suæ 68. Concionem exequialem habente, *Henrico Bollingero*, Collegii Præceptore Bebenhusano, ex 1. Thess. 2. v. 11. Vid. *Fischlini* Memoria Theologorum Wirtenb. parte 1. p. 124. & 125.

Anno MDXCVIII. *Fridericus*, Dux Wirtenbergiæ, dictus Magnanimus, formulæ Concordiæ se addicendo, & eam iteratò edi curando infectationes Pontificiorum, illum ad se trahere allaborantium, elisit & elusit. Vid. Ephemerid. Wirtenb. p. 100.

Digitized by Google

Anno MDXCIX. Freudenſtadii nova Chriſto Eccleſia colligitur ex peregrinis, advenis, & exulibus Auſtriacis, propter Evangelium pulſis. Vid. Ephem. Wirtenb. p. 101.

Liber Staffortenſis. Eodem anno Marchio-Badenſis Librum in lucem emiſit contra pium Librum Concordiæ, qui vulgò Liber Staffortenſis vocatur. Ut olim, tempore Lutheri, Rex Angliæ, *Henricus VIII.* ſibi a Pontificiis perſuaderi paſſus eſt, ut librum ſub Regio nomine contra *Lutherum* in lucem emitteret, haud dubie male perſuaſus, librum illum tantò plus ponderis habiturum, ſi ſub Regis Potentis nomine potius, quàm alicujus Theologi in lucem prodiret: ita Illuſtriſſimus Princeps *Ernestus Fridericus*, Badenſis, (Princeps alioquin non malus) imponi ſibi paſſus eſt a Cinglianis ſeu Calviniſtis, ut ſub ſuo Illuſtri nomine patereturin manus hominum pervenire librum quendam, contra pium librum Concordiæ ſcriptum; is in Typographia Staffortiana (ubi ea lateat, ignoro) excuſus eſt. Sed & inventio & diſpoſitio, & ſtylus ſatis teſtantur, non bonum illum Principem, ſed malum & virulentum quendam Calviniſtam, iſtius acerbi libri auctorem eſſe. In eo libro Calviniſticus Concipiſta (quisquis tandem ille fuerit, ſub alieno habitu incedens, perſonatus) ut omnibus modis librum Concordiæ arroderet, fingit, Auguſtanam Confeſſionem diſcrepare a genuino exemplari, ab Electoribus & Principibus Evangelicis, Naumburgi ſubſcripto & obſignato: cum tamen exemplar Confeſſionis, quod in Libro Concordiæ continetur, ſit ad verbum deſcriptum ab exemplari, quod Cæſari *Carolo V.* Auguſtæ Anno 1530. eſt oblatum; & illæ diſcrepantiæ, quæ ſub Marchionis nomine obtruduntur, prorſus nullius ſunt momenti, quibus Concipiſtam & malitioſe cavillari non puduit. Deinde Auctor iſtius Staffortici libri narrat, dicta Patrum, in appendice libri Concordiæ affixa, non rectè & candidè recitata eſſe; quorum tamen cavillator ille (author hujus libri) nihil probare potuit: quin potius ipſe facile falſi convinci poteſt. Doctrinam de Perſona Chriſti, videlicet de Omnipotentiâ, Omnipræſentiâ, & Omniſcientiâ & adoratione Carnis Chriſti Calviniano more proponit, & argumentis Calviniſticis, tanquam fuco, pingit, ut dicas, te ipſum *Theodorum Bezam* diſputantem audire. Idem etiam facit in aliis articulis, verbi gratia: de Sacramentis in genere: De baptiſmo: de Cœna Domini: De libero arbitrio: de prædeſtinatione: & tamen perſonatus ille Calviniſta neque quam vult Calviniſta videri, ſed in Angelum lucis ſeſe transfigurat. Cum autem Concipiſtæ petulantia, qua ſanctum Concordiæ librum conſpuere non veritus, minimè toleranda videretur; tandem jubentibus & volentibus aliquibus Principibus, Confeſſionem Auguſtanam ſincere amplectentibus, adornata & in publicum emiſſa eſt gravis, ſolida, prolixa, nervoſa Staffortici Calviniſtici libri refutatio, in qua cavillationes, calumniæ, Sophiſmata, & doli atque impoſturæ ſunt detectæ, & Auctori remiſſæ, atque in jugulum regeſtæ: adjunctâ tamen repetitâ proteſtatione, quod in Marchionis Principis perſonam nihil contumelioſe dictum velint auctores iſtius confutationis. vid. *L. Oſiand.* Cent. Hiſt. Eccleſ.

Mors Jac. Heerbrandi, Cancell. Tubingenſis. Anno MDC. obiit *Jacobus Heerbrandus*, Præpoſitus, Cancellarius & Theologus Tubing. Celeberrimus. Valetudine fuit firma, nec unquam morbo tentatus, niſi ſub finem vitæ, quo per dies aliquot lethargo correptus, quaſi lan-

lampas, oleo deficiente, exſtinctus eſt die 22. May, ætatis 80. Miniſterii 56. Exequias ejus pro Concione coronavit *Matthias Hafenreffer*us ex Hebr. 13. v. 7. Pro Cathedra Oratoria *Erhardus Cellius*. Vid. *Fiſchlinus* in Memoria Theologorum Wirt. Part. I. p. 76.

Epilogus Sueviæ & Wirtenb. S.

Hæc ſunt, Lector Benevole, potiora Sueviæ & Wirtenb Hiſtoriæ Sacræ momenta per ſedecim Secula. Decimum Septimum Seculum recenſuit Magnificus Cancellarius Tubingenſis, D. Joh. Wolffg. Jægerus, Sueviæ hujus & Wirtenbergiæ Sacræ Cenſor atque Adprobator ſaventiſſimus, cujus Hiſtoria Eccleſiaſtica Seculi decimi ſeptimi Hamburgi edita, etiam res Wirtenbergicas deſcribit, ſed & conferri meretur B. *Carolus*, Abbas Monaſterii San-Georgiani, in Memorabilibus Eccleſiaſt. quibus etiam Res Wirtenb. tùm Politicas, tùm Eccleſiaſticas fideliter inſeruit. Eò Lectorem Hiſtoriophilum remittimus, & ſub finem Divino Numini debitas laudes & Gratias pro ornata tot beneficiis Corporis & animæ Wirtenbergiâ, dulciſſimâ Patriâ noſtrâ, dicimus.

Doxalogia & ſuſpirium ad DEUM.

GLORIA SIT PATRI, NATO SIT GLORIA, SANCTO
GLORIA SPIRITUI, TRIADI SIT GLORIA SANCTÆ.

Serva nobis, Pater Cœleſtis Optime, ſerva nobis integrum depoſitum verbi Tui Divini inæſtimabile, quod unicum & optimum eſt animarum noſtrarum delicium. Protege Naviculam Tuam Eccleſiaſticam Wirtenbergicam ulterius contra tot inſultus & Impetus hoſtium infernalium, contra tot monſtra hæreſium & ſcelerum, contra tot procellas afflictionum: deduc nos, ſumme Nauclere, deduc nos in ſilentio & ſpe inter tot ſyrtes & abyſſos, inter tot immania pericula & diſcrimina navigantes, in portum, nosque in Tua Regna repone. Per tuam Gratiam, JESU Lux Gentium, Lumen Evangelii, fœdis Gentilismi tenebris diſſipatis, Sueviam & Wirtenbergiam quoque colluſtravit.

Veſpera noctеſcit, nobiſcum, CHRISTE, maneto,
Extingui lucem ne patiare Tuam.

Tolle ἀείφωτα Gentilismi ex cordibus noſtris, dejice idola ambitionis, ignorantiæ, laſciviæ, inobedientiæ, crudelitatis & malitiæ. Regna in cordibus noſtris, Salvator & Rex Gentium Oecumenice, erige thronum tuum in animabus noſtris & rebelles compeſce, diſcordes uni, fideles ſubditos in fide & obſequio ſerva atque confirma. Eduxiſti nos, Redemptor optime, ceſſante inter nos nocte Gentilismi in Papiſticas tenebras illapſos ex ſervitute Papali, ex altera Ægypto; Tranſeundum fuit Confeſſoribus verbi tui per mare rubrum afflictionum, per eremos miſeriarum; pugnarunt ſub vexillo tuo candido & rubicundo contra hoſtes, Pharaone, Sihone & Ogo potentiores, ſed vicerunt in ſanguine tuo per Verbum tuum. Venimus in terram Canaan, ubi Mel fluit Evangelii tui, ubi ſtillant Rivi Sanguinis tui, qui Animas noſtras mundat ab omni peccato. Non Tibi ſufficit, cibaſſe nos in Eremo & potaſſe corporaliter, pane cœlitus delapſo & aquâ vitæ, dediſti nobis etiam MANNA VERBI TUI, veram & æternam vitam dantis animabus noſtris. Ex Te, Petrâ ſalutis noſtræ, fluxerunt flumina, imò Maria conſolationum, ſine quibus pereundum nobis fuiſſet in arido Gentilismo & Papismo. Jam acceſſum habemus liberum ad Te, fontem inexhauſtum gratiæ & ſalutis. Fac nos eſurientes & ſitientes,

Digitized by Google

tientes, imple nos fide & ſancto Tui deſiderio. Satia nos, qui cibus & panis noſter es in Evangelio & cœleſti Tuo Epulo: Pota nos, qui fons noſter es in S. Baptiſmo & in S. Cœnâ: pelle noſtram Acediam, & miſerere Eccleſiæ noſtræ, in quâ multi faſtidiunt & contemnunt Verbum Tuum, ſpernunt Sacramenta Tua: Multi his abuuntur, multi Verbum Tuum quidem audiunt, ſed in Ægypto Mundi manent, tenebras peccatorum magis amant, quàm Lucem. Exoſa eſt vera pietas, virtus laudatur & alget, Duc nos, JOSUA cœleſtis, duc nos in vias Tuas. Dirige greſſus noſtros, ut Te noſtrum Ducem & promachum noſtrum læti, non gementes, ſequamur: Duc me, ſuſpirat Zion Tua, duc me, clamat Eccleſia Tua Wirtenbergica, Duc me, gemit Iſrael Tuus,

Duc me, nec ſine me ſine Te, DEUS optime, duci,
Nam Duce me pereo, Te Duce ſalvus ero.

O beniginſſime Paſtor auſcultа, qui ducis nos ſicut oves, qui ſedes & triumphas inter Cherubim, audi & exaudi preces noſtras. Adjuva nos, o DEUS Salutis noſtræ, adjuva nos, contra Regnum Tenebrarum pugnantes, & erue nos propter gloriam Nominis Tui. Da nobis & ſerva Principes & judices pios, Sapientes, fortes & Tui amantes, qui nos contra Cananæos hujus ævi plurimos atque potentiſſimos in virtute Tua tueantur, Qui cum Joſua muros Jerichuntis paganæ, papalis & mundanæ dejiciant, Tuamque Eccleſiam, eheu! in partes ſciſſam, reſtaurent. Da nobis, & ſerva inter nos Animarum paſtores & Epiſcopos fideles, Zelo divino ardentes, & divinâ ſapientiâ præditos. Da Scholis & Familiis Patres atque Antiſtites, non ſua, ſed publica commoda, quærentes. Revertere ad nos gratiâ Tuâ, reſpice è Cœlo, & viſita Eccleſiam Tuam. Sic populus Tuus lætabitur in Te, & nos oves Gregis Tui Sanctiſſimum NOMEN Tuum celebrabimus in æternum, Amen.

Poſſemus hic ſubſiſtere, ſed placuit addere Hiſtoriam Gentilismi in Suevia & Wirtenbergiâ ante & poſt Natum Chriſtum per multa ſecula dominantis. Nempe contraria juxta ſe poſita magis elucescunt. Ex idololatriæ Gentilitiæ triſtiſſimâ deſcriptione videmus, quantum per præconium Evangelii beneficium animæ noſtræ acceperint.

Populus Suevicus & Wirtenbergicus, qui ambulavit in tenebris, cùm in his terris fulgere inciperet Lumen Evangelii, vidit magnam lucem, nos & majores noſtros, conſidentes in terrâ umbræ lethalis, ſplendor gratiæ cœleſtis luſtravit. Surge ergò Suevia, ſurge Wirtenbergia, Patria dulciſſima, luce, ſplendeſce, quia etiam ad Te venit Lux Tua. Tenebræ peccatorum & ignorantiæ per tot annos operiebant terras haſce & caligo Gentilismi obfuſcabat univerſam Sueviam: Sed jam viſitavit nos oriens ex alto & apparuit nobis, qui in tenebris & umbrâ Mortis poſiti eramus, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Hem quàm horrenda, quàm tetrica fuit facies Sueviæ & Wirtenbergiæ noſtræ ſub Gentiliſmo, cujus turpitudinem, utinam! ut par eſt, quotidianâ pœnitentiâ abjiceremus, nec amplius Baccho, Veneri, Marti &c. id eſt Vino, libidini & affectibus, ſed Chriſto Domino ſacrificaremus. Itaque ſiſtimus tibi, Lector Benevole, Sueviam etiam Gentilem à Domino M. *Georgio Jacobo Mellino*, Magiſtro, ut vocant, Legente in Univerſitate Ienenſi doctiſſimo, rerumque Sueviearum peritiſſimo, ſequentem in modum accuratiſſimè ſcriptam.

Domini M. Georgii Jacobi Mellini Suevia Gentilis.

SUEVIA

SUEVIA GENTILIS.

Suevia celebritas.

SUeviam, nobiliſſimam, & nunc & olim facile principem totius ferme Imperii Provinciam, Principum quondam & Imperatorum Germaniæ Matrem fœcundiſſimam, monumenta ejus tum Gentilia, tum Chriſtiana ordine luſtraturus, multis licet itineribus ab ea nunc ſim diſſitus, & quod primum videtur, ætate longe inferior, quam qui aut pridem ſeneſcentia, & quo merito lætamur omnes, in ruinis ſuis alte abſcondita Gentilismi rudera attingere, aut reliquias cunarum Chriſtianiſmi Suevici ſpectare valuiſſem, demum cum paucis quibusdam, & ſæpius vix ſemidoctis ſcriptoribus, aut iis certe, qui patrios annales faciles nimis, & obſequioſos habuere, conflictaturus, dum ingredior, otio, forte & ingenio meo iniquum ſuſcipio laborem. Succurrit autem in hoc negotio, quod memini apud Virgilium me legere: Vincet amor patriæ, Studiique immenſa cupido. Et ſane, cum poſt ſacrum non aliud magis ſtudiorum genus animum meum alat, non aliud oblectet magis, ac antiquarium hiſtoricum, illud etiam mihi facile ſum paſſus perſuaderi, quod nulli ſatis in hoc videantur eruditi, quibus domeſtica ſint ignota, & rem dignam judicavi, in qua erubeſcerem, in urbe propria ſi reperirer hoſpes, & in patria mea peregrinus audirem. Unde & illud mihi, ut ſi alicui argumento temporis nonnihil dandum eſſet, in patrio iſthoc, difficili quamvis, & multum laborioſo, jucundo tamen (patria enim quid jucundius?) ac, quod puto, non inani poſthac deſudandum ducerem. Neque vero omnium omnino ætatum inde à ferali illo terrarum orbis diluvio, aut Japheæorum, ex quibus non poſtremos ſeſe credidiſſe potuere Suevi, migratione ſeptentrionem verſus & occaſum ex oriente facta; nec Nationum LIV. & plurium, in quas diviſa gens Suevorum pervetuſta Scriptoribus Æthico, Straboni & Tacito celebratur, documenta quisquam a me expectet velim. Ad extimas enim illas Celticæ Cis-Rhenanæ oras, & ad mare Germanicum usque, quod a priſcis accolis Sucvicum hiſtoricis audiebat, excurrere, nec temporis, nec inſtituti ratio permittit. Jubet autem utrumque eos intra limites conſiſtere, quos Hermunduro-rum genti (qui ſoli Romanis SUEVI dicebantur, & civitas ipſorum fida Romanis, ſat magna alias, &, ſi Cluverio *a.* credimus, a Salæ confluente ad Danubium usque in longum protracta

a. Lib. III. G. A. c. XXVIII.

tracta Suevia) decrepito in Occidente Romano Imperio, ditionis suæ ulera Rheni Danubiique ripas facilis protensio, & victor demum Clodovæus, Francorum Rex, ad Tolbiacum una cum reliquis Alemannorum, fidis tunc & fortunæ & nominis sociis, debellatæ constituerat a. Eos scilicet, queis Suevia concluſa, & ætatum & migrationum ratione habita, non incommode Media audit, &, qua septentrionem vergit, in angustiores redacta est terminos, Francis ibidem novam condentibus Provinciam, qua vero meridiem spectat, multum protensa utramque Rhætiam & Helvetiorum Alemanniam β. Ducis sub Imperio comprehendit. Ex eo autem hoc est, quod non alibi forte vestigia gentilismi rarius relegere, primitiasve Sueviæ Christianæ colligere liceat. Sentio quidem nec sic omnem ab opere difficultatem sublatam, & lateres potius duplicatos. Varia enim & diversa gentilium, Barbarorum nimirum, & Romanorum sacra hic exponenda venient, propterea quod Suevia maximam partem, & omnis quidem, quæ trans Danubium Galliam versus in dictas Provincias divisa a Cæsarum temporibus ad Francorum usque ætatem Romanis paruit, patriosque Deos cum patrio cultu admisit, pristinis, quos a majoribus, qui vulgo Germani creduntur, habuere, abrogatis; reliqua, uti nunquam a Romanis subacta, in barbara religione persistente. Est autem & in his aliquis nobis Moses, & quod ex hac parte laborem reddet difficilem, ex altera, & cum ad efflorescentis Christianismi seculum Deo duce fuerit perventum, multum operam nostram sublevabit puto: quandoquidem, quæ olim Romanorum castra fuere, postea Sion facta, unde in omnem Sueviam sonus Evangelii de Christo exiit. Ne tamen multum ita auctus labor in immensum crescat, operam navabimus sedulam, & facile, quod spero, rem omnem justos intra limites cogemus, si in adscribendis Romanorum sacris, pluribus & veteris & recentioris ævi Historicis tritis, non magis eximus occupari, quam antiqua jusserint Augustanorum documenta; in barbaris vero, non ita notis, aut undique obviis, nec minus in Christianis utrique parti communibus curatius aliquanto versaturi. Dispescimus hinc omnem operam in dissertationes duas, quarum hæc Lectori Benevolo Suevian nostram Gentilem, altera Christianam adumbratam sistet. Utraque ostendet I. Origines, II. Progressus III. Illa finem Gentilis; hæc Florem Christianæ, religionum. Faxit Deus. feliciter!

I.

Barbaries antiquæ Sueviæ.

Barbaros & nomine & omine olim fuisse Suevos, nemo forte, nisi in antiquitate hospes, negaverit. Nec tamen facile cum iis stabimus, qui immanitate ita efferatos crediderint, ut per plura secula, & ad Romanorum usque in Germaniam transitum, sine Deo vixerint in orbe, ita ut ne suspicionem ullam, neve notitiam habuerint religionis γ. Enim vero societates gentis hujus bene & inprimis constitutas, ac ab ipso Tacito δ. multum collaudatas, si e longinquo intueri datum nobis esset, vix aliter, ac Lactantius olim, sentiremus, qui religionem & timorem Dei solum esse, inquit, qui custodiat hominum inter se societatem. ε Quæ adeo vera sunt, ut ad vanam quoque extendi mereantur religionem. Ita enim alicubi Plutarchus de sua h. e. Ethnica

a *B. Rhenanus lib. 1. Rerum Germ. p. 39.* β. *Idem lib. cit. p. 119.* γ. *vide Cluv. G. Antiq. l. c. XXII. p. 109.* δ. *lib. de Moribus Germ.* ε. *de ira Dei. c. XII.*

Ethnica religione; *mihi videtur Urbs citius ſine ſolo, quam Reſpublica ſine opinione de Diis aut conſtitui, aut conſtituta ſervari.* Nec juvat hic in contrarium adduxiſſe Cæſaris verba α. neque Druides habent (Germani) qui rebus divinis præſint, neque ſacrificiis ſtudent. Nam, ne dicam, auctorem hæc & alia prius, quam comperta ſatis habuerit, in ſuos commentarios perſcripſiſſe, ipſe Cæſar commentum illud oppido abſurdum paulo poſt ita convellit: *Deorum numero eos ſolum ducunt, quos cernunt, & quorum opibus aperte juvantur. Solem & Vulcanum & Lunam. Reliquos ne fama quidem acceperunt.* Et absque Cæſare ſi eſſemus, ſufficeret Cicero ex Epicuri libris β. *quæ eſt gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina προλήψιν* i. e. *anticipationem quandam de DEO, quam non inſtituto aliquo, aut more, aut lege conſtitutam opinionem, ſed inſitam, vel potius innatam Deorum cognitionem appellat.* Dionyſius autem Halicarnaſſenſis γ. in iis Barbaris, *οἱ τὰς πρὸ θεῶν καὶ δαιμόνων πατρίους συβασμὸς ἀπὸ μήκιστον χρόνου ἀβλαβῶς φυλακῆς ἔχουσι, καὶ οὐδὲν ἀξιοῦσι, καινοποιεῖν εἰς αὐτὰ ὑπὸ δύναμιν κεκτημένη πανσιμάτων δαιμονίων.* - *καὶ χρόνῳ ὑδὸς μίχρι τῦ παρόντος ἀπαμαξῶν, ἡ ἐξηκονθάδι τι πρὸ τῶν ἀρχαιοτάτων τῶν θείων ἱδρυσιν: qui patrios Deorum & generum cultus jam diutiſſime ſervant, nec quicquam in iis judicant immutandum, ira divina metu - - - nec longa temporum ſerie adduci hactenus potuerunt, ut, quæ Sacra patrio ritu celebrant, dediſcerent, aut aliqua ex parte immutarent*, diſerte nominat ΚΕΛΤΟΥΣ, quorum nepotes ſi dixeris SUEVOS, a vero non aberrabis, cum, uti alias notabimus, ipſe Dionyſius Germanos Celtarum nomine non ſemel appellarit. Adeo, ut de priſco & idololatrico apud Suevos cultu amplius dubitare nihil habeamus. Exigit proinde inſtituti noſtri ratio, ut primum in hujus inquiramus

Suevi Celtarum Nepotes.

ORIGINES.

II.

Ad has ut deveniamus rectius, fundamentum Religionis univerſe conſideratæ ex Sacris Scripturis liceat repetere brevibus.

Origines Gentiliſmi in Suevia.

III.

Conſtituunt hoc proxime tempora poſtdiluviana. Quanquam enim nec nos ſentimus cum illis, qui toto illo primo mundi Seculo nullam inter mortales deaſtrûm fuiſſe venerationem, & ab ipſo etiam Caino & nepotibus verum & æternum Deum conſtanter cultum hactenus credidere, numero plures δ. nec cum Maimonide ε. tempus Enoſi, quo idololatria cœperit, definimus: in his tamen minus turo collocari ſtatuimus, ex eo, quod vetuſtiſſe orbis diluvio intercideriit totus, Noacho ſolo cum familia ejus ſervato. ζ.

IV.

Ex hoc ergo Parente, qui ortum duxere filii, in cenſum hic nobis veniant neceſſe

α. *VI. Comm. de Bell. Gall.* β. *lib. II. de N. D. n. 43.* γ. *VII. Antiqua. Rom.* δ. *vid. Cluv. G. A. lib. I. c. XXV. p. 213.* ε. *lib. de Idol. c. 1.* ζ. *Conf. Voſſius lib. I Theologiæ Gentilis c. 1.*

Digitized by Google

eſt, velut Auctores religionis univerſæ: *Sem, Cam, Japhet.* Tres illi, quorum poſteros in duas diſpeſcere partes placuit Celeberrimo Voſſio l. c. Nec inepte? enim vero Deus, licet ſingularem deſcendentibus ex Semo, *Abraha* & ſemini ejus, fecerit gratiam, ut in populum ſuum elegerit, non propterea omni gratia deſtituit cæteros. Siquidem in iis DEI notitiam non vulgarem, & quod mundum adminiſtraret, & colendus eſſet, & cultores præmium, contemtores ſua maneret pœna, traditione ſervavit: cujus titulo Chamei inprimis, & Japhetæi extra & contra ſcripturas religiones ſuas palliare, & tueri ſunt conati α. ſed infeliciter, & quantum per fabulas & ænigmata, quorum denique naturam induerat, licebat. Hoc conſtat, β. Celtas, profapiam Japheti, poſtquam in Europam immigrarunt, ultro parum ſolicitos de natura rerum, quam tamen DEUS aliis, & qui humanitatem non tam exuerant, præter traditiones, magiſtram in religione dederat, miſere a Philoſophis ſuis eſſe deceptos, ita ut imperiti non niſi corticem, & ænigmaticam acciperent Theologiam, nucleo, & veris de DEO vero, ejusque eſſentia ſermonibus in pectore & ſcriniis præceptorum relictis. Quamvis nec hic ſatis tuto cuſtoditos communis omnium poſtea docuit ſuperſtitio.

Celtarum perverſus de vero DEO ſenſus.

V.

Interea ita efferatam plebem quis non crediderit, ut denique, quam laudatus Voſſius γ. merito primam omnis idololatriæ cauſam judicavit, ſtupor & inſcitia omnium occuparit animos, adeo, ut cum DEUM cognoſcerent, eum tamen non cognoſcerent ut DEUM, & utplurimum ignoto ſtruerent aras;

VI.

Unde denique facilis in contrarium lapſus & cultus Creatori debiti in creaturam translatio, Satana inſtinctu ſuo ad hæc non negligenter cooperante. Licet id definiendum hic nobis non ſumamus, qua ratione Celtæ, & in his demum Suevi etiam noſtri, vel ad Dæmoniorum, vel ad manium defunctorum, vel etiam ſiderum cultum a vero DEO deflexerint. Τὸ ὅτι propalam ex infra producendis ſcriptoribus conſtat.

VII.

Caini nepotes Solem primi venerantur.

Plures interim varias aſſignant ejus rationes; e quibus tamen vix ulla magis diſplicet, ac iſta Cluverii δ. qua auctor eſt, falſorum numinum, Solis præterea & ſiderum, venerationem, eſſe quandam quaſi hæreditatem ex Caini nepotibus, uxoribus filiorum Noæ, dum cum ſuis degerent, ante aquarum eluvionem contractam, & mente ſervatam; exercitam vero velut priſcam, ſimul ac arcâ cum viris ſuis fuerint egreſſæ, ſicque ad poſteritatem propagatam: ſuis nimirum, iisque non levibus difficultatibus laborans. Veriſimiliora autem ſunt, quæ obſervat Voſſius, minimum quoad naturam corpoream in Deos relatam. *Homines*, ſcribit, ε. *terris & terreſtribus adſueti, adduci vix poterant, ut eſſe crederent, quod non viderent, atque ut colerent, quod*

Cluverii ſententia, quæ examinatur.

α. *vide Chemnitii Examen Conc. Trid. p. I. p. 26.* β. *Cluv. G. A. l. c.* γ. *lib. I. c. IV.* δ. *ſub finem cap. XXV. lib. I.* ε. *Lib. II. cap. I.*

quod esse non putarent. His si junxeris *Plinii* illud *a. DEUS est mortali, juvari mortalem*, habebis forte, quæ barbari omnes, & in majoribus suis etiam SUEVI, teste Cæsare, in cœlis stulte sunt mirati, ac in diis manibus superstitiose venerati: sublimitatem scilicet siderum omnibus conspicuam, & excellentiam, ut judicare poterant, humana forte majorem; beneficia etiam utrinque cumulate ad se delata, solis digna Diis. Id quod etiam testatur Max. Tyrius *β.* & exemplo est Isis Suevorum, quæ ob id solum pro Dea habita fertur, quod agriculturæ, oleæ, vini, cannabis, lini, ac metallorum ostenderit rationem *γ.* sunt quoque e Regibus Germanorum plures, quorum manibus ob bene merita in patriam honos hic habitus est *δ.* Genios autem, vel metu iræ, vel spe favoris pro ratione cujuscunque, sive bonus is fuerit, sive malus, a gentibus, etiam Suevis, cultos, si quis cum *Vossio* asseruerit, ad assensum pronus ero.

Isis Dea Suevorum.

Genii à Suevis culti,

VIII.

Utut vero hæc habeant, certissima inde πολυθεότητος apud gentes, maxime Barbaros, colliguntur fundamenta puto.

IX.

Quando autem hæc SUEVIS nostris plenius innotuerit, in tanta discordia, & Scriptorum Germanicorum raritate certo constituere difficilius est. Si tamen nonnihil dicendum, videtur *Suevus*, Tuiscon Rex VIII. & ipse a gente, cui de suo condidisse nomen probabile est, in Deorum numerum adscitus, SUEVIS suis a majoribus, Germaniæ Regibus, acceptam, & hactenus ad posteritatem carminibus celebratam religionem de meliori commendasse. *ε.*

Suevus, Tuiscon Rex à suis pro DEO habitus.

X.

Atque hinc tandem ad Progressus gentilitiæ apud Suevos religionis, & ad fallorum Numinum, quotquot apud probatos legimus Scriptores, omnium ac singulorum cultum, & sacra gentis antiquissima, eorumque pleniorem disquisitionem descendere possumus, si prius, quod polliciti sumus, & verbulo monuerimus, Vindelicos, Rhætos & Helvetios sub initia Novi Fœderis in Romanorum potestatem redactos, ritus victoris ejusque sacra coactos recepisse. Id quod Dionys. Halicarnass. l. c. de omni barbarorum gente victa, & nos de his cumprimis asserere nulli dubitamus. De quorum ratione similiter in sequentibus.

Vindelici, Rhæti & Helvetii Romanorum, victorum suorum Cultum gentilitium coacti recipiunt.

GENTILISMI PROGRESSUS.

XI.

Progressu fœdi

In proxima igitur ab origine secula & in ipsam temporum barbariem,

a. Hist. Nat. Lib. II. c. VII. β. Diss. XXXVIII. Conf. Petr. Danj. Huetius Demonstratione Evangel. Prop. III. n. XVIII. p. 61. γ. vid. Crusium Annal. Suevic. lib. I. P. I. c. 1. p. 4. & laud. Willichium in notis ad Tacit. de moribus German. δ. Crus. l. c. ε. Idem ibidem.

Digitized by Google

Gentilissimi in Suevia.

cum animum advertimus, tanta proh dolor! turpissimæ Suevorum ἀλαλομενίας, & Satanæ in his terris odiosæ malitiæ incrementa deprehendimus, quanta mens pia cogitare non potest. Ingens hic Deorum turba, nefanda sacra, & diri ritus oculis offenduntur, & a populo ferocissimo consecratum devotumque repetimus, quicquid fere impia omnium reliquarum gentium superstitio templorum arcis arisque jam olim intulerat.

XII.

Polytheismus in Suevia.

DEORUM agmen si respicimus; parum abest, quin cœlum & omnia elementa Deorum matres ipsis extinxisse dicamus. Ita sane Procopius α. de Sueonibus, antiqua Suevorum gente: *Deos ac Dæmones plurimos colunt, cœlestes simul ac aereos, simulque terrestres & marinos, & nonnulla alia Dæmonia, quæ in fontium fluminumque undis esse traduntur.* Nec dubium est, quin plures cum reliquis Suevis nostri communes habuerint. Germanos omnes olim coluisse Solem, Lunam & Vulcanum, supra audivimus ex Cæsare. His post Dionysium & Strabonem, immortaliter de Germanorum gente meritus Tacitus, plures & ex natura, & ex animalibus, ut ita cum Vossio distinguamus, accenset, illumque Cæsaris errorem, quasi Germani reliquos ne fama quidem acceperint, ex prisco ævo & antiquitate convellit.

XIII.

Ex illis quidem refert Mercurium, quem natio Gallorum omnis, religionibus admodum dedita, Cæsaris ætate Deum maxime coluit, Martem & Isidem, β Terram Matrem, sive Herthum, γ. & Matrem Deum δ. Ex his vero Deos interpretatione Romana, Castorem & Pollucem, ε. Tuistonem, Deum terra editum, & filium ejus Mannum ζ. & Herculem η. Alii alios & plures præsertim genios recensent, de quibus prolixe Cluverius, θ. Schedius, ι. Hachenbergius, κ. &, quem post fata merito colimus, B. noster Sagittarius, λ. legendi. Nos in præsentiarum de SUEVIA MEDIA solliciti, in illos saltem inquitimus curatius, de quorum cultu in ipsa gente certo olim constabat. Fuere enim singulis etiam sui indigetes.

Indigetes Suevorum.

XIV

Hermunduri ergo, sive Suevi nobis dicti, præter principia ista bina, omnibus communia, auctorem boni unum, alterum mali, ex Noachi Nepotibus corrupta traditione derivata, nec inepte per fratres illos juvenes, lucorum apud Haharvalos, Suevicam gentem, præsides significari credita, geniosque plures sed incertos, (quorum olim simulacra deaurata in æde, postea S. Aureliæ Brigantii ad Lacum Bodamicum sacrâ, Gentiles adorabant, teste Walafrido μ.) antiquitus cum reliquis ex animalium sorte venerabantur manes defunctorum, primo Tuistonis & Manni. Illum Deum terra editum Tacitus

α. *Lib. II. de Sueonibus.* β. *cap. IX. de moribus German.* γ. *c. XL. ibid.* δ. *c. XLV. ibid.* ε. *cap. XLIII.* ζ. *c. II.* η. *cap. III. & IX.* θ. *G. A. lib. c. XXVI seqq.* ι. *Syngr. I. & IV. de Dis Germ.* κ. *Germaniæ Mediæ diss. VIII. de religione Germanorum Gentili.* λ. *in Gentilismo & Christianismo Thuringiæ.* μ. *in vita S. Galli lib. I. cap. VI. apud Goldastum Tom. I. Scriptorum rerum Alemannicarum.*

citus nominat, celebratum carminibus antiquis. Sunt, qui veteres hoc nomine Deum, cœli & terræ Creatorem, dixiſſe & coluiſſe contendunt. Et merito in his nomen merentur Cluverius, qui, uti totus in eo eſt, ut Germanis noſtris unius & veri Dei cultum aſſerat, ita & in his operoſus, varia cum ex ipſo Tuiſtonis nomine, quod idem veri Dei ſit, & rectius ſcribatur Tuito, vel Teutho; tum ex voce Mannus, quo Germanis vir; Tacito, filius Tuironis, ſive Dei de ſignetur, qui non niſi Adamus ex terra a Deo productus eſſe poſſit, pro ſententiæ ſuæ veritate argumenta deducit α. quorum ultimum ipſum etiam Celeberrimum Voſſium ſecus, ac alias volebat, ſuſpicari fecit. β. Verum uti gloriam agnitæ veritatis avitam majoribus neutiquam invideremus, ſi vel ad momentum eandem olim participaſſe poſſet evinci; ita illam vanis verbis, & rei veritati detrahendo, nunquam eis vindicabimus. Quicquid enim ſit de voce Theuto, ſive ſoli Deo illud competat nomen, ſive etiam vi originis ſuæ, qua ſermone populari & antiquo Celtico virtutem, qualis heroum priſcis temporibus credita, exprimit excellentem, conditori illuſtris alicujus gentis ſæpius obtigerit, uti non abs re ſuſpicatur æternum Auguſtæ decus, illuſtris Marcus Velſerus; γ. quicquid ſit de Manno, ſive Adam, ſive alius ex poſteris Adami denoretur: nobis certe Cluverii aſſertum temere prolatum viſum eſt. Qui enim verus DEUS terra editus? qui filius ejus (procul dubio naturalis hic intelligendus) Mannus, ſive Adamus? quomodo Adamo tres filii, e quorum nominibus proximi Ingævones, medii Hermiones, cæteri Iſtævones vocentur? Videtur quidem Cluverius Gordios hos nodos, ſed videtur, nec ipſius interfuiſſe, quomodo ſolvantur, modo ſors exoptata impleatur. Unde & veruſtate, & gentis barbarie corruptam omnino judicavit traditionem, quam Tacitus ex antiquis Germanorum legerit carminibus, totamque ad ſacratiſſima Moſis documenta quovis modo emendandam. Quod & conatus: feliciter, ſi temporum illorum, & Scriptoris Romani probata veritas ſibi nec conſtare, nec Annales Germanorum vetuſti ita veſtiti, velulla ſui parte ſibi ſimiles amplius eſſe debent. Satius interim nobis videtur, non tam patriæ amori, quam veritati in his indulgere, &, quod per Tuiſtonem non potuerint non coluiſſe virum virtutis excellentis, affirmare. Præter enim id, quod veteſtis carminibus terra editus celebratur, forte non ſiculneæ ſunt rationes, quod homini ſorti Manno jungitur, pari cum illo honore afficitur, & ab ipſa gente Marti & Mercurio, ſummis Diis, poſtponitur recte creditur. Taceamus, quod unum, verum, & æternum Deum eos agnoviſſe, ne vel apice veteſta doceant monumenta, nec rationibus firmis id docere queant Cluverius Schediusque, ob facilitatem ſuam merito notati a Cl. Voſſio, δ. & Dn. Omeiſio, Profeſſore in Illuſtri Noricorum Univerſitate celeberrimo. ε.

Cluverius, Suevos Verum DEUM coluiſſe, ſtatuit.

Theuto an DEUM? vel an Virtutem ſignificet?

Cluverius & Schedius à Voſſio & Omeiſio notati.

XV.

Quinam autem fuerint Thuiſto, Mannus, hujusque tres filii, ſingulí poſtea, velut

α. *G. A. lib. I. c. IX.* β. *lib. I. c. XXXVIII.* γ. *Lib. III. rerum Boi. p. 77.* δ. *Lib. I. c. XXXVII.* ε. *Diſſ. de Germanorum Veterum Theologia, & religione pagana.*

Quinam fuerint Tuisto & Mannus incertum.

velut gentium conditores DEO orti, in DEOS relati, ut memorat *Cruſius* l. c. ex tanto temporum & hiſtoriarum intervallo certo non conſtat. Sunt, qui proximos Germanorum parentes, Gomerum ſcilicet & Aſcenazum, filium illum, hunc nepotem Japheris, nominatos credunt; quorum opinioni temporis etiam ratio potiſſimum reſpondet α. Alii, in quibus Voſſius, Hachenbergius & plures, cauſæ nihil advertere volunt, cur hos apud Plinium habeant intelligere, & ex Taciti verbis reliquias veteris doctrinæ de Adamo, terra edito, eruunt, ut is ſit Tuiſto; item de Noacho, trium filiorum parente, ut is ſit Mannus. Alii aliter ſentiunt, & nos in his obſcuris quemque ſuo patimur abundare ſenſu.

XVI.

An Hercules & Mars idem?

Herculem adhuc inter animales numeranus, & hunc Suevis optime notum. Cluverius β quidem Herculem & Martem unum eſſe contendit, atque hinc in Naturalium ordinem referendum. Videtur tamen Taciti denuo hiſtoria nobis favere, qui non ſolum a Marte diverſum docet, ubi de Germanis omnibus notat γ: *Herculem & Martem conceſſis animalibus placant.* Sed & Heroem gentis fuiſſe diſerte dicit: δ. *fuiſſe apud eos, & Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in prælia canunt.* Conferatur Ammianus ε. Beroſus, & ex hoc *Willichius*, ζ. Aventinus ex Stabio, *Maximiliani* I. Imper. Hiſtoriographo η. Quis autem fuerit, an *Thebanus*, an *Lybius Hercules*; an vero alius eximiæ fortitudinis heros? non conſtat. *Thebanum* Alpes ad Tauriſci (a quo Tauriſcos, poſtea Noricos dictos, nomen habuiſſe *Plinius*, θ. auctor eſt) tyranni perniciem tranſiiſſe, ipſique ab incolis divinos habitos fuiſſe honores, ex antiquis Scriptoribus oſtendere niſus eſt Dn. Omeiſius l. c. Verum fruſtra hæc de Alemannorum Hercule, ut nos judicamus. Videtur enim Herculis nomen non a Germanis, ſed rurſus, ut plura alia, a Romanis conditum, & vicino heroi indítum, forte quod non aliud rectius conveniat, non ex alio virtus incluta dijudicari melius queat. Quin autem apud gentes poſtea obtinuerit, eadem compellandi ratio, dubium non eſt, inprimis, qua proxima erat Romanis. Comprobant certe hoc perveruſta Sueviæ de Hercule ſuo monumenta, non fruſtra ab Aventino, *Stumpfio* & *Cruſio* in Annalibus tradita, in quibus primum ſimulacrum illud *Herculis* Alemanni usque ad *Maximiliani* I. ævum in Augia lacus Bodamici majori, divite poſt appellata, ſervatum, mox juſſu Auguſtiſſimi Oenipontem deportatum: prout hujus rei oculatus erat teſtis laudatus Stabius. Eſt quidem Cluverius, qui *Herculem* hunc Alemannum velut *ridicule a vaniſſimo* (ut nominat) *juxta ac ineptiſſimo Annio Viterbienſi in falſis ſuis ſub Beroſi nomine commentariis confictum* explodit, ratione hac potiſſimum uſus, *quod Alemannorum nomen Auguſto demum Romanis imperitante fuerit natum:* quaſi hæc obſtarent, quo minus poſtea ab incolis Alemannis *Hercules*, velut indiges, Alemanno nomine, aut a reliquis diſtingui, aut, quod minime abſonum, in nominis ſui honorem & gentis gloriam ita compellari potuerit.

XVII.

α. *vid. Sched. Syngr. I. de Diis Germanorum, & Idocus Willichius Comment. in Tac. Germ.* β. *G. A. lib. I. c. XXVIII.* γ. *c. IX. de M. G.* δ. *c. II de M. G. conf. c. XXXIV.* ε. *lib. XVIII.* ζ *num. III. 1. & 10.* η. *XV. Annal. Boj. lib. I. & III.* θ. *H. N. lib. III. c. 13.*

XVII.

Plures præter hos ex hominum genere, ut jam diximus, recenſet *Cruſius*, α. quibus poſt fata, vel ex mandatis Regum, vel ex affectu plebis honor is habitus. Suevis præſertim Suevum carum fuiſſe credibile eſt. Quod vero quisque eorum ex inſtituto Ingævonis ſub certo ſidere, & *Mannus* quidem ſub Luna, uxor ejus *Sunna* ſub Sole; ipſe *Ingævon* poſtea, velut Dei nuncius, ac dator ſapientiæ & eloquentiæ ſub Mercurio; *Iſtævon* ſub Marte; *Hermion* ſub ſidere urſæ, ſive eo, quod vulgo dicitur Herrmannswagen; & ita porro fuerint culti? teſtem præter *Cruſium* producere nequimus. Si tamen, quæ communis fere eſt ſententia, Sol maſculum inter Deos, & Luna fœminam, ſive Deam, denotavit, fabula ſe ipſam confundit.

XVIII.

Siderum cultus in Suevia.

Cæteros natura progenuit. Cælum quidem in immenſum patens ſuperſtitioni campus erat. Præcipua tamen in veneratione, uti omnibus Germanis, ita procul dubio etiam Suevis noſtris fuere ſidera erratica, quæ Planetas dicunt. Nec tamen ſua ætate diſtincta Genealogia, aut Latina interpretatione, veluti Romani & Græci, conſiderabant, ſed promiſcua ſiderum ac Deorum nominatione, modo per *Mercurium*, modo per *Martem*, *Jovem* aut *Solem* intellexere: uti id exemplis ex antiquitate non obſcure docet Clariſſimus Hachenbergius; β & Hiſtoria Taciti ipſa loquitur. Enim vero, quos Cæſar velut omnibus Germanis communes refert Deos, *Solem* & *Lunam*, Tacitum aut latere oportuit, aut neceſſe eſt, *Mercurium* & *Martem*, quorum utrumque, quamvis ut recte judicat Voſſius, diverſo tempore & occaſione etiam ſub nominibus aliis; & hunc quidem Heſi, forte & *Erici* (Erich;) illum vero Teuthi, Teutanis, Wodanis, Nudani &c. γ. maxime Deorum cultum δ. & Hermundurorum genti inprimis æſtimatum ſcribit, ε. eosdem, quales etiam gentium Theologis creduntur, ſtatui cum Sole Cæſaris; Deas autem, ſi quas recenſet, cum *Luna* convenire. Unde nec abs re eſſe videtur, quod magna in his nomina, *Cluverius*, *Voſſius*, & *Schedius ll. cc. Macrobio*, ζ. & aliis in partes vocatis, pro hac ſententia prolixe ſcripſerunt, ac Soli, ſummo DEO, a variis virtutibus & effectibus varia a mortalibus nomina & numina in ſidere vario tributa eſſe exiſtimarunt, ac aſſerti veritatem partim ex nominibus ipſis, eorumque nativa ſignificatione, partim vero ex muniis, quibus uterque ex ſuperſtitione præerat Deus, ſingulis non alii magis, quam ipſi Soli convenientibus; eruditiſſime adſtruxerunt. Ad quos etiam in hac cauſa B. L. remiſiſſe nunc ſufficiet.

XIX.

Saxonum Idololatria.

Num Suevi reliquos etiam ex maribus Planetis Deos admiſerint, audacter non aſſerimus. A Saxonibus certe, Cattis, reliquisque ſeptentrionem verſus ſpectantibus populis *Jovem* & *Saturnum* ſub Thori, aut Taranis, (quod

α. *Annal. Suev. l. c.* β. *Diſſ. citata.* γ. *Paulus Diaconus, rerum Longobard. lib. I. cap. IX. Cruſ. Ann. Suev. P. I. lib. IX. c. IX. vid. Cluv. l. c. Voſſ. lib. II. c. XIII. & XXXIII.* δ. *cap. IX. de M. G. Conf. Hiſt. lib. IV. cap. LXIV.* ε. *Ann. lib. XIII. c. LVII.* ζ. *Saturnal. lib. I. c. XVII.*

Digitized by Google

antique eſt Tonantis) & Crodi nominibus cultos meminere ſcriptores. Et potuere ſane iis vel fama ſaltim eorum innotuiſſe ſacra, quibus etiam accepti erant dies omnibus planetis hebdomadatim ſacri. α.

XX.

Cluverii & Taciti de Lunâ & Iſide ſententia.

Certiora interim ſunt, quæ de *Luna* memorat Cæſar. Ad hanc omnium Dearum nomina pertinere contendit *Cluverius*, ita ut non ſolum *Venerem*, *Æſtyorum Matrem* Deûm, quamque etiam apud VII. Suevorum nationes, quæ proxime Oceano accolebant, cultam teſtatur Tacitus l. c. & Herthum i. e. Terram Matrem; ſed & Iſidem, de qua Tacitus β: *Pars Sueborum Iſidi ſacrificat*, eandem cum *Luna* eſſe ſcribat, & ex variarum gentium Theologia aſſerti veritatem probare nitatur. Quam bene in ſingulis, alii quibus plus otii Deus fecit, videant: de ultimis duabus nos hic nonnulla dicemus.

XXI.

Obſervationes Voſſii de cultu Gentilium idololatrico.

Herthum quidem, ſive Matrem Terram, quod attinet, non poſſumus, quin eam cum *Vulcano Deo*, h. e. igne elementari, γ. (quem idem ille, quaſi cum *Marte* eundem, at male, judice *Voſſio*, 3 inter ſidera extulit, utpote in eo jam a *Marte* diverſum, quod Cæſar ipſum ex mente vulgi a *Sole* diſtinxerit) de cœlo detractam in ſublunaribus Diis cenſeamus. Matrem quidem Deum vocari non inficias imus ε. at, quod inde colligit *Cluverius*, ζ. vanum eſt; nimirum, *quaſi tum ſatis fuerit probatum, Terram Matrem eandem eſſe Lunam, quum eandem & Matrem Deum eſſe patuerit.* Præter enim id, quod plures in orbe nationes cum *Sole* & *Luna*, elementa quoque crediderint Deos, obſervavit eruditiſſimus *Voſſius*, η. quod in his ante alia tellus illos obtinuerit honores, & prope omnium opinione fuerit *antiqua Mater*, quam cœlo, quod in rerum generatione marem referat, nuptam dixerint. Quam autem utrique, & *Lunæ*, & Terræ, magnæ Matris Deum nomen conveniat, erudite oſtendit, & quod illa in cœleſtibus, hæc in elementis principium totius naturæ paſſivum deſignet, pluribus deduxit θ. Et qui quæſo dubium erit a Germanis ipſam Terram, velut Matrem Deum, cultam, qui potentiſſimos Deorum terra editos celebrarunt, generisque ſui origines ad terram retulerunt, ut ſupra ex Tacito vidimus. Patrii annales ſi ſibi conſtarent, *Cruſium* producerem, qui traditionibus acceptum refert, ι. terræ, quæ mater fuerit Tuiſtonis, & ab Ingævone, Germanorum Rege III. in Deorum numerum relata, famam more veteri ad poſteritatem propagatam eſſe; ſed cum hi incertis & fere fabuloſis videantur inniti fundamentis, iis rei veritatem dubiam onn reddemus. Ad *Iſidem* progredimur.

XXII.

Diodori & Plutarchi

Iſis quænam fuerit, non convenit ſcriptoribus. Domeſticam Ægyptiis Deam fuiſſe, *Diodorus*, κ. & *Plutarchus* λ. teſtes ſunt. An regina fuerit

α. *Cluverius l. c.* β. *Cap. IX. de M. G* γ. *lib. II. c. LXVI.* δ. *l. c.* ε. *vide Macrob. Saturnal. lib. I. c. XII. & XXIII.* ζ. *lib. I. c. XXVII. G. A.* η. *lib. II. c. LI.* θ. *lib. II. c. LIV.* ι. *An. Suev. l. c.* κ. *lib. I. Bibl. c. XIV.* λ. *lib. de Iſide & Oſiride.*

rit Ægypti, videant alii. In Germaniam cum filio, *Hercule Lybio*, ad Gambrivium Regem venisse, ipsi nupsisse, primamque ibidem frugum inventricem pro Dea habitam fuisse, ex pervetusta Calletiæ Hisp. inscriptione, quæ tamen *Grutero* conficta creditur, refert *Crusius*, *a*. nescio, annon in bellis fabellis. Sacra interim ejus, licet peregrina, in Germania erant, Teste Tacito: β. quamvis *Vossio* aliter fere videatur, γ. ut qui difficulter in animum adducere potuit, Germanos vetus Isidis Numen, cujus sera adeo notitia Græcis & Romanis, ab Ægyptiis accepisse; ideoque in superstitione tot seculis intermortua conjecturæ locum reliquit, quasi Germanis hic quoque fuerint reliquiæ primævæ de Adamo & Eva traditionis, quorum ille *Mannus* Germanorum, hæc *Ischa* (Hebr. אִישָׁה) fuerit, quæ interpretatione Romana sit Isis. Non enim perspicere licet, quomodo Celebratissimi Viri conjectura conciliari queat cum istis Taciti: *Pars Suevorum Isidi* sacrificat. Unde vero fuerint allata, non una est sententia. *Cluverius* certe, Isidem eandem prorsus cum Luna falso persuasus, non fuisse peregrina judicat, sed una cum ipsa gente ex *Asia* in *Europam* immigrasse δ. Sed obstat, puto, *Cornelius*, verbis jam adductis, nisi etiam hoc ipso, quod peregrinum sacrum diserte dicit. Penes quem in his merito est fides, judice Illustri Conringio ε. Forte igitur potiores, qui ad Suevos ea a Pannonibus & Græcis, Istri olim accolis; ad hos a Syris; ad Syros ab ipsis Ægyptiis manasse arbitrantur, quibus etiam, posito, quod sint peregrina, pollicem premit *Vossius* l. c.

de Isidis traditione.

Gruteri, Crusii, Taciti, Vossii, Cluverii & Conringii de Idololatria Gentilium, inprimis Germanorum effata.

XXIII.

Facile autem sic datur intelligere, quinam ex Suevis sacra hæc peregrina susceperint. Et sane non alii magis, quam qui proximi Istri oras antiquitus tenuere Hermunduri nostri. Ad hos enim adverso flumine, & sic mari, navigio omnino potuere advehi, quod ex Taciti verbis velut necessarium exsculpere nisus est *Cluverius* l. c. An vero fluminibus trajectis ad reliquos etiam gentis socios devenerint, ita ut ex ipsius Isidis nomine varia condita sint urbium nomina, qualia hodienum sunt Isenacum, Isenberga, Islebia &c cuare nostrum nunc non est, num vero ex hoc ipso Taciti loco Augustæ Vindelicæ, & confinium Isidis cultus commode a Schedio, ζ. & assectis addicatur, plenius hic disputemus.

Isenacum, Isenberga, Islebia, an ab Isidis nomen suum acceperint?

XXIV.

Verbo autem mentem exponimus: minime. Neque enim Vindelici Suevis prius accensiti, quam ab ipsis sunt subacti. Quod autem Munsterus, η. quem in subsidium vocat *Schedius*, scribit: *Vindelici etiam pars Suevorum*; aut novam, & ut tempore Francorum constituta est, intelligit Sueviam, aut judicio suo turpiter lapsus: quod ex consensu veterum, & limitibus Sueviæ antiquæ haud difficulter ostendi

Munsterus notatus.

α. *P. 1. lib. 1. c. 1. A. S. Conf. Aventin. lib. V. Annal. Boj.* β. *cap. IX. de M. G.* γ. *lib. II. c. XXXVIII.* δ. *G. A. lib. 1. c. XXVII.* ε. *in Præf. in Tacitum de Morib. Germ.* ζ. *Syngr. I. de Dis Germ. c. IX.* η. *Cosmograph. lib. III.*

Digitized by Google

ſtendi poſſet, niſi crederem omnibus, qui modo limina Geographiæ antiquæ ſalutarunt, ſatis nota.

XXV.

Neque tamen id propter Iſidis ſacra his Provinciis arcita prorſus, aut cum ſemel fuerint ſuſcepta, pulſa iterum dicemus. Novimus enim, quod difficulter admodum hic ceſſiſſet conatus, & fruſtraneus etiam Romanorum hic fuerit labor. α. Habuit certe Iſis in ſingulis ſuos cultores, etiam ſuperſtitioſos: id quod docent monumenta illa privatis in agro Norico poſita, & annalibus ab Aventino illata; β. templum etiam Deæ in pago Helvetico, Wettinga, ubi nunc Cœnobium eſt ſitum ad flumen Limagum, Romanis olim ibi imperitantibus, a quodam Lucio Magiano, Vitaquenſi, extructum, teſte *Stumpfio*, γ. At quo tempore coli ibidem cœperit, forte non tam patet: patebit autem, quando certas gentilitiæ religioni in his oris conſtituerimus periodos, ſingularum rationes nunc brevibus ducturi.

Iſidis Cultores.

XXVI.

Tres autem præcipuas patria nobis ſiſtit hiſtoria periodos. Prima erat, cum ſui juris viverent Rhæti, Vindelici & Helvetii, prout Celtarum nationes reliquæ. Secunda, cum jugum Romanum rigida cervice ſubirent ſinguli, & ſacris & moribus & linguæ Romanæ commercio imbuti. Tertia demum cum terga hoſtium ſequerentur Suevi, &, trajecto Danubio atque Rheno, caſtra & domicilia ſua in Provinciis a Romanis derelictis collocarent. Quæ temporum in ſingulis diſcrimina ſupra jam notavimus.

Tres periodi Idololatriæ Suevicæ.

XXVII.

Ad primam quod attinet, non ſupereſt probatum documentum, quo certi reddamus de Iſide tum temporis in his terris culta, niſi eam velis vel ex Terræ cultu, quas Iſidem alias ſignificaſſe plures crediderunt, & nos verbo ſaltim monuimus n. XXII. colligere. Eſt quidem *Cruſius*, qui, cum vetuſtatem Campoduni, oppidi hodie in Suevia Imperialis, probare nititur, δ. *ducentis ante natum Chriſtum annis, & cum nondum oppidum, ſed pagus eſſet, Ciſæ ibidem, vel Iſidis fanum fuiſſe*, ſcribit. Quale quid etiam fragmentum hiſtoricum multimodis interpolatum (quod interdum inſcriptionem præfert Hiſtoriæ Galliæ, & a *Conrado Liechtenavio*, Abbate Urſpergenſi, ad verbum fere in Chronicis eſt relatum, at acerrime, nec temere tamen, velut ſpurium per paginas plures notatum ab Illuſtri Velſero, ε.) de ligneo Ciſæ Deæ templo, quod Auguſtæ poſt deductam Romanam Coloniam inviolatum manſerit, donec tandem vetuſtate collapſum Colli dederit nomen, profert. Verum omiſſis aliis, quæ diffuſe legi poſſunt in opere eximio Velſeriano, duo inſignes in relatis nævi hic obſervari merentur, qui ſinguli ſufficiunt ad confundendos Iſidis Sueviæ defen-

Campoduni, Kempten / urbs antiquiſſima, olim pagus fuit, ante Chriſtum natum conditus.

α. *Valerius Max. lib. I. cap. III.* β. *lib. III. Annal. Boj.* γ. *Chronici Helvet. lib. Pl. cap. XXIII. Conf. Cruſius Annal. Suev. l. c.* δ. *Annal. Suev. P. I. lib. XII. cap. VI.* ε. *lib. III. rerum Auguſt.*

delicia Patronos. Primùm quidem templorum Isidi Deæ in Germania structorum utraque pagina meminit: & tamen Tacito teste majores nostri non habuerunt templa, uti id infensus demonstrandum venit. Dein Cisa Vindelicorum, quæ, si tamen, topica Dea fuit, cum Isde Suevorum confunditur. *Quod si Cisa Suevorum Isis fuisset, ineptirent adhuc de mulebri oris specie, parumne testato Tacito, signum ipsum in modum Liburnæ figuratum docet advectam religionem*, verba sunt toties celebrati Velseri l. c. Unde mirari subit Dn. Omeisium in dissertatione laudata, cum Isidis Sacra apud Suevos doceret, & volveret Velseri opera nitidissima, tamen cum Schedio feciſſe, qui in petvetusto hoc, quod Augustæ in Prætorio conspicitur, monumento,

QUEM. MALE. POLLUERAT. CULTURA. NEPHARIA. DUDUM.
GALLUS. MONTICULUM. HUNC. TIBI. CISA. TULIT.

Nescio quem nævum deprehendisse videri vult: *quippe*, scribens, *Isidi Collis sacer erat, non Cisa. Nec enim Cisa mons, sed Isidis, Eisenberg.* Namque & huic argumento Velserum satisfeciſſe puto a. *Inde*, pergit, *ineptiarum etiam, quod Collem a Cisa templo nomen invenisse memorat (fragmentum.) Appellationem, qua ad Cisam forte fortuna, ut fit, alluderet, fabulæ occasionem dedisse, & auctori asserendi audaciam addidisse satis video; nisi cui tamen clivus a fabula demum, quod fieri nihilominus potuit, videatur indigetatus: nam in censualibus Reipublicæ libris clivus* Zizenberg *inter D. Udalrici & D. Dominici, qui riduculo vulgo nomine* Affenwald / *simiarum sylva est, describitur. Alias* Eisenberg / *proxime curiam, cujus originatio a publico carcere aperte Germanica, β. subsistere visum, quod Cisam eandem Isidem comminiscantur.*

XXVIII.

Fortè autem feliciori fato Isis in his oris usa est, postquam prima periodus defluxit. Patrios DEOS cum patrio cultu Coloniæ novæ intuliſſe Romanos innuimus γ. Nec dubium de his esse potest, cum in opere Velseriano prostent plura monumenta, uti Augustæ servantur, æri eleganter incisa, quibus Mercurium, quem omnium maxime Deum in hac vicinia cultum colligit Illustris Auctor; duabus præcipue de causis; scilicet *quod mercatura, quodque viarum præses. Cum ei & negotiatores, quorum magnus in Provincia numerus, & qui quacunque alia occasione iter huc haberent sacra fecerint* δ. Martem ε. Apollinem *Grannum:* quo titulo præcipue apud Rhætos cultus ζ. Sylvanum, quem totius territorii tuendi causa lacte in templo demulsere η. Plutonem & P. Oserpinam θ; DEOS Deasque communes honorarunt. Jam vero Isidis etiam cultum Romæ fuisse, per Græcos advectum Dn. Omeisius ι, & Deam civitate donatam præter Valerium Maximum *l. c.* Lucanus κ, non obscure docent. Lampridius etiam memorat de Commodo Imperatore, quod sacra Isidis coluerit; & *Ælius Spartianus* de Caracalla, *Mercurius à Suevis magni habitus.*

a *lib. cit. p. 222.* β. *Conf. Voss. lib. I. cap. XXXVIII.* γ. *vid. Gabr. Bucelini Chron. Rhæt. ad annum Christi XLI. & CCXX.* δ. *lib. V. & VI. Rer. Augusti.* ε. *Cruf. A. S. P. I. lib. VII. cap. IX.* ζ. *Velserus in Monum. agri Aug. n. I. II. III. seqq.* η. *Mnum. Augusti. n. II. Cruſius An. Suev. l. c.* θ. *Monument. Augusti. n. III.* ι. *Dissert. cit.* κ. *Pharsal. lib. VIII. v. 831.*

Digitized by Google

quod Deæ Isidi templa ubique magnifica fecerit. Quod vero in *Augustanis* monumentis non ullum reperit Velserus, quod Isidis habuisset sacra, forte in causa fuit, quod scripsit, *ineptus cassusque labor est, Barbara numina Romanis Græcis conferre velle.* Quamvis hæc in eos dixisse videri possit, qui Cisam ex Tacito Isin sunt interpretati. Utut autem hæc habeant, nollem ego audacter obstrepere documentis Aventini, ex agro Boico collectis; licet non ignorem, & hujus fidem nonnunquam multum fuisse suspectam *Velseri.*

XXIX.

Certiora tertia periodus de Isside Suevo-Vindelica nobis pollicetur, ubi nec metus ultra a Chronologiæ lapsu esse potest. Immigrantes autem Suevos circa an. Chr. CCCCL. una cum aliis, Isidis etiam sacra & Augustam & in Vindelicium, Rhætiam Helvetiamque omnem secum deduxisse, credere fas esse puto. Hoc enim licet antiquis documentis comprobatum dare nunc non possimus, suadet tamen firma ratio, & consentit Vir Nobilissimus Dn. *Jo. Baptista* Crophius, a Kaiserstieg/ in Schediasmate MSto. de primordiis & antiquitate Ecclesiæ Augustanæ.

XXX.

Atque hæc hactenus de Diis Sueviæ nostræ, in quorum recensione potissimum animum occupatum voluimus. Licet enim non ignoremus, plures a pluribus esse consignatos; selectum tamen vel instituti nostri ratio suadebat: inprimis, cum certi simus, vix aliud, præter recensita apud Auctores supereſſe Suevicum numen, cujus quidem probata haberi possit notitia, quod non alterius veluti agnati numinis aut naturam, aut cum natura etiam nomen, postquam scilicet πολυωνυμία apud gentes obtinuit, induerit: ita ut & hic loci pro eodem facile haberi possit.

XXXI.

Duplex Gentilium Cultus, proprius & Symbolicus.

Igitur ad cultum numinum pergimus. Duplicem illum apud gentes olim fuisse ex Historicis plures observarunt: proprium unum, alterum Symbolicum. Illum cum Clarissimo Vossio liceat vocemus, *quando, quod colitur proprie & in se DEUS esse existimatur*: hunc, cum quid colitur, *non quia creditur DEUS, sed quia DEUM significet* α. Utrumque receptum fuisse apud Suevos nostros, fortassis difficile videbitur demonstratu. Enim vero licet nos omnium omnino terrarum orbis nationum communis consensus de proprio numinis in gente Germana cultu, ejusque hinc inde tot deprehensa, etiam evidentiora vestigia non reddant dubios; de Symbolico tamen difficultatis non nihil ex istis Taciti verbis β exoritur: *caterum nec cohibere parietibus DEOS, neque in ullam humani oris speciem assimulare ex magnitudine Cœlestium arbitrantur*; & rursus paulo infra γ testimonis: *apud Naharvalos nulla simulacra.* Cum quo tamen rei ipsius vel hodienum apud Magnates Germaniæ servata monumenta diu nos luctari non patiuntur. Notum est idolum deastri cujusdam Thuringorum cognomento Püsterich/ quod Sondershusæ ostenditur, & pluribus describitur a curiosissimo olim antiquitatis Thuringicæ scruratore, B. Sagittario nostro δ. Nota, quam superius diximus sub Glorio-

α. *Theol. Gent. l. I. c. V.* β. *c. IX. lib. de M. G.* γ. *c. XLIII. ejusd. lib.* δ. *Gentil. Thuring. cap. II.*

Glorioſiſſimo *Maximiliano I.* Oenipontem translatum, columna hactenus in Augia Divite Lacus Bodamici Superſtes, *Herculis Alemanni.* Nota ex Auguſtanis monumentis Mercurii imago, *corpore nudo, niſi quod a tergo pallium ſuſtinet, ſiniſtra caduceum geſtans, dextra capiti bovis pedibus adjacentis inſecta, aſſiſtente gallo gallinaceo*, viſenda in ædibus Peutingerorum, & in ære exhibita a celebratiſſimo *Velſero.* α: & quod alias in Theſauro Palatino β. recenſet *Begerus* Clariſſimus, huc maxime congruum *Mercurii* Germanici, (niſi quidem id potius eſt *Alemanni Herculis*, quod nobis valde probatur) ſimulacrum, memorabile vi u; cujus de hoc verba, licet proliziora, hic inſeremus. *In Electorali*, inquit, *Cimeliarchio ſtatua eſt, antiquitatis & raritatis veneranda ærea. Alemannum exhibere, DEUM Germanorum, ac à Maximiliano Imperatore in pago Alma, prope Conſtantiam anno MDVII. inventum ſequens veteris membrana, qua juxta aſſervatur, inſcriptio, ſi opinio vera, teſtatum facit:* *Alemannus Hercules.*

Almann Abgott bin ich/
Die Teuſchzen iren nam hambt durch mich/
Von groſſen Streiten der Walhen dich verſich
Alamanna Teuſchzland nent ſich/
Bey Coſtnitz im Dorff Alma lag ich/
Durch Künig Maximilion ſchickt es ſich/
Im XV c und VII. Jare in die Lad legt er mich.

Quid, inquis, Alemannus cum Mercurio? dicam: alium non eſſe, vel ipſa ſtatua evincit: in capite pileum cernimus, non obſcuris alarum veſtigiis; dextram extenſam gerit; ſiniſtram deorſum inclinatam, plane qualis marſupium & caduceum geſtare conſuevit. Imo & inferiorem caduci partem adhuc ſupereſſe videmus. Quæ omnia Mercurium hunc Germanorum fuiſſe extraponerent dubitationis aleam, niſi Tacitus Germanos nec cohibere parietibus DEOS, nec in ullam humanioris ſpeciem aſſimilare ex magnitudine cœleſtium arbitratos, aſſeveraret. Non jam dicam alia famoſa in gentium quondam & gentiliſmi debellatione ab ipſis victoribus deſtructa Germanorum idola: de quibus tamen legi merentur annales Francici a Pithœo editi γ, Cranzius δ, Lindenbrogius, ε Voſſius, ζ Hachenbergius, η. aliique.

XXXII.

Et ex his plures de veritate cultus Symbolici convicti, laborarunt, quomodo fidem faciant Tacito, ſcriptori alias & fide & prudentia maximo, ſecus quidem ac doctiſſimus *Begerus*, qui motus exemplo Mercurii Palatini, contra quam ſentit Cluverius in Præfatione Germaniæ ſuæ Antiquæ, ac Illuſtris Vir Hermannus Conringius ϑ, *Tacitum erraſſe, aut certe minus ſolide inſtructum fuiſſe de rebus Germaniæ* concludit, *nec credendum eſſe, Germanos, præſertim eos, quibus Romana conſuevit natio, ſolos divina natura formam captu ſuo anguſtiorem putaſſe, cum ſapientiores etiam non tantum humanæ figuræ incluſerint, ſed humanas quoque res ad divinæ potentiæ faſtigium evexerint.* *Tacitus ab Hermanno Conringio notatus.*

α. *Operum p. 367.* β. *p. 16. ſeq.* γ. *ad an. IↃCCLXXII.* δ. *Sax. lib. II. c. IX. & XIII.* ε *in Vita Caroli Magni* ζ. *Theol. gentil. lib. II. c. XXXII.* η. *Diſſ. citat. n. VI.* ϑ. *lib. cit.*

Digitized by Google

rint. Suſpicantur autem illi ſimulacra iſta Deorum, omnemque cultum Symbolicum aut demum poſt Taciti tempora manaſſe a Gallis vicinis, quibus jam Cæſaris ætate ſolennis erat α, in Germaniam; aut irrepſiſſe illum per Romanos, qui Germanorum agros occuparunt. Quæ conjectura auctorem, uti quidem nobis innotuit, primum habuit Chriſt. Cölerum, β. cui in tantum lubenter conſentiemus, in quantum ipſe Tacitus permittit. Hic autem ſcriptor in hoc minimum aſſerto ſibi totus conſtare non videtur: equidem ipſe non unum cultus ſymbolici monumentum in ipſa Germania & apud Suevos noſtros prodit. Quid enim, quæſo, iſtud, quod paulo ante citata verba de Iſidis cultu memorat? *Unde*, ait, γ, *Cauſa & origo peregrino ſacro, parum comperi, niſi quod ſignum ipſum in modum Liburnæ ſignatum docet advectam religionem.* Peregrinum ſi forte quis hoc dixerit, & domeſticum ex eodem libello δ ſibi habeat, ubi auctor de Herthi, i. e. Terræ Matris cultu ita ſcribit: *Eſt in Inſula Oceani caſtum nemus dicatumque in eo vehiculum veſte contectum attingere uni ſacerdoti conceſſum. Is adeſſe penetralis Deam intelligit, vectamque bubus fœminis multa cum veneratione proſequitur. Læti tunc dies, feſta loca, quæcunque hoſpitio adventuque ſuo dignatur. Non bella ineunt, non arma ſumunt, clauſum omne ferrum, pax & quies tunc tantum nota, tunc tantum amata, donec idem Sacerdos ſatiatam converſatione mortalium Deam templo reddat. Mox vehiculum & veſtes, & (ſi credere velis) numen ipſum ſecreto lacu abluitur. Servi miniſtrant, quos ſtatim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, ſanctaque ignorantia, quid ſit illud, quod tantum perituri vident.* Quo de Symbolo, aliiſque videatur Jodocus Willichius ε. Sunt &, qui acinacem Martii ſacrum, ζ. Symbolum Dei hujus cenſent. Et Scythas quidem adoraſſe ipſum meminit Clemens Alexandrinus. η. Sed Scytharum hoc fuiſſe oſtendit *Elias Schedius*, & aliam longe ſymboli hujus dedit rationem. θ. Cæterum Tyrius etiam Maximus ι. quercum, Jovis Dei Symbolum, religioſe a Celtis cultum deprehendit. Niſi forte etiam adverſus hæc Tacitus defendi poteſt, ſi, quod nunc maxime in mentem venit, humani oris ſpeciem attendiſſe dicatur. Sed videant alii, quomodo eum concilient. Nos ad proprii cultus conſiderationem, eamque breviſſimam tendimus.

XXXIII.

Preces & Sacrificia Gentilium.

Preces & ſacrificia conſtituiſſe apud gentes cultum numinis proprium, res ita manifeſta eſt, ut ineptus fortaſſis eſſem, ſi rationibus eam perſuadere conarer, aut teſtimoniorum cumulo confirmarem: dabit tamen in hanc ſententiam plura ipſe diſſertationis hujus curſus. Illas in ipſo ſacrario, quod & templum alias Tacito audit, & eſt penetrale luci; aut etiam ad *ripas fluminum, igneando ſale fœcundorum* dicebant: *religione inſita, eos maxime locos propinquare cœlo, precaque mortalium a Deis nunquam propius exaudiri.* κ. *An ſimul, quod* Schedius *notavit,*

α. *vid. Caſ. de B. G. lib. VI. Comm. c. XVII.* β. *in Comment. ad hunc Taciti locum. conf. Dn. Omeiſius Diſſ. laudata.* γ. *cap. IX. de M. G.* δ. *Ibid. c. XL.* ε. *Comment. in Tacitum de Moribus Germanorum, num. XIX.* ζ. *Pomp. Mela lib. I. c. I. Boxhornius lib. III. decade I.* η. *in protrept. conf. Voſſius lib. I. c. XXXII.* θ. *Syngr. I. de Dii Germ. cap. VI.* ι. *Diſſ. XXXVIII.* κ. *Tacit. An. XIII. c. XVII. Conf. Sanderius de Sacrificiis veterum c. XIII.*

vit, *a.* πλυσιόμους compellarint Deos suos, *multiplici*, ut ait, *nominum cultu, multiplicem quoque potestatem iis accedere arbitrati*, exemplis non constat. Græcis hoc solenne fuisse, Poëtarum fabulæ docent. Hæc autem, sacrificia videlicet, rude aliquot & infectum pietatis genus præferebant, & ferales ritus κακοζηλίαν Judæorum spirabant, Varia autem gentibus sacrificia fuisse ex variis colligimus victimis. Solenniora illa, *quorum horrenda primordia caso publice homine celebrabant*, β. ut plerique omnes, sic etiam Suevi, & quod credibile est, cum Romanis, γ. novi etiam Romanorum in Provinciis coloni. Germani omnes Mercurio hostiis istiusmodi litare fas habebant δ. Isdem etiam Martem nonnunquam placasse Hermunduros, idem tradit scriptor ε. Cæterum βοσκήματα καὶ πανοῖα θηρία, καὶ ἀνθρώπους ἀλοκάντους: *pecudes & omnis generis* (nonnulli addunt, omnis etiam coloris, inprimis in publicis & majoribus sacrificiis. Nam in minoribus uti in sacris reliquis candidum superis, atrum inferis quærebant, teste Plinio ζ.) *animantia (& homines) concremabant*, juxta Strabonem. η. Imo viscum etiam, quem veteres Germani e cœlo missum putarunt, Θ. herbasque ex agro in victimas adhibitas ostendit Schedius ι. Næniæ, quæ in his actibus plures erant, & inhonestæ, judice Adamo Bremensi, satius reticentur: notatæ tamen sunt a *Cluverio* & *Schedio* in operibus ipsorum, ubi, si volupe est, ad nauseam legi possunt. Nos, ut sacrorum compendium faciamus, non nisi necessaria, & verbo quidem, tangemus.

XXXIV.

Stati & fixi dies Cultus Gentilium.

Observatu autem dignissimum, quod ordinarie non nisi statis, Diisque sacratis diebus, κ. quos nonnulli eosdem hebdomadis esse judicarunt, qui vel hodienum apud Germanos Mercurii, Martis &c. dicuntur, sacra ista fiebant. Alias & prælium ingressuri, aut victoria potiti, aut periculum etiam adituri, cultibus istis publicis vacabant. Quo in eosdem cum vicinis Rheni atque Istri accolis Romanis servarunt mores, ejusque memorabile in his oris prodit exemplum Aventinus λ. scribens: *atque hi amnes cum auctu aquis crant, ab omnibus, qui oram Gallie, Rhætiarum, Vindelicorum, Noricorum, Pannoniæ, Mœsiarum incolebant, Diis bonos habitus, gratisque actis: quod si defecissent, aut siccitate decrevissent, aut denique glacies ripas conjunxisset, omnis tunc ætas atque sexus, viri, mulierculæ, senes, pueri, atque puella, publice & privatim indixere justitium, ab auguribus, sacerdotibus, sacrificulis feria concepta, supplicationes decretæ, circa omnia pulvinaria Deorum supplicatum est, hostiæ majores minoresque mactatæ, & peculiaribus ceremoniis, sacris solennibus, votis & comprecationibus Jovi Elicio operata sunt Pontifices minores & Flamines maximi, ut impetrarent pluviam inundationemque*

a. Syngr. l. c. IV, conf. eund. Saubertum l. c. p. 294. seq. β. *Strabo lib. IV. Tacitus de moribus Germ. cap. XXXIX. Saubert. lib. cit. c. mm l.* γ. *Quintil. declam. c. 234. & Tertull. apolog. c. Im.* δ. *Tacitus cap. Im. de Moribus Germ.* ε. *Ann. lib. mIII. c. LVII.* ζ. *Hist. Nat. l. XIX. c. XLVI.* η. *l. c. conf. Saubert. l. c. cap. XXII. seq.* Θ. *conf. Aventini Ann. Boj. lib. III.* ι. *Syngr. II. cap. XXXVII. seq. Conf. Saubertum de sacrificiis Veterum cap. XXIV. Tacit. cap. IX. de M. G.* κ. *Tacit. Annal. lib. XIII. c. LVII.* λ *Annal. Boj. lib. II.*

nemque horum fluminum, ne Germanis pateret tranſitus. Sacra præterea annua Jovi regi, Terræ Matri, genioque coloniæ, ſive Ciſa fuerit, ſive alia, Auguſtæ & in Provincia facta obſervavit Illuſtris Velſerus. *α.*

XXXV.

Suevi in Sacris ſuis πάϊξους amantes.

Ita autem & hi gentiles, (Suevos dico) cum ſacra peragerent, *πάϊξους* adverterent, ut nulla unquam prius conficerent, quam aris, quas ex cæſpite ita extruxerant, ut ex earum medio quercus, quæ ſacra ipſis dicebatur, ſurgeret, figura triangulari perfectum trigonum reddente; *β.* aut etiam plano arborum injeciſſent frondes *γ.*

XXXVI.

Uſus lucorum, nemorum & Templorum ad Sacra Gentilium.

Hoc ut poſſint facilius, *lucos ac nemora conſecrarunt, Deorumque nominibus appellarunt ſecretum illud, quod ſola reverentia viderunt: δ.* ſecus ac Romani. Hi enim, licet Numæ temporibus res divina apud ipſos nondum aut ſimulacris, aut etiam templis conſtiterit, & ſacra in lucis, non ſine religione poſitis, fuerint operati: *ε.* Cæſarum tamen ætate non ſimplicia, ſed auro & ebore fulgentia templa condidere, eorumque uſus victis etiam commendarunt victores. Præſtabit hanc in rem volviſſe Monumenta Velſeri Auguſtana, *ζ.* ubi Capitolio olim, velut alias illuſtres Romanorum Colonias, Auguſtam quoque ornatam docet ex Actis S. Afræ, ac Vitruvii auctoritate fretus, idem in excelſiſſimo urbis loco ſitum fuiſſe judicat. Præter hoc ex inſcriptionibus veteſtis rudera, & veſtigia ædium Sylvano, Plutoni, Proſerpinæ, Mercurio, aliisque Diis Deabusque ſacrarum colligit, tandemque ſudorum quinquennalium pene oppidatim per Provincias conſtitutorum meminit. De queis videſis plura apud ipſum auctorem. Nos ad priſcos ex Provincia redimus Suevos.

XXXVII.

Rationes interiores cultus Gentilium in ſylvis & nemoribus exerciti.

Damnarunt hi, ut jam ſupra innuimus, templorum uſum, donec in ſedes Romanorum conceſſere. Cauſam Tacitus prodit *η.* nimirum ex magnitudine cœleſtium Deos parietibus cohibere non arbitrabantur. Atque eandem alios quoque gentiles commoviſſe, ut pluribus in locis Diis ſuis *ὑπαιθρα* templa ædificarent, autumat *Berneggerus. θ.* Unde autem illi lucorum religioni occaſionem mutuarint, diverſæ ſunt opiniones. Plerique *κατὰ ζηλίαν* fœtum ſuſpicantur, qua V. T. Patriarchas imitari ſtuduerint gentiles. *ι.* Sed fortior eſt ratio, ex ſuperſtitione petita. Hanc enim, uti non aliud magis auget fovetque, atque timor; hic autem umbra etiam alitur, & tenebris; *κ.* ita advertere omnino potuerunt homines inter ipſos callidi, ac coercendæ ſuperſtitione plebis gnari Philoſophi, hujusmodi lucos & nemora opacitate ſua tacitum quendam ac religioſum horrorem animis incuſſura, qui & arborum proceritate, & ſolitudine loci, ſilentioque præſertim accedente

α. rerum Auguſtan. lib. V. p. 258. β. Sched. Syngr. II. c. XXV. de D. G. γ. Plinius l. c. δ. Tacitus de M. G. c. X. ε. Plin. H. N. lib. XII. c. 1. Tertull. in Apolog. c. XXXV. ζ. Conf. Rerum Auguſt. lib. V. η. de M. G. c. IX. θ. Quæſt. XLVIII. in Tac. Germ. ι. Conf. eund. l. c. κ. vid. Scaliger. Exerc. CCLIC. n. 4.

dente, præconcepta falſi numinis opinione, mirum augetur. Propterea non quosvis, nec in quovis loco ferebant, & ſeligebant lucos, ſed eos potiſſimum, queis in vetuſtiſſima ac maximæ molis robora floreſcebant, quosque vel maria, vel lacus, vel flumina alluebant: id quod indicat exemplum de Herthi luco apud Tacitum, α. & ultra dari poteſt comprobatum ex confiniis Sueviæ noſtræ. Proximè Reginoburgium, ſive Ratisponam lucum & montem Danubio olim imminentem, a Theodone, Bojorum Rege, Herculi olim Alemanno majorum more dicatum, ejusque nomine appellatum; poſt Monachis S. Emmerani a Principe Theodone circa annum IↃCXCVIL conceſſum, memorat Aventinus. β. Quin autem in ipſa etiam Suevia conſiti olim fuerint luci, poſtea a Francis Chriſtianis exciſi, quis dubitabit, cum vaſtitas ſylvarum veterum ſcriptis ſit celebrata, & id propter Germania in nummo M. Aurel. Antonini Imp. abiete deſignata, uti acute obſervavit Ortelius, judice Velſero γ. Imo, ſi quid conjecturis dandum, idem nobis videtur de Aichſtettio, oppido, ſi ad veterum lineas dimentienda eſt regio, in Hermunduris ſito, quod Illuſtris Velſerus de utroque Cœnobio Bivarico, vernacula noſtra Alt-Aich dicto, cenſebat. *Fama*, ſcribit, δ. *manet, nec a nominis ratione, nec a vero abhorrens, ſtetiſſe ſua, locis ad Danubii ripam pragnandes & annoſas quercus, Deorum ſuperſtitioni dicatas, quas victimarum ſanguis ſæve veſperſe ut. Bojos, poſtquam gentiles errores excuſſere, excidiſſe, Eccleſiis Chriſtiano ritu ſubſtitutis.* Adeo, ut in his locis nominis etiam appellatio inſignis inſtar teſtimonii de lucis, & quercubus perpetim ibi ſacris, eſſe poſſit, etſi vel maxime non aliud ex antiquitate veſtigium ſupereſt. Quanquam nec hoc ſibi deeſſe putarunt, qui Suevos ſylvam Martianam, & poſtquam cùm Alemannis coaluere Sylvam Mercurio, ſive Wodani, ſacram (Odenwald / quæ hodie dicitur, credo intelligi) tenuiſſe contendunt: ε. ubi ſane nec ceſpes aris ſtruendis, nec roborum frondes iis ornandis, nec alia religioni & ſacrificiis conficiendis apta unquam defecere. Quam ſanctè cæteroquin habuerint lucos, Plinius ζ. docet, *nihil*, inquiens, *habebant Druides robore ſacratius.* Cui Senecam η. jungimus: hic, *ſi tibi*, inquit, *occurrit vetuſtis arboribus, & ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, & conſpectum cœli denſitate ramorum aliorum alios protegentium ſubmovens, illa proceritas ſylvæ, & ſecretum loci, & admiratio umbræ, in aperto tam denſa atque continua, fidem tibi numinis facit.* Et ipſe Tacitus diſerte de Suevis dicit: ϑ. Eſt & alia luco reverentia, nemo niſi ligatus vinculo ingreditur, ut minor, & poteſtatem numinis ante ſe ferens. Si forte prolapſus eſt, attolli & inſurgere haud licitum. Per humum evolvuntur. Eoque omnis ſuperſtitio reſpicit, tanquam inde initia gentis, ibi Regnator omnium Deus, *cætera ſubjecta omnia atque parentia.* Quod nec mirum, cum *nullus unquam lucus ſine religione ſit poſitus*, teſte Servio. ι. Qua de religione, quam conſecrationem dicunt, vide ſis Schedium, κ. & Dn. Omeiſium. λ.

Lucus in vicinia Ratisponæ memorabilis.

Sylva Odinæ, Odenwalt.

Cc 2 XXXVIII.

α. *de M. G. c. XL.* β. *Annal. Boj. lib. III. conf. Marcus Velſerus Rer. Boj. lib. IV. p. 129.* γ. *rerum Aug. lib. IV. p. 249.* δ. *rerum. Boj. lib. V. p. 151.* ε. *B. Rhen. lib. I. rerum Germ. p. m. 118.* ζ. *l. c.* η. *Epiſtola XLI.* ϑ. *l. c.* ι. *ad lib. III. Æneid.* κ. *Syngr. II. c. XXIII. ſeq.* λ. *l. c.*

Digitized by Google

XXXVIII.

De Miniſtris Sacrorum Gentilium.

Demum ad miniſtros ſacrorum accedimus. Veteres Germanos nullos habuiſſe temere aſſeverat Cæſar, & contra reliquorum fidem. Nam quis unquam populus Deos ſine cultu, aut cultum Deorum ſine adminiſtratione habuit? ſane Tacitus quoties ſacerdotum meminit apud Germanos, Cæſari aperte reclamat: Strabo α. autem, & Diodorus, β. *Druides* apud ipſos nominatos diſerte teſtantur. Unde hoc nominis ipſis fuerit, non una eſt conjectura.

Druides ex Scbedii ſententiâ Scrutatores.

Aventinus γ. ab Auctore Druide, qui quartus a Samothe fuerit, inſtitutos & nominatos putat. Schedius δ. ex Rabbinorum ſcriptis vocis origines legit, & a Rabbinico דרושן *concionator* ex radice דרש, quod idem, ac *queſivit, conſuluit, ſcrutatus eſt*, derivat, quod hoc maxime cum Druidarum officio quadret. Sed dubio procul denominatio eſt origine Celtica: nec enim veriſimile videtur, Germanos ab exteris mutuaſſe nomina, quæ de vernaculo idiomate haud difficulter condidiſſent. Superſunt ſane apud ſcriptores ex antiqua linguæ Celticæ vocabula non diſſona multum, *truta*, quod divinos ſive Dei interpretes; *dry*, quod magnum, *dran*, vel *drii*, quod fidem denotabat; ſingula origini nominis Druidum reliquis propriora.

Alia de illis & commodior Pontani ſententia.

Quanquam non pugnabimus, ſi fortaſſis cuipiam altera illa, ac perquam commoda J. Iſaaci Pontani ſententia magis placeat, qui Druidum nomen ex lingua Britannica deductum exiſtimat, ε. a duobus nimirum vocabulis try arbor, & *Wis* ſapiens, Philoſophus; ut ita dicti ſint, quaſi ſylveſtres Philoſophi, Waldweiſen / quum ſub quercubus, arboribusque aliis eos philoſophatos eſſe inter omnes conſtet: utpote cui ipſe etiam Illuſtris Baro Puffendorffius ζ. vel propterea ſubſcripſerat, quod præter appoſitam nominis rationem, quæ hic detur, manifeſtum ſit ex Cæſare, η. & Tacito, θ. in Britannia primum Druidarum diſciplinam eſſe inventam; quodque eadem ſalvum præſtet a plerorumque Cæſaris Commentatorum inſultibus Plinium, qui *Druides* Græca interpretatione ἱατὰ τῶν δρύων appellatos videri poſſe ſcribit. ι. Cæteroquin inſignis collegii hujus in gente erat auctoritas, honosque ſummus; ita ut præter ſacra res etiam curarent civiles, & ad nutum ipſorum cuncta agerentur, & pacis & belli conſilia. κ. Res tamen divinæ apud ipſos, & ſolos quidem, λ prima curarum fomenta. His pervigiles intereſſe, has docte explicare, ac partim ſacrificando, partim augurando, μ. religioſe conſervare ſacerdotum erat; adeo, ut videri poſſint veteres, omne ſapientum corpus ſub uno Druidum nomine comprehendiſſe. Datur autem vel ex his cognoſcere, non ex plebe homines, aut ingenuos ſacris apud

Druidum apud Gentiles magna auctoritas.

Druides Illuſtri ſanguine clari.

α. *Vl. Comment. de Bell. Gall.* β *lib. IV. Geogr.* γ. *lib. V. Biblioth.* δ. *lib. I. ann. Boj.* ε. *in Gloſs. priſco Gall. p. 292.* ζ. *inſigni, quam anno 1670. de Druidibus Lipſiæ habuit, Diſſertatione, c. 1.* η. *l. c.* θ. *in vita agricolæ* ι. *libr. XVI. hiſt. nat. c. XL.IV.* κ. *Cæſar lib. VI. Comm. B. G. Diod. l. c. Tacitus de M. G. c. VII. & XI. quorum loca addaxere Cluverius G. A. lib. I. c. XXII. Sched. Syngr. II. c. XIII.* λ. *conf. Strabo & Diodorus ll. cc.* μ. *Tac. de M. G. cap. X.*

Digitized by Google

pud Germanos olim initiatos, ſed eos ſolum, qui ex nobilitate prima, & quos ipſi Doctores ex diſciplina ſua emiſſos, dignos habuerint, qui, quod ipſimet, α. Theologorum, Medicorum, Philoſophorum, Haruſpicum agerent vices, & arcanis imbuti ſcientiis, ſacra perficerent ſuperſtitioſa. Unum adhuc notatu hic dignum cenſeo, quod & fœminas in conſortium ſuum admiſerint, quæ & domi, β & in caſtris ſortes, Deorumque nutus explorarunt, non impari cum viris ſacerdotibus, & ea quidem dignitate fruitas, ut ſecretiora cum Diis alloquia agitare creditæ, pro Deabus colerentur. γ. Exempla harum cum in Suevia non niſi generatim, & ab Agathia quidem, Scriptore Græco, cum ſubſidii Gothis a Francorum Rege Theobaldo adverſus Narſetem miſſi meminit, his notata verbis: *erant in exercitu vates Alemannicæ, quæ prædicebant incipiendi prælii tempus & eventum:* occurrant ex omni Germania nomina Velledæ cujusdam δ. producimus, & Gannæ: qua de poſtrema *Dionyſius* Halicarnaſſenſis: ε. ἦν ἡ μετὰ τὴν βελλέδαν ἐν Κελτικῇ θεσπίζουσα: i. e. *erat hæc poſt Velledam in Celtica ſive Germania, vates oracula reddens.* Omnes autem unum ſibi præfectum habebant ſacerdotem, quem dicebant ſummum. *Hic aut dignitate in cæteris excellens ſuccedit, aut ſi pares plures, Druidum ſuffragio adlegitur, aut armis etiam de principatu contendit,* teſte Cæſare. ζ. In hoc ipſo autem Germanorum illud, Suevis etiam noſtris gratum olim, & acceptum ſacerdotium cum Romano, & quod erat in Provinciis conveniebat. Namque & hi Pontificem ſummum reſpiciebant inde a Numæ temporibus, cui ſuberant Pontifices reliqui, etiam provinciales & colonici novi; η. Flamines, Augures & Haruſpices, quorum omnium numerum grandiorem fuiſſe, quam hodie quispiam cogitatione percipiat, idem colligit Velſerus; contra vero ex lege Rulli centum Decuriones, decem Augures, ſex Pontifices Auguſtæ, totidemque in reliquis Coloniis Auguſtis conſtitutos autumat l. c. Plura deſiderantibus ſatisfaciet opus ipſum, quo in & dignitates, & titulos, & veſtitus prolixe legent deſcriptos.

Pontifices, & Sacerdotes Provinciales, & Coloniei, Flamines, Augures, & Haruſpices Gentilium.

XXXIX.

Placita denique Druidum Philoſophica & capita religionis; catalogum etiam reliquarum paganiarum traderem, niſi ex illis præter nota de condito mundo, eoque igne iterum perituro, ac animarum immortalitate, vel ſcriptorum penuria, vel ſevera lex, qua doctrinæ divulgatio eſt prohibita, cuncta nobis invidiſſent; dicta autem jamdum illuſtrata ſatis eſſent, & ex veterum ſcriptis a Cluverio, & Schedio, ι. & illuſtri Puffendorffio κ. comprobata. His autem, cum omnium fere, quæ in gente Germana ævo adhuc Carolingico obtinuere, & prohdolor, ne quidem poſt illud ita abrogatæ, ut non hinc inde apud infimos etiam poſteros nonnullarum deprehendere liceret veſtigia, indicinam exhibeant magni Viri, *Ferdinandus* Epiſco-

Scriptores Theologiæ Gentilis.

α. *conf. Cluverius G. A. l. c.* β. *Tacit. Hiſt. lib. IV. c. LXI.* γ. *conf. Illuſtris Velſerus rerum Boj. lib. II.* δ. *Tacitus de M. G. cap. VIII.* ε. *lib. XLVII. Antiqu.* ζ. *l. c. conf. Illuſtr. Puffend. diſſ. cit. cap. IV.* η. *Vid. Velſerus rerum Auguſt. lib. V.* & *G. A. lib. I. c. XXIII.* ι. *Sched. Syngr. II. c. XX.* κ. *Diſſ. cit. c. VI.*

Digitized by Google

Episcopus Paderbornensis; α. Conringius, β. Baluzius, γ. Sagittarius; δ. plures insuper earum dictu impiæ sint ac horrendæ, nonnullæ tamen mox producendæ; non ulterius immoramur, sed pertæsi dudum superstitionis gentilis, & lassi monstrosis majorum erroribus, tandem ex tenebris revertimur, &, postquam paucis adhuc felicem earum discussionem monstraverimus, brevi nos vero Deo assertos, beatissimamque Christianæ religionis lucem in his oris respiciemus.

FINIS GENTILISMI.

XL.

Cessat per immensam DEI gratiam in Suevis sensim sensimque Gentilismus.

Eo lætior gratiorque nobis hæc est meditatio, quo magis ista ad providam Dei de Patrum nostrûm salute curam, & ad Θεῖα Thearchias Suevica agnoscenda ac deprædicanda nos inducit. Fatendum autem est, non tam felicibus esse licuit Suevis nostris, ut, quando Asiaticæ gentes, & Græcorum Latinorumque magna pars sacris Christianis initiari, illi a gentili cultu & religione discederent: sed diu spissis suis obruti tenebris jacuere. At o utinam superstitionis suæ non ita fuissent tenaces, ut vel rum cohærentissent religioni & moribus Christianorum, cum, Deo O. M. ita dirigente, in suis finibus haberent, qui alliciebant, impellebant, vi adigebant. Non dicimus eos, qui oras trans-Danubianas tenuere, Rhætos, puta, Vindelicos Helvetiosque, qui utique, mitioribus ingeniis imbuti, sponte sua Christo nomina dedissent, nisi idololatricorum Imperatorum armis diu fuissent contenti, & sicubi paulum pullulascere videbatur res Christiana, in ipsa herba iterum esset extincta. Sed Hermunduros antiquos & Alemannos loquor, qui non in hoc solum reliquis Germanis feliciores, ut præter periculi metum cum hoste consuescere, atque adeo non potuerint non de novæ fidei præceptis vel rumore aliquid percipere; sed & sedes nationis hujus si spectaveris, & fortunatos belli eventus, amplissimasque in Provinciis Romanis occupationes, in singulis primas ipsis a Deo concessas dices.

XLI.

Augusta Vindelicorum ab Hunnis vastata reparatio.

Quæ quæso non benignitas numinis divini? anno CCCCLI. Augusta, cujus Ecclesiæ procul dubio lætior nunc erat facies, veluti sub Imperatoribus Christianis reflorescentis post funestam Attilæ in Gallias expeditionem & cladem inde acceptam reparata a Christianis, ultro Suevis patebat. Ita enim Gassarus sentit, a tempestate cessante, cladi superstites e vicinarum alpium latebris proreptantes, præcipue Christi fideles, patriam repetiisse, ac Ecclesia qualicunque accessione hic loci reparata, proximos quosque extortes ad cohabitandum sua innocentia, solique opportunitate invitasse. Concessisse etiam eo non multo post Alemannos, atque Hermunduros, at non ut hospites, sed ut dominos; debellatisque

α. *sub finem Monument. Paderbornensium.* β. *libr. de Orig. Juris Germ. ed. III. p. 349.* γ. *Tom. I. capitul. Reg. Franc. p. 150. seq.* δ *Gentilism. Thuring. cap. III. n. VII. p. 16. seq.* ε. *Annal. August. MS. p. 20. Conf. Marcus Velserus lib. VIII. rerum August. p. 332.*

latisque in utraque Rhætia atque Helvetia Romanis militibus, vastissimum trans Rhenum conditum Regnum de suo nomine (hi enim soli Suevorum nomen retinuerant) SUEVIAM dixisse constans scriptorum est traditio; α. felices futuros, si & Christianam. Sed uti animos nihil unquam efficacius atque superstitio rexit, ita etiam hic familiaritate, quæ ipsis cum Provincialibus hactenus intercedebat, in odium versa, Christiana sacra undiquaque sunt excisa, & tam in ipsos homines, quam in templorum parietes & altaria, immane quantum sævitum est: quemadmodum anxie cladem hanc Suevicam deplorat D. Hieronymus. β.

XLII.

Suevi & i Alemanni Galliæ inhiantes, à Clodoveo, Francorum Rege, subjugantur, & servitum servitumque ad Christianam Religionem perducuntur.

Excedens fidem & incredibilis populi hujus felicitas usque ad annum Christi CCCCXCIX: sed & superba. Emensi plures terrarum tractus, & jam ad Burgundionum delati campos, de summa rerum, & exigendis e novo Galliarum Regno Francis, cum quibus, ut adamatæ Galliæ rivalibus, non conveniebant, cogitarunt. Sed uti nunquam simpliciter indulget fortuna, ita hic, quantamcunque habuerint felicitatem, invidiam tamen senserunt majorem. Mox enim inauspicato prælio ad Tolbiacum in Ubiis victi, ac maximam partem cum ferro, tum servitio sunt subjugati; ita quidem, ut, quum victor *Clodoveus*, Francorum Rex, non desisteret persequi, quam late patebat nomen Alemannicum, Suevi plures, donec licebat, in sedibus suis erularent, pauci tandem trans Alpes ad confoederatos Ostrogothos fugerent, inque Theodorici Regis fide, ac dextris sociorum, libertatem, opem, spemque futuri temporis omnem gererent λ. Hic finis erat Regni & gloriæ Alemannicæ; potuisset etiam esse finis gentilitiæ religionis, nisi ingenitam omittere, veleoacti quoque recusassent. Jam enim vota sua Christo solverat Clodovæus, unaque cum Proceribus Regni Francici, ac plebe multa, nomen ejus publice profitebatur, cultu ejus simul cum imperio etiam in Alemanniam invecto. Constat autem ex Agathia, quamvis Græco scriptore, Alemannos fugitivos demum post Theodorici ϑ. mortem a Gothis ob difficillima, quæ in Italia gerebant, bella dimissos, & a Theodeberto Rege in patriam receptos, ne post plures quidem annos sacra & mores victorum expetisse. Adscribam Interpretis verba, uti apud B. Rhenanum ϑ. habentur: *Alemannorum gentem*, inquit, *per Gothos dimissam, Theodebertus in ditionem accepit. Quo mortuo, ut supra jam diximus, ad Theobaldum filium cum ceteris & hi simul in potestatem cesserunt. Hinc gens legitima quadam & patria sunt instituta, siquidem in rebus publicis administrandis & magistratibus Francorum potiuntur & legibus.* „ In his tamen, „ quæ ad Religionem ad Deum spectant, ab his longe dissentiunt, nimirum „ quasdam adorent, propitientque, nec secus fontes & fluminum aquas, collesque „ & saltus, quibus perinde, ac religiose id agant, equos & boves, & infinita hujusmodi pecora dissectis cervicibus immolant. „ *Sed cum Francis assidua conversatio maximum his in commo-*

α. *vide Munsterum Cosmogr. lib. III. c. 18. Stumpfium, Chron. Helv. lib. IV. cap. XXVII. Rhenanum, lib. I. rerum Germ. Crusium p. I. lib. VIII. c. IX. Bucelin. in Chronicis ad annum 498.* β. *Epistol. VII. Conf. Rhenanus lib. II. p. 161.* γ. *vide Rhenanum & Crusium ll. cc.* δ. *l. c.*

commodum conducit, & ornamentis plurimum afferre, adsequeque cotidie trahit, qui sui compotes sunt. Et spero fore, ut non longo post temporis intervallo istorum pervicatura sit pertinacia. Et sane non vanus erat vates hic scriptor. Multum omnino apud Barbaros mollior consuetudo valuit, &, quos natura non poterat, longior dies mitigavit; quamvis adhuc dum difficile fuerit deliria superstitionum penitus relinquere.

XLIII.

Antiquæ leges Alemannicæ à vitiosis Francis partim conservatæ, partim auctæ & emendatæ, partim abrogatæ.

Nec inanes in hac causa fuere leges Alemannicæ (ad quas, quantum ego perspicio, ipse Agathias hic respicit,) quæ partim ex consuetudinibus, partim e scriptis Alemannorum traditionibus a Theodorico, qui parens erat Theodeberti Regis, filius autem Clodovæi M. Francorum Rege primum erant constitutæ; repetitæ deinde & auctæ, utut nondum publicatæ, a Childeberto II, sed mox a successore Clothario in Comitiis Regni publicis promulgatæ; demum a Dagoberto M. sub initia seculi Christiani VII. recognitæ, & in formam redactæ *α*. Singuli enim Reges pro ratione status & cognitionis, capita ista, quæ superstitionem redolebant, & penitus Christianorum religioni & fidei adversabantur, sustulerunt; pluribus, quæ gentilium errorum vepretis vestita fuerant, abrogarunt, imo metu pœnæ, aut servitutis perpetuæ, servos simul atque libertos (nihil enim pauciores hi, utut rigida cervice jugum hoc subibant, inter innumeros servos potuere) ad servandas, quæ præscribebantur leges, adegerunt: id quod non obscure docet lex ex antiquitate superstes, *non ferianti die Dominico perpetuam interminans servitutem. β.*

XLIV.

Columbanus ejusque discipulus Gallus magno Zelo Gentilismum in Suevia impugnant.

Zelo insuper, quo pii Ecclesiæ Sueviæ restauratores, Columbanus Abbas, ejusque discipulus Gallus, uterque natione Scotus, circa annum DCXX. in oris Alemannorum, & cumprimis in ripa lacus Bodamici in gentiles, eorumque sacra invecti, multi commoti sunt. *γ.* Neque tamen vires Regiæ, vel verba horum monachorum tantum potuere, ut non soluin tum temporis Sueviæ Dux, Gunzo, Iburingæ ad dextram lacus alias considens, eos aliquandiu non persequeretur, & plures ex plebe ira ac invidia velut sacrorum suorum violatores insectarentur, consilioque communi perimere gestirent; sed & in seris eorum posteris aliquam multi hujus farinæ homines, non tam convertendi, quam cogendi, non occurrerent *δ*.

XLV.

Bonifacii Germanorum Apostoli.

Mira sane sunt, quæ Alemanni una cum vicinis nationibus in sequenti etiam seculo *Wunefrido* Episcopo, *Bonifacio* alias, & Germanorum Apostolo dicto, facessere negotia. Paucis omnino mite erat ac tractabile ingenium, & quod

α. Vide præfamen ad Legem Alemannicam uti & Præfationem Vadiani in libros de Collegiis & Monasteriis Germaniæ apud Goldastum Tom. III. Scriptorum Alemannic. β. Rhenanus l. c. p. 162. γ. Conf. capp. VI. priora in vitis S. S. Galli & Columbani, a Walafr. Strabone collectis, apud Gold. Tom. I. Scriptorum rerum Alemannicarum. δ. Ibidem.

Digitized by Google

& quod *Notkerus*, monachus, *Caroli* Magni adhuc & *Ludovici* Jmpp. ætate, de ora Bodamici lacus & Alemannia cis-Rhenana queri neceſſum habuit α. *ſtoli, ita ſcripſerunt.*

Dura viris & DURA FIDE duriſſima gleba.

illud *Bonifacii* ævo, & ſub initia ſeculi octavi undiquaque per Provincias obtinuiſſe videtur.

XLVI.

Inprimis autem altas in gente radices egere actiones quædam gentiles & ritus idololatrici: ut erant ſortilegia, aruſpicia, phylacteria, fontium auguria, divinationes dæmonum, incantationes, præſtigiæ, ſacrificia mortuorum, ſive locorum, aliaque nefanda ſacrilegia, ut Otho β. ea recenſet, & numerantur in epiſtola quadam Gregorii P. R. ad Bonifacium, quam totam fere antiquitatibus ſuis Gentiliſmi Thuringici inſeruit γ. B. Sagittarius noſter; quæ difficulter admodum ex animis Barbarorum evulſa. Hinc anxii *Bonifacii* labores, & literæ ad Papam, queis duram Germanorum, ac ſeorſim quoque Alemannorum cervicem accuſavit. Illa autem Gentium conſuetudo ſingulariter hic notanda venit, qua *diem*, ut loquitur Tacitus, *noctemque continuare potando non erat probrum.* Hanc autem ſtatis temporibus ac ſub Calendas quoque Januarias obſervaſſe, ex jam producenda *Bonifacii* Epiſtola ad Zachariam Pontificem patebit. Non poſſumus autem, quin prius, quod docte admodum in hunc morem commentatus eſt Beatus Rhenanus, δ. hic inſeramus. *Hinc*, ſcribit, *quibusdam adhuc feſtis diebus apud nos a nocte cognomentum, ut eſt ille ſub Kalendæ Januarias, quo juxta ritum Chriſtianum Servatoris noſtri natalem celebramus, antiquo vocabulo, & haud dubie EX ETHNICORUM OBSERVATIONIBUS relicto, VUIN-HACHT appellatus, à vino videlicet, conviviisque.* *Vitia Germanorum.*

XLVII.

Reprehendit autem *Bonifacius* ſive ſimulatos Chriſtianos, ſive gentiles, uti propter alias paganias, ſic tum præ reliquis propter barbaras ac ſuperſtitioſas commeſſationes. Prætexerant autem iſti, eosdem eſſe Chriſtianorum mores, & Romæ circa templum D. Petri quotannis obſervari. Literæ, quibus ad Pontificem hanc cauſam detulit *Bonifacius*, ita habent: *Quapropter, Paternitas veſtra hujus rei veritatem indicare non dedignetur, ut Eccleſiæ ſacerdotibus, vel populo Chriſtiano inde ſcandala & ſchiſmata, vel novi errores non oriantur, & concreſcant: quia carnales homines, rudiores Alemanni vel Bajoarii, vel Franci, ſi juxta Romanam urbem aliquid facere viderint ex hiſ peccatis, quæ nos prohibemus, licitum & conceſſum a ſacerdotibus eſſe putant, & nobis impropertum deputant, ſibi ſcandalum vitæ accipiunt. Sicut affirmant, ſe vidiſſe annis ſingulis in Romana urbe, & juxta Eccleſiam in die ac nocte, quando Kal. Januarii intrant, paganorum conſuetudine ducere choros per plateas & acclamationes ritu gentilium & cantationes ſacrilegas celebrare: & menſas illa die vel nocte dapibus onerare, & nullum de domo ſua vel lignum, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino ſuo præſtare velle. Dicunt quoque,* *Germanorum commeſſantium miſerrimi prætextus.*

α. *Joh. Stumpf. Chronic. Helvet. lib. V. c. IV.* β. *in hiſtoria vita Bonifacii lib. I. c. XXVIII.* γ. *cap. III. n. IV.* δ. *lib. I. rerum Germanic. p. 5. ſeq.*

que, se vidisse ibi mulieres pagano ritu phylacteria & ligaturas & in brachiis & in crure ligatas habere, & publice ad vendendum venales ad comparandum aliis offerre. Quæ omnia eo, quod ibi a carnalibus & insipientibus videntur, nobis hoc & improperium & impedimentum prædicationis & doctrinæ perficiuntur. Nec negavit Pontifex, cum ad literas Bonifacii referiberet, majorum hos mores aliquandiu â Romanis fuisse retentos: sanctè tamen est testatus, prædecessorem suum Gregorium III. eos, veluti *detestabiles & pernicioſos, abolui ſſe, ac ſe ipſum denuo per inſtigationem diaboli pullulaſcentes a die, qua ipſum divina clementia juſſerit Apoſtoli vices agere, amputaſſe; indeque non eſſe, cur ſeſe excuſent Germani, eadem ſcelera patrantes.* Et vider potest Zacharias anno 743. in Synodo Romana denuo ab istis cavisse, cujus aliquod est decretum: *ut nullus Calendas Januarias, & Bromæ colere præſumſerit, aut menſam cum dapibus in domibus præparare, aut per vicos & plateas cantationes & choros ducere, quod maxima iniquitas coram Deo, anathema ſit.* α.

XLVIII.

Craſſiores Gentiliſmi in Suevia abolitio.

Tandem divini Numinis gratia feliciter singulis idolomaniis Suevicis, eodem anno 743. in Synodo Liptinensi, cui ipse intererat Bonifacius, a Carolomanno Rege obicem positam crediderim. Universale enim extat decretum, *β. ut, qui paganas obſervationes in quadam re fecerit, multetur & damnetur quindecim ſolidis*: cautela etiam est addita, *ne quis manecipia Chriſtiana paganis tradat*; de qua quorundam impietate pluribus in Ep. ad Gregorium jam anno 731. est conquestus Bonifacius. Caterum, quæ in postetis plures boni legerunt gentilismi vestigia & errores, præsertim famosæ illæ aquæ, ignis, ferri, cerei & aliarum rerum Benedictiones, quas ex primitivis Alemanniæ Ecclesiis servavit Goldastus, γ. non tam vulgi pertinaciæ, quam Doctorum, & ipsius Pontificis Romani, sive negligentiæ, sive malitiæ una cum aliis acceptæ sunt ferendæ; id quod, si Deo ita visum fuerit, pluribus in Suevia Christiana ostendemus. TANTUM!

Hæc sunt, quæ Doctissimus *Dn. Mellinus* de Suevia Gentili uberius, de Suevia autem Christiana aliquantum parcius commentatus est. Utinam quæ de orginibus Christianismi in Suevia elaborare incepit, ad finem perduceret, & cum orbe literato benevolè communicaret. Mellea sine dubio Mellinus, Antiquitatum Suevicarum peritissimus, communi nostræ Patriæ Christissimæ SUEVIÆ propinaret. Interim Viro optimo non molestum erit, suum in Suevia & Wittenbergia Sacra Clarissimum Nomen cum debitis laudibus signatum videre.

De cætero supersunt inter nos tristia Gentilismi monumenta tùm viva, tùm lapidea, hæc recensuit Author quidam Anonymus idiomate Germanico sequentem in modum:

Die

α. *Vid Baron. ad A. 743. no. 20.* β. *B. Sagittar. l. c. c.* III. γ. *T.* II. *Script. R. A.*

Die alte Heydnische Schrifften und Bilder / so jetzo unter dem grossen Lust-Hauß zu Stuttgardt zusehen seynd.

M. Simon Studion beschreibt die Alten Heidnische Monumenta in Würtemberg.

SInd alle in Wirtenberg gefunden / meistens von M. Simon Studion einem Schulmeister zu Marpach mit grossem Fleiß auffgesucht / Herrn Hertzog Ludwig ums Jahr Christi 1538. angezeigt / beschrieben / nach Stuttgart geführt / und in die vier Thürn an dem grossen Lust-Hauß / gesetzt worden. Weilen sie aber an diesen Thürnen gantz verborgen / und vergeblich gestanden / sind sie 1691. herauß gethan / und unten her an die Fenster dieses Fürstlichen Lust-Hauses gesetzt worden / damit sie desto kämmtlicher seyen / und jedermann sie lesen und betrachten könne / als Zeichen der alten Innwohner im Würtenberger Land / ihrer Sitten und Gottes-Diensts.

Der I. Stein.

Heydnischer Götzen Altar.

JSt ein Altar / mit seinen Haupt- und Fuß-Gesimsen einem Feuer-Kessel / und neben ligenden Waltzen gezieret / und zugleich ein Grentz-Stein der alten Römer / wie weit sie in Teutschland damals eingedrungen / die Grantzen ihres Reichs gesetzet / und mit verschiedenen Besatz Stätten und Vesten verwahret / deßhalben vor andern der vornehmste und hoch zu halten.

bey Binningen gefunden.

Dieser ist gefunden worden / Anno 1583. bey Binningen einem Dorff / jenseits Marpach unter dem zackern an einem Ort / wo man hernach Ann. 1597. auff Befehl Herrn Hertzog Fridrichs / die Mauren einer Römischen Vestung / oder Burg / Castri Prætorii, darinnen der Gubernator, oder General, Besatzung und Hof gehalten / mit seiner Wasserleitung / Ziternen / Vermauren und dergleichen Anzeigungen hervor gegraben / und in Grund gelegt. Daher gedachter Hertzog bewogen worden / daß er solchen Stein mit einem schönen Postement wieder an seinen alten Ort auffgerichtet / und etliche Verß darunter verzeichnen lassen.

Die Schrifft deß Steins lautet also.

Alte Uberschrifft.

CAMPESTRIBUS.
SACRUM.
P. QUINTIUS. L. FIL.
QUIR. TERMINUS
DOMO. SICCA.
VENERIA. TRIB.
COH. XXIV. VOL. C.F.

Und ist der Verstand davon / daß zu Ehren den Feld-Göttern / oder Göttinnen / oder auch den Kriegs-Göttern / Publius Quintius Lucii Sohn gebürtig von Sicca Veneria, einer Stadt in Africa, ein Oberster von der XXIV. sten Cohorte, oder Bataillon, Freywilliger Knechte / welche bestanden von 420. biß 5. 600. und 1000. Mann / sonderlich

zur Zeit deß Kayſers Probi, als Gubernator dieſer neuen Teutſchen Provintz am Neckar dieſen Stein für einen Grentz-Stein deß Römiſchen Reichs ſetzen laſſen/ welches auß den beeden Worten QUIR. TERMINUS, das iſt Quirium, oder der Römer Grentz-Stein/ abzunehmen. Wobey zu wiſſen/ daß eine Römiſche Legio von Anfang 4200. Fuß-Knecht biß in 6000. zuletzt beſtanden/ und zehen Cohortes unter ſich gehabt/ über welche ſechs Tribuni geſetzt worden/ alſo ein jeder Tribunus eine Bataillon unter ſich gehabt/ eine Legion aber nicht nur für ein Regiment/ ſondern für eine Brigade kan gerechnet werden/ welche etliche Regimenter unter ſich hat.

Deß Poſtements Verſe lauten auff Latiniſch.

Neue Uberſchrifft.

UT. DE. ROMANIS. ALEMANNAS. FINIBUS. ORAS.
DIVIDEREM. FUERAM. TERMINUS. IMPERII.
NAM. ME. GERMANIS. CÆSAR. PROBUS. INDE. REMOTIS.
JUSSIT. IN. HOC. STATUI. RURE. JUGISQUE. NICRI.
ME. REPERIT. VOMIS. SED. IN. HOC. ME. MARMORE. FISTIT.
WIRTENBERGIACI. DUX. FRIDERICUS. AGRI.
HIC. STETIT. URBS. CASTRIS. MUNITA. VENERIA. MILES.
TEUTONUS. HANC. ET. REX. ATTILA. STRAVIT. HUMI.

Welches Teutſch kan geben werden.

Ich wurde für den Grentz- und Bann-Stein auffgeſtellt/
Daß ich der Römer-Reich abtheilt vom Teutſchen Land/
Durch Käyſer Probus hier an dieſem Necker-Strand/
Wo er die Teutſchen weg verjaget und gefället.
Herr Hertzog Friedrich hat mich wieder auffgerichtet/
Als ich durch pflügen ward geriſſen auß dem Grund/
Wo vor Veneria die Stadt und Veſtung ſtund/
Vom König Hetzeln und den Teutſchen gantz vernichtet.

Auß welchen Geſchicht-Schreibern dieſer Herr verſichert geweſen/ daß allhier die Beſetzſtatt und Veſtung Veneria geſtanden und geheiſſen/ auch Binningen ihren Nahmen davon/ gleichſam Veneringen bekommen/ iſt zweifelhafftig. Vermuthlich mag es deß Studionis Meynung und ſeine Verſe geweſen ſeyn/ welcher das Alter deß Steins auffs Jahr Chriſti 280. ſetzet/ und die Verſtörung vom Attila auffs Jahr 451. gleichwol nicht gar ohne Grund/ weil Käyſer Probus nur fünff Jahr regieret/ 70. Städte eingenommen/ 40000. Teutſche erleget/ 9. Könige zu ſeinen Füſſen liegen ſehen/ Teutſchland zu einer Provintz machen wollen/ deßwegen zu Rom im Triumph eingezogen/ und Anno 282. umkommen.

Die zwo Zeilen am unterſten Fuß-Geſimß:

TERMINUS. HIC. ROM. IMP. INSCRIPTIONE. SUPPEDANEA.
STUTGARDIAM. BINNINGA. TRANSLATUS. ET. ERECTUS. EST. HEIC.

zeigen an/ daß der obere alte Grentz-Stein von Binningen (welches Veneria ſoll geweſen

sen seyn) hieher nach Stuttgardt gebracht/ und mit deß Postements nachgemachter Schrifft auffgesetzet worden/ im Jahr Christi 1692.

Von dieser XXIV. sten Cohorte, oder 24. ten Bataillon, finden sich zwey Stein (neben etlich andern) zu Murhart/ zwo Meilen von Marpach/ deren einen mit folgender Inscription.

S. I. M.
SEX. JULIUS. D.F. HOR. FLORUS, VICTORINUS.
TRIBUNUS. COH. XXIV. V. C. R. TEMP. A. SOLO.
RESTITUTO. VOTUM. PRO. SE. AC. SUIS. COLUIT.

Ein Oberster nach dem er für sich und die Seinigen einen Tempel von Grund auff wieder auffgebauet:

Den andern ASSON. JUSTUS MIL. COH. XXIV. VOL. hat ein Soldat auffgerichtet. Welche Gedancken machen/ daß diese Bataillon/ oder Völcker/ von derselben nicht nur zu Binningen bey Marpach/ sondern auch zu Murhart gelegen. Ob aber dieser Victorinus und P. Quintius von einerley Authorität/ oder welcher älter gewesen/ ist nicht wol zu entscheiden. Victorinus muß eben so wol ein grosser Capitain oder Mann gewesen seyn/ weil er einen Tempel von Grund auff wieder auffgerichtet. Und ob wol dessen Anzeigungen nicht mehr zu finden/ oder bißher nicht auffgesucht worden/ so ist doch zu glauben/ daß auch allda/ gleichwie zu Binningen eine Burg/ oder Vestung/ gewesen/ auß dessen Steinen vielleicht/ daß bey Murhart annoch merckſame Hunenburg/ vor oder nach Verstörung deß Attila und der Hunnen gebauet worden/ welches Käyser Ludovicus Pius Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXVII. CASTRUM. NOSTRAE PROPRIETATIS. sein eigenthumliches Schloß nennet.

Der II. Stein.

Noch ein Heidnischer Götzen-Altar bey Cantstatt gefunden. Dessen Inscription.

IST bey Cantstatt gefunden/ von Andrea Rittelio Antiquario und Registratore deß Fürstlichen Archivs, in seine Garten-Maur eingemacht/ und endlich hieher gebracht worden/ ist ein Altar/ darauff ein Feuer-Heerd/ oder Kessel/ mit folgender Uberschrifft.

IN. H. D D.
BIVIIS. TRIVIIS. Q.
ADRIVIIS. SATTO
NIUS. JUVENILIS
B. F. COS. PRO. SA
LUTE SUA ET SUO
RUM. POSUIT. V. S.
LLM ID DEC. CRR.

Die bedeutet/ daß Sattonius Juvenilis Beneficiarius Consulis eines Burgermeisters Favorit, oder Leh-Mann/ diesen Stein gesetzet hat zu Ehren den Weg-Göttern an den

Creutz-Wegen/ da zwey/ drey und vier Straſſen zuſammen gehn/ für ſein und der ſeinigen Geſundheit/ oder Wolfahrt/ wegen eines Gelübdes/ willig und ſchuldiger Maſſen: Voto Soluto Libens Lubens Merito, den dreyzehenden Chriſtmonat. In welchem Jahr aber/ iſt nicht genennt/ oder bekannt/ weil die letzten Buchſtaben ſcheinen zu ſein/ C.R.V. aber keinen Verſtand und Nachricht geben.

Auſlegung dieſer Inſcription.

Sonſt ſind von den erſten Buchſtaben I.N. H. D. D. verſchiedene Meinungen der Gelehrten/ in dem etliche leſen In Honorem Dedicavit. das iſt/ zu Ehren gewidmet/ andere In Honorem Domus Divinæ: das iſt/ zu Ehren deß Göttlichen Hauſes/ verſtehe deß Kayſerlichen/ welches auch DOMUS AUGUSTA genennt worden/ wie die Römer ihren Kayſern tapffer geſchwänzet/ ſie bey Lebzeiten Göttlich verehret/ und nach dem Tod gar vergöttert. Und iſt die Urſach ſolcher Widmung/ ſo dieſen Straſſen-Göttern geſchehen/ leicht abzunehmen/ indem zu Cantſtatt eine Land-Straſſe auff Heylbronn/ Heydelberg/ und Franckfurth/ eine auff Eßlingen/ Göppingen/ und Ulm/ eine auff Waiblingen/ Schorndorff/ ins Halliſche Land und Rieß/ und eine auff Stuttgardt/ Calw und Straßburg/ neben dem Zoll geht/ auch ein Poſt-Statt wie itzo/ alſo vor dieſem geweſen ſeyn muß/ ſo wol daß Reich hinab/ als hinauff. Dann die Römer haben eben ſo wol ihre unterlegte Poſten gehalten/ erſtlich mit jungen Soldaten zu Fuß/ hernach mit Wagen/ oder Fuhren/ auch mit Pferden/ wie das genugſam bey den Geſchicht-Schreibern zu erlernen.

Der III. Stein.

Junonis,

ISt im Kloſter Maulbronn an der Kirch-Mauer geſtanden/ und hieher geführet worden/ hat vier faſt gantz unverbrochene Bilder. Das erſte iſt Juno mit einem langen Rock und Haupt-Schleyer/ an deren Achſel der Pfau ſtehet/ hält in der rechten Hand eine Schaal/ das Rauchwerck auff dem dabeyſtehenden Altärlein zu opfern/ und in der lincken Hand ein Kiſtlein/ darinn das Rauchwerck zu behalten.

Palladis,

Das andre iſt die Pallas mit einem geſiderten Helm/ Schild/ Spieß und Nacht-Eul/ die zwar etwas unerkäntlich.

Apollinis und Herculis

Das dritte der halbnackete Apollo mit ſeiner Harpffe und einem Löwen.

Das vierte der Hercules mit der Keule/ Löwen-Haut und Becher/ darinn drey Aepffel liegen/ ſo er auß dem Heſperiſchen Garten geraubet.

Götzen-Bilder/ waren ehmal im Kloſter Maulbronn an der Kirch-Mauren.

Dieſer viereckete Stein kan wol ein Altar geweſen ſeyn/ ob ſich wol der Feuer-Keſſel nicht daran weiſet/ weil die ober und untere Leiſten abgehauen/ und er für einen Fuß/ oder Poſten ent, gebraucht worden/ eine Schaal darauff zu ſetzen/ darauß Waſſer/ ſo durch das mitten hinab gemachte Loch und durch-geführten Teuchel geleitet worden/ geſprungen/ wie gleichen Löcher/ zu eben dieſem Gebrauch in andern mehr Steinen/ als im VIII. XIII. und XVII. werden zu ſehen ſeyn.

Digitized by Google

Der IV. Stein.

Fortunæ Götzen-Altar.

IST ein Altar mit seinem Feuer-Kessel / welchen dem sogenanden Heiligen Glück Juvencius Justinus für sein und der seinigen Wolfahrt auffgerichtet hat / mit der Schrifft.

dessen Inscription.

FORTUNÆ
SANCTAE
JUVENCIUS
JUSTINS
PRO SA
LUTE SUA
ET SUORUM
P.

Wo er gefunden und außgegraben worden / ist nicht bekant / noch auch wer dieser Mann gewesen sey. Es kan aber zu diesem Stein nicht unfüglich gezogen werden / die bey nachfolgendem Vten Stein angezogene Schrifft / so in Bromberg gefunden worden.

Der V. Stein.

Götzen-Stein. Vulcani.

IST in einem alten Keller / deß Dorffs Binningen / nechst an der Kirch / Anno 1538. so über dem Neckar gegen Marpach gelegen / gefunden / dessen Schrifft.

IN. H. D. D.
VOLKANo
SACRUM
VICANI
MURREN
SES. V. S. L. M.

Nempe ita ſapientiſſimo DEI Conſilio factum fuiſſe credimus, ut, cùm Imperium Romanum ſub Valente Cæſare, Vandalis, Gothis, Longobardis, Hunnis & aliis Barbaris ſe commoventibus, ad interitum fere inclinaret, ECCLESIA viciſſim magnis adeò Theologis floreret, quos omnes Paulus Diaconus virtutibus & Doctrinâ ubique radiaſſe commemorat. Matrem habuit AUGUSTINUS, eximiæ Virtutis Fœminam, MONICAM illam, Sexus ſui Decus & veram Pietatis IDEAM. Sanctæ huic Matronæ hæc inprimis cura animo ſedebat, ut tenerâ adhuc ætate AUGUSTINUS Filius Religionis Chriſtianæ ſaluberrimam Doctrinam addiſceret. Pater autem AUGUSTINI longè alius, eâ pietatis & amoris Divini flammâ non urebatur; ſed Filium hunc ſuum ad honores provehere, ad dignitates promovere unice intendit. Itaque id egit, ut Filius Viri docti famam conſequi, & in hoc Theatro Mundi perſonam ſuam rite agere poſſet, parum de ſanctiori vitâ, Filio inculcandâ, ſolicitus. Factum hinc eſt, ut AUGUSTINUS profanis ſcientiis ſe dederet totum & Diviniſſimis Scripturæ Sacræ Oraculis inſuper habitis ad impia Manichæorum Dogmata deflecteret. Anno demum trigeſimo ſecundo ætatis ſuæ ad meliorem mentem rediit, commotus S. Ambroſii, Mediolanenſium Præſulis, Oratione. Nec enim perire potuit Filius tot precum & lacrymarum, quas largiſſime pro AUGUSTINO effuderat Mater MONICA. Ejus etiam converſionem non promovit ſaltem, ſed perfecit diligens Epiſtolarum Divi Pauli Lectio. Sic demùm indagandæ veritati ſeriò ſe applicuit AUGUSTINUS, animum præparans ad Sactum Baptiſmum, quem, more tùm Chriſtianis uſitato, Paſchatis Feſto accepit. Abdicatâ penitus Rhetoris profeſſione, crebris jejuniis, precibus, cæterisque id genus piis operibus ſe exercuit, adjungens hiſce omnibus noctu diuque attentam & devotam Legis Divinæ meditationem. Tantam autem habuit AUGUSTINUS pietatis famam, ut, qui vitam vellent piam et ad normam Verbi Divini compoſitam amplecti, Ejus conſiliis auſpiciisque rem tantam ſuſcipiendam purarent. Sane cum ab Eccleſia Hipponenſi in Presbyterum primo, mox in Epiſcopum eligeretur AUGUSTINUS, nihil tale cogitans, in ſolitudinem ſe ſtatim recepit, præparaturus ſe hoc modo ad graviſſimum Munus, quod Ipſi erat impoſitum: & ſic præclariſſimo hoc ſuo exemplo docuit omnes, qui ad Eccleſiæ Miniſterium adſpirant, non cæco impetu ruendum eſſe ad graviſſimum hoc munus, ipſis etiam Angelicis humeris tremendum. De cætero, quæ Laudes AUGUSTINI? quæ Vitæ Sanctitas? quæ morum puritas & lenitas? quanta VIRI, dùm viveret, fama & admiratio fuerit? quanta cum Pelagianis & Donatiſtis certamina habuerit? præterquam quod ex noſtri inſtituti, ordinisque, quem nobis propoſuimus, legibus non teneamur, tam late patentem laudum campum ingredi, ſatis eſt, AUGUSTINI nomen præmiſiſſe, præ quo langueat omne aliud encomium, diminuatque magnam illam opinionem, quam audito AUGUSTINI nomine quilibet ſtatim animo concipit. Dicat pro me Cornelius JANSENIUS, Ep. Iprenſis celeberrimus, qui tanto in pretio habuit AUGUSTINUM & Ejus ſcripta, ut familiaribus ſuis quandoque faſſus fuerit, ſe decies & amplius univerſa opera AUGUSTINI

Mater AUGUSTINI pia.

Pater profanus.

Auguſtinus vitia Juventutis emendat.

Fit ex Preſbytero Epiſcopus.

Corn. JANSENIUS magno in

 attentione

pratio habet Auguſtinum. attentione acri, annotatione diligenti, libros verò contra Pelagianos facile trigeſies a capite ad calcem evolviſſe. Patres cæteros utiles eſſe, ſed AUGUSTINUM neceſſarium, imò unum pro omni materiâ Theologicâ ſufficere ajebat. Ubertatem enim ejus, & fœcundum illud pectus cum ſtupore admirabatur. Nullum aut Ariſtotelis, aut Archimedis, aut cujuscunque ſub Cœlo ingenium dicebat æquale AUGUSTINO, & tale a DEO factum, ut Eccleſia haberet, quem ſubtiliſſimæ omnium Pelagianæ hæreſi opponeret, cui ullum cæterorum Sanctorum Patrum negabat fuiſſe parem. Non ſemel dixiſſe fertur Janſenius: Vitam ſibi jucundiſſimam fore, ſi in Inſulâ aliquâ, aut cauto Oceani extra omne humanum conſortium cum ſolo ſuo AUGUSTINO deponeretur. Breviter, poſt DEUM & Scripturam Sacram in deliciis ei erat AUGUSTINUS. Statim enim advertit Janſenius, plurimos Scholaſticos in materiâ illâ capitali de Gratia & libero arbitrio longè abire non ſaltem a Scripturâ Sacrâ, ſed & ab ipſa AUGUSTINI mente. Hinc crevit cum ætate amor, id certius noſcitandi, nec ab eo tempore ad finem vitæ omiſit hanc curam, & aſſiduam AUGUSTINI Lectionem.

Etiam LUTHERUS præclarè ſentit de Auguſtino. Ipſe Megalander LUTHERUS, Monachus quondam AUGUSTINIANUS, AUGUSTINUM præ aliis, ante & poſt Reformationem, in pretio habuit, & illum contra Pontificios ſæpius pro cauſa ſua allegavit, imò contra ERASMUM, qui primò non magnificè ſentiebat de AUGUSTINO, vindicavit. Nec dubitavit Lutherus, ipſum AUGUSTINUM in Scripturæ Sacræ explanatione ipſi Hieronymo præferre. Sanè ad amicum quendam, notante Seckendorffio, ita ſcripſit: Theologia noſtra & S. AUGUSTINUS proſperè procedunt, & regnant in noſtra Univerſitate, Ariſtoteles deſcendit paulatim, inclinatus ad ruinam prope futuram ſempiternam.

Judicium Chemnitii de Auguſtino. Sed audite etiam magnum noſtrum CHEMNITIUM, de AUGUSTINO in Oratione, quomodo Patres legi debeant, ita diſſerentem: AUGUSTINO omnium eruditorum judicio conceditur Palma, quia magis propriè & commodè veram Eccleſiæ ſententiam proponit & explicat, quam reliqui Patres, qui nondum motis diſputationibus ſecurius locuti ſunt ſæpius, ut ipſe AUGUSTINUS dicit, & propterea etiam conatus eſt, multa antiquorum incommodius dicta interpretatione commodâ corrigere. Et dignum eſt obſervatione, quod ante AUGUSTINI tempora nimium tribuebatur autoritati Patrum. Hinc cùm Hæretici ſuos errores ſine Scriptura tantum ex patrum interpretatione & incommodè dictis vellent ſtabilire, adegerunt ſanè AUGUSTINUM, ut ſæpe in ſuis libris repeteret illud axioma, quod omninò neceſſarium eſt in Eccleſia, nempe ex ſolis libris Canonicis probandos eſſe Articulos fidei, reliquorum verò ſcripta ita legenda, ut liceat in illis improbare, quæ cum Veritate Canonicâ non congruunt.

Talis tantusque fuit AUGUSTINUS, qui expletis ſeptuaginta & ſex vitæ ſuæ annis paulò ante obſidionem & interitum Urbis Hipponenſis calamitatibus humanis ereptus, beata morte ad CHRISTUM perrexit, VIR omni noſtra laude major & veneratione, non qualem Pontifex Romanus, ſed Paulus, Doctorum noſtrorum memoriam commendans, præſcribit, omninò digniſſimus. Cum

Hebr. 13. 17.

Scopus Anniversariæ Festi instituti in honorem Augustini.

Eum in finem convenimus AUDITORES, incidit enim in hunc ipsum DIEM solennis memoria & illa quidem anniversaria D. AUGUSTINI, ejusque festivitatem, sive natalem, sive nominalem, sive, quod verosimilius est, emortualem publicâ hodie solennitate & piâ devotione celebrat Alma nostra EBERHARDINA & in hac VEN. FACULTAS Theologica: non quod jam dictum est, ritu Papistico, sed Christiano, qualem Paulus demandat ita scribens: Memores estote Ductorum & Doctorum vestrorum, qui locuti sunt vobis sermonem Dei: quorum imitamini fidem, contemplantes, quis fuerit exitus conversationis ipsorum.

Cum itaque festivus hic DIES pro more hactenus recepto solenni aliquâ Oratione condecoratus fuerit, SPARTAM hanc, humeris meis equidem imparem, auctoritate & jussu Ven. Facultatis Theologicæ in me recepi, dicturus de ORIGINE, PROGRESSU, & CELEBRITATE Illustris Stipendii Theologici, MONASTERII quondam AUGUSTINIANI, per aliqua jam secula inter nos celeberrimi.

Favete, Auditores, meo instituto, &, dùm ultimâ hac Pietate Matrem ACADEMIAM & in hac nobilissimum Ecclesiæ Patriæ SEMINARIUM discedens hinc, veneror, dicturo de re gravissimâ æquis animis & auribus adeste.

EBERHARDUS primus Dux Wirtenb. Fundator Monasterii Augustiniani Tubingensis, quod postea dictum est Stipendium Theologic.

Magna fuit quondam gloria Principis EBERHARDI, primi Wirtenbergiæ Ducis, quem BARBATUM vulgò, rectius PROBUM nominamus.

Ille BONARUM Artium Patronus, ille PATER fuit Sapientiæ. Docuit hoc satis fundatio nostræ Academiæ, quam FONTEM SAPIENTIÆ esse voluit.

Docuit hoc erectio NOBILIS istius SEMINARII, in vicinâ SYLVA FAGORUM exstructi, postea a Ludovico PIO, Duce Wirtenbergiæ, Tubingam in Illustre Collegium translati. Denique hoc docuit Monasterii, quod laudamus, AUGUSTINIANI, Stipendii nostri Theologici, per injuriam temporum devastati, suscepta per EBERHARDUM restauratio. Nimirum laudatissimus Princeps post iniquè combustum Ioannem Hussum & Hieron. Pragensem satis agnovit, imminere gravem & notabilem Ecclesiæ revolutionem. Ipse etiam cum ROMÆ esset, laxatam & luxatam undique disciplinam Ecclesiasticam observans & fracturis SOLYMÆ Mysticæ, id est, vulneribus Ecclesiæ graviter ingemiscens Reformationem in capite & membris, in doctrina & moribus piè optavit, & eò usque, donec talis eveniat, vivere desideravit. Imò non satis fuit EBERHARDO optasse correctionem, sed Ipse eam in his terris suis ursit & promovit. Nam Parthenonem Gratiæ-Cellensem nimia licentiâ Monialium diffluentem, ut & Cœnobium Monialium Kircheimense, Pfullingense & ipsum nostrum Monasterium Augustinianum in melius aliquantùm pro Religione istius Seculi reformavit. Quo præterea animo fuerit in Salvatorem unicum J. C. videmus ex statua, quæ in Cœnaculo Stipendii sistit EBERHARDUM, flexis genibus Christum Dominum hoc suspitio venerantem: O JESU, Fili DEI, miserere mei. Sistitur etiam in eadem Statuâ D. AUGUSTINUS, EBERHARDUM Christo quasi commendans, utpote vocatus in auxilium ab Eberhardo exclamante: Ora pro me

EBERHARDUS Dux optat Reformationem Ecclesiasticam.

DOMINE S. AUGUSTINE! Unde equidem videmus, Auditores, nondum ex omnibus tenebris Papalibus emersisse Principem Optimum, cum opem adhuc imploraverit hominis, quam a Solo Deo petere debuisset. Sed quis de Eberhardi Pietate planè dubitaret? qui subinde vitam eò usque prorogari sibi exoptavit, dum Concilium Universale ad impetrandam istam, quam dixi, Reformationem Ecclesiæ, fieret. Subit nos mirari, quod in tantis tenebris Solem Iustitiæ Christum Salvatorem videre potuit EBERHARDUS, qui sine dubio solidam e verbo DEI Informationem non respuisset, modo eam tùm temporis habere potuisset.

Monasterium ergò nostrum, cujus primum fundatorem ignoramus, sub EBERHARDO insigniter crevit, & profecit. Equidem Academia hæc nostra tùm adhuc recens, libenter conventum Prædicatorum, sive Monachos Dominicanos, eruditione celebres juxta se habuisset, optavitque, ut docti Patres in hoc nostrum Monasterium mitterentur, & Studiosi Sacrarum Literarum per eos instruerentur. Ideo Princeps EBERHARDUS Provincialem hujus Ordinis & Vicarium cum Patribus quibusdam convocavit, sicque de erigendo Cœnobio Prædicatorum & de Augustinianis Monachis, qui Eremitæ S. AUGUSTINI vocabantur, nec admodum docti erant, in Eremum *Gnadenzell* transmittendis consultavit, in quorum locum Prædicatores, sive *Dominicanos*, immittere *Augustinianos* huic Monasterio nostro animus fuit EBERHARDO. Consilium autem hoc non successit, quia non videbantur AUGUSTINIANI expellendi, quos deinde EBERHARDUS aliter formare studuit, & in gratiam horum ipsum Cœnobium hoc ex fundamentis denuò & amplius restaurari fecit, anno supra millesimum, quadringentesimum, nonagesimo. Quo tempore cùm Universitas Studiorum Tubingensis Lectoria, seu Auditoria, pro singulis Facultatibus in locis aptioribus nondum haberet, ipsi *Augustiniani* Monachi actibus Scholasticis Theologicæ Facultatis locum inter se ad Orient. plagam pro Auditorio concesserunt.

Hæc erant initia Monasterii nostri AUGUSTINIANI, tùm quidem non adeò AUGUSTI, sed fœdis admodum erroribus Papisticis inquinati, & AUGUSTA Evangelii luce infeliciter privati, verùm absit, ut primævam hanc fundationem acerbè nimis impugnemus, aut lacessamus, gratias potius agamus DEO, quod impletum mox fuit EBERHARDI, pii Principis, Votum, Reformationem Ecclesiæ serió optantis. Anno enim ab excessu EBERHARDI vigesimo primo respirare cœpit Ecclesia, liberata a jugo Papali magis quam Tyrannico per Ministerium LUTHERI, nundinationes primò Papales impugnantis, mox ipsum COR & Pontificis Romani jugulum petentis. Erat quidem tùm Status Ecclesiæ & Reipublicæ Wirtenbergicæ miserrimus.

Ulricus enim Dux (post cædem Huttenii & expugnatam Reutlingam) a fœdere Suevico territs & ditionibus suis exutus, per quindecim annos sedibus incertis extra Ducatum vagari debuit. Durum hoc fuit Optimi Principis exilium & acerbum satis; sed ita factum est singulari nutu Dei, ut Princeps Exul, omni humano auxilio destitutus, Divinum anhelaret, & ad cognitionem Veritatis Evangelicæ perveniret. Inprimis profuit ULRICO Duci pia conversatio cum JOANNE FRIDERICO, Electore Saxoniæ, Ejusque Theologis instituta de rebus Fidei disquisitio. Hausit etiam doctrinam puriorem in Aula

Philippi

Philippi, Haſſiæ Landgravii, Principis pii, fortis & Magnanimi. Felix tandem fuit exilium Ulrici Ducis, quo Deum ſuum cœpit rectè agnoſcere. Felices & nos reddidit Exul Princeps, dùm Victor in Patriam reverſus OLEAM Pacis Divinæ, id eſt, Evangelium Wirtenbergiæ huic noſtræ inferret. Recuperato enim patrio Ducatu, omnes curas & cogitationes ad conſtituendam Eccleſiam, Academiam & Rempublicam contulit ULRICUS. Eccleſiam inprimis ad Auguſtanæ Confeſſionis normam direxit & conformavit, & ut Doctores, Paſtoresque haberet idoneos ac fideles, operam dedit. Tum, ut SEMINARIUM Eccleſiæ perpetuum extaret, ſubſidia certa, Theologiam diſcentibus deſtinavit, qui alumni, qui beneficiarii Principis eſſent, & ad uſus Eccleſiaſticos ſeſe inſtruerent ac præpararent. Hos in unis Ædibus habitare juſſit, ut non tam domiciliis, quàm mentibus conjuncti eſſe diſcerent. Sic ergò alteros ſuos quaſi Natales Stipendium noſtrum debet ULRICO, quem EJUS REFORMATOREM optimo jure dicere poſſumus. Uſus fuit ULRICUS in Reformatione Stipendii noſtraris & Eccleſiæ univerſæ Miniſterio Ioannis Brentii, Halâ Suevorum ad hoc negotium evocati, item operâ Erhardi Schnepffii, ex Craichgovia oriundi, & Ambroſii Blaureri Conſtantienſis, Theologorum omni laude majorum.

ULRICUS Dux REFORMATOR.

Prima Evangelica concio ab Ambroſio Blaurero Tubingæ habita fuit die 2. Dec. A. 1534. Stuttgardiæ autem miſſa abrogata fuit A. 1535. ipſo Feſto Purificationis Mariæ, & loco Miſſæ reſtituebatur verus & genuinus uſus S. Cœnæ, quam juxta mentem & inſtitutionem Jeſu Chriſti diſpenſare inceperant fideles Eccleſiæ Miniſtri, & Reformatio Eccleſiæ Patriæ fuit ſuſcepta, quam ULRICUS habitâ etiam Diætâ Ordinum Provincialium, ipſâ DOMINICA LÆTARE convocatorum, pio Zelo urſit.

Tum demùm Stipendium noſtrum cœpit eſſe verè AUGUSTINIANUM, verè AUGUSTUM, AUGUSTA Evangelii luce colluſtratum, adeò, ut in toto Orbe mox radiare inceperit. Longè alia Ejus facies erat in Papatu, ſiquidem fœdis Manichæorum erroribus, quibus laborabat etiam AUGUSTINUS, nondum converſus, inquinatum erat. Non enim difficile nobis eſt, Auditores, analogiam oſtendere inter Papismum & Manichæismum. Manichæi impugnabant Scripturas Veteris Teſtamenti. Sanè Pontificii non clandeſtini, ſed profeſſi ſunt hoſtes Verbi Divini, nec Vetus ſaltim Teſtamentum, verùm totum Codicem Sacræ Scripturæ e manibus Auditorum eripiunt. Manichæi, ut auctoritatem ſuæ hæreſi conciliarent, miracula jactarunt. Totus Papatus ſcatet Pſeudomiraculis. Manichæi utrumque Teſtamentum inter ſe pugnare, & Sacram Scripturam corruptam fuiſſe nugati ſunt. Idem Pontificii fingunt, ne S. Literarum teſtimoniis convinci queant. Manichæi nuptias, quaſi a Diabolo inſtitutas, damnarunt, eum, qui Uxorem duxerit, poſt mortem in aliud Corpus tranſire ſomniarunt. Pontificii non tantùm magnæ hominum parti, ſuis nempe Monachis, Monialibus & Sacerdotibus conjugio, quod tamen Sacramentum eſſe volunt, interdicunt, eâque unâ lege horrendis flammarum libidinibus & cædibus innumeris totum Chriſtianum Orbem impleverunt; ſed ipſi quoque ordini Conjugali iniqui ſunt, quod dictum Rom. 8. qui in Carne ſunt, Deo placere non poſſunt, ad conjugium detorquent,

Papiſta Manichæizant.

Digitized by Google

atque eos, qui in Conjugio vivunt, immundos, contaminatos & carnales esse scriptitant, qui nec Deo placere, nec deprecantes a Deo exaudiri possint. Manichæi etiam Magistratui infesti erant. Pontificum Romanorum tantus est fastus, ut abjectissime de Magistratu, ejusque officio sentiant. Sic enim Sylvester I. in Concilio Romano statuit: Nemo Clericus, vel Diaconus, aut Presbyter propter causam suam quamlibet intret in Curiam, quoniam omnis Curia cruor dicitur, & immolatio simulacrorum est. Manichæi putarunt, nefas esse animal occidere, & carne vesci, dicentes cum Pythagoræis ex Ovid. Libr. XV. Metamorph.

Heu quantum scelus est, in viscere viscera condi,
Alteriusque animantem animantis vivere letho!

Ita errant Pontificii, inprimis Monachi *Carthusiani*, qui in perpetua degunt carnis abstinentia, alii autem in quadragesimali carnis privio non solùm peculiarem aliquam sanctitatem, sed & satisfactionem pro suis & aliorum peccatis quærunt. *Cornelius a Lapide*, de carnis macerandæ causa a carnibus ipsos laudabiliter abstinere censet. At qualis hæc est maceratio a carnibus abstinere & vino se ingurgitare? Manichæi Deorum Deamumque nomina, ut Pagani invocarunt. Quid agunt Pontificii? Sanctos Sanctasque, Mariam inprimis, velut Numen quoddam præsentissimum colunt & venerantur. Manichæi carnibus & vino non utebantur quidem; sed aliis cibis longè præstantioribus & succis dulcissimis sese reficiebant. Carnem appellabant domum stercorum. Pontificii certis diebus a carnis esu abstinent, sed piscibus & aliis cibis exquisitissimis se satiant.

Luc. Osiand. Epit. Hist. Eccles. Cent. III. Libr. 4 c. 3. pag. 99. 100. Cent. V. Libr. 1. c. 35. p. 164.

Tristis Monasterii Augustiniani Tubingensis post mortem EBERHARDI BARBATI, Ducis Wirt. facies.

Hæc eum in finem adducuntur, AUDITORES, ut quam necessaria fuerit Reformatio nostri etiam MONASTERII quondam AUGUSTINIANI, istis erroribus inquinati, mecum agnoscatis. Mortuo enim Duce *EBERHARDO BARBATO*, Dotatore Monasterii nostri Augustinianis Munificentissimo, mirum in modum decrescere incepit Cœnobium hoc Augustinianum: Diminutæ sunt facultates, crevit Superstitio; Protrita & conculcata fuit a Monachis severior disciplina, contaminatus est denique cultus DEI adeò, ut Magistratus Oppidi Tubingensis, a quo beneficia maxima, largissimas Eleemosynas, & ipsas ædes Clausirales acceperant Monachi Augustiniani, hos tantos errores satis observans, correctionem seriis votis expeteret. Non enim existimabat, abutendum esse beneficiis, quæ liberali manu multi cives & incolæ Tubingenses in Augustinianos erogaverant. Hinc cum *Ulricus* Dux exularet, Magistratus Tubingensis a Regimine Austriaco, quod Stuttgardiæ tùm fuit, seriò petiit, ut in pristinum statum reduceretur Monasterium Augustinianum, cultus DEI verus cum Disciplinâ strictiori nimiùm neglectus, postliminiò revocaretur, & conservaretur. Id ut obineret Magistratus Tubingensis, submissas scripsit literas A. 1532. d. 8. Aprilis ad Consiliarios Regiminis Austriaci. Sed quod ab istis obtineri tùm non potuit, id præstitit ULRICUS, Dux Witt. Hicenim avitis ditionibus restitutus, velut *HISKIAS* quidam,

Magistratus Tubingensis pia cura pro Religione & Disciplina Ecclesiastica.

aut alter JOSIAS, incepit Sanctuarium DOMINI repurgare, & non Disciplinam modo collapsam, sed & doctrinam Cœlestem mendaciis humanis & traditionibus pessimè contaminatam, Ecclesiæ nostrati, & in Hac Illustri Stipendio restituere laboravit. Erat hic animus Duci ULRICO laudatissimus, terras & ditiones suas a DEO sibi restitutas, optimè tueri & subditis clementer imperare. Hinc ad promovendam Gloriam DEI Seminarium hoc Ecclesiæ nobilissimum, Augusta Evangelii Luce collustratum fundavit, uti filii subditorum a tenera ætate veram & salutarem DEI cognitionem in hoc Templo Virtutum melius addiscerent, & ad alios etiam feliciter propagarent. Itaque Anno 1536. d. 24. Septembris, piè præcepit, ut ex universo Ducatu, inprimis Districtu Tubingensi (nam prærogativam primùm Tubingenses præ aliis tum habuerant) filii piorum Parentum Tubingam mitterentur, ibidemque sumtibus Principis in moribus & Studiis probe instruerentur. Eum in finem Anno 1537. per universum Ducatum Rescripta & Mandata sunt emissa, quibus monebantur etiam status & Ordines Provinciales, ut cogitarent de sumtibus & subsidiis, huc pertinentibus. Ædes autem tùm deerant Stipendiariis, nec enim ob numerum omnes poterat capere Monasterium Augustinianum, hinc in Bursa, sive Contubernio, per aliquot annos degebant. Anno demum 1547. amplificatæ sunt ædes Monasterii Augustiniani, & Stipendiarii Principis ex Bursa, seu Contubernio, eò translati.

ULRICUS, Dux Wirtenbergiæ, dictus Monasterii Augustiniani Reformator.

Stipendiarii Principis Wirtenb. ex Bursa in ædes Monasterii Augustiniani, restauroti & ampliati, transferuntur.

Sanè quod olim *Jacobus Andreæ*, Cancellarius & Præpositus Ecclesiæ & Academiæ Tubingensis meritissimus, frustra a malevolis hactenus vellicatus, in Oratione de Principum Officio in Collegiis Monasticis tuendis & studiis literarum fovendis de *Julio* Duce Brunsvicensi in inauguratione Collegii Gandersheimensis dixit, idem de *Ulrico*, Duce Wirtenbergiæ, affirmare licet: per quem scilicet DOMINUS hoc beneficium ad reliqua innumera adjicere voluit, ut Collegiorum Monasticorum, quæ ab initio Spiritus Sancti Academiæ fuerunt una cum Ecclesiis passim in hoc Ducatu inelucto pia instauratio fieret, quæ propter impietatem superioris Seculi, & quod a Majorum pio instituto recessissent, propemodùm conciderant, & nostrâ ætate in pulvere jacebant: In quibus omnibus & singulis, Spiritu Sancto Duce, Illustrissimus Princeps noster ludos aperuit, ex quibus, tanquam ex penu & Equo Trojano, omnibus temporibus ad ruinas Ecclesiæ sarciendas & instaurandas depromantur Doctores idonei, divinis & necessariis donis exornati & instructi, qui tanquam Duces militiæ Spiritualis adversus potestates, quæ sunt in aere, ad Exercitum DEI instruendum omni tempore expediantur.

Jac. Andreæ, Cancellarii Tubingensis, de conservandis in Ecclesiâ Collegiis Monasticis egregium judicium.

Quam re singularis & eximia pietas & Sapientia Optimi Ducis meritò laudanda est. Nisi enim selecta ingenia a puero in Sacrarum & Bonarum ac Liberalium artium & Linguarum studio instruantur, accensa Lux Evangelii paulatim exstinguetur, & Barbaries ab Orco revocabitur. Concordia quoque inter docentes & discentes facilius conservari potest, quando eadem educatio, doctrina, & disciplina cum ingeniorum conformitate conjuncta est,

Digitized by Google

est, quam videmus miserè dissipari, ubi dissimilitudo ingeniorum diversitate educationis, disciplinæ & doctrinæ confirmata est.

Accedit animorum quoque ingenuitas & Patriæ quidam innatus, occultus & dulcissimus amor, ut liberalitatis perpetuò memores, quæ sua studia ab infantia juvari vident, nunquam non & precibus & vocationis suæ officiis de Salute Patriæ & Ecclesiæ cogitare possint, operam dantes, ne pernicioſa & offendiculis plenâ discordiâ perturbentur, sed in pia, sanctâ, DEO & hominibus gratâ concordiâ & pace conserventur. Hoc beneficium majus est, quàm ut quisquam animo concipere, aut oratione explicare possit, cujus magnitudinem tum demùm conspicimus, cùm acerbissimis litibus & contentionibus non necessariis omnia perturbari & involvi videmus, quorum malorum non postrema causa est, Disciplinæ & educationis diversitas: Quæ res animum quoque Ducis *Christophori* confirmavit, ut de conservandis his cœtibus Scholasticis & Monasteriis per Gratiam Dei ubique in Ducatu restitutis, rectè instaurandis, piè cogitaverit.

Christophorus, Dux Wirtembergiæ, illustri Stipendio Theolog. piè favet.

Et hæc fuerunt juxta Prophetæ vaticinium mammæ Principalis pectoris, quibus hic quoque Princeps subditis suis lac suppeditavit æternæ salutis, & nihil bonorum Ecclesiæ ad se contra pietatem rapere voluit, sed ista magnificè & liberaliter ex ærario sacro post mortem Patris *Ulrici* ad rectè constituendas Ecclesias & Scholas inclyti Ducatus hujus protulit, nec ullis sumtibus parcere voluit, ut haberet Viros eruditos & pios, quorum operâ subditi, in verâ agnitione Filii DEI piè & rectè instituti, DEO Patri adducerentur.

Neque verò hinc detrimentum aliquod bonorum accepit DUX CHRISTOPHORUS, quin potius fateri necesse est, quod DOMINUS pro suâ infinitâ Bonitate & promissionum suarum Veritate ipsi Thesauros Terræ aperuerit, majoribus suis ignotos, ut ipsi quoque Julio, Duci Brunsvicensi, leges illæ & instituta Ducis CHRISTOPHORI valdè placuerint. Inter alia laudatissimus Princeps CHRISTOPHORUS, ut Juventus quoque in Scholis rectè & piè institueretur, similem docendi rationem in omnibus Ducatus sui Scholis præscripsit. Monasteria, quæ antea latibula ignavorum Monachorum fuerant, ad antiquissimam formam revocavit, nec reditus eorum ad suos privatos usus transtulit, sed ad educationem puerorum in literis & bonis moribus contulit, atque ita in Scholas transformavit: inspectiones quoque Scholarum, quæ tùm in Monasteriis, tùm in oppidis institutæ erant, frequentes & diligentes fieri mandavit, ornesque ad Academiam Tubingensem, tanquam Caput, respicere voluit, ad eamque accommodari, ut ex omnibus totius suæ Ditionis Scholis jam quasi una facta esse videatur, uti verba habent *G. Liebleri*, Prof. Tubing. in Orat. funebri de vita, studiis, moribus & morte *Casp. Wildii*, Consiliarii Wirtenbergici, cujus in conficiendis, & in ordinem eligendis ordinationibus & constitutionibus Scholasticis & Ecclesiasticis hujus Ducatus primæ partes fuerunt, materiam fugerente nunquam satis laudato, & de his terris, Academia & Ecclesiis omnibus optime merito, *Jo. Brenzo.*

Casp. Wildius, Consiliarius Wirtenbergicus, pius Scholarum Patronus.

Cum

Cum ergo Dux ULRICUS, tertia vice e Patria ejectus, cœptum Opus Reformationis perducere ad finem non posset, mox Filius CHRISTOPHORUS, naviter vestigiis Paternis insistens, imò Patrem in multis superans bene, Ecclesiæ, bene Reipublicæ providit. Hic est Princeps ille, quem alterum NUMAM Legis latorem Patriæ nostræ, imò quem SALOMONEM Wittenbergicum vocare solemus. Hic Theologos, propter Edictum Cæsaris de abroganda Evangelica doctrina dispersos, ab exilio revocavit, fovit & in Ecclesiæ, Scholarumque suarum Ministeriis collocavit. Hinc mirifice sub Eo crevit Monasterium, quod laudo, AUGUSTINIANUM, aucta sunt liberalia studia, & doctorum tantus extitit numerus, ut non solum domi copia esset justa, sed ad alias etiam Civitates atque Ecclesias Theologi e Stipendio nostro mitterentur; Ex quo usus SEMINARII hujus incomparabilis, in omnes partes Ecclesiæ Reformatæ per Germaniam longe lateque diffusus apparuit.

Zelus Ducis CHRISTOPHORI, in propaganda Veritate Evangelica.

Sed & numerum Alumnorum in Stipendio auxit CHRISTOPHORUS, & cum sub ULRICO septuaginta tantum alerentur, istis adjecit triginta, ut centum essent, mox addidit quinquaginta.

Nec silendus hic GEORGIUS, Comes Montispeligardi Illustrissimus, ille Confessor VERITATIS intrepidus, excellentis memoriæ HEROS, qui, ut in suo etiam Comitatu sonaret Evangelium & personaret, annua solvit Stipendia, & largissima dedit munera, nempe summam decem millium florenorum pro alendis decem Studiosis Mompelgardtensibus, qui Corpori nostro inserti, iisdem nobiscum legibus vivunt.

GEORGIUS, Com. Momp: Dotator Stip. Theol.

Præterea æternam quoque laudem meretur Michael TIFFERNUS, Illyricus Professor Viennensis celeberrimus, Præceptor quondam Ducis CHRISTOPHORI ad exemplmu usque fidelissimus, Ille etiam sumtus dedit pro quatuor Studiosis, in perpetuum apud nos alendis. Hic fuit TIFFERNUS ille, qui Principem CHRISTOPHORUM jam in Hispaniam, nescio in quale Claustrum & Ergastulum a Pontificiis abducendum, ex faucibus eorum, DEO bene juvante, feliciter eripuit, & salvum in Patriam reduxit. Hinc Semper HONOS, nomenque VIRI, LAUDESQUE manebunt.

Michael TIFFERNUS. Ejusdem Stipendii Evergeta.

Sed ad CHRISTOPHORUM, Patrem Patriæ, Stipendii nostri Ampliatorem, redeamus. Ille non Ædes saltem Stipendii in Gratiam Alumnorum Mompelgardtensium ampliavit, sed & sumtus dedit ad insignem Bibliothecam, quæ posterioribus temporibus valdè minuta & a Monachis sæpius, militibusque distracta fuit.

Christophorus, Dux Wirteub. Bibliothecam instaurat in Illustri Stipendio.

Redditi sunt sub Ejus Regimine felicissimo Ecclesiæ reditus, & sancita fuit PAX Religiosa perpetua, quæ fundamentum est LIBERTATIS nostræ Ecclesiasticæ, Pax multo sanguine parta, sed sanguine carior, sine qua nobis non licuisset hactenus tam quietè in Cellis nostris vivere.

Pax Religiosa.

Ista ergò PAX fulcrum quasi est Ecclesiæ, & Stabilimentum etiam Illustris nostri Stipendii

pendii perpetuum. Servet illam DEUS, Supremus Irenarcha, ad ſeram poſteritatem & ex nobis faciat Nuncios pacis, præcones æterni fœderis Evangelici.

Cæterùm CHRISTOPHORUS, ſanctiſſimus Heros, non Ducale tantùm Stipendium auxit, ſed cætera quoque Patriæ Cœnobia, quæ A. 1553. reformare incepit Princeps Optimus, ex Officinis ſuperſtitionum, ac fœdiſſimarum Voluptatum latibulis in Gymnaſia egregia convertens, ad genuinum Reip. & Eccleſiæ uſum traduxit. Idem laudatiſſimus Princeps Tridentini Concilii Decretis ſe maſcule oppoſuit, & Confeſſionem ſuam eò miſſam contra criminationes Petri a Soto per *Joannem Brentium* vindicavit. Exules & oppreſſos ad ſe, tanquam ad Aram, vel Aſylum, confugientes recepit, imò invitavit, & honeſtis ſalariis conduxit. Inter eos fuit etiam *Petrus Paulus* VERGERIUS, Epiſcopus quondam Juſtinopolitanus, & Legatus Pontificis ad *Ferdinandum* Regem & alios Principes quibus juſſu Papali concilium indixit. Mirabili & planè Divinâ Providentiâ factum eſt, ut *Franciſci* Spieræ miſerrimus caſus, huic noſtro VERGERIO ad æternam animæ ſalutem vergeret: abjuratis enim Papiſticis erroribus noſtra ſacra amplexus eſt. Inde a Duce CHRISTOPHORO in Ducale Stipendium receptus, & ab Eodem liberaliter usque ad vitæ finem ſuſtentatus, multos Libellos, Latinè & Italicè, contra Pontificiorum falſam Doctrinam ſcriptos, edidit & typis evulgavit, qui procul dubio in Italia ſuo fructu non caruerunt.

Confeſſio CHRISTOPHORI Ducis vindicata.

VERGERIUS converſus.

Nec ſilendus hic *Jo. Georgius Weberus*, Unter Türkheimenſis, in hoc Ducatu noſtro honeſtis Parentibus natus, iisdemque ſub dehiſcente communi Patriæ infortunio, in infantia peſte orbatus, dehinc Eislingæ in literis & Religione usque ad decimum ſextum ætatis ſuæ annum ita informatus, ut a Duce *Eberhardo* in Stipendium Theologicum fuerit receptus, adeòque jam tum quamvis adhuc puer ſciverit, quid in religione diſtent ara lupinis; Hoc autem non reputato, a quodam Jeſuita, politicam perſonam ſub ſeculari veſtitus genere mentito, in ipſa Patria ad experiendam humanitatem Jeſuiticam taru efficaciter inductus, ut ad Papiſtica Caſtra infelici fidere tranſierit, & ad ſexennium apud Pontificios permanſerit. Tandem ſingulari providentiâ DEI & Spiritus S. ductu priſtini radii Evangelicæ noſtræ Confeſſionis, quam *ἀπὸ τῦ βρίφους* noverat, ei oculos denuò perſtrinxerunt, ut illuminatus videritque quantùm cæcutiret ſeductus, quemadmodum ipſe hanc ſui ſeductionem & reductionem ab ovo usque ad mala in Oratione ſua revocatoria A. 1655. hic habitâ, multis circumſtantiis publicè retulit. Qua de re videri poteſt ipſa Oratio Revocatoria, typis impreſſa, cujus inſcriptio eſt: Ovis perdita & reperta. Erat hinc *Weberus*, quem dico, longè melior *Kirchero*, qui & ipſe quondam Stipendiarius Principis & Civis Wirtenb. in vera & ſalutari doctrina Evang. ſolicite educatus, ad Romanenſes tranſiit, nec ut *Weberus* rediit, ſed in erroribus perſtitit, de quo videri & legi poteſt B. Dorſchei Diſſertatio, cujus Ephigraphe: KIRCHERUS DEVIUS.

Redeamus autem ad DUCEM CHRISTOPHORUM, qui non alia re magis delectatus eſt, quam felicibus incrementis Eccleſiæ in ſuo Ducatu. Id enim egit inprimis Dux CHRISTOPHORUS, ut Eccleſiam Patriam in unicate & conformitate doctrinæ rituum & Diſciplinæ

Disciplinæ perpetua conservaret illibatam, quod obtinere se posse credidit per solicitam educationem Alumnorum, quos iisdem legibus vivere, eadem Studiorum Methodo uti voluit. Nec fructu caruit sanctissima cura Optimi Principis. Nam complures laudatissimi Principes, Comites & Nobilitates, imò Civitates Imperii non paucæ reformandis suis Ecclesiis & Scholis, dirimendis litibus & solvendis dubiis casibus adhibuerunt Theologos, ex Stipendio nostro Illustri desumtos. Et constitutiones Ecclesiasticæ, jussu & Auctoritate Ducis CHRISTOPHORI conscriptæ, tanto in pretio fuerunt apud exteros etiam status Evangelicos, ut multi non dubitarent suas Ecclesias ad normam ordinationum istarum sapientissimarum conformare. Optimus hic & sapientissimus Princeps, quem laudo, CHRISTOPHORUS, Ecclesiam & Remp. suæ ditionis tantâ Prudentiâ reformavit ad antiquitatis imitationem, ut exemplo multis esse possit & debeat salutaris instituendæ gubernationis & felicissimus sine dubio futurus sit totus hic Ducatus, quamdiu constitutiones illæ & instituta Ducis CHRISTOPHORI servabuntur.

Pie defuncto Duci CHRISTOPHORO successit LUDOVICUS, PATRIS Boni & salutaris BONUS & salutaris FILIUS, qui veræ Doctrinæ Artium & Legum Custos fidelis fuit, reditus Ecclesiasticos, jam ante ad usus Ecclesiæ Scholarumque destinatos, curâ magnâ conservavit, & ne ulla in parte diminuerentur, solicitè cavit. Ab hoc laudatissimo Principe publicatus est Liber, Doctrinam & ritus Ecclesiarum nec non Cœnobiorum in Ducatu Wirtenb. continens, accommodatus omni ex parte ad normam & præscriptum Augustanæ confessionis nativæ & incorruptæ. Qua quidem Reformatione non destructa, sed in Gymnasia sunt conversa Monasteria, nec abolitus eorum usus, sed correctus tantùm & emendatus, ut nempe ad Verbi Cœlestis Regulam congruerent. Nam cum in Ducatu nostro multa sint Cœnobia, in quibus olim magna Turba Monachorum, otio diffluentium, nullo Ecclesiæ fructu & commodo alebatur, Princeps CHRISTOPHORUS & post illum Filius LUDOVICUS exemplo purioris Antiquitatis & primitivæ Ecclesiæ inducti, in his Cœnobiis Scholas instituerunt, in quibus pueri & Adolescentes a cunabulis quasi in moribus, studiis & pietate ad subsidium Ecclesiæ præparantur; nec permittere unquam voluit LUDOVICUS Pius, ut numerus Alumnorum, quorum ultra trecentos & triginta in Stipendio & Cœnobiis reliquis habuit, minueretur. Maluit enim abundantiam & copiam habere fidelium Ministrorum, quam concedere, ut Ecclesiæ Doctoribus destituerentur, quod invalescente pestiferâ lue, vel alio malo, facile fieri posse, sapienter judicaverat. Multos etiam e Stipendio in Austriam & alias provincias Statuum Evangelicorum misit LUDOVICUS, desuper rogatus, & hoc ipso maximam sibi Gloriam acquisivit. Quoties Tubingam pervenit, disputationibus Theologicis interfuit Princeps LUDOVICUS, & attentè omnia responsa observavit. Imò cum Stipendium Theologicum aliquando intraret, ipse Stipendiariis suis Problema Theologicum ad ventilandum proposuit, eosdem ad unitatem Spiritus in vita & doctrinâ servandam excitavit, eosque filios suos & DELICIAS suas clementissimè vocavit.

Status Stipendii Theol. sub LUDOVICO pio Duce Wirtenb.

Noster ergò LUDOVICUS, AVO ULRICO & PATRE CHRISTOPHORO non minor, Stipendii nostratis, a Majoribus fundati & ampliati CONSERVATOR extitit, statuta & leges, quibus

Digitized by Google

Disciplina & Studia conservantur, auxit & confirmavit: ordinem certum studiorum & Graduum Academicorum Alumnis in Stipendio præscripsit, ne periculosos saltus facerent Studiosi, & Phaethontæo ausu relictis inferioribus ad superiora nimium festinarent. Eum in finem etiam octo Magistris id munus demandavit, ut & mores Alumnorum observarent, & cum junioribus disciplinas inferiores repeterent, cum adultioribus autem ipsi etiam in Theologia se mutuò exercerent, & sic cum illis proficerent.

Nondum dimitto LUDOVICUM PIUM, Illustris nostri Stipendii CONSERVATOREM & STATOREM integerrimum, cujus incomparabili & Prudentiæ & Pietati debemus etiam Formulam CONCORDIÆ, quam alterum Ecclesiæ & Stipendii nostri FULCRUM dicere nulli dubitamus. Equidem si male volos quosdam, in sinu Ecclesiæ nostræ viventes, audire vellemus, illi nihil nos ob FORMULAM CONCORDIÆ, quam aversantur, LUDOVICO Principi debere, garrirent. Sed quid opus est attendere iis, qui dùm ex una parte Tyrannidem Papalem evitare volunt, ex altera parte in periculosam credendi & admittendi omne, quod velis, libertatem degenerant. Nos mediâ, i. e. tutissimâ viâ incedentes, CORPUS illud Doctrinæ purioris, quam FORMULA CONCORDIÆ tradit pro insigni Ecclesiæ universæ, inprimis autem Wittenbergicæ, Cimelio habemus. Inde enim est, Auditores, quod nos in Ducatu nostro, aliis in diversa abeuntibus, harmonicum illum fidei Consensum per DEI Gratiam sartum tectumque conservavimus. Non trepidas & anxias conscientias terrere animus est nostris, non impullum θεόπνευστον adscribimus Symbolis, quem sola Sacra Scriptura sibi vindicat, non absolutam denique necessitatem librorum Symbolicorum statuimus, sed nec detrahi aliquid Symbolis istis, ex S. Scripturâ desumtis, patimur, eo fine etiam scriptis, ut contentiones nonnullorum ingeniorum compescerentur, scandala apud infirmos præverterentur, vafrities autem & malitia hæreticorum cognosceretur.

Formula Concordiæ.

Quis hinc LUDOVICI Pii Principis, Concordiæ Formulam procurantis, consilium non approbaret? quis non Ecclesiæ, tot in partes, eheu! distractæ, concordiam & veram unionem seriis votis & gemitibus optaret & expeteret?

Sed pergendum est, AUDITORES, LUDOVICO ex vivis erepto successit Agnatus FRIDERICUS, ex Comite Mompelgartensi Dux Wittenbergiæ factus, munificentiâ, magnitudine animi, prudentia & pio Zelo nulli Antecessorum secundus, Monasterii nostri, quod laudamus, AUGUSTINIANI PROTECTOR, & contra Pontificios ASSERTOR acerrimus. Hic enim fuit FRIDERICUS ille, quem Pontifex Romanus, Clemens VIII. Monasteriis inhians nostris, ad amplexus Ecclesiæ Romanæ semel atque iterùm invitavit, non minus largissimis beneficiorum pollicitationibus, quam verborum blanditiis mellitissimis. Per Cardinalem ANDREAM Austriacum promisit FRIDERICO, Duci Wittenberg. pensiones, Canonicatus, Præbendas & Episcopatus pro Filiis, quales saltem expeterent. Actum tùm fuisset cum Stipendio nostro Theologico, actum cum bonis Ecclesiasticis universis, at constans mansit FRIDERICUS, nihil motus blandimentis Tyberini Patris, Cujus Sacra Romæ etiam, cum solenne JUBILÆUM celebraretur, animose contempsit,

Status Stipendii Theol. sub FRIDERICO, Duce Wirtenb.

pſit, & flectere genua noluit, ſed ſtetit erectus, cum VENERABILE circumferretur, adeò, ut etiam ſe periculo vitæ hoc modo exponeret, jam enim haſtam in faciem Ejus direxerat Helvetius Papiſta, Pontificis σωματοφύλαξ, & graviter ſauciaturus fuiſſet Principem FRIDERICUM, niſi tempeſtivè diſceſſiſſet. Tanti animi fuit in Religionem & Monaſteria Princeps FRIDERICUS, ut mallet carere favore Pontificis, quem totus Mundus tùm adorabat, quam offendere DEUM & Eccleſiæ bona auferre. Nec quidquam prætermittebat FRIDERICUS, quod vel ad Eccleſiæ tranquillitatem, vel ad ſubditorum Salutem pertinere videbatur. Sanè antequam Dux eſſet, Gallos exules, ob Religionem ſe patria pulſos recepit, & in gratiam illorum Mompelgarti ſolenne & celebre illud Colloquium inter *Jacobum Andream* & *Theodorum Bezam* inſtituit. Imò primis ſtatim annis Regiminis ſui Princeps pientiſſimus in Sylva Hercynia pro exulibus ex Auſtria, Stiria & Carinthia ejectis, Frendenſtadium incredibili ſumtu condidit. Quod Beneficium ſummum celebrat *Lanſius* ipſe exul, quando de FRIDERICO Duce ita ſcribit. Dare ſtipem oſtiatim petentibus pium eſt, & naturali æquitati conveniens, ſed profugis, nudis, miſerè animo & corpore excarnificatis, domos, alimenta, ſecuritatem & incolumitatem dare, labantibus eorum conſcientiis ſuccurrere, id verò ſupra communem hominum caritatem heroicum quid & prorſus Divinum ſapit ac ſpirat. Quid quod Belgas etiam pauperes Gratiâ ſuâ & liberalitate recreavit Princeps *Fridericus*, multum Batavorum operâ Archi tectonicâ adjutus: hinc duobus Studioſis, ex Belgio oriundis, ſumtus dedit, ad tractanda ſtudia in Univerſitate Tubingenſi neceſſarios.

Factum hinc eſt, ut FRIDERICUS Dux opem & Gratiam DEI affatim ſentiret. Nam ſub hoc Duce incredibile dictu eſt, quantùm auctæ fuerint res Wirtenbergicæ: Primus Ille Comitatum Mompelgartenſem cum Wirtenbergico Ducatu conjunxit, & Principatum Alenzon, nec non diſtrictum Dynaſtiæ Ober Kirchenſis oppignoratum ſibi poſſedit: unde in maxima fuit Auctoritate apud Imperatorem, Reges & Principes, ut etiam ELISABETHA, Angliæ Regina, Ducem FRIDERICUM ſolenni & ſplendidâ LEGATIONE non tantùm honoraret, ſed & ordinem Regium PERISCELIDIS Ei transmitteret. Eo tempore Princeps FRIDERICUS Legatum Anglicanum Regium SPENCERUM, nobiliſſimum Virum, Tubingam Ipſe perduxit, Eumque cum univerſo Comitatu ſuo, qui fuit eximius, in hoc ipſo noſtro Stipendio ſolennibus EPULIS excepit. LEGATUS Britannicus & numerum Alumnorum, & Ordinem, & Diſciplinam apud nos vigentem, & conciones etiam in Anglicâ Linguâ habitas, obſervans, totus factus eſt ſtupor.

Eadem admiratione occupatus fuit animus MAURITII, Landgravii Haſſiæ, Principis quondam literatiſſimi, quem ipſum a *Johanne Friderico*, Duce Wirtenbetg. huc etiam perductum, Alumni principis quindecim linguis ſalutarunt, quarum potiſſimas, Græcam inprimis calluit HOSPES Landgravius, magnus Admirator noſtri Stipendii.

Sed & Metrophani Archimandritæ Græco multùm honoris exhibuit Dux JOANNES FRIDERICUS, ille TITUS, illud DELICIUM WIRTENBERGIÆ, Monaſterii noſtri ILLUSTRATOR eximius: Hic enim cùm advenam ABBATEM & Præſulem Græcum, METROPHANEM

JOANNES FRIDERICIUS, Dux conſervat &

CRITOBU-

magn. illustrat Stipend. Theol.

CRITOBULUM & supra laudatum MAURITIUM, Landgravium Hassiæ cum, summo honore afficere veller, EIS Ducale Stipendium, illud PRYTANEUM Studiosorum & ALUMNEUM in toto Christiano Orbe celeberrimum ostendit. Iste ergo ABBAS Græcus Studiosos nostros, Hellenistico Stilo inter prandendum petorantes, cum summâ delectatione audivit, & haud secus acMAURITIUS, Hassiæ Landgravius, in admirationem versus, Suevorum in pronuncianda Græcâ Linguâ promptitudinem plenis buccis celebravit.

Fuit hic METROPHANES ille, quem CYRILLUS LVCARIS, Patriarcha Byzantinus, post relegationem in Insulam RHODUM, Ecclesiæ suæ restitutus, in Angliam & Germaniam misit ad propius cognoscendum statum Ecclesiasticum, ut memorat CONRINGIUS, qui METROPHANEM optimè noverat. Iste Græculus ergo, CYRILLI mandata fideliter executus, amore Doctrinæ purioris, in famigeratissimis Academiis, *Helmstadiensi*, *Altorffina*, *Wittebergensi*, *Tubingensi*, & *Argentinensi* diutius subsitit, & in doctissimorum Virorum intimam familiaritatem se insinuavit. Reversus in Patriam factus est Patriarcha *Alexandrinus*, & edidit Confessionem Ecclesiæ Græcæ, lectu dignissimam, quam publici juris fecit & latine vertit Hornejus. Cum hoc ipso Metrophane literas misisset Jo. Conr. Brotbeccius, Secretarius Wirtenb. græcis epistolis, iisque humanissimis & multa eruditione refertis, ab eodem honoratus. Id etiam ad Laudem JOANNIS FRIDERICI, Ducis Wirt. omninò pertinere putamus, quod Pontificiis, Anno superioris Seculi vigesimo nono Bona Ecclesiastica reposcentibus, nequicquam cessit, sed itentidem restitit, dicens: Er wolle sich lieber in Stücken zerhauen lassen / als ein einigs Closter abtretten. Et sanè sartum tectumque mansit sub Regimine *Joannis Friderici* Stipendium nostrum, cui non solùm, sed & Monasteriis nostris universis insidiabantur Pontificii.

EBERHARDUS III. Dux, Stipendii Theolog. Restaurator.

IO ANNEM FRIDERICUM optimum Ducem secutus est in Regimine EBERHARDUS, Princeps laudatissimus, Stipendii Theologici post funestissimum tricennale bellum RESTAURATOR felicissimus. Alma enim pace restituta & confirmatâ, mox Academiis, & in hac Stipendium Ducale cœpit reflorescere. Actæ tùm sunt grates DEO publicæ pro tanto tam incomparabilis magnitudinis beneficio. Materia laudis divinæ ex Psalmi Sexagesimiquinti versiculo septimo & octavo desumta, quod SIONEM Ecclesiæ, SINAI Politiæ & Reip. ac HERMONEM Oeconomiæ, MONTES sibi electos, olim Virtute sua fundatos, propitius DEUS illæsos servarit & integros restituerit.

Dicimus RESTAURATOREM fuisse Stipendii nostratis Ducem EBERHARDUM, nam non saltem in veterem statum omnia reduxit, Alumnos, metu belli dispersos, revocavit, optimas & sanctissimas leges dedit, sed & Stipendium nostrum splendidius reddidit. Id nos docet INSCRIPTIO, ædes Stipendii ingredientibus obvia & conspicua, quæ ita habet: Quod DEUS bene vertat. EBERHARDI III. Ducis Wirt. munificentia, accurante Nicolao Mylero, Ducalis Consistorii Directore, ædes hæ DEO & Musis Sacræ, renovatæ sunt, anno supra millesimum, sexcentesimum, sexagesimo nono. Additus est huic Inscriptioni versus MATTHIÆ HAFENREFFERI, cedro & memoriâ dignus.

CLAUS.

CLAUSTRUM hoc cum Patria ſtatque caditque ſua.

Sane tanto flagravit erga Stipendiarios amore Dux EBERHARDUS, ut illos FILIOS identidem ſuos DELICIUMque ſuum vocaverit. Nunquam Tubingam intravit, intravit autem ſæpius, quin & Stipendium Theologicum ſalutaverit. Id autem incomparabile Principalis Gratiæ documentum, quod EBERHARDUS Dux, cum adhuc Argentinæ in exilio eſſet, paterno & Ducali Affectu abſens etiam Stipendium Theologicum fovit, & ob ejus conſervationem literas mandatorias ad Academiam Tubingenſem Anno 1638. ſcripſit. Præterea non Monaſterium modo noſtrum, ſed Patriam univerſam ſummo cum PRUDENTIÆ, JUSTITIÆ & MAGNIFICENTIÆ Elogio rexit, magnamque ſibi apud exteros exiſtimationem conciliavit. Raro exemplo, imò unico, inter Principes Wirtenbergiæ, per quadraginta annos Ducatum hunc, PIE, PRUDENTER, BENIGNE & FELICITER gubernavit, vivens etiam poſt mortem in animis ſubditorum, quorum cordibus inſcriptum eſt NOMEN EBERHARDI, Principis ſingularium virtutum radiis conſpicui. Jam morti & ÆTERNITATI proximus EBERHARDUS, adhuc vigilavit pro noſtro Stipendio, & TESTAMENTI ſui incomparabilis CAPITIBUS id quoque juſſit inſerere & Filio ſucceſſori inculcare: Ut non modo Academia, & Illuſtre Collegium, ſed & Stipendium Theologicum conſervetur, augeatur, & exornetur, quantum fieri poſſit.

O Decus, o Virtus! excelſo pectore digna;
Secla cui nullum priſca tulere parem!

WILHELMUS LUDOVICUS Dux, Clementia ſua Sipend. Theologicum fovet.

Poſt EBERHARDUM Ducem curam habuit Stipendii noſtratis WILHELMUS LUDOVICUS, vix terris oſtenſus, PRINCEPS MITIS, BENIGNUS ad exemplum usque, qui hinc Stipendium etiam Ducale a Majoribus FUNDATUM, REFORMATUM, AMPLIATUM, CONSERVATUM, VINDICATUM, ILLUSTRATUM, RESTAURATUMQUE mira ſua Clementia recreavit, & hoc ſolo nos adfixit, quod morte præmatura omnes in mœrorem & luctum conjecit. Filium reliquit anniculum, cum deceſſeret PRINCEPS Optimus, cujus hinc tutelam & Ducatus hujus Regimen nutu CÆSARIS ſuſcepit FRIDERICUS CAROLUS, HERCULES ille, aut, ut charactere Biblico eum inſigniamus, GIDEON Wirtenbergicus, PRINCEPS FORTIS, MAGNANIMUS, SAPIENS, PIUS & CLEMENS, Stipendii Ducalis TUTOR & EVERGETA præcipuus. Is enim non ſatis habuit Alumnos in Academia patria fovere, maximis beneficiis ornare, &, ut in ſtudiis moribusque proficerent, ſedulò curare, ſed plures etiam e Stipendio in exteras Provincias cum magno fructu Eccleſiæ & Academiæ emiſit.

FRIDERICUS CAROLUS Dux, Stip. Theolog. Tutor & Evergeta.

Idem Princeps, omni noſtra laude major, eo fervebat Zelo puritatis doctrinæ, ut, cum ante hos viginti annos ille Spinola, Epiſcopus Tiennenſis, ad nos veniret, &, neſcio quibus promiſſis, Principem optimum tentaret, fortiter non modo reſtiterit, ſed & IRENARCHÆ huic callido duos Theologos, eruditione, prudentia & Auctoritate pares, WOLFLINUM, & OSIANDRUM

Spinola, Epiſcopus Tiennenſis.

Digitized by Google

SIANDRUM objecerit, qui re penitius inſpecta deprehenderunt, iſtum PACIFICATOREM fucos vendere. Multa blaterabat hic Epiſcopus de Concilio quodam Generali & libero, de Communione ſub utraque, quaſi penes ipſum ſtaret, nobis concedenda, de Conjugio Clericorum, de Juribus Principum in Bona Eccleſiaſtica, quæ & alia multa prælimināriter expedire, & noſtris permittere voluit. Sed nemo potuit ſibi perſuadere, quod ab Imperatore, vel Papa, hæc in commiſſis habuerit Proteſtantibus proponere. Hinc rebus infectis diſceſſit. Dux autem FRIDERICUS CAROLUS hac occaſione didicit, & ſæpe confeſſus eſt, PAPISMUM eſſe irreconciliabilem. Hinc cum Ipſe in Veritate Cœleſti ſatis confirmato eſſet animo, eam operam dedit, ut ſua Eccleſiæ & Doctrinæ conſtaret puritas, quæ non ſaltem à diu profligatis hæreſibus, ſed ab omni quoque Novaturientium libidine & SYNCRETISMI tepore ſtaret inculpata. Iſtam æternam VERITATEM Alumnis inſtillari & ab illis in Eccleſia prædicari ſanctè præcepit. GYMNASIUM etiam Stutgardiæ fundavit, ut PROSCENIUM quoddam eſſet Academiæ & Stipendii noſtratis, ex quo ſubinde bonarum Artium Cultores ad nos mitti, & in ſuperioribus ſtudiis erūditi poſſint.

Gymnaſium Stutgardianum Illuſtris Stipendii Theol. Proſcenium.

Quo præterea animo fuerit Dux Optimus in Stipendium Theologicum, eo etiam teſtatum fecit, quod primus poſt DIVUM PARENTEM EBERHARDUM Celſiſſimam ſuam JUVENTUTEM, SPEM ſeculi florentiſſimam, Stipendiariis etiam commiſit, ab iis in Capitibus Chriſtianæ Doctrinæ & Studiis, quæ Principes Heroes decent, probe inſtruendam.

Sed quid iſta memoro? IPSE nobis EXEMPLUM Virtutis fuit, IPSE nos omnes, inprimis cum hinc diſcederet, docuit, qua fide & pietate DEUM venerari, qua patientia, & Fortitudine miſerias humanas ferre debeamus? Sanè PRINCEPS Auguſtus mentem habuit DIVI AUGUSTINI, ſubinde dicentis: DOMINE, hic ure, hic ſeca, ibi autem parce.

Sub his ergò Principibus crevit hactenus & adolevit, imò ad maturitatem pervenit CORPUS Stipendii Ducalis, multùm etiam auctum ſingulari cura & munificentia Sereniſſimi Principis ac DOMINI, DOMINI EBERHARDI LUDOVICI, Domini ac Nutritii noſtri Clementiſſimi. Ille vix REGIMINI admotus radiis Clementiæ Ducalis Stipendium noſtrum Theologicum illuſtravit, miſſo ad nos EDICTO, quo lites & controverſiæ in Eccleſia noſtra natæ cautè & prudenter dirimuntur. Sed & Optimus noſter Princeps novennali ſuo REGIMINE Stipendium Ducale jam tertiâ Viſitatione honoravit, & nuper admodum Alumnorum numerum ita auxit, ut a prima fundatione major in Stipendio non fuerit.

EBERHARDUS LUDOVICUS Dux, curam etiam habet eximiam Stipend. Theolog.

Fata Stipend. Theolog. adverſa. Interim.

Diximus, Auditores, de ſecundis Stipendii Theologici fatis. Percipite jam paucis etiam, quæ quantaque illud paſſum fuerit? Statim ſub ULRICO Duce, tertiùm Exule, diverſam fortunam ſuſtinuit. Quid enim non negotii faceſſebat LIBER INTERIMISTICUS iſte, COTHURNUS PAPISTICUS, quem apud nos etiam metu perculſi receperunt multi, qui verò Librum iſtum reſpuerunt, in exilium abire juſſi ſunt. Cum

Cum autem alta pace posthæc frueretur STIPENDIUM, ecce pesti- *Pestis.*
fera lues invalescit, ut sæpius propter hoc malum Alumnis & Academiæ universæ Calvam, Hirsaugiam, Esslingam & Herrenbergam fugiendum fuerit.

Hoc malo cessante Bellum tricennale, Musis nostris funestum sæviit, *Bellum tricennale.*
& ita Stipendium antehac Amplissimum imminuit, ut post cladem Nördlingensem vix octo superfuerint Alumni.

Imo ne his quidem alimenta necessaria dari potuerunt, *sed illis* ringendum fuit sæpius cum fame etiam. *Erat eo* tempore totius Stipendii *Caput* quasi repræsentativum Balthas. *Raith*, *quem & ceteros* Stipendii Superintendentes *Luc. Osiander & Melch. Nicolai multis precibus* orare debuerunt, & vix exorare potuerunt, ut *manerent*, nec *Stipendium* evacuatum Monachis & sacrificulis cederent.

Tum ad Noachicam paucitatem, id *est*, *octo* Alumnos redactum fuit Stipendium nostrum: *Imo tum* ultra ducentas Ecclesias, suis pastoribus orbatas, *habuit Wirtenbergia.* Et Stipendiarii tùm triginta florenos pro victu solvere debuerunt, adeò res Wirtenbergicæ diminutæ & concisæ erant eo tempore. *Sed ex his* etiam Calamitatibus ope DEI præcipua & singulari licuit eluctari Stipendio nostro.

Et ab illo tempore fere intactum mansit huc usque, *nisi* quod ultimum bellum *Academia* & in hoc etiam Monasterio nostro Augustiniano *grave quid* minari videbatur.

At denuò nos eripuit DEUS ex faucibus hostium, &, quod miraculi instar est, ex *tot* ANGUSTIIS AUGUSTINIANUM nostrum Collegium *liberatum* instar *Bellum Gallicum*
Palmæ sub PONDERE crevit.

O Dmine, minores sumus omnibus miserationibus tuis! Calicem salutis accipiemus & laudabimus nomen Tuum in secula. *Tu multa præstas* IEHOVA, Deus noster, *mirabilia.* Tua consilia nemo satis recensere potest, si indicare & eloqui ea velimus, majora sunt, quàm ut enarremus. *Psallite* DOMINO, Commilitones, psallite DEO nostro, laudate Nomen Domini.

Quid autem memorem de *Proselytis*, quos gratia Principum in hoc Sti- *Proselyti.*
pendium recepit? Id dicam, *varios habuimus*, *sed* vitâ & doctrinâ impares. *Vergerius.*
Celebriores fuerunt *Petrus Paulus Vergerius*, ex Episcopo Iustinopolitano *Stipendiarius* Principis & magnus VERITATIS Evangelicæ confessor factus, *cui* Hortum *Stipendio vicinum* donavit Dux Christophorus, *qui* ab eo Hortus Vergerianus in hunc diem dicitur.

Post Vergerium apud nos inclaruit Jacobus REIHING, de quo infra dice- *Reibing.*
mus. *Ferd. Iosephus Bekkerus*, Canonicus apud Pontificios Regularis, ex Comi- *Bekkerus*
tatu Tirolino oriundus, *Vir*, ut nostis, insigniter doctus & pius, qui *Tyrannidem* inquisitionis ob *veritatis* studium sustinuit, & ad nos ante triennium huc venit.

Sed & nominari meretur Petrus Fernandez, Inquisitionis quondam *Fernandez.*
Consiliarius & in Academia Conimbricensi celeberrima *Professor* doctissimus, qui suam eruditionem non uno documento apud nos probavit.

Ad finem propero, Auditores, & *jam* vobis fistam etiam in com- *Inspectores Stipendii Theologici.*
pendio *Inspectorum* & Antistites Illustris nostri Stipendii:

Non de *us* ero ſolicitus, qui ſub papatu curam habuerunt Auguſtiniani hujus Cœnobii, quanquam nominari poſſet *Paulus*, ſcriptoris cognomento, qui *Juſtificationem* ex meritis hominum, *petruviam* ſeu impanationem in Cœna, poteſtatem Eccleſiæ nimiam, acerrimè impugnavit. *Laudari* poſſet Conradus *Sommerhard*, indolalatriam & luxum Monaſticum improbans. Item *Johannes Nauclerus*, artes Pontificum, illatasque Imperatoribus atrociſſimas injurias qua voce, qua ſcriptis detexit.

Teſtes veritatis apud nos ſub papatu Paulus Scriptor, *Conradus Sommerhardus*, Io. Nauclerus.

Præterea noſtis, Auditores, priores & ſubpriores diſciplinam apud Pontificios in Cœnobiis urgere, *qua noſtra* quidem eſt rigidior, ſed *qua cæcum* & ſtupidum exigit obſequium, *ut ne* hiſcere quidem audeant Monachi, *voto triplici* PAUPERTATIS, CASTITATIS perpetuæ & OBSEQUII ſtrictioris, *tanquam laqueo* quodam conſtricti, quanquam multi inter illos ſint, *qui* nec paupertatis moleſtias ſentiunt, *nec* caſtitatis regulas obſervant, *nec* verum obſequium, DEO & Magiſtratui debitum, præſtant.

Quod autem noſtros Inſpectores & Antiſtites, *poſt* Reformationem Stipendio Præfectos, concernit, fuerunt iſti viri longè clariſſimi: *Primus* Superintendens (ſive Epholus & Inſpector) hujus Stipendii fuit, *PAULUS CONSTANTINUS* PHRYGIO SS. Theol. D. & Profeſſor, *nec non* Eccleſiæ Collegiatæ, quæ apud nos eſt, *Paſtor*, qui *Baſileâ* ad Evangelium in hac Academia docendum ab ULRICO *Duce* evocatus fuit:

Superintendentes Ducalis Stipendii Theol. Paulus Conſtantinus Phrygio.

VIR virtute gravis, *VIR* multo nomine Clarus:
Seu Doctum cupias cernere, ſive Pium.

Phrygioni defuncto ſucceſſit *ſecundus* Superintendens, Erhardus *SCHNEPFFIUS*, Heilbrunnenſis, hem! quantum nomen! Th. D. & Profeſſor, Eccleſiæ noſtræ Paſtor & Reformator, *VIR* incomparabilis Eloquii, *Ambroſium* & *Chryſoſtomum* dicendi ſuavitate & virtute referens. Qui propter inſignem Eruditionem, verum uſum, humanitatem & facundiam ſupra humanam fere ſortem apud exteros *Clarus*, & graviſſimis etiam de Religione negotiis & Colloquiis publicis adhibitus fuit. De hoc *Erhardo Schnepffio*, inſigni Theologo, plura habet *David Chytræus* in oratione doctiſſima, quam habuit in laudem *Greichgoviæ*, quæ patria fuit *Erhardi Schnepffii*. Iſta oratio ab Auctore dedicata fuit *Petro* a *Menzingen*, & Illuſtri cuidam *VIRO* a *Gemmingen*.

Erhardus Schnepffius.

Diſcedente autem ob librum INTERIM SCHNEPFFIO in *Saxoniam*, ſuprema hujus Stipendii Inſpectio commendata fuit *Leonhardo FUCHSIO*, *Wembdingenſi*, Medicinæ Doctori & Profeſſori, imò Reſtauratori in hac Academia, Cui *Collega* adjunctus eſt *Theodoricus Schnepffius*, *Wimpinenſis*, dignus tanto Parente FILIUS, ex *Commentario* in Eſaiam ſcripto Celeberrimus. Ab eo tempore ſemper BINI fuerunt Superintendentes in Stipendio.

Leonhardus Fuchſius. Theodoricus Schnepffius.

Decedente enim *Fuchſio Schnepffius* COLLATERALEM habuit *Iacobum HEERBRANDUM*, *Giengenſem*, ô quantum Theologum! qui vita & doctrina nulli ſecundus, innotuit ex commercio literario, quod cum Ieremia Patriarcha

Iacobus Heerbrandus

Digitized by Google

Patriarcha Græco Byzantino habuit, cui Compendium doctrinæ noſtræ, a CRUSIO græce verſum, transmiſit, & ab eo literas humaniſſimas ſæpius accepit.

Ioannes Brentius junior.

Abeunte *Schnepfio* ſocius aſcitus fuit HEERBRANDO *Joannes BRENTIUS*, Hala Suevus, *SS.* Theol. D. & Profeſſor, ſummi illius Theologi & Præpoſiti Stuttgardiani, *REFORMATORIS* noſtri, FILIUS haud inficiandus, etiam ex ſcriptis Theologicis ſatis undique notus.

Stephanus Gerlachius.

HEERBRANDO autem rude donato, jungebatur BRENTIO *Stephanus GERLACHIUS*, Knitlingenſis, *SS.* Theologiæ D. & Profeſſor, Academiæ Pro Cancellarius & Eccleſiæ Collegiatæ Decanus, qui BYZANTIUM Wirtenbergiæ & GRÆCIAM Sueviæ intulit, Legati Cæſarei, Liberi Baronis, *Davidis* ab *Ungnad*, ad Aulam Turcicam ſacer ACHATES, nec fidus minus inter Tubingenſes Theologos & JEREMIAM Græcum Patriarcham INTERPRES, qui VIRUM ſe in aſſerenda contra Jeſuitam Buſeum Majeſtate Chriſti oſtendit.

Michael Schæfferus.

Eum ſecutus eſt MICHAEL SCHÆFFERUS, Profeſſor Theologiæ Extraordinarius & Stipendii noſtri Superintendens, VIR Zelo Domus Dei ardens, quo & Stuttgardiæ in Aulico Miniſterio conſumptus creditur.

Matthias Hafenreffe-rus.

Sed & noſtri Stipendii curam ſuperiorem habuit MATTHIAS HAFENREFFERUS, *Laureacenſis*, *SS.* Theologiæ D. & Profeſſor, *VIR* longè ſupra meas laudes poſitus, in cujus venerationem cum Wirtenbergia non reliqua ſolum *Germania* ſed extremus hinc SEPTENTRIO in SUECIA & DANIA ſurrexit.

Johannes Henricus Hiemerus.

Quem juxta *Johannes Henricus* HIEMERUS, *Tubingenſis*, (*SS.* Theologiæ D. & Profeſſor Extraordinarius) Illuſtris hujus Stipendii Theologici Superintendens quoque fuit, hinc ad Abbatiam Monaſterii Anhuſani translatus.

Johannes Georgius Sigwardus.

Hafenreffero autem ſuffectus eſt in dicto munere *Johannes Georgius* SIGWARTUS, *Winnedenſis*, Theologus magni nominis, anno decimo octavo Superioris ſeculi Cœlo illatus.

Lucas Oſiander, junior.

Cui in Inſpectione Stipendii hujus ſurrogatus LUCAS OSIANDER, par LUCÆ FILIUS, poſtea Academiæ Cancellarius, & Eccleſiæ Præpoſitus Digniſſimus.

Theodorus Thummius.

Ipſe ſucceſſorem in Stipendio nactus eſt THEODORUM THUMMIUM, Theologum edecumatæ eruditionis, agendo, patiendo, & ſcribendo neutiquam fatigatum.

Iacobus Reibingus.

Thummium excepit *Jacobus Reibingus*, Patricius *Auguſtanus*, qui contritis laqueis Pontificiis, *Jeſuita* quondam Eccleſiæ noſtræ admodum infenſus, poſtea ex *Saulo Paulus* factus, Sacris noſtris conſtanter adhæſit.

Joannes Ulricus Pregizer.

Defuncto *Reibingo* in Ephoria Stipendii hujus Ducalis ſucceſſit *Joannes Ulricus PREGIZER*, antehac Magiſter illius Reperens A. 1598. inde Diaconus Eccleſiæ Tubingenſis, & mox Calvenſis Superintendens, deinde *SS.*

Theologiæ D. & in Academia hac patria Professor, Ejusdemque denique Cancellarius & Ecclesiæ Tubingensis Præpositus, Proavus meus, cum veneratione nominandus.

Henricus Schmidius. Balthasar Philgus. Melchior Nicolai.

Illum secuti sunt *Henricus SCHMIDIUS, Nortingensis, Balthasar Philgus, Lindaviensis*, Theologi, eruditionis & pietatis fama CONSPICUI.

Tob. Wagner. Christoph. Wölfflinus. Balthasarus Ranthius. Georgius Henricus Kellerus. Georgius Henricus Haberlinus. Joannes Wolfgangus Jegerus. Michael Förtschius.

Istis decedentibus Stipendio *Superintendentum Melchior* Nicolai, MALLEUS ille Pontificiorum, & quotquot Ecclesiam infectati sunt, TOBIAS WAGNERUS & CHRISTOPHORUS WOELFFLINUS, Theologi, fama & meritis INCLYTI.

Post illos Inspectionem supremam in Stipendio accepit *Balthasar* RANTHIUS, VIR disciplinæ strictioris observantissimus, & ipse vitæ sanctioris studiosissimus. Cum eodem mores & studia Alumnorum tenaciter observavit *VIR* mea laude superior, *Georgius Henricus KELLERUS*, Theologus fere octogenarius, Canitie sua, pietate singulari, & meritis undique *maximis Venerandus*, qui per totos triginta annos Ducalis Stipendii Superintendentem, imò *Patrem* egit. Collegam habuit *Georgium Henricum* HÆBERLINUM, profundioris Theologiæ, ut nostis, amantissimum, triennio abhinc beatè defunctum.

Illi successit Vir Excellentissimus *Joannes Wolfgangus* JÆGERUS, per aliquos etiam annos Stipendii Ducalis Ephorus vigilantissimus, postea Theologiæ Professor apud nos celeberrimus.

Cui Stuttgardiam ad gravissimum munus, in Ducali Consistorio & Ecclesia obeundum, vocato suffectus est VIR dignissimus, *Michael FÖRTSCHIUS*, (ante hac Serenissimi *Marchionis Badensis* Confessionarius Consistorii Assessor & Concionator Aulicus Meritissimus,) SS. Theologiæ Doctor & Professor apud nos famigeratissimus: Quem ipsum & Collegam Excellentissimum

Joannes Christophorus Pfaffius.

Joannem Christophorum PFAFFIUM, SS. Theologiæ D. & Professorem exquisitissimum, din Ecclesiæ, Academiæ & Stipendio superstites Deus conservet.

Dignissimo Domino D. Förtschio JENAM ad Primariam Professionem Theologicam vocato in supremâ Ephoriâ Stipendii Theologici cæterisque muneribus amplissimis successit VIR Maximè Reverendus, Dn. *Christophorus Reuchlinus*, ad latus habens Collegam Integerrimum, Dignissimum Dn. *Andream Adamum Hochstetterum.* Illo A. 1707. inter fulmina cœli & tonitrua belli piè defuncto, & Hoc ad Pastoratum Tubingensem atque ad Ordinariam Professionem Theologicam promoto, rediit in Stipendium Theologicum VIR Summè Reverendus, Dn. *Jo. Christophorus Pfaffius*, ex Pastore Ecclesiæ Tubingensis ejusdem hodie Decanus Gravissimus, & Stipendii Theologici Superintendens primarius vigilantissimus, Collegam nactus denuò individuum, Stuttgardiæ jam in Ministerio Ecclesiastico Symmystam collateralem Amicissimum, Virum Maximè Reverendum, Dn. *Jo. Conradum Klemmium*; Cui A. 1711. ad pastoratum Tubingensem evecto Successor datus est VIR Dignissimus Dn. *Jo. Ulricus Frommannus*, Diaconus quondam Ecclesiæ Tubingensis ab Anno 1698. ad Annum 1711. fidelissimus. Qui in ipso vitæ fameque increscentis vigore abreptus, in suggestu Sacro die 17. Nov. Anno 1715. velut strenuus

Dux

Digitized by Google

Dux in acie, (verba hæc sunt programmatis funeralis Academici) hemiplexiâ, tanquam telo involante simul ac prosternente, procubuit, & de statione suâ, devictis omnibus hostibus, decessit, tantum sui desiderium reliquit in animis bonorum omnium, quantum vix intelligi potest. Manet ejus dulcissima memoria inter nos in benedictione & cum Ecclesiæ, Academiæ & Stipendio Ducali multùm interfit, ut in Ejus locum cordatus Theologus succedat, precamur DEUM, ut in electione, vocatione, & confirmatione idonei successoris ipse Præses esse velit.

Ephori Ducalis Stipendii Theol. Hieronymus Gerhardus.

Pergo jam ad Ephoros, sive ad eos, qui MAGISTERIO Domus in Illustri Stipendio defuncti sunt.

Primus AUCUSTINIANÆ DOMUS, verè Augustæ, *Magister & Eborus* fuit *Hieronymus* GERHARDUS, *VIR* eruditione, pietate & industria singulari ornatissimus, qui postea etiam Legum Doctor & Principis Consiliarius, tandem ob excellentes virtutes Vice-Cancellarius factus est.

M. Iacobus Bruno. Theodoricus Schnepffius.

Collegas sub se in Magisterio Domus habuit M. *Jacobum* BRUNONEM, cui in eodem munere successit *Theodoricus* SCHNEPFFIUS, supra laudatus.

Cum autem pestifera lues Tubingæ grassaretur, Stipendium hoc nostrum *Augustinianum* citra prima initia sua migravit cum Studiorum Universitate *Hirsoviam*, ubi celeberrimum toto orbe, *Benedictini* quondam Ordinis, Cœnobium fuit. vid. Trithemii Annales *Hirsaugienses*. FULDÆ Colonia & tot aliorum Monasteriorum Mater, cui multùm Wirtenbergica Ecclesia, & mea studia debent, eheu nunc in ruinis & cineribus suis Gallorum furore extincta jacens, cui mitiora fata & pristinum florem toto pectore adprecamur.

Magisterium Domus Johannes Hildebrandus.

Sublato autem malo pestifero & reversis Tubingam Academiæ proceribus, accepit *Johannes HILDEBRANDUS*, Argentinensis, Academiæ Professor & Contubernii Rector, ubi Stipendiarii isto tempore adhuc degebant.

Martinus Frechtus.

Eum secutus est *Martinus* FRECHTUS, *Ulmensis*, SS. Theologiæ Licentiatus & constans Religionis Confessor, ob quam tot *mala, vincula, catenas, carceres* & exilium a Romanensibus perpessus est.

Georgius Lieblerus.

Cui altero statim anno successit *Georgius LIEBLERUS*, Nicro *Denzlingensis*, Latinæ & Græcæ Linguæ Professor, ut vocabant, Classicus, deinde Physicus & Scholarcha Pædagogii. De Lieblero vid. oratio *Mich. Ziegleri* Medicinæ D. & Physici.

Jac. Dachtlerus. Samuel Brothagus. Samuel Hailand.

Collegas in suo munere LIEBLERUS habuit Jacobum DACHTLERUM, Linguæ Sanctæ Professorem, deinde Biberaci Pastorem, *Samuelem* præterea BROTHAGIUM & ipsum quoque *Samuelem* HAILANDUM, Basilensem, Ethices Professorem, qui singulari quodam fato ad juventutem exquisitè educandam natus & factus fuit.

Vitus Mullerus. Eum excepit VITUS MULLERUS, Bülhemio Francus, & ipſe Ethices in Academia Profeſſor, Philoſophus acutiſſimus, noſtri Stipendii per totos triginta ſex annos Ephorus, Magiſter Domus vigilantiſſimus, VIR BONUS, PRUDENS, LABORIOSUS, inde a prima juventute varia ſorte exercitus, *Fundator* Stipendii a ſuo nomine dicti, ut liberaliſſimus, ita laudatiſſimus.

Conradus Cellarius. Ei in Magiſterio Domus ſucceſſit CONRADUS CELLARIUS, Hegæus, Civis Romanus, Poeta Nobilis Laureatus, & Profeſſor Phyſices clariſſimus.

Henricus Schmidius. Poſt illum Ephorus Stipendii noſtri fuit *Henricus* SCHMIDIUS, Eccleſiæ noſtræ Diaconus, deinde Græcæ Linguæ Profeſſor, mox Theologiæ Doctor & Profeſſor, nec non Stipendii Theologici Superintendens Digniſſimus.

Paulus Biberſtein. *Schmidio* ſuffectus eſt PAULUS BIBERSTEIN, Græcæ Linguæ Profeſſor. Hic in utroque munere Succeſſorem habuit IOANNEM ADAMUM OSIANDRUM, qui non diu munere hoc defunctus, ſed mox ad Cathedram Theologicam promotus fuit. Poſt illum Magiſterio Domus admotus eſt *Chriſtophorus* WOELFLINUS, ſupra laudatus. Cui ſucceſſit *Theodorus* CELLARIUS, Græcæ Linguæ Profeſſor, Vir antiquæ fidei, virtutis & diſciplinæ amantiſſimus.

Jo. Adamus Oſiander. Chriſtoph. Wölfflinus. Theod. Cellarius.

Jo. Andreas Hochſtetterus. Eo defuncto Ephoriam in Stipendio habuit Vir Digniſſimus, JOHANNES ANDREAS HOCHSTETTERUS, qui integrum fere dignitatum Academicarum & Eccleſiaſticarum Zodiacum emenſus, & ſecundâ jam infulâ ornatus, præeſt hodie vicino Monaſterio Bebenhuſano, cui DEUS det vitam, incolumitatem & felicitatem perpetuam!

Benedictus Hopfferus. Illo ad majores dignitates promoto, Munus Ephori accepit *Benedictus* HOPFFERUS, Moralium apud nos Profeſſor celeberrimus, diu jam in Academiam cœleſtem translatus.

Succeſſores, quos habuit in Magiſterio domus, omnes per DEI gratiam adhuc ſuperſunt, & Eccleſiam, Academiam, quin & rempublicam patriam officiis amplifſimis juvant. Nempe JOANNES WOLFG. JÆGERUS, JOANNES OSIANDER, MATTHÆUS HILLERUS, JOANNES CONRADUS KLEMMIUS, GOTTOFREDUS HOFFMANNUS, Viri Munerum Dignitate, meritorum amplitudine, & eruditionis fama undique Excellentiſſimi, quibus omne gratiæ cœleſtis augmentum ſerió exoptamus.

Jo. Wolfg. Jægerus, Jo. Oſiander, Matthæus Hillerus, Jo. Conr. Klemmius, Gottofredus Hoffmannus. Magiſtri Repetentes.

Inſpectoribus his Stipendii Theologici primariis adjuncti quodammodo ſunt ſeptem, vel octo Magiſtri Repetitionis, ex numero Alumnorum ſelectiores, qui ipſi quidem ſtant ſub imperio & dominio, ſive diſpoſitione Inſpectorum Superiorum, nec ſine illorum præſcitu, vel conſenſu aliquid ardui ſuſcipere poſſunt, nihilominus tamen varia mandata Superiorum Inſpe-

Digitized by Google

Inſpectorum exequuntur, Studioſos Theologiæ & Philoſophiæ nec non Philologiæ in Stipendio docent, examinant, in illorum delicta inquirunt, & res graves ad Superiores deferunt, precibus Alumnorum interſunt, ſolennes conciones publicas non tantùm, ſed & lectiones catecheticas in templo D. Jacobi Tubingæ habent, ibi etiam ordinarie cum Diaconis, in Superioti autem Templo extraordinariè in caſu neceſſitatis S. Cœnam diſpenſant, ibidemque etiam pro ordinariis Miniſtris concionantur, iidem Repetentes quoque Stuttgardiam & in præcipuas urbes Ducatus ad Vicariatum mittuntur.

Procuratores Stipend. Theologici,

Digni etiam ſunt, qui hoc loco recenſeantur non tantùm, ſed & commendentur Illuſtris hujus Stipendii Theologici Procuratores & Oeconomi, prudentiſſimi, digniſſimi: Quod Joſephus Ægyptiis & Ampliſſimæ Jacobi Familiæ fuit, dexterrimus panis & neceſſitatumcorporalium diſpenſator, id BETHELI Wirtenbergicæ, Stipendio Ducali, fuerunt olim & adhuc ſunt Nobiliſſimi Domini Procuratores, qui Salaria Ephoris hujus Seminarii & Stipendia Alumnis diſtribuunt, qui ne cibus & potus deſit Stipendiariis, procurant, qui tantæ domus ſunt Ædiles, ejusque muros, pavimenta, conclavia & tecta conſervant, ornant, reſtaurant, qui non ſanis tantùm, ſed & ægrotantibus proſpiciunt, multaque tædia inter tot homines varii ingenii devorant. Inter hos, quorum quidem notitia ad me pervenit, fuere *Georgius Bablingerus*, qui per quinque luſtra Oeconomi munus & onus in Stipendio geſſit. *Jacobus Lieb*, ab A. 1625. usque ad Annum 1629. curam Oeconomicam in hac Sacra domo habuit.

G. Bablinger. Jac. Lieb.

Marcus Laux, ferreo tempore belli tricennalis, ne fame perirent Alumni Principis ab Anno 1629. usque ad an. 1638. procuravit.

Marcus Laux.

Ei ſucceſſit *Jo. Conradus Brodtbeccius*, Proavus meus Maternus, etiam poſt fata piè colendus, Experientiſſimi Medici, *Jo. Conradi Brodtbeccii*, Verâ pietate & multivariâ Eruditione Clariſſimi, Pater, qui non minus ac Laxius exulceratiſſimis temporibus, quibus bellum, fames & peſtis ex juſto DEI judicio in patria ſæviit, ab Anno 1638. usque ad Annum 1644. è manu DEI & Principis Stipendiariis neceſſaria ſuppeditavit.

Jo. Conrad. Brotbeccius.

Brotbeccio ſucceſſit *Joh. Bernhardus Sattler*, quo in Stipendio Ducali Oeconomiam procurante, aurea pax Germaniam & Wirtenbergiam per tot annos Bello, fame & peſte enervatam, refocillavit.

Jo. Bernh. Sattler.

Poſt illum Annum 1649. novus in hanc domum DEI Procurator intravit *Johannes Andreas Schollius*, qui per decem Annos huic Muneri præfuit.

Jo. h Andreas Scholl.

Ejus in locum venit Anno 1659. *Martinus Maurerus*, qui usque ad Annum 1680. inter belli & pacis mixturas officio ſuo Procuratorio defunctus eſt.

Martinus Maurer.

Hunc ſequebatur *Fridericus Engel*, quem cura hæc Domeſtica in Ducali Stipendio graviſſima per novendecim annos preſſit, ab ea Anno 1698.

Fridericus Engel.

Digitized by Google

Iob. Paulus Engel.

1699. liberatus & ad Angelos in cœlum avocatus, nactus est Successorem Filium Charissimum, *Iob. Paulum Engelium*, qui primò Patri, senectutis molestias sentienti, adjungebatur, postea pie defuncto plenissime succedebat. Cui in hunc diem Salutem externam Stipendii Ducalis fideliter procuranti supremus rerum nostrarum ARBITER & PROCURATOR cœlesti suâ gratiâ benignissimè porrò assistat.

Tale fuit & adhuc est Monasterium nostrum Augustinianum sub inspectoribus suis, quorum exacta virtus & accurata circumspectio maximum ei semper decus attulit. Hinc sub eorum cura & pollice Stipendium hoc nostrum Theologicum nunquam non fuit florentissimum, & toto orbe Christiano celeberrimum. Ex eo enim loco, velut ex Sacratissimo quodam Templo prodierunt olim BRENTII, ANDREÆ, GERLACHII, BIDENBACHII, OSIANDRI, MAGIRI, HUNNII, LYSERI, SIGWARTI, HAFENREFFERI, ZELLERI, THUMMII, NICOLAI, BINDERI, HOLDERI, HOCHSTETTERI, & alii, qui totum Europæum Orbem tanquam splendidissimi Soles, doctrinæ Puritate ac Religionis lumine irradiarunt. Hodieque ex eo prodeunt, prodire saltem possunt & debent, qui veritatem cœlestem ad salvandas plures animarum Myriades præconio suo felicissime disseminant, non intra Wirtembergiæ tantùm Pomœria, sed etiam in exteris, ad quas ablegantur Ecclesiis, ut verè fossus Tubingæ fuerit fons Sapientiæ, quod inclyti quondam Eberhardi Fundatoris Academiæ ominosum erat Apophtegma.

Miramur sæpe, unde tot Theologi non solùm in ipso Ducatu & Ecclesia Wirtenbergica inveniantur, sed in alias etiam Provincias, Ecclesias & Academias mitti olim potuerint. Sed mirabimur minus, si hunc cœtum Alumnorum Theologicorum consideraverimus. Θεολογοτρόφος enim est, & commune bonum totius Ecclesiæ Reformatæ, ex quo hactenus, tanquam ex publico Imperii Gymnasio in omnes fere partes Germaniæ, urbes & regiones Theologi eruditi prodierunt. Palæstra hæc est discendi, & peregrinis jucundum, imò admirandum est spectaculum, cernere Seminarium illud Ecclesiæ nostræ florentissimum. Initio prandii & Cœnæ post preces latino Sermone factas, post prælectum caput ex S. Scriptura & post paragraphum ex Augustana Confessione & cæteris libris symbolicis concionem ibi habet ad dimidiam horam Magister aliquis, Stipendii Alumnus, & quotidie alius atque alius. Officina hæc est discendi, concionandi. Concinitur postea musicè elegantibus & Suavibus modis: Hospitibus introductis, qui antea non viderunt, spectaculum jucundum & admirandum est, cernere convictorum mensis viginti quatuor & amplius, tantæ videlicet Juventutis ingeniosæ, optimæ spei segetem, aliquando multis Ecclesiis non solum hujus Ducatus, sed etiam aliis in Germania & extra eam inservituram. Quantum hoc est beneficium DEI! Quantum rei Christianæ adjumentum! Quantum denique ornamentum!

Optimo jure Stipendium Theologicum nominare possumus Scholam Prophetica[m] qualem

qualem Samuel Propheta Sanctiſſimus in Rama fundavit, paulo poſt illa tempora, quibus rarescere inceperat verbum Domini, uſque adeo, ut nullæ fere eſſent apud populum DEI Prophetiæ. Ita ſane Dux ULRICUS iis ipſis temporibus, quibus verbum Domini traditionibus hominum contaminatum fuit, in hoc Ducatu noſtro, Viris Propheticis & piis Miniſtris infeliciter tum carente, Scholam Propheticam, nempe Stipendium Theologicum erexit, nullis ſumptibus pepercit, ex quo ipſo non minus ac ex Rama illa prodierunt hactenus toti Chori Prophetarum, id eſt illi, qui verbum DEI Prophetico Spiritu ſcriptum rectè exponere, & populo interpretari didicerunt, pſallentes etiam Domino in tabernaculis Iſrael.

Servet, oſervet, o perpetuum ſervet, grande hoc Cœli depoſitum, qui hoc dedit, *Soſpitator* altiſſimus, ut Wirtenbergia noſtra ſemper habeat, qui veram religionem ſolerter explicare & populo interpretari queant. Imò ut habeat Eccleſia eos, qui pia & inculpata vita etiam aliis præluceant, Exemplum ſequentes *Auguſtini*, cujus tanta fuit virtus, tantum pietatis ſtudium, ut mens ejus ſemper ad DEUM erecta permanſerit.

O quàm deteſtatus eſt *Auguſtinus* juventutis peccata & illam inſaniam, quod plus curavit ſervare leges Grammaticorum, quàm ſanctiſſima præcepta Domini, quod plus ſolicitus fuit, vitare Barbarismos, quàm morum defectus & vitia. Accuſat adoleſcentiam, in ardore libidinoſo, in tot ſceleribus conſumptam. Orat tandem & petit veniam admiſſorum, fugit ad miſericordiam DEI, admiratur divinam ejus Majeſtatem, accenſus cupiditate, illam laudibus proſequendi. Sic acquieſcit in DEO, extra quem nulla vera felicitas, nulla perfecta ſapientia & eruditio datur. Omnis pulchritudo ex DEO eſt, inquit Auguſtinus, qui eſt omnibus laudandus.

Hic animus vobis ſit ſemper, Commilitones Suaviſſimi, ſic verè eritis Auguſtiniani, ſic implebitis ſpem de vobis conceptam. Satis docti eritis, ſi exemplo Auguſtini DEUM veſtrum cognoſcetis, ſatis fortunæ & felicitatis habebitis, ſi quotidie magis diſcetis, mundum & ejus pompam contemnere. Sola DEI cognitio beat, & rerum terrenarum, id eſt, corruptibilium contemptus excitat animum noſtrum, ut meliora, ſcil. æterna bona quæramus.

O Domine da nobis acquieſcere in Te, da miſeris hanc gratiam, ut venias in cor noſtrum, & inebries illud: Dic nobis per miſerationes tuas, dic animabus noſtris: Salus veſtra ego ſum. Magnus es Domine, & laudabilis valdè, magna virtus tua, & Sapientiæ tuæ non eſt numerus. Et ecce laudare Te vult homo, aliqua portio creaturæ tuæ, qui noſtris laudibus es major, & tamen omninò tacere, nefas eſt. Ex hoc Seminario Eccleſiæ Tuæ jam diſcedentem ſine me, ſine me loqui apud miſericordiæ Tuæ thronum, me eſſe terram & cinerem.

Suſceperunt me conſolationes miſerationum Tuarum, ex quo formaſti me in tempore. Confiteor Tibi, Domine Cœli & Terræ, laudem dicens Tibi de primordiis & pro-

greſſu vitæ meæ. Adſis mihi porrò tuâ gratiâ. Tibi, Tibi ſerviat, quicquid didici, Tibi ſerviat, quicquid loquar, quicquid poſthac etiam ſuſcipiam. Ecce cor meum, DEUS mi, ecce cor meum, cujus miſeratus es in imo Abyſſi, illud laudibus tuis conſecro. In Te figam, o Domine! manſionem meam, & de loco in locum proficiſcens, ſemper in Te quieſcam, ſemper ad Te revertar, Domine.

Sed jam ad finem orationis meæ pervenio, Auditores, vota facturus primò ſanctiſſima pro Nutritio & Principe noſtro Clementiſſimo, Munificentiſſimo, cujus & ego gratiam & clementiam incomparabilem a prima ætate mea percepi. Reddat DEUS optimo Principi, quod ego reddere non poſſum. Impleat DEUS, impleat animam Celſiſſimi noſtri Principis puro illo & ſancto amore Spiritus ſui. Aſſiſtat ejus curis, easque ſanctificatas undique beet atque fortunet, ut ſub Ducis noſtri pacato Regimine ſalva maneat Religio, inconcuſſa ſtet Juſtitia, profligentur Vitia, præmiis ornentur virtutes & Studia. DEUS Iſrael tueatur Principem, tot belli periculis & laboribus pro ſalute Imperii & patriæ ſuſtinendis expoſitum, reducat illum DEUS in patriam, multis trophæis & palmis ornatum.

Servet DEUS Sereniſſimam Conjugem cum Celſiſſimo *Hærede*, Patriæ Ocello. Servet Pater Miſericordiæ Sereniſſimam *Matrem* Principis noſtri, illam *Heroinam* Seculi, cui multum etiam debet Ducale noſtrum Stipendium. Dominus ſit Clypeus & Protector ejus, ut ſub umbris Alarum divinarum tuta, videre poſſit mirabilia Domini. Benigno DEUS & provido poſthac etiam oculo reſpiciat *SIBYLLAM* Wirtenbergicam, Principem octogenariam, illam Germam Domus Wirtenbergiæ, radiis virtutum in tanta ſenectute pulcerrimè micantem. In qua veneramur Divum EBERHARDUM, cujus ſuperſtes illa ſoror eſt, In qua colimus JOANNEM FRIDERICUM, glorioſiſſimæ memoriæ Principem, qui centum & viginti abhinc annis natus & ante ſeptuaginta quatuor annos denatus, ſuperſtitem adhuc habet Filiam hanc incomparabilis Sapientiæ & clementiæ Principalis, quæ Stipendium etiam Theologicum magno in pretio habet, & inter cimelia Ducatus Wirtenbergici refert, quæ moris antiqui tenaciſſima, communi honore colitur ab univerſa Germania. Servet DEUS grande hoc decus & ornamentum Seculi, ſervet DEUS iſtam DEBORAM Wirtenbergicam, & tranquillâ lætaque ſenectute recreet optimam hanc Principem, in qua vivit adhuc *Avia* SIBYLLA, Anhaltina, FRIDERICI Wirtenbergiæ Ducis, Optima Conjux, quæ *Mater* & *Reſtauratrix* fuit fœcundiſſima Domus Wirtenbergicæ, quam ad orbitatem fere redactam & maſculis hæredibus, ſi pauciſſimos excipias, deſtitutam, novem filiis & ſex filiabus Sereniſſimis ab interitu vindicavit.

Adſit etiam DEUS *quadrigæ* Principum *Fratrum* florentiſſimæ & Matri Vidуæ, Principi Sereniſſimæ, Dominæ, Dominæ, *ELEONORÆ JULIANÆ*, Dominæ ac Principi meæ clementiſſimæ. Protegat illam DEUS cum celſiſſimis Filiis in decus & præſidium Imperii, ornamentum Auguſtæ Domus Wirtenbergicæ, & ſpem Patriæ maximam palcerrimè ſuccreſcentibus.

Sic

Sic cum Wirtenbergia noſtra floreat etiam *Germania*, & Auguſtiſſimum ejus Caput *Magnus Leopoldus*, Cæſar juſtus, pius, felix, benignus & ſapiens: Vivat Imperator cum *Rege filio*, quem Nicer hic noſter & huic vicinus Rhenus nuper ſalutavit. Cedat armis ejus juſtiſſimis tot Regnorum Uſurpatrix Gallia, & non in alio quam in *Caroli* Auſtriaci Capite Dignißimo fulgeat Corona Hiſpanica.

Denique Proceres Academiæ Ampliſſimi, Venerandæ inprimis *Facultatis Theologicæ* Antiſtites Graviſſimi, vobis mea quoque vota dicata ſunto, vobis, diſcedens hinc, gratias humillimas perſolvo, quod me natum apud vos & ſtudiis innutritum paterno hucusque affectu fovere, & innumeris beneficiis ornare voluiſtis. In me retribuendi facultas eſt nulla, precor hinc DEUM, ut Inclytam hanc Scholam porrò tueri, & probe tutatam gratiâ ſuâ perpetuâ recreare velit, quo ſic *EBERHARDINA* hæc noſtra Doctorum celebritate, optimorum ſtudioſorum frequentiâ, legum ac diſciplinæ cultu magis magisque augeatur, & inclareſcat. Floreant hic meliores artes & ſcientiæ, abſint contagia, & morborum agmina, quæ ſuperioribus temporibus Muſas Tubingenſes afflixerunt: Triumphet Juſtitia, perennet Religio. Atque ex hoc virtutum ſtudiorumque Seminario ſuis latè ſuggeſtibus, aulis, Curiis, Patria & Univerſa Germania, quas deſiderat, copias & totos exercitus educat. Ita vale, *Tubinga* dilectiſſima, vale Mater optima, vale Mater Studiorum inclyta Academia, & in hac vale, o dulciſſimum meum *Stipendium* & *Contubernium Auguſtinianum*, in cujus honorem hactenus

D I X I.

Digitized by Google

Hæc in prosa de Illustri,

Imò ILLUSTRISSIMO STIPENDIO THEOLOGICO dicta sunto.

Sequitur ENCOMIUM EJUS AUREO CARMINE

Ab EXCELLENTISSIMO *SUI ÆVI* POETA,

NICODEMO FRISCHLINO, Poetices

in Schola Tubingensi Professore scriptum,

quod ita se commendavit Celeberrimo

MARTINO CRUSIO, FRISCHLINI Præceptori,

ut sequens in honorem ejus Græcâ & Latinâ Linguâ scripserit Epigramma.

Λύσονίν ξάνθ' πάντ' ἐξῆς ἀλβίᾳ ἀρχῇς
βιρτεμβεργαῖος ἦλθ' ἐξεφέρησε ἰδών:
ὡς θυμῷ γήθει θελύμβιος, ὑπό τι μῦθον:
κάλλιον ἄν τις ἴδοι τῶδε διαμπερὲς χορεῦ;
καὶ βιρτεμβεργῶν ἀγαθοῖς ἀνθεῦντα δυνασῶν,
ἐυγνώμων τις ἀέξῃ κοιλίδι ἐν λαὸ πίοις:
Κηρόθι γηθήσει θαυμάζων, πῶς τι φίσει:
λωίτερον δαπάνας ἄλλ' ἐν ἄλλα τίσας;
οὐ μόνον οἷς ὄφελος χώρῃ πᾶ, ἀλλὰ καὶ ἄλλως:
χρεισὸν μὲν κὐδος, τῷ σωτηρὶ δὲ δύη.
φεισχλῖν τεκνὸς φιλοπαγκυσίοιο πεφύκεις
φεισχλίνοιο φύσιν, φίλ' ἀναγνῶσα, φίλα.

IDEM.

Aspiciens Itali stantem hospitis ordine prolem,
Wirtembergensis Dux Eberhardus, ait:
Quàm jucunda meam subit admiratio mentem!
Ordine quid tali pulchrius esse potest?
Sic numerans cœtus studiosos arbiter æquus,
Wirtembergorum florida rura Ducum:
Ex animo lætans mirabitur, ac sta dicet:
His alius melior sumptibus esse potest?
Non uni prosunt regioni, sed quoq; multis:
Excellens Christo lucus, Satanæq; dolor.
Frischlinus tradit cupientibus omnia clarè:
Frischlini docta, candide lector, ama.

Ita *Martinus Crusius* de *Frischlino*, Urinam semper tam concordes mansissent *Crusius* & *Frischlinus*: Sed infelix bellum Grammaticale vincula amicitiæ solvit. *Frischlinus* memoratum carmen suum Duci *Ludovico* dedicavit hisce verbis.

ILLUSTR.

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI
Ac DOMINO,

DOMINO LUDOVICO,

Duci Wirtembergico & Teccenſi,
Comiti Montbelgardi, &c.

DOMINO Suo CLEMENTISSIMO.

S. P. D.

MAximus ille Prophetarum Iſaias, Princeps Illuſtriſſime, cum 49. cap. multa graviter & præclare, de ſecutura per Chriſtum Eccleſiæ reſtitutione prædixiſſet: inter innumera beneficia, quibus eam cumulat, Reges quoque nutricios & Reginas eorundem Eccleſiæ nutrices affore pollicetur. Neque enim parum intereſt, quibus Eccleſia DEI, in hoc turbulento & exulcerato ſeculo, utatur hoſpitiis, quorumque tutelæ ac præſidio commiſſa ſit: cum pii in hac vitæ miſeria undiquaque hoſtium tyrannide impetantur. Et quanquam DEUS Opt. Max. nullo humano ad oves ſuas protegendas adminiculo indiget: tamen ut oſtendat ſe pro Eccleſia ſua excubias agere, & ut pii de auxilio DEI minus dubitent, ſubinde in Eccleſia præſtantes aliquos Heroas excitat, quorum opera ac miniſterio cultum religionis ſinceræ & piorum hominum cœtum tuetur ac defendit. Quod DEI ſummum erga nos beneficium, ut divinus Propheta luculentius hominum oculis ſubiiciat, non ſolum magnorum Principum tutelam ac patrocinium, ſed omnis generis inſuper miniſteria & obſequia eorundem Eccleſiæ promittit. *Pulvin* (inquit) *in terram demiſſo adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent.* Nam cum antea Reges & Principes Chriſtum è finibus ſuis expellerent, & ſublata pietatis Doctrina veros ejus miniſtros profligarent, tollerent, enecarent: futurum ait, ut Chriſtum deinceps agnoſcant ſummum Regem, omnemque ipſi cultum & honorem deferant, & cum Eccleſia Chriſti ſeſe officioſe conjungant, ſuperſtitiones abrogent, impios & idololatricos cultus exterminent, regnum Chriſti promoveant, puritatem doctrinæ conſervent, ſcandala denique & cætera omnia, quibus DEI majeſtas imminuitur, quam acerrime ſubmoveant. Quæ quidem, dum laudati & excelſi Principes ſtudioſe procurant, nihil certe eorum prætermit

tunt, quæ ad civium ſuorum ſalutem pertinent. Conſulunt enim ſubditorum penuriæ, egeſtatem ſublevant: paſtoribus & miniſtris verbi omnia ea ſuppeditant, quæ ad victum cultumque requiruntur: inſtituunt ſcholas, & doctoribus magnifica ſubornant ſtipendia: literarum cultoribus alimenta & cætera vitæ præſidia decernunt, & generatim omnia peragunt, quæ ad tuendam & propagandam Eccleſiam ſunt neceſſaria. Atq; hoc eſt Eccleſiæ nutricium eſſe, hoc eſt prono in terram vultu adorare Eccleſiam, hoc eſt pulverem pedum ſanctorum lingere, hoc eſt DEI exoſculari filium. *Pſ. 72.* Alii opinionum ſuarum deliria ſequentes, tum demum Reges Eccleſiæ nutricios eſſe ſomniant, cum ipſis locupletes redirus, opimas poſſeſſiones & fructuoſa prædia legaverint, quibus illi tanquam ſici in alvearibus, aut porci in haris ſaginentur. Verum nihil hîc de fucorum alvearibus, nihil de Monachorum ſaginis, nihil de Sacrificulorum focis agitur: ſed omnia de cultu pietatis & doctrina veritatis propaganda, de ſublevanda hominum inopia, de alendis Eccleſiæ miniſtris, & multis aliis, pio & laudato Principe dignis officiis accipienda. Sed quorſum iſta commemoro? Eo nimirum, Princeps Illuſtriſſime Ludovice, ut, cum Propheram Reges & Principes Eccleſiæ Nutricios leniſſimo verbo appellantem audimus, nobis in memoriam revocemus, qualibus nos in Eccleſia noſtra & hactenus uſi ſimus Nutriciis, & etiamnum hodie DEI beneficio fruamur. Cum enim in hac ultima mundi ſenecta, veritas doctrinæ cœleſtis rurſum humano generi illucéſceret, & in omnibus fere terræ partibus lucis ſuæ radios emitteret, dici non poteſt, qualem Eccleſia noſtra Nutricium habuerit ULRICUM, excellentis memoriæ Principem, T. C. Avum Illuſtriſſimum, qui, ut pietatis cultum, antea ritibus & ſuperſtitionibus Papiſticis, ipſo exule, miſere defædatum, ab erroribus & omnium ſectariorum corruptelis vindicaret, nihil intentatum reliquit. Atque ut eo promptius miniſterium verbi progrederetur, initio ſcholas reſtituit (hæ enim ſunt utriusque politiæ quaſi ſeminarium quoddam) & ut verum ſe Eccleſiæ Nutricium eſſe comprobaret, magnificum in noſtra Academia Stipendium erexit, in quo maximum honeſtiſſimorum adoleſcentum numerum, immenſis ſumptibus, ad ſtudium pietatis ali & ſuſtentari voluit, ut inde verbi divini miniſtri, & pii Eccleſiæ doctores, tanquam ex communi penario depromantur. Quid de *Chriſtophoro* T. C. Patre, ſanctiſſimæ memoriæ, Principe commemorem? quem ſi noſtra Eccleſia Nutricium non habuit, neminem habuit. Nam ut, omiſſis aliis, quæ innumerabilia ſunt, in noſtram Eccleſiam collatis beneficiis, unum duntaxat percenſeam: quis eſt, qui neſciat quanta cura, quantoque ſtudio Princeps *Chriſtophorus*, impietate Papiſtica, quæ tempore INTERIM, in hunc quoque Ducatum irrepſerat, fortiſſime profligata, ſuis civibus & terrena & cœleſtia alimenta ſubminiſtrarit? Quis ignoret, quanto labore ſemper in hoc enixus ſit, ut verbum DEI ad omnem poſteritatem ſincerum & incorruptum propagetur? Etenim ut non tam ſuæ, quam aliis quoque ditionibus honeſtos & eruditos verbi miniſtros educaret, Stipendium Tubingenſe à Patre ULRICO fundatum, nova quadam & inſolita ſtudioſorum copia ampliavit, extructo magnifico & ſumptuoſo ædificio: & ne quid paupertibus & egenis, cum ad alias operas perficiendas, tum ad literarum ſtudia colenda deeſſet, paſſim in monaſteriis ſcholas inſtituit, ut inde Eccleſiæ mendicitate ſublata, & otioſis ventribus expulſis, ingenui adoleſcentes in bi ſtudiis linguarum & artium humanitatis quaſi initiati, ad munus docendi in Eccleſia præparentur.

Nihil

Nihil hîc de nutricatione dicam, qua in exteris & peregrinis, ob fidei profeſſionem exulantibus, fovendis liberaliſſime eſt uſus, nihil de munificentia erga omnes omnium ordinum homines. Hæc enim copioſe dicere, præfationis limites me prohibent. Atque hos Eccleſiæ Chriſti & ſcholarum Nutricios, Tu iam tertius ſequeris, LUDOVICE Princeps Illuſtriſſime, non tam Regni aviti, quam etiam virtutum utriusque Principis hæres certiſſimus, cui omnia laudati & generoſi Ducis ornamenta (quod ſine omni verborum lenocinio veriſſime dicere poſſum) ex paterno ſemine, tanquam ex traduce ingenerata ſunt. Nam & in cæteris omnibus T. C. parentum veſtigiis inſiſtit, & cum primis ſcholaſticis cœtibus ita favet, ut ſuo patrocinio & munificentia ſtudiis literarum plus cupere videatur, quam antehâc nemo alius. Quæ cum ita ſe habeant, non immerito hoc qualecunque carmen mihi deducendum ſumpſi, quo Stipendium Tubing nſe, cæteraque ſumma erga Eccleſiam DEI beneficia, à ſummis heroibus profecta celebrare volui, ut ea ſempiternæ (ſi quid modo in meis carminibus eſt génii) poſterorum memoriæ innoteſcant, neque ullo obliterentur ſeculo. T. vero C. hoc quicquid eſt mei laboris & fœtus dedicare viſum eſt, cũ propter multas, tùm propter hanc potiſſimam cauſam, ut hoc, licet vili attritoque & chartaceo munere animum erga acceptæ à T.C. & totius patriæ patre Duce, *Chriſtophoro* beneficia, gratum declarem. Cum enim Illuſtriſſima ejus Celſitudo, pro ſua in honeſtas literas atque artes bonas munificentia, meam quoque egeſtatem & inopiam ſublevarit, & primum in Gymnaſiis monaſticis, deinceps in laudatiſſimo ſcholæ noſtræ Collegio (quod Stipendium vocant) ſtudia mea tantiſper foverit, usque dum ad lucem aliquam producerentur, omnibus iis, quæ in Muſarum caſtris militanti ſunt opus, liberaliter ſubminiſtratis: quis non videt me graviſſimis cauſis, ut hoc carmen contexerem, fuiſſe impulſum? Quod ideo commemoro, ut plerisque omnibus conſtet, quo animo conſilioque iſtam ſcribendi materiam ſuſceperim: ne quis ἀτλικὸν βλίπος, aut inſanabile illud ſcribendi κακοηθὲς mihi obiicere poſſit.

Quare ſuſcipe quæſo, Princeps Illuſtriſſime, hanc meam quantulamcunque in avitis paternisque laudibus perc nſendis operam: non tam ut auſpicato in publicum exeat, quam etiam celſiſſimorum Principum in hoc libello celebrata memoria, mutuam quaſi celebritatem ac commendationem operi reportet. DEUS interim Opt. Max. C. T. una cum Illuſtriſſima Domina parente, & tota Wirtenbergenſi familia, diutiſſime incolumem conſervet, idemque non modo felix regni auſpicium, ſed ejusdem quoque longiſſimum & pacatiſſimum curſum benevole largiatur: ut de Principe vera religio & ſacroſanctum pietatis opus cum in patria noſtra florentiſſima perpetuo vigeat, tum etiam ad ſeros Wirtembergicæ, domus nepotes prorogetur. *Data Tubingæ, pridie Idus Iunii, Anno Chriſti*, M. D. LXIX.

T. C.

ſubiectiſſimus

M. Nicodemus Friſchlinus *Balingenſis*,
Poematum in Schola Tubingenſi Prof.
Rectores

RECTORES MAGNIFICI
Academiæ Tubingenſis.

STIPENDIUM TUBINGENSE
Ducis Wirtembergici.

VOs, quibus à tenero, Nympha Pimpleidis, ævo
Limina Neccarica culta fuêre ſchola:
Laude Tubingiaci ſtipendia ferte Lycæi,
Munifica celſi Principis aucta manu.
Structaque cœnobiis nuper Muſæa ſub amplis
Dicite, Tecciacum voce canente Ducem:
Qui virtute potens, qui majeſtate verendus,
Summa manet patrij ſpuque decuque ſoli.
Qui columen cœtuq; pis fulcrumque ſcholarum,
Innumera ſtudiis auxiliatur ope.
Tuque age CHRISTE fave, tu divitiis ubera vena
Suffice, tu vires viribus adde novas.
Ut valeant, qua laude decet, quo carmine ſua eſt,
Omnia, non tardo commemorare ſtylo.

Vetus Stipendii ædificium, olim Monachorum Auguſtini ſedes.

EST antiqua domus, longo ſatis ardua tecto,
Ad rapidum Nicri conſpicienda vadum.
Auguſtiniaci quondam coluêre cuculli:
A quibus illa ſuum nomen adepta fuit.
Nunc alio dicunt STIPENDIA nomine cives,
Nomine cum facto conveniente ſuo.
Nam ſacra diſcentum numeroſa pabula turba
Exhibet, & ſtudiis pendit opima ſtipem:
Ut levet officio, ſi quos anguſtia rerum
Impedit, & mœnum deprimit arcta caput.

Eberhardus Probus, qui & Barbatus

Hanc olim ſtatuit Princeps Eberhardus, & illic
Limina divitiis extulit aucta ſuis.
Cœlicolæ ac veris ibi colerentur in ade

1. Joannes Vergenhanß/ latine Nauclerus Decret. Doctor. 14. 7br. 1477.
2. M. Conradus Feßler/ D. D.
3. M. Joannes von Stein/ SS. Theolog. D.
4. M. Ludovicus Truchſes von Höffingen/ D. D.
5. M. Joannes Stein, de Honheimb/ Decret. D.
6. M. Chriſtianus Wolmann, SS. Theolog. D. 1. Maj. Anno 1480.
7. M. Joannes Cruzlinger, J.U.D.
8. M. Joannes Fleckh/ SS. Theolog. D.
9. M. Conradus Schäfferlin.
10. Georgius Hartfeſſer, D. D. cujus Rectura anna fuit, quod excedere cœgit Academiam orta die S. Marci peſtilentia, quæ ſuſtulit ibi 1383. homines; tum temporis Academia diſſipata fuit in Waiblingen, Urach/ Dornſtetten & Rothenburg.
11. M. Mangoldus.
12. M. Conradus Pleuderer

Rit-

Digitized by Google

13. M. Conradus Summenhardt. Theol. D.
14. Conradus Bœmlin, Decanus Eccleſ. Tubing.
15. Ulricus Krafft / Ulmenſis, Anno 1485.
16. M. Gabriel Biel. SS. Theolog. Licentiatus, de quo dicitur, quod pro explicatione Evangeliorum, Ethicam Ariſtotelis publicis in concionibus docuerit, fuit Conſtantienſis & Eccleſiæ Uracenſis Præpoſitus.
17. D. Petrus, Probſt zu St. Guidon in Speyer.
18. D. Petrus Popphardt. J.U.D.
19. M. Georg. Lamparter. J.U.D. Decanus Mompelgartenſis.
20. Joannes Steinmajer. J.U.D. Lindavienſis.
21. M. Joannes Hiller. SS. Theol. Baccalaureus, Dornſtettenſis.
22. M. Joannes Stein. D.
23. M. Joannes Biel. SS. Theolog. Licent.
24. M. Martinus Plantſch, Dornſtettenſis, SS. Theol. Baccalaureus, Fundator Stipendii Martiniani Tubingenſis. Obiit anno 1533.
25. D. Wendelinus Steinbach. SS. Theolog. Profeſſor 1490.
26. M. Conradus Feſſler. D.
27. M. Conradus Summenhardt, SS. Theolog. Profeſſor.
28. M. Mangoldus Widmann. D. D.

Ritibus, & ſtudio mitibus iret honor, dicitur, Princeps Wirtembergicus.
Unde ſecuturis prodiret clericus annis,
Imbutus ſanctis cognitione libri.
Paſceret hinc ſacrum cœleſti dogmate cœtum,
Et coleret puram religione Deum.
Sed ferè jam totum Romani oppleverat orbem, cœnobium Auguſtini condidit.
Fœda ſuperſtitio fraudq́, maligna Papæ:
Cœperat & peponum ſenſim expilare dynaſtas,
Et regum ciſtas expoliare dolis.
Nec pietas monachis nec erant ſacra dogmata cura,
Sed ventrem lautis exatiare cibis.
Hoc erat in votis: ſegnem traducere vitam,
Illud erat Latia relligionis opus.
Ergo hanc Ulricus patria ditione recepta, Princeps Ulricus reſtaurator Collegii Auguſtiniani: cujus prima cura fuit erga Religionem collapſam, quam ſtatim recuperato avito regno, quaſi poſt liminio reſtituit.
Reſtituit, ſumptu non remorante, domum.
Reſtituit tandem vetereḿ, reduxit aduſum,
Eſſet ut Aonio ſedes amica choro.
Tempore quo ſolis fuerat ſceptrigerá paternis
Redditus, & Suevos rurſus habebat agros.
Tunc etenim primò ſubiit pietatis imago,
Quònam lapſa, foret reſtituenda modo.
Eſſet ut exploſi mendis aliena Papatus,
Et veteris ſtaret relligionis honor.
Nec mora, purgatas Miſſam cantare per aras,
Syncera tumidus vocis amore, vetat.
Et veteras iterum templis inſtaurat honores,
Nec patitur falſis ritibus eſſe locos.
Utque pius Gedeon ſædi delubra Baalis
Ernit, & flammis templa nefanda dedit.
Cum foret Idolis Hebræa à gente lutatum,
Et data ſacrilegis impia thura focis.
Ecce etiam Ulricus veræ pietatis amator,
Ut primùm patrii tecta ſubiuit agri.
Protinus infauſtas ſubjectis ignibus aras
Deſtruit, abſurdos qua coluêre Deos.
Cultibus & falſis ſurgat ſuccedere veros,
Divinoque ſacros igne tepêre foces.
Crede mihi pictis non eſt Eccleſia templis
Culta, ſed hac verbo nititur atque fide,
Nec bove mactato numen cœleſte per aras,

Digitized by Google

Sed mentis gaudet ſimplicitate coli.
Unde ſuos iterum rectè pietatis ad uſum
Reddidit Ulricus relligionis opus.
Et longa populos ex impietate reduxit,
Quò colerent veri numina vera Dei.
Utque miniſterium verbi ſine labibus iret,
Doctrina vita conveniente pia.
Audiretque viros noſtras Eccleſia doctos,
Qui memori ſacrum pectore dogma gerant:
Qui nova, qui vetera è capſis cum fœnore pro-
Matth. 13. & 25. *mant,*
Ritè ſq; commiſſa munera ſortis agant:
Scholæ & Gymnaſia *Ille ſcholas veterem ducit pietatis ad uſum,*
Artibus & tempe mitibus apta facit.
Ducatus Wirtemberg. reſtaurantur Anno 1535. & 36. *Et patriæ inſtaurat fundata Lycæa ſub oris,*
Viribus antiquis reſtituitq; ſuis.
Cum prior artidocis nocuiſſet cœtibus ætas,
Heu malè Caſtalio pernicioſa gregi.
Mox quoq; ſupremum ſida benitate Lycæum
Corrigit, & priſci reddit honoris opus.
Eodem tempore Princeps Ulricus Academiam Tubingenſem reſtituit, undique convocatis viris doctiſſimis. *Condit & auguſtis præclara palatia Muſis,*
Et ſtudiis aptat commoda templa piis.
Hic ubi Caſtalia prætermeat arua Tubinga,
Neccarus, & vivo flumine prata ſerit.
Hic ubi ſtat Suevo Parnaſſus monte bivertex,
Et juvenum ſacro pectora fonte lavat.
Hic ubi cum pietate fides artesq; docentur,
Atq; piis colitur docta juventa ſcholis.
Sed quia pubeſcens ſibi non benè conſulit ætas,
Si præceptorum deſtituatur ope:
Proxima cura fuit celebres accerſere Muſas,
Et legere eximios arte ſideque viros:
Qui pia virtutum ſtudioſa dona caterva,
Synceraque darent relligionis opus.
Qui divina gravi conamine jura docerent,
Unde ſacer vita ſtet ſine labe tenor.
Qui regere & laxas ſcirent dare legis habenas,
Qui juvenum pulchris artibus ora rigent.
" *O quantum decus eſt, quantò precioſior auro,*
" *Si qua ſchola eſt ſtudiis nobilitata ſuis?*
Finis & utilitas ſchola- *Hinc ſunt, ſalvifici qui ſpargunt dogmata verbi,*
Suppeditantq; tuo pabula CHRISTE gregi.

29. Hieronymus de Crouatia, J. U. D.
30. M. Diethmarus Aſchmann, Vayhingenſis.
31. M. Georgius Lamparter, J. U. D.
32. Vitus vom Fürſt. Tubingenſis. J. U. D.
33. D. Wendelinus Steinbach, SS. Theolog. Profeſſor.
34. M. Jacobus Lempp. Decret. ac SS. Theolog. Doctor.
35. M. Joannes Lupffdich / Blabyrenſis, J. U. D. Obiit Anno. 1518.
Rector A. 1495.
36. M. Andreas de Rumpis, SS. Theolog. Baccalaureus.
37. Hieronymus de Crouia. J. U. D.
38. M. Conradus Summenhardt, SS. Theolog. Profeſſor.
39. M. Conradus Feſsler. D.
40. M. Joannes Aquila Hallenſis. J. U. D.
41. M. Simon Leonis, S. S. Theolog. Baccalaureus.
42. M. Andreas. Droſchrel. J. U. D.
43. Laurentius Hornſtein. J. U. D.
44. D. Wendelinus Stembach/ SS. Theolog. Profeſſor.
45. M. Conradus Sommerhardt/ SS. Theolog. Profeſſor. 1500.
46. M. Jacobus Lempp, SS. Theolog. & Decret. D.
47. M.

Digitized by Google

47. M. Andreas de Rumpis, SS. Theolog. Baccalaureus.

48. M. Andreas Droschtel. J. U. D. usque ad diem Venerisante Dominicam Reminiscere continuatus. Obiit anno 1522.

49. M. Conradus Fesler, Juris Pontif. D. Calend. May. idem Rector continuatus est usque ad Calend. May anni sequentis. 1503.

50. M. Petrus Brunnius. SS. Theolog. D.

51. D. Calparus Foresta rius. U. J. Interpres.

52. Reinhardus Gaisser, SS. Theolog. Professor.

53. Sigismundus Eppius. SS. Theolog. D.

54. M. Joannes Vesenmajer, Decanus Ecclesiæ Colleg: Tubingensis, Anno 1505.

55. Joannes Hilarius, J. U. D.

56. M. Jacobus Lempp, SS. Theolog. & Decret. D. per annum Rector.

57. D. Wendelinus Steinbach, SS. Theolog. Professor per annum Rector.

58. M. Petrus Brunn, SS. Theolog. D. per annum in Rectura.

59. Heinricus Winckelhofer, J. U. D. Rector quoque per annum.

60. M. Jacobus Lempp, SS. Theol. & Decret. D. & per annum Rector. 1510.

61. D. Wendelinus Steinbach, SS. Theolog. Professor per annum Rector.

Hinc sunt, civili qui lege negotia tractant,
Ac hominum leni jurgia pace regunt.
Hinc sunt, qui morbos humano corpore pellunt,
Hinc est Christicolis turba magistra scholis.
Larga viris etiam fecit stipendia doctis,
Artibus adjungens non leve pandus opum.
Ut sua doctiloquum sequerentur præmia cœtum,
Muneraq; artifices digna labore viros.
Scilicet est virtus laudato Principe digna,
Tangat ut hunc populi cura paterna suis:
Usque professores vera pietatis honoret,
Et tribuat doctis præmia larga viris.
Quid moror in parvis? etenim majora supersunt
Munera, propositi causaque sancta, mei.
Namq; ubi pauperiem multis obstare malignam
Vidit, & ingeniis usque nocere piis:
Exerit ille suas præsenti munere dotes,
Cordaq; largissima fulcit egena manu.
Non humiles animos temerè fastidit & odit,
Quale inopes studium perdere dives habet.
Sed facilis, fidei memor, & virtutis alumnus,
Pauperiem dextra non dubitante levat.
Inde Tubingiaci stipendia clara Lycæi
Fundat & Aonio fert pia dona choro.
Indigenasque legit patrio sub limine natos,
Et larga hospitis tecta subire jubet.
Semper enim laribus debetur gratia nostris
Prima, sibi primam patria poscit opem,
Nec decet ingenii peregrinis dote levatis,
Indigenas vacua pania egere manu.
Rectè igitur patria natos sub finibus ora,
Ex patribus vera relligione pios,
Agmen alumnorum recipi præcepit in amplum,
Et voluit tanta commoditate frui.
Si tamen hos primis etiam formaverit annis,
Sanctifica virtus relligione Dei.
Atq; illi ornarint laudato nomine vitam,
Qua sine sit vitiis antè peracta malis.
Si quoque sint docites, hirta non indole duri,
Quam male fodarus torpor inerte situ.

Illicorum cœtuum.

Ultrici Principis in viros doctos munificentia.

Ejusdem magnificentia in pauperes & rerum ad studia necessariarum egenos.

Fundatur Stipendium Tubingense.

Conditiones recipiendorum in Stipendium.

Digitized by Google

Sint maturi annis ævoque impubes, fereque
Addiderint annos ad tria lustra duos.
Et jam combiberint primo sub flore juventa,
Linguarum & studij semina prima sacri.
Quique rudimentis formarint pectora primis,
Jungenter Latijs verba Pelasga fonis:
Doctaque libarint Logices præcepta diserta,
Nonnihil & legis Quintiliane tuæ.
His animum studiis quicunque politus, opimam
Supplice sollicitat principis ore manum:
Atque suam patriæ venturam jurat opellam,
Si quando meritam postulet illa fidem:
Illum fida Ducis largitio sumptibus, arcta
De paupertatis dextera tollit humo.
Magnificas nec opes nec munera larga recusat,
Quique levant artes emolumenta piæ.
Subsidia & cuncta suis alimenta ministrans,
Pauperis extenta damna rependit ope.
Hinc ille & superis sovet Christique popello,
Fida ministeriis agmina dicta sacris:
Publica quæ passim conscendunt fulcra cathedræ,
Auricomumque premunt relligionis ebur:
Ut doceant sanctum firmato pectore cœtum,
Quo velit omnipotens numen honore coli.
Ne quoque dispersus nullo discrimine sedes
Incolerent, strati per juga more gregis.

Monasteriū Augustinianum conceditur stipendiariis inhabitandū.

Augustiniacs cedunt habitacula tecti,
Dantque locum studijs limina prisca sacris.
Limina quæ stupidi quondam tennere cuculli,
Excordes domina sub meretrice suæ.
Quæ tandem pulsis (quia fruges perdiderunt a
Turba erat, Æolidæ remigiumq́ Ducis)
Huc sua cœlestes posuerunt castra camenæ,
Militiæ hinc CHRISTUS transtulit arma suæ.
Namque inibi grandis studiosi concio cœtus
Pascitur, in studijs erudienda sacris.
Unius ut sociata colens habitacula tecti,
Adsit in obsequium CHRISTE benigne tuum.
Utque iidem studijs & præceptoribus usi,
Conformes teneat relligionis opes:

bach. SS. Theolog. Professor, per annum Rector.
62. D. Joannes Schemer / per annum.
63. M. Petrus Brunn / SS. Theolog. & Decret. D. per annum.
64. M. Jacobus Lempp, SS. Theolog. & Decret. per annum.
65. Balthasar Sellarius, Anno 1515.
66. D. Wendelinus Steinbach / SS. Theolog. Professor.
67. M. Joannes Kreuss.
68. M. Gallus Müller / SS. Theolog. D.
69. M. Alexander Rieger.
70. D. Jacobus Brunn.
71. M. Petrus Brunn / SS. Theolog. D.
72. M. Franciscus Stadianus.
73. Balthasar Sellarius.
74. M. Gallus Müller / SS. Theolog. D.
75. Balthasar Keyffelin, SS. Theolog. D. & per annum Rector Anno 1520.
76. M. Jacobus Lempp, SS. Theolog. & Decret. D.
77. Joannes Epp. J. U. L.
78. M. Joannes Stöffler / Mathematicus.
79. M. Petrus Brunn / SS. Theolog. D.
80. D. Conradus Brunn.
81. D. Johann Eschenbach.
82. M. Fridericus Schaupp.
83. M. Gallus Müller / SS. Theolog. D.

84. M.

Digitized by Google

84. M. Jacobus Lempp, SS. Theolog. D. Anno 1525.
85. D. Balthasar Keuffelin.
86. M. Petrus Brunn, SS. Theolog. D.
87. M. Jacobus Lempp, SS. Theolog. D.
88. M. Gallus Müller/SS. Theolog. D.
89. D. Balthasar Keuffelin.
90. M. Petrus Brunn/SS. Theolog. D.
91. M. Jacobus Lempp, SS. Theolog D.
92. M. Martinus Kugelin.
93. M. Gallus Müller/ SS. Theolog. D.
94. D. Balthasar Keuffelin/ Anno 1530.
95. Joannes Königsattler/ dictus König/ Ottingensis Suevus, Philos. & J. U. D.
96. M. Jacobus Lempp. SS. Theolog D. per annum Rector. Obiit 2. Apr. 1532.
97. Joannes Königsattler/ Phil. & J. U. D. 2do April. usque ad 1. Maii.
98. M. Petrus Brunn/SS. Theolog. D.
99. M. Gallus Müller/ S.S. Theolog. D.
100. Joannes Königsattler/Philosoph. & J. U. D.
101. D. Balthasar Keuffelin.
102. M. Petrus Brunn/ S. S. Theolog. D.
103. M. Johann Armbruster/ SS. Theolog. Licentiatus.

Pulchraque conjungat socios communio fratres:
Noctit ut aligerum mobilis aura gregem.
Hinc alium veros alius pietatis honores,
Et sancta docuit nosse salutis iter.
Hinc studii vitæque pia commercia jungant,
Indoctumque sacra doctior arte regat.
Ac veluti quondam viridis Academia lucos
Turba colens, uno consociata loco est:
Discipulosque unum suscepit idemque Lyceum
Socratis, & Stoicum portieus una gregem:
Haud secus Ulricus magna benitatis alumnos,
Unus voluit tecta habitare domus.
Ut legum doctis inibi regerentur habenis,
Imbuerent animos & pietate suos.
Dulcesque fraterni servantes pignus amoris,
Et vita & studii mutua pacta colant.
Unde secuturo præstantes artibus ævo,
Pabula dent ovibus, optime CHRISTE, tuis:
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycæi,
Quis non æthoria tollat ad astra plaga?
Quod sancto fundata nitent auctore, ducemque
Patronum, columen, tegmen, Asylon habent.
Qui regit auxiliis studiosum mitibus agmen,
Inque pios confert præmia summa viros.
Non semper fabro laudem fabrile reportat,
Conspicuum multæ dexteritatis opus.
„ *Quondam etiam commendat opus, qui perficit, auctor,*
„ *Et majestatem res data dantis habet.*

Illustrissimus Princeps Christophorus patri in Ducatu succedens, liberalitatem in scholis ampliandis exercet.

Dux quoq; Christophorus postquam moderamina Cepit, & imperii frena tenere sui: (naverit Æmulus antiqua Princeps virtutis avorum,
Extulit officiis nostra Lycea suis.
Prabuit & Musis tranquilla per otia nidos,
Utque alcedonios tempora lenta dies.
Namque sua specimen moxut pietatis honorum
Ederet (ediderat sed quoque multa prius)
Adjecit ad patrios ter denos ille clientes,
Ut numero centum divitiore forent.

Idem numerum Stipendiariorum

anxit adjectis 30. ut essent 100. & non ita pridem quinquaginta & ultra addidit.

Nuper & his decies quinos sociavit & ultra,
Indigenas, patrii pignora culta soli.
Hinc ut venturo doctorum turba virorum
Prodeat, in studiis, tempore, culta sacris.
Artibus & vario pollens idiomate linguæ,
Ornatrix felix Hebraicoque sono.
Pascat & hinc CHRISTI doctis sermonibus animos,
Militiæ capiens fortiter arma suæ.

Nec patria solum, peregrinis sed quoque terris
Serviat, ætherii turba polita libri.
Non qualis nuper prodibat copia rasi
Agminis, & stupido clericus ore rudis:
Illud remigium sceleratum Ithacensis Ulyssi,
Quod tria Stesichori vix elementa tenet.
Sed pudet hic nostrum lamiis fœdare libellum,
Quæ decet æternos interiisse dies.

Stipendium decem studiosorum illustrissimi ac generosissimi Domini, Domini Friderici, Comitis Wittembergensis & Mompelgardicit: qui etiam in hoc Collegio sustentantur: a patre Georgio, excellentis memoriæ, Comite instituum.

Principis in cœtu denos Fridericus alumnos
Sublevat, ora Comes Montpeligarda tuus:
Annuaque illorum dignis Stipendia solvit
Cultibus, & larga munera præstat ope.
Ut patriis etiam pastoris educet agris,
Officio quorum dogmata vera sonent.
Dogmata non ullo sectarum schismate tincta,
Dogmata cœlesti consona ritè logo.
O decus! ô virtus excelso pectore digna,
Doribus in sacras officiosa Deæ.
In terris nihil est tam largo Principe majus,
Cui pietas ista nomina laude facit.
Cui fidei candor cura splendorq́; scholarum.
Quem tenet obsessum relligionis amor.
Felices animæ, quibus illius obtigit ævum,
Quo studiis possunt exeruisse caput.
Aurea nunc redeunt divinis tempora Musis,
Dum populi tangit cura paterna Duces:
Artibus & placidi dantur solertibus anni,
Discentumq́; ferunt ocia lenta greges.
Qualia præcinuit Judæa è gente Propheta
Affore, cum reges docta Lycea colent.
Et nutrix regina scholas & Musica tempe,
Poplite submisso prona decenter alet.

104. D. Balthasar Keuffelin. anno 1535.
105. Joannes Sichardus, J. U. D.
106. D. Balthasar Keuffelin.
107. Leonhardus Fuchsius Med. D. Et hic erat primus Rector ex Facultate Medica Magnificus.
108. M. Gebhardus Brastberger. U. J. D.
109. Constantinus Prygio, SS. Theolog. D.
110. Joachimus Camerarius.
111. Ludovicus Grempp. J. U. D.
112. Michael Rucker, Medicinæ Doctor.
113. Balthasar Keuffelin / SS. Theolog. D.
114. Caspar Volandus J. U. D. Anno 1450.
115. Leonhardus Fuchsius, Med. D.
116. Generosus Dn. Albertus Arbogastus, Baro ab Hewen.
117. Balthasar Keuffelin / SS. Theolog. D. per annum.
118. Joannes Sichardus. J. U. D.
119. Michael Ruckher, Med. D.
120. Gebhardus Brastberger. J. U. D.
121. Jacobus Scheckius, Medicinæ D.
122. Erhardus Schnepffius, SS. Theolog. D.
123. Casparus Volandus, J. U. D. anno 1545.
124. Joannes Sichardus. J. U. D.

Addi-

Digitized by Google

125. Leonhardus Fuchsius.
126. Balthasar Keuffelin/ SS. Med. D.
127. Melchior Volmarus Rufus. D.
128. Gebhardus Brastberger/ J. U. D.
129. Michael Rucker/ Med. Doctor.
130. Balthasar Keuffelin/ SS. Theolog. D.
131. Joannes Sichardus. J. U. D. Obiit 9. Novembris anno 1552.
132. Leonhardus Fuchsius Med. D.
133. D. Balthasar Keuffelin/ anno. 1550.
134. Caspar Vollandus, J.U.D.
135. Michael Rucker/ Med. D.
136. Gebhardus Brastberger/ J. U. D.
137. D. Balthasar Keuffelin.
138. D. Caspar Volland.
139. D. Jacobus Scheckius, Medicus.
140. Jacobus Beurlinus, SS. Theolog. D.
141. Nicolaus Varenbüler/ J. U. D.
142. Leonhardus Fuchsius, Med. D. per annum Rector. Nam A. 1554. migravit Academia propter pestē, Tubingæ grassantem, Calvam, anno 1555.
143. Martinus Frechtus, S.S. Theolog. Licent.
144. Jacobus Cappelbeccius, J.U.D.

Addidit his etiam Tifferni census alumnis
Quatuor, atque illis annua dona tulit.
Ut simul hi nostri foveantur in ordine coetus,
Cumque illo studiis ritè sequantur opus.
Legibus & dociles tecti, frenentur iisdem,
Atque Magistrorum condoceantur ope.
Michaelis Tifferni Stipendium, quatuor studiosis factis: qui etiam in nostro coetu foventur.

Is quia Christophorum tenero præceptor ab ungue,
Eruditi nova strenuitate Ducem:
Atque suum calebs, sine prole, peregerat ævum,
Has virtutis erat, dignus, adeptus opes.
Postea quas illum Princeps convertit in usum,
Ut quoque sint studiis munera serva piis.
Sic memorem gratumque suo præstare Magistro
Se voluit, docti captus amore viri.
O cultum pietate Ducem, probitate decorum,
Munifica dignum laude perenne manus!
Qui sacra virtutis virtuti præmia clara
Destinat, & studiis mitibus illa sacrat.
At quis Udalricum, quis digno carmine prolem
Christophorum possit commemorare Duces?
Quòd tam doctificas fovêre benigniter artes,
Divitiisque suis muneribusque suis.
Pierides tanta quòd majestate levarunt:
Augentes opibus culta Lycæa suis.
Ille Tubingiaci fundat collegia tecti,
Instituitque sacra munera larga fipis.
Hic numerum cœtus mirandum exanget alumni,
Ampliat & magnis sumptibus antra schola.

Nec minor ex Princeps patribus Ludovice duo-
O Wirtenbergi spes, decusq; soli: (bus,
Tu quia sancta legis celsi vestigia patris,
Æquus Christophori mentibus, aquus avi,
Et benè Tecciacis fundata Lycæa sub oris
Conservas & opem reddis ubique tuam.
Tu quoq; Neccarica Stipendia clara Tubingæ
Protegis, & vera religione foves.
O vos largifici, æterno, Heroas, ab avo
Secla quibus nullum prisca tulere parem.
Cede locum nostris Romana gloria linguæ;
Promeritus clarum nomen habere, Fabi:
Illustriss. Princeps ac Dominus D. Ludovicus, Dux Wirt. & Teccii, Comes Montpelligardi, &c. Stipendii Tubingensis ab avo Ulrico fundati, parte Christophoro

Cum

ampliari, conservatos & patronos.

Cum faceres precium capto pro milite, septem
Diverdens patru jugera culta soli.
Appula cede locum, magnis uberrima Busa
Sumptibus, ingenii dans monimenta tui:
Dum reliquum Canne donis cerealibus agmen,
Ad Cannsina fovea mœnia, mille decem.
Exiguo vestrum duravit tempore munus:
Hæc sunt æterno non rutura die.
Quid te, qui fines olim ditione premebas
Immensos Asiæ, dive Seleuce, loquar?
Qui reduus censusque tuos altaribus offers.
Auratisque sacras munera mille focis.
Cum Solymitano templo præesset Onias,
Insulaque illius comeret alta comas.
Major ineſt virtus noſtris Heroibus, æqua
Largiter expendens optima quæque manu.
Quorum tot sacris extant collata camœnis
Præmia, quot nullo eſt commemorare ſtylo.
Ergo Tubingiaci ſtipendia clara Lycæi,
Quis non æthereæ tollat ad aſtra plagæ?
Quod quoque Chriſtophorum mitem reperêre patronum,
Et protectorem te Ludovice ſuum:
Qui ſacras artes ceu Mecœnates amaſtis,
Principis idque pii ducitis eſſe decus.
Sed quia floreſcens æquo cuſtode remoto,
Induiget numeris prona juventa ſuis:

Statuta & leges Stipendii, quibus diſciplina & ſtudia conſervantur.

Edocuit pia juſſa, ſuoque è pectore divus
Ulricus, vitæ commoda jura tulit.
Condidit & normam graviumq; repagula le-
Impubiq; dedit ſancta ſtatuta choro. (gũ
Quæ juxta poſſet ſtudiorum tendere curſum,
Eq; ima ſummum tangere ſede locum:
Quæ juxta poſſet vitæ componere mores,
Liber ab infandi colluvione mali.
Hæc quoque Chriſtophorus patriæ pietatis abundè
Æmulus, ingenua nobilis auxit ope.
Ut pia ſacrarum vigeant monimina legum,
Inque illis morum certa ſtatuta ſonent:
Certa ſtatuta ſonent divæ conformia vocî
Quam natura colit, quam Deus ipſe tulit.

145. Chilianus Vogler, J.U.D.
146. Michael Rucker, Med.D.
147. Jacobus Beurlinus, S.S. Theolog. D.
148 Nicol. Varenbüler, J.U.D.
149. Jacobus Scheckius, Med. & Philoſoph. D.
150. Gebhardus Braſtberger, J.U.D.
151. Jacobus Heerbrandus, SS. Theolog. D.
152. Anaſtaſius Demler, J.U.D. anno 1560.
153. Leonhardus Fuchſius, Phil. & Med. D.
154. Jacobus Cappelbeccius, J.U.D.
155. Theodoricus Schnepfius, SS. Theologiæ D.
156. Chilianus Vogler, J.U.D.
157. Jacobus Scheckius, Phil. & Med. D.
158. Joannes Hochmannus, J.U.D.
159. Jacobus Heerbrand, S.S. Theol. D.
160. Anaſtaſius Demler, J.U.D.
161. Leonhardus Fuchſius, M. Doctor.
162. M. Joannes Mendlinus, anno 1565.
163. Theodoricus Schnepfius, SS. Theolog. D.
164. Chilianus Vogler, J.U.D.
165. Jacobus Scheckius, Phil. & Med. D. ſub hoc Rectoratu propter peſtis luem diſceſſit Academia Eslingam, Menſe Novembri A. 1566.
166. Jacobus Cappelbeccius, J.U.D. 167.

Digitized by Google

167. Valentinus Volcius, J.U.D.
168. Jacobus Heerbrandus, SS. Theol. D.
169. Anaſtaſius Demler, J. U. D.
170. Joannes Hochmannus, J. U. D.
171. Theodoricus Schnepffius, SS. Theolog. D.
172. Kilianus Vogler, J. U. D. anno 1570.
173. Jacobus Scheckius, Phil. & Med. D. Obiit 9. May. 1587. cæcus, ætat. 75.
174. Jacobus Cappelbeccius, J. U. D.
175. Valentinus Volcius, J. U. D. propter graſſantem Tubingæ peſtem Academia rurſus conceſſit Eſslingam An. 1571.
176. D. Jacobus Heerbrandt.
177. Anaſtaſius Demler, J. U. D.
178. Joannes Viſcher / Med. D.
179. Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus *Fridericus*, Comes Wirtenbergenſis & Mompelgardenſis.
180. Joannes Hochmannus, J. U. D.
181. Theodoricus Schnepffius, SS. Theolog. D.
182. Kilianus Vogler, J. U. D. anno 1575.
183. Georgius Hamberger/
184. Anaſtaſius Demler, J. U. D.

Ergo ego dum paucis leges expromere verbis
Conor, ut hinc vita conſtet & artis honor:
Huc ades, ô juvenum mihi ter gratiſſime cœtus!
Noſtraque ſub memori dicta repone ſinu.
Diſce tibi quas ſancta dedit prudentia leges,
Nec contempta odio verba monentis habe:
Sivè tenes noſtri Stipendia ſacra Lycæi,
Seu colis alterius tecta beata ſchola.
Principio ut ſtudii ratio certiſſima conſtet, Ordo ſtudiorum & graduum in Stipendio.
Metaque non ſegni tranſiliенda pede:
Certa tibi poſita eſt artes menſura colendi,
Hæc quia noſtra novus miles in arma venis.
Ne quis forte ſequens tumidum Phaëtonta, relicto
Aſſectet ſuperos inferiore gradu:
Aut ſine prapetibus celſum petat æthera pennis,
Et lapſu infelix deteriore ruat:
Qualiter incauto nimium temerarius ævo
Icarus, Icaria nomina fecit aqua.
Ergò prima tuo veſtigia tramite tangas
Anteà, quàm ſummi per juga montis eas.
Nemo repentino prodit ſimul impete doctus: "
Nemo poteſt uno diſcere cuncta die. "
Naſcitur haud ſubitò flavens è gramine ſpica,
Dura nec arbor erit, qua modo virga fuit.
Utque favilla levis grandi primordia flammæ
Prabet & hinc ſurgit viribus aucta ſuis.
Donec in immenſum poſtremum excreverit ignem,
Quem vix Niliaca ſupprimat humor aqua:
Sic ſua ſunt etiam ſtudiis exordia primis,
Et minimos ortus ardua quaque tenent.
Quæ ſimulac longo rerum cumulantur ab uſu,
Excedit juſtum copia parta modum.
Antè rudimentis primos exegerit annos,
Et poſſit Latiis addere Graca ſonis:
Et Logices artem benè Rhetoricoſque colores
Noverit & dulci cum Cicerone loqui:
Quàm Sophia ſacra vigilet Sophiaque prophana,
Et magnum indoctus verſet Ariſtotelem.
Prima igitur noſtro ſtudioſa ex agmine turma, Primus ac
Militia in linguas ſuſcipit arma ſua. inſignis or-

do eorum eſt, qui lectiones tertiæ claſſis audiunt.

Ac benè dicendi ſtudium ſubigitque domatq́,
Dives & eloquium ſub ſua jura vocat.
Unde ſimul fandi veniat præclara facultas,
Qua deceat culto fundere verba ſono.
Hinc ubi doctificas juvenis cognoverit artes,
Quaq́, graves linguas Tertius ordo docet:
Jamque fluunt gemina ſine labe idiomata lingua,
Et Latius, docto Graius et ore modus:

Secundus ordo Baccalaureandorum, qui frequentant lectiones quarta claſſis.

Mox etiam quartus paulò gravioribus ordo
Surgens, auxilio grex tibi docte ſubit:
Qui lauri expectas & amara pramia bacca,
Quæque tegunt doctum frondea ſerta caput.
Tum canit Iliacum grandis certamen Homerus,
Myrmidonũq́, vehit laude per aſtra Ducem.
Cultu Stagirans Logicus monumenta diſerta,
Ac ſine fucoſo tegmine vera docet.
Tullius hic etiam cauſas tractare reorum
Aſſolet, & tetrico dicere verba foro.
Monſtrat & aſtrorum poſitus cauſamque Matheſis,
Et quo ſit mundi condita ſphæra modo.
Quæ ſimulac animis juvenes hauſere tenellis,
Mox capiunt operis pramia digna ſui.

Gradus primæ laureæ, qui nulli Stipendiatorũ confertur, niſi privato examine dignus reperiatur.

Tunc etiam lauro dociles lambente capillos,
Implicat emeritum prima corona caput.
Sed tamen hos etiam primos virtutis honores,
Incola munifica non capit antè domus:
Quam truſina & gravior docti cenſura magiſtri
Inducet hoc dignum nomine eſſe ſui.
Ocia qui fuerit vita ſectatus inerte,
Nec vigilis doctos triverit arte libros:
Ridendus ſociis turpem feret ille repulſam,
Nec rudis optati compos honoris erit.
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycæi,
Quis non atheria tollat ad aſtra plaga?
Debita quòd merita virtuti pramia reddunt,
Atque artes digna ſedulitate colunt.
Et contra ignavos, quos turpis inertia frangit,
Conſpicuos nullis laudibus eſſe volunt.
Scilicet hoc fas eſt, largiri pramia doctis,
Nullius ad ſegnes nominis eſſe viros.

185. Valentinus Volcius, J. U. D. obiit 26. 7bris A. 1581.
186 Jacobus Heerbrandus, SS. Theolog. D.
187. Jacobus Cappelbeccius, J. U. D. obiit 14. Jan. A. 1586.
188. Joannes Viſcher, Med. D.
189. Nicolaus Varenbüler/ J. U. D.
190. Joannes Hochmann/ J. U. D.
191. Kilianus Vogler/ J. U. D. Obiit 16. Martii A. 1585. ætat. 70.
192. Georgius Hamberger/ Med. D. anno 1580.
193. Anaſtaſius Demler, J. U. D.
194. Theodoricus Schnepffius, SS. Theol. D.
195. Jacobus Heerbrandus, SS. Theolog. D.
196. Joannes Viſcher/ Med. D. Obiit 22. Aprilis A. 1585.
197. Joannes Hochmann/ J. U. D.
198. Anaſtaſius Demler/ J. U. D. Obiit 22. Julii 1590. ætat. 71.
199. Theodoricus Schnepff, SS. Theol. D. Obiit 9. 9bris 1586.
200. Illuſtris ac Generoſus Dominus, Dominus *Conradus* Comes de Tübingen, Dn. in Lichteneckh.

201.

201. Georgius Hamberger/ Med. D.
202. Jacobus Heerbrand/ SS. Theolog. D.
203. Andreas Laubmajer/ J. U. D.
204. Andreas Planer/ Phil. & Med. D.
205. Jacobus Heerbrand/ SS. Theol. D.
206. Joannes Hochmann/ J. U. D.
207. Georgius Hamberger/ Med. D.
208. M. Georgius Lieblerus, Phyſicus.
209. Matthæus Enzlinus, J. U. D.
210. Andreas Laubmajer/ J. U. D.
211. Andreas Planer/ Philoſ. & Med. D.
212. Joannes Hochmann/ J. U. D. anno 1590.
213. Georgius Hamberger/ Med. D.
214. Matthæus Enzlinus, J. U. D. decollatus 22. 9bris 1613. Uraci in foro publico, ætat. 58.
215. Stephanus Gerlachius, SS. Theol. D.
216. Daniel Mögling/ Med. D.
217. Joannes Hochmannus, J. U. D.
218. Joannes Halbritter/ J. U. D.
219. Georgius Hamberger/ Med. D.

Poſt ubi prima ſuos excompſit laurea cives,
Addidit & titulum candida hacca ſuum:
Promptius ad reliquas tolluntur pectora Muſas,
Doctrinaque ſolent uberiore frui.
Tùm demum veterum verſant documenta ſopho-
rum,
Et quicquid Latium, quicquid & Hellas ha-
Tunc etiam rerum tacitas inquirere cauſas (bet.
Cœpère & magnum pandere voce chaos:
Abdita naturæ rimari ſemina, & unde
Pendeat hac vaſti machina clara poli.
Unde vices rerum, quid tot diſcrimina gignat,
Tamque vago incertis ludat in urbe modis.
Aut quæ materies tot rerum aſſumere formas
Poſſit, in æternos non ruitura dies:
Qualiter ambigua famoſus imagine Proteus,
Vertiſſe in varios dicitur ora modos.
Tunc ſimul accedit morum cenſura malorum
Ethica, Pierides nec ſinit eſſe feras.
Doctaque virtutum verſat præcepta ſacrarum,
Deque Stagiræo fonte miniſtrat aquas.
Hic libet interdum docta connectere nodum
Socraïs & docta rurſum aperire manu.
Aut argumentis veterem ſuperare Platonem,
Aut Epicuræi carpere dicta gregis.
Sapius ancipiti quæſitum exponere voce:
An virtus hominem divitiæve beent.
An fortunatum ſpecies & gloria præſtet,
An magè vita bonis delicioſa ſuis.
Ipſa animos juvenes, ſtudium ſublime, Matheſis
Excolit, & cœli limen adire facit:
Sidereoſque nova rimari indagine motus,
Quà terit obliquum ſignifer orbis iter:
Arctorum pluviaſque Hyadas geminoſque Triones,
Scrutari & ſicci torrida ſigna canis.
Quid tantum Oceano properet ſe mergere Phœbus,
Cum tellus nivea grandine tecta latet.
Curve ſibi impoſitam Ponto qui perdidit Hellen,
Æquiparet noctì vere ineunte diem.
Cur maris occiduas non intret Parrhaſis undas
Virgo, ſed intacta cominus extet aqua.

Tertius ordo Baccalaureorum & Magiſtrandorum ut vocant, qui publicas audiunt lectiones.

Quàm satis utiliter posítos sol prabeat ignes,
Quàm sint falciferi signa nociva senis.
Delia cur nigris interdum pressa tenebris,
Amittat fratres lumina clara suæ?
Cur etiam plenis aliquando cornibus orbem
Expleat, aut maculis obtegat ora novis?
Adde quòd organici non desunt munia libri
Versloqua, & Clarij dogmata celsa Sophi.
Quæ reliquis etiam præstant pia commoda Musis,
Auxiliumque manu non dubitante ferunt.

Schegkius hac Sophia & Medica clarissimus arte,
Cl. D. Jacobus Schegkius Medicinæ & Philosophiæ D. ac Professor. *Ingenii mira dexteritate docet.*
Argumenta docet Logicis variare figuris,
Et rem limitibus claudere quamque suis.
Aut etiam certa tumidos ratione sophistas,
Carpere, & errores prisce Epicure tuos.
Inde sub arbitrium revocans res ponderat omnes,
Quas sibi cujusvis vindicat artis opus:
Nubibus & , signa velant mendacia, pulsis,
Veridicam cunctis pandit in arte viam.

Philosophiæ studiũ quo conduceat? *Cœlica præcipue tractare volumina dextrè*
Edocet, atq; apto tradere sacra modo:
Ut quondam adversos valeant explodere fucos,
Quosq; parat nobis trux sycophanta dolos.
Si modo quisque notent animo monstrata sagaci,
Nec dent nubiferis irrita dicta Notis.
Hæc ubi sic animis fuerint accepta vigore,
Ingeniumque nova cognitione valet.

Gradus Magisterii, ad quem nulli Stipendiatorum, nisi honesti & idonei, admittuntur. *Altera subsequitur decorandi germine lauras,*
Atque magistrali cingit honore comas.
Scilicet ut pigros laudata pompa juventa
Excitet, & studijs sint sua dona pijs.
Agminis ac nostri prius indagante magistro,
Quàm fuerit studij candidus ante tenor:
Ni fuerit turpi sine labe peractus, habebit
Nemo cluenicla dona magistra sacra.
Nam si quem torpens enervat inertia segnem,
Munera quis tali conferat ulla viro?
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycæi,
Quis non ætheria tollat ad astra plaga?

220. Andreas Planer/ Phil. & Med. D. Sub hoc Rectore Mense 7bri 1594. Academia propter pestis luem Calvam & Herrenbergam fuit translata.
221. Andreas Laubmajer/ J. U. D.
222. Joannes Hochmannus, J. U. D. 1595.
223. Matthias Haffenreffer/ SS. Theolog. D.
224. Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus *Joannes Fridericus.* Dux Wurtemberg. & Teccens. Comes Montispeligardi, Dominus in Heidenheim. Protector erat D. Daniel Mögling.
225. Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus *Augustus* Junior, Dux Brunsvicensium & Luneburgensium &c.
226. Joannes Halbritter/ J. U. D.
227. Stephanus Gerlachius, SS. Theol. D.
228. Joannes Hochmannus, J. U. D.
229. Georgius Hamberger/ Med. D.
230. Joannes Harpprechtus, J. U. D.
231. Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus *Augustus*, Comes Palatinus Rheni, Dux Bojorum, Comes Veldentianus, & Sponheim.
232. Matthias Haffenreffer/ SS. Theolog. D. anno 1600.
233. David Magirus, J. U. D.

234 An-

Digitized by Google

234. Andreas Maner / Phil. & Med. D. Obiit A. 1606.
235. Joannes Halbritter, J.U.D.
236. Daniel Mögling. Med. D. Obiit A. 1603.
237. Johannes Hochmannus, U. J. D.
238. Joannes Harpprechtus, U. J. D.
239. Matthias Hafenreffer, SS. Theol. D.
240. David Magirus, U. J. D.
241. M. Georgius Burckardus, Profeſſ. Logicus, Pædagogarcha, Obiit 1607.
242. Heinricus Bocer, U. J. D. anno 1605.
243. Stephanus Gerlachius, SS. Theolog. D. Obiit 1612.
244. Joannes Halbritter, J.U.D.
245. Joannes Georgius Sigwardus, SS. Theologiæ D.
246. David Magirus, U. J. D.
247. Sebaſtianus Bloſs, Med. D.
248. Andreas Bajer, J. U. D.
249. Matthias Haffenreffer, SS. Theol. D.
250. Valentinus Neuffer, J.U.D. Obiit A. 1610.
251. Johannes Harpprecht, J. U. D.
252. Johannes Georgius Sigwartus, S.S. Theol. D. Anno 1610. Sub hujus Rectura ob peſtilentiam Tubingæ graſſantem (quæ abſumſit 2400. homines) diſſipata eſt Academia Calvam & Herrenbergam.
253. Joannes Fabri, Med. D.

Quòd pia linguarum floreat commercia in illis:
Quòd capax hic dignum Philoſophia locum.
Qua longè & latè miſeris nunc exulat oris,
Et vix, quò corpus laſſa reponat, habet.
Dein ubi Muſarum ſtudioſè caſtra ſecuta
Turba, magiſterii ſigna decuſque tulit:
Protinus ætherias animos appellit ad artes,
Moſaicosque teris vaticinosque libros.
Hic ubi divinas aperit ſapientia gazas
Cœlica, & æterni numinis addit opes,
Doctorumque licet voces audire, ſacrumque
Altius humanis exeruiſſe caput.
Quis rerum ſolers opifex hoc ordine cuncta
Finxerit, & numeris integra quæque ſuis,
Unde hominum genus & pecudes & bruta feraque,
Unde freti piſces, aëryque greges:
Cur adeò triſtes infeſtent corpora morbi,
Totque premant noſtrum lurida damna caput:
Cur tam præcipiti rapiamur in omnia lapſu
Crimina, mancipium teter Averne tuum.
Quis miſeros iterum preſſos tot mole laborum
Eruat, & medica porrigat arte manum:
Liberet eque malis & triſti vindicet Orco,
Servitiique hominum vertice demat onus.
Qua fidei virtus, operum qua præmia, Chriſti
Quanta ſit & fuerit gratia, quanta patris.
Quámque ſit aligeris Eccleſia tuta miniſtris,
Atque inter vepres ceu roſa verna micet.
Qua via præcelſum ſcandendi limen Olympi,
Quisve ſit æterni trames ad aſtra poli.
Talibus inſtructus floreti ætate magiſter,
Et quisquis tali nomine dignus erat:
Publica nonunquam conſcendit fulcra cathedræ,
Et ſacra populos inſtruit arte pios.
Aut exercitus reliquum cœleſtibus agmen
Imbuit, & noſtra perſonat aëris ebur.
Ut ſtudii curſu tandem feliciter acto,
Officium præſtet cum pietate ſacrum.
Sequè hinc officio majori præparet olim,
Si patrius meritam poſtulet orbis opem.

Quartus ordo Magiſtrorum, qui lectiones Theologicas frequentant.

Exercitia concionum, quæ a Magiſtris, cum alibi in pagis, tum in Stipendio habentur, in præſentia Superattendentium: quibus illi

ad docendi munus præparantur.

Tunc preco in media consistens luce piorum,
Admonitu possit ducere corda suo.
Imò Dei messem descendat, & auspice Christo
Veriloquæ doceat relligionis iter.
Erudiatque suam firmato pectore plebem,
Quo velit astripotens numen honore coli.
Sanctorumque vetet delubra accedere picta,
Et statuas vana sollicitare prece.
Namque lupi nostrum violenter ovile subintrant,
Nectentes caca calliditate dolos:
Priscaque Romulei mendacia dirnta Papæ,
Conantur technis restituisse novis.
Quorum aliqui nigrum gaudent præfigere theta
Omnibus, hoc fides qui profitentur opus.
Quælis jam passim, fraterno nomine Jesu,
Grassatur miserum, consciata cohors.
His opus est docte sacris obsistere verbis,
Et vafrè structos annihilare dolos,
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycæi,
Quis non ætheria tollat ad astra plaga?
Quòd sacræ cultus florent pietatis in illis,
Sanaque cœlestis dogmata vocis eunt:
Quòdque nunstrorum templique scholique fovetur
Copia, qua verbum spargat in orbe sacrum.
Unde Dei nomen lætis celebretur in oris,
Et genus hoc hominum laudet ametque Deum.
Sed redeo ad doctos versu properante Magistros,
Nostri quos cœtus ordo supremus habet.

Magistri octo officiales, qui lectiones a junioribus repetunt, morisque observant, & quod eorum præmium.

Ex illis reliqui ductores agminis octo,
Ut præsent fidam, præficiuntur, opem:
Temporibus prælecta suis repetendo, inventa
Inculcent, animos expoliantque rudes.
Lectio nam demum (ceu tritus adagio fertur)
Illa placet, decies quæ repetita fuit.
Ac simul enormis carpentes crimina vitæ,
Informent timis cor puerile suis.
Pro quibus officiis denos è Principis arca,
Præmia florenos quisque laboris habet.
O quotics non est illos efferre beatos,
Qui studio morem non remorante gerunt?

254. David Mögitus, J. U. D
255. Heinricus Bocer, J. U. D.
256. Andreas Bajer, J. U. D.
257. Michael Ziegler, Med. D. Physicus, Obiit A. 1615.
258. Joannes Halbritter, J. U. D.
259. Matthias Hafenreffer, SS. Theol. D.
260. Christophorus Besoldus, J. U. D.
261. Joannes Jacobus Haug, Med. D. Obiit 20. octobris 1616.
262. Joannes Georgius Sigward, SS. Theolog. D. anno 1615.
263. Henricus Bocer, J. U. D.
264. Andreas Bajer / J. U. D.
26. Joannes Fabri, Med. D.
266. Joannes Halbritter. J. U. D.
267. Christophorus Besoldus, J. U. D.
268. Joannes Georgius Sigwart, SS. Theolog. D.
269. Andreas Bajer / U. J. D.
270. Heinricus Bocer, U. J. D.
271. Joannes Halbritter / U. J. D.
272. Theodorus Thumm / SS. Theolog. D. anno 1610.
273. Christophorus Besoldus, U. J. D.
274. Andreas Bajer / U. J. D.
275. Johannes Ludov. Mögling Medicus.

276.

Digitized by Google

276. Heinricus Bocerus, Jur. D. & Prof. 1. May. 1622.
277. Johannes Halbritter. Jur. D. & Prof. Menſe 8br.
278. Andreas Bajer, Jur. D. & Prof. 1. May. 1623.
279. Johannes Ulricus Pregizer. SS. Th. D. & Prof. Menſe 8br.
280. Chriſtophor: Beſold. U. J. D. & Profeſſ. 1. May. 1624.
280. Theodorus Thummius, T. D. 1. 9br.
282. Johannes Halbritterus. U. J. D. & Profeſſ. 1. May. 1625.
283. Heinricus Bocerus, U. J. D. & Profeſſ. 1. 9br.
284. David Magirus, J. U. D. 1. May 1626.
285. Andreas Bajer / Jur. Doct. & Prof. 1. 9br.
286. Johann. Ulricus Pregizer. SS. Theol. Doctor & Profeſſ. 1. May. 1627.
287. Johannes Harpprechtus. U. J. D. & Prof. 1. 9br.
288. Chriſtophorus Beſoldus. U. J. D. & Profeſſ. 1. May. 1628.
299. Theodorus Thnmmius. SS. Th. D. d. 1. 9br.
290. Andreas Bajer / J. U. D. & PP. 1. May 1629.
291. David Magirus. U. J. D. & Profeſſ. 1. Nov.
292. Cunradus Cellarius, Phyſices Profeſſor. 1. May 1630.

„ *In toto nihil eſt terra præſtantius orbe,*
„ *Quàm mens in monſtris obſequioſa pios.*
Hac adeo ſuperum Rex delectatur, ut illi 1. Sam. 15.
Præferat herboſi dona litata foci.
O quantas digna laudes pietate meretur,
Qui præceptorum mollia juſſa colit?
Hunc quondam inſigni mirum ſpectabis amictu,
Conſpicuum populo lumen adeſſe ſuo.
Nam velut erumpit nitidus per nubila Phœbus,
Formoſum & rutilo ſpargit ab axe jubar:
Sic benè doctorum quondam præcepta ſequutus,
E tenebris clarum tollet ad aſtra caput.
Doctorumq́, inter celebris numerabitur album,
Ac poterit ſummis culmen adeſſe viris.
Quare etiam reliquos præcedens arte Magiſtros,
Moribus eximiis ingenioque gravis:
Si modò ſacratos vigili verſare libellos
Dextera, & atherias quærere pergat opes,
Et ſtudii curſum peragat felicibus auſis, Quatuor Magiſtri Theologiæ candidati.
Nec referat, curſu deſtituente, pedem:
Doctoris titulum ſummæque inſignia laudis
Auferet, inq́ ſacra puppe Magiſter erit.
Inde Magiſtrorum præclaro ex agmine lecti,
Continuant ſtudium terne quaterne ſacrum:
Viribus ingenij celebres atque artibus ampli,
Et virtute pares, & pietate graves.
Ut ſtudiis optato tangentes tramite metam,
Conſcendant ſummi limina celſa gradus:
Atque profeſſorum memorentur in ordine quondam;
Enarrentque ſacros arte ſagace libros.
Quales nunc paſſim doctores Suevia jactat,
Quales & noſtra culta Lycea Schola.
Poſtea quorum aliquos unum referemus in album,
Cum canet eximios noſtra Thalia viros:
Quos ſchola Stipendi tanquam Myrmecia promſit
Hactenus, & porrò, Trojus ut, edet, equus.
Ergo Tubingiaci ſtipendia clara Lycei,
Quis non atheria tollat ad aſtra plaga?
Quod ſic in ſtudiis proponitur ordo colendis,
Emeque propoſito quæritur artis opus.

Nec

Digitized by Google

Nec temerè quævis rapitur discenda facultas,
Sed quæ divino est juncta ministerio.
Quæ nihil in toto præclarius eminet orbe,
Quæ nihil hac rerum machina majus habet.
Et quis non plenis Stipendi limina buccis
Efferat, eximiam laude canente domum?
Quod simul & patiens multorum sponte laborum,
Hic capit officio præmia digna suo.
„ *Scilicet ingenuam virtus laudata cohortem*
„ *Excitat, & magnum gloria calcar habet.*

Disciplinæ morum in Stipendio.

Nunc age, qua morei ratione & lege regantur,
Expediam: pars hæc non erit usq; levis.
Multum namq; refert annis affuescere primis,
Moribus & vitam excoluisse bonis:
Dum licet, & nondum vitiis induruit ætas,
Nec puer amissa fronte superbit atrox.
Nam velut indomitus rejicit cervice lupatum,
Qui nunquam frenos ore momordit equus:
Sic juvenis nulla legum frenatus habena,
Officium surda negliget aure senex.
Quæque obiter poterat quondam juvenilibus annis
Discere jam multo comparet ære senex.
Quid? quod inhærescunt primævæ crimina vitæ,
Annosis etiam (res lacrymanda) viris?
Quæq; olim poterat, cùm nondum adolesceret ætas,
Effugere, heu serò facta piare die.
Vidi ego limoso vitiorum in gurgite mersum,
Affluctis feram poscere rebus opem:
Cum ferè duxisset cæsum vestigia tergum,
Excreteretque sua carnificina manus.
Quæque prius facilis potuisset tollere censor,
Damnari in medio crimina tetra foro.
Inunc & puerum doctrina flectle salubri,
Dum molles animos tempora verna dabunt.
Dum licet, & totas non eluctatur habenas,
Indomitusque ruit more ferocis equi.
Hinc sunt Aonio leges & mollia cœtu
Jura data & vitæ norma tenenda sacræ.
Principio pietatis opus (primaria virtus
Est pietas) verum noster alumnus amet:

293. Johannes Ulricus Pregizer, SS. Th. D. & Prof. Ord. 1. 9br.
294. Andreas Bayer / U. J. D. & Prof. 1. May. 1631.
295. David Magirus, U. J. D. PP. 1. 9br.
296. Christoph. Besold. U. J. D. & Professf. 1. May. 1632.
297. Melchior Nicolaj, S. T. D. 1. 9br.
298. D. Johannes Harpprechr. U. J. D. & Prof. 1. May. 1633.
299. Johannes Gerhardus, M. D. 1. 9br.
300. Cunradus Cellarius. Phys. Prof. 1. May 1634.
301. Christoph. Besoldus, U. J. D. & Professf. 1. 9br.
302. David. Magirus, J. U. D. & Professf. 1. May 1635.
303. Johannes Ulricus Pregizer. SS. Th. D. & Professf. 1. 9br.
304. Johannes Harpprechtus Senior. 1. May. 1636.
305. Martinus Neuffer. Prof. Jur. 1. 9br.
306. Johannes Ulricus Rumelin, Jur. Prof. 1. May. 1637.
307. Johannes Gerhardus, Med. Doct. & Professf. 1. 9br.
308. M. Johannes Martinus Rauscherus, Professf. Eloq. & Histor. 1. May 1638.
309. Johannes Ulricus Pregizer,

Digitized by Google

er. SS. Th. Doctor & Profess. 1. 9br.

310. Johannes Ulricus Rümelin/ Jur. Profess. 1. May 1639.

311. Carolus Bardili, Med. D. & Prof. 1. 9br.

312. Johannes Geilfusius, PP. 1. May 1640.

313. Johannes Ulricus Pregizer, SS. Th. D. & Prof. 1. 9br.

314. Johannes Gerhardus. Med. D. & Prof. 1. Maji. 1641.

315. Joachimus Wiebelius. J. U. D. & Professor. 1. 9br.

316. Johannes Ulricus Pregizer. SS. Theol. D. & Profess. 1. May. 1642.

317. Johann. Ulricus Rümelin. Jur. Prof. 1. 9br.

318. Wolffgangus Gualtherus Gruberus, Jur. Prof. 1. May 1643.

319. Carolus Bardili, Med. D. & Profess. 1. May 1644.

320. Johannes Ulricus Pregizer. SS. Theol. Doctor. & Profess. 1. May 1644.

321. Joh: Martinus Rauscherus, PP. 9br.

322. Joachimus Wibelius. J. U. D. 1. May. 1645.

323. Wolffgangus Gualtherus Gruber. J. U. D. & Prof. 1. 9br.

324. Joh. Ulricus Pregizer. SS. Th. D. & Profess. 1. May. 1646.

Dogmatibusque sacris cupidas accommodet aures,
Atque Deum vera relligione colat.
Exosus tetrici figmenta nefaria Papæ,
Qui movet ætheriis arma cruenta plagis:
Qualia terrigenum memorantur prælia fratrum,
In rerum dominos prælia mota Deos.
Nimirum casta superum formidine tactus,
Carpet inoffenso tramite solus iter.
Atque illum fortuna favens cumulabit honore,
Et faciet summi nomen habere viri.
At cui nec pietas nec sancta oracula curæ,
Hic moret attrito vilior esse luto.
Impius incassum prolixa volumina versat,
Impius hoc frustra nobile tentat opus.
Ipse videt Domini contemptor ut irrita factos
Brachia, successum non tribuente Deo:
Cujus & exacto est eadem doctrina labore,
Qua fuit ad cœptum progredientis opus.
Quare age cœlesti plenam spirantine mentem
Concipe, doctrina dulcis alumne sacra:
Cumq; velint superi voto precibusque rogari,
Auxiliumque manu non remorante ferant:
Eja age succiduo divinum poplite numen,
Quisquis es, & precibus devenerare tuis.
Fallor? an audivi sub tecta ara sonare, Exercitia precum matutinarum.
Ad sacra qua cœtum justaque vota cient?
Non fallor: rubeum linquens Aurora cubile
Surgit, & humenti spargit ab axe jubar:
Et modo sub calida vernantia tempora mollis,
Quarta propinquantem nuntiat hora diem:
Propriumque omnes, seque ad communia promunt
Atria, facturi vota precaque Deo.
Jamque aliquis lecto, juvenis de grege, Psalmo,
Qui bacca & lauri nomina prima gerit:
Supplicibus Christum genibus precibusque fatigans,
Exerit in talem ore diserta modos:
O Deus, ex alto cœli qui vertice regnas, Formula precationis matutinæ usitatæ in Sti-
Imperioque tenus subdita cuncta tuo:
Qui pater unigenum divino numine Christum
Gignis, sine carens, principioq; carens:

pendio reddita carminæ.

Te nos illum ipſum propter tua viſcera Chriſtũ,
Quo duce cœlorum janua lata patet:
Per cujus meritum, per cujus nomen & omen,
Das aliquod noſtræ pondus habere precis:
Poſcimus unanimes, projecto poſcimus ore,
Ore tuam miſeri ſollicitamus opem.
Mitte tui nobis ſacri ſpiramina flatus,
Qui colimus cœtus ſancta Lycea tui:
Ut tua perpetua celebremus nomina laude
Jugiter & frugum mille feramus opes.
Quales Peſtanis non parturit hortus in agris,
Herbifero liquida fonte rigatus aqua.
Huc ades, atherio qui pectora numine firmas,
Imbuis & veri relligione Dei:
Corda ſalutaris dono juvenilia verbi
Inſtrue, quaque potes arte beare, bea.
Et nos cœleſtis plantas ex imbribus horti
Adſere, nec pradam grandinis eſſe ſine.
Namque vides (quid enim poſſit tua ſancta latere
Lumina? ſunt oculis abdita nulla tuis)
Quàm veneranda tui perdas vineta ſacelli
Efferus, agreſti miſite cinctus, aper.
Quàm tua crudeli ſacraria mente profanet
Hoſtis, & ardenti voce ſuperbus ovet.
Cadat ut innocuos & inundet ſanguine terram,
Et multa patriam cade cruentet humum.
Eja age rumpe moras & duros frange Tyrannos,
O Deus! ô populi cura ſalusque tui!
Effice, ut unanimes cœant in fœdera reges,
Sanctaque ſelicis munera pacis ament.
Aut ſi vefanis pergat conatibus hoſtis,
Te quoque mox hoſtem ſentiat eſſe ſuum.
Ne nos dira lues, rabido aut bellona flagello
Obruat, infauſtos neu fames atra premat.
Diſſice quas multo Sathanas molimine techinas
Adſtruit, in noſtrum tela cruenta chorum.
Sic tua nos fida metuamus numina mente,
Unde fluit cunctis fons & origo boni.
Huc ades, officii munus qui munere penſat,
Huc ades & larga dona repende manu.

325. Joh. Gerhardus, Med. Doctor. & Profeſſ. 1. 9br.
326. Henricus Schmidius, Prof. Græcus. 1. Mcy. 1647.
327. Joachimus Wibelius, J. U. D. & Prof. 1. 9br.
328. Johan. Geilfuſius, PP. 1. May 1648.
329. Joh. Ulr. Pregizer, SS. Th. D. & Profeſſ. 1. 9br.
330. Joachimus Wibelius, J. U. D. & Prof. 1. May 1649.
331. Joh. Gerhardus, Med. D. & Prof. 1. 9br.
332. Wolffgangus Gualther Gruber, J. U. D. & Prof. 1. May. 1650.
333. Johannes Ulricus Pregizer, SS. Th. Lic. & Moralium Profeſſ. 1. 9br.
334. Heinricus Schmidius, Gr. Ling. Prof. 1. May 1651.
335. Joachimus Wibelius, J. U. D. 1. 9br.
336. Ser. Dn. *Johannes Fridericus*, Dux Wirtenbergiæ & Tecc. 1. May 1652.
337. Johannes Wurmſerus, J. U. D. & Prof. 1. 9br.
338. Samuel Hafenreffer us, Med. D. & Profeſſor. 1. May 1653.
339. Wolfgang Adam Lauterbachius. J. U. D. & Profeſſ. 1. 9br.
340. Tobias Wagnerus, SS. Theol. D. & Profeſſ. 1. May. 1654.

341. Jo-

Digitized by Google

341. Johannes Gravius. J. U. D. & Prof. 1. 9br.
342. M. Paulus Biberſtein. Græcæ Linguæ Profeſſ. 1. May 1655.
343. Wolffgang Adam Lauterbach. J. U. D. & Prof. 1. 9br.
344. Joſephus Demmler. SS. Th. D. & Prof. 1. May 1656.
345. Samuel Hafenreffer. Med. D. & Prof. 1. 9br.
346. Johannes Ulricus Pregizer. SS. Theol. Licent. & Philoſ. Moralis Profeſſ. 1. May 1657.
347. Johannes Grave. J. U. D. & Prof. 1. 9br.
348. Wolffgang Adam Lauterbach. J. U. D. & Profeſſ. 1. May 1658.
349. Joſephus Demmler. SS. Th. D. & Profeſſ. 1. 9br.
350. Balthaſar Raith, SS. Th. D. & Prof. 1. May 1659.
351. Samuel Hafenreffer. Med. D. & Prof. 1. 9br.
352. Johannes Ulricus Pregizer, SS. Theol. Licent. & Profeſſor Philoſoph. practicæ. 1. May 1660.
353. Wolffgang Adam Lauterbach. J. U. D. & Profeſſ. 1. 9br.
354. Johannes Grave. J. U. D. & Profeſſ. 1. May 1661.
355. Balthaſar Raith. SS. Theol. D. 1. 9br.

Omnia quæ ſummi præſtant Regnique Ducesque,
Augentes opibus docta Lycæa ſuis.
Tum verò inprimis noſtri benefacta patroni,
Quo Wirtenbergus Principe gaudet ager,
Compenſa, & meritas tanto pro munere grates,
Quàm potes extenta dote referre, refer.
Quòd vigiles nutrit templique ſcholique miniſtros,
Qui ſtargunt verbi munera ſana tui:
Quòd patriis olim fundata Lycæa ſub oris,
Aſſidnè cultu divitiore fovet:
Claraque conſervat noſtri Stipendia tecti,
Semper & officiis ampliat illa ſuis.
Da, precor, hunc longos patriæ ſupereſſe per annos,
Ut poſſit doctis utilis eſſe ſcholis.
Sis bonus ô faciliſque tuis, noſtroſque labores
Subleva, & æterno flamine mitis ades.
Noſtraque cæleſti renova, Deus optime, luce
Pectora: ſis ſtudii dux quoque comesque pii.
Ut ſacra poſſimus myſteria pandere cœli,
Et populum ſanctâ paſcere voce tuum.
Unde novas pleno diffundas copia cornu,
Et fœtu fruges luxuriante ferat.
Quæis velut Ambroſia, venturo tempore veſci
Æternos liceat cœlica in arce dies.
Dixit. At hunc tacito reliqui ſimul ore ſequuntur,
Et Domini fida numina mente colunt.
Quòd ſiquis, turpi ſopitus membra veterno
Torpeat, hunc reſidem debita pœna manet.
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycæi,
Quis non ætheria tollat ad aſtra plaga?
Quod divina precum ſtudia & pietatis in illis,
Vitaque cum ſtudiis convenienter eunt.
Laude Deus colitur votoque rogante: nec ullus "
Hoc poterit cultus gratior eſſe Deo. "
Ille etiam fert promptus opem poſcente vocatus "
Ore: Deus vanas non ſinit ire preces.

Præcipit hinc etiam (quamvis Deus ipſe requi- Conciones
Lex pia divina templa ſubire domus: (rat) publicæ ab omnibus o-

Quàm satis utiliter posito sol prabeat ignes,
Quàm sint falciferi signa nociva senis.
Delia cur nigris interdum pressa tenebris,
Amittat fratris lumina clara sui?
Cur etiam plenis aliquando cornibus orbem
Expleat, aut maculis obtegat ora novis?
Adde quòd organici non desunt munia libri
Veriloqua, & Clarij dogmata celsa Sophi.
Quæ reliquis etiam præstant pia commoda Musis,
Auxiliumque manu non dubitante ferunt.

Cl. D. Jacobus Schegkius Medicinæ & Philosophiæ D. ac Professor.

Schegkius hac Sophia & Medica clarissimus arte,
Ingenii mira dexteritate docet.
Argumenta docet Logicis variare figuris,
Et rem limitibus claudere quamque suis.
Aut etiam certa tumidos ratione sophistas,
Carpere, & errores prisce Epeuræ tuos.
Inde sub arbitrium revocans res ponderat omnes,
Quas sibi cujusvis vindicat artis opus:
Nubibus &, signa velant mendacia, pulsis,
Veridicam cunctis pandit in arte viam.

Philosophiæ studiũ quo conducat?

Cœlica præcipue tractare volumina dextrè
Edocet, atq; apto tradere sacra modo:
Ut quondam adversos valeant explodere fucos,
Quosq; parat nobis trux sycophanta dolos.
Si modo quisque notent animo monstrata sagaci,
Nec dent nubiferis irrita dicta Notis.
Hec ubi sic animi fuerint accepta vigere,
Ingeniumque nova cognitione valet.

Gradus Magisterii, ad quem nulli Stipendiatorum, nisi honesti & idonei, admittuntur.

Altera subsequitur decorandi germine lauras,
Atque magistrali cingit honore comas.
Scilicet ut pigros laudata pompa juventa
Excitet, & studiis sint sua dona piis.
Agminis ac nostri prius indagante magistro,
Quàm fuerit studii candidus ante tenor:
Ni fuerit turpi sine labe peractus, habebit
Nemo clientele dona magistra sacra.
Nam si quem torpens enervat inertia segnem,
Munera quis tali conferat ulla viro?
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycei,
Quis non atheria tollat ad astra plaga?

220. Andreas Planer/ Phil. & Med. D. Sub hoc Rectore Mense 7bri 1594. Academia propter pestis luem Calvam & Hesrenbergam fuit translata.
221. Andreas Laubmajer/ J. U. D.
222. Joannes Hochmannus, J. U. D. 1595.
223. Matthias Haffenreffer/ SS. Theolog. D.
224. Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus *Joannes Fridericus.* Dux Wurtemberg. & Teccens. Comes Montispeligardi, Dominus in Heidenheim. Prorector erat D. Daniel Mögling.
225. Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus *Augustus* Junior, Dux Brunsvicensium & Luneburgensium &c.
226. Joannes Halbritter/ J. U. D.
227. Stephanus Grlachius, SS. Theol. D.
228. Joannes Hochmannus, J. U. D.
229. Georgius Hamberger/ Med. D.
230. Joannes Harpprechtus, J. U. D.
231. Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus *Augustus*, Comes Palatinus Rheni, Dux Bojorum, Comes Veldentianus, & Sponheim.
232. Matthias Haffenreffer/ SS. Theolog. D. anno 1600.
233. David Magirus, J. U. D.

234 An-

234. Andreas Maner / Phil. & Med. D. Obiit A. 1606.
235. Joannes Halbritter, J.U.D.
236. Daniel Mögling. Med. D. Obiit A. 1603.
237. Johannes Hochmannus, U. J. D.
238. Joannes Harpprechtus, U. J. D.
239. Matthias Hafenreffer, SS. Theol. D.
240. David Magirus, U. J. D.
241. M. Georgius Burckardus, Profeſſ. Logicus, Pædagogarcha, Obiit 1607.
242. Heinricus Bocer, U. J. D. anno 1605.
243. Stephanus Gerlachius, SS. Theolog. D. Obiit 1612.
244. Joannes Halbritter, J.U.D.
245. Joannes Georgius Sigwardus, SS. Theologiæ D.
246. David Magirus, U. J. D.
247. Sebaſtianus Bloſs, Med. D.
248. Andreas Bajer, J. U. D.
249. Matthias Haffenreffer, SS. Theol. D.
250. Valentinus Neuffer, J.U.D. Obiit A. 1610.
251. Johannes Harpprecht, J. U. D.
252. Johannes Georgius Sigwartus, S.S. Theol. D. Anno 1610. Sub hujus Rectura ob peſtilentiam Tubingæ graſſantem (quæ abſumſit 2400. homines) diſſipata eſt Academia Calvam & Herrenbergam.
253. Joannes Fabri, Med. D.

Quòd pia linguarum florent commercia in illis:
Quod caput hîc dignum Philoſophia locum.
Qua longè & latè miſeris nunc exulat oris,
Et vix, quò corpus laſſa reponat, habet.
Dein ubi Muſarum ſtudioſe caſtra ſecuta
Turba, magiſteriis ſigna decuſque tulit:
Protinus æthereas animos appellit ad artes,
Moſaicoſque teris vaticinoſque libros.
Hic ubi divinas aperit ſapientia gazas
Cælica, & æterni numinis addit opus.
Doctorumque licet voces audire, ſacrumque
Altius humanis exeruiſſe caput.
Quis rerum ſolers opifex hoc ordine cuncta
Finxerit, & numeris integra quæque ſuis.
Unde hominum genus & pecudes & bruta feraque,
Unde freti piſces, aërique greges:
Cur adeò triſtes infeſtent corpora morbi,
Totque premant noſtrum lurida damna caput:
Cur tam præcipiti rapiamur in omnia lapſu
Crimina, mancipium teter Averne tuum.
Quis miſeros iterum preſſos tot mole laborum
Eruat, & medica porrigat arte manum:
Liberet æque malis & triſti vindicet Orco,
Servitiique hominum vertice demat onus.
Qua fidei virtus, operum quæ pramia, Chriſti
Quanta ſit & fuerit gratia, quanta patris.
Quamque ſit aligeris Eccleſia tuta miniſtris,
Atque inter vepres ceu roſa verna micet.
Qua via præcelſum ſcandendi limen Olympi,
Quisve ſit æterni trames ad aſtra poli.
Talibus inſtructus florenti ætate magiſter,
Et quisquis tali nomine dignus erat:
Publica nonnunquam conſcendit fulcra cathedra,
Et ſacra populos inſtruit arte pios.
Aut exercitus reliquum cæleſtibus agmen
Imbuit, & noſtra perſonat ædis ebur.
Ut ſtudii curſu tandem feliciter acto,
Officium præſtet cum pietate ſacrum.
Sequè hinc officio majori præparet olim,
Si patrius meritam poſtulet orbis opem.

Quartus ordo Magiſtrorum, qui lectiones Theologicas frequentant.

Exercitia concionum, quæ a Magiſtris, cum alibi in pagis, tum in Stipendio habentur, in præſentia Superattendentium: quibus illi

ad docendi munus præparantur.

Tunc præco in media consistens luce piorum,
Admonitu possit ducere corda suo.
Ingq; Dei messem descendat, & auspice Christo
Veriloquæ doceat religionis iter.
Erudiatque suam firmato pectore plebem,
Quo velit astripotens numen honore coli.
Sanctorumque vetet delubra accedere picta,
Et stannas vana sollicitare prece.
Namque lupi nostrum violenter ovile subintrant,
Nectentes caca callidutate dolos:
Prisca que Romulei mendacia dirnta Papæ,
Conantur technis restituisse novis.
Quorum aliqui nigrum gaudent præfigere theta
Omnibus, hoc fidei qui profitentur opus.
Qui alii jam passim, fraterno nomine Jesu,
Grassatur miserum, consecrata cohors.
His opus est docte sacris obsistere verbis,
Et vafrè structos annihilare dolos.
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycæi,
Quis non æthereis tollat ad astra plagis?
Quòd sacra cultus florent pietatis in illis,
Sanaque cœlestis dogmata vocis eunt:
Quòdque ministrorum templisque scholisque fovetur
Copia, quæ verbum spargat in orbe sacrum.
Unde Dei nomen latis celebretur in oris,
Et genus hoc hominum laudet ametque Deum.
Sed redeo ad doctos versu properante Magistros,
Nostri quos cœtus ordo supremus habet.

Magistri octo officiales, qui lectiones a junioribus repetunt, moresque observant, & quod eorum præmium.

Ex illis reliqui doctores agminis octo,
Ut præsent fidam, præficiuntur, opem:
Temporibus prælecta suis repetendo, inventa
Inculcent, animos expoliantque rudes.
Lectio nam demum (ceu tritus adagio fertur)
Illa placet, decies quæ repetita fuit.
Ac simul enormis carpentes crimina vitæ,
Informent limis cor puerile suis.
Pro quibus officiis denos è Principis arca,
Præmia florenos quisque laboris habet.
O quotics non est illos efferre beatos,
Qui studio morem non remorante gerunt?

254. David Magirus, J. U. D
255. Heinricus Bocer, J. U. D.
256. Andreas Bajer, J. U. D.
257. Michael Ziegler, Med. D. Physicus, Obiit A. 1615.
258. Joannes Halbritter, J. U. D.
259. Matthias Hafenreffer, SS. Theol. D.
260. Christophorus Besoldus, J. U. D.
261. Joannes Jacobus Haug, Med. D. Obiit 20. octobris 1616.
262. Joannes Georgius Sigward, SS. Theolog. D. anno 1615.
263. Henricus Bocer, J. U. D.
264. Andreas Bajer/ J. U. D.
26. Joannes Fabri, Med. D.
266. Joannes Halbritter. J. U. D.
267. Christophorus Besoldus, J. U. D.
268. Joannes Georgius Sigwart, SS. Theolog. D.
269. Andreas Bajer/ U. J. D.
270. Heinricus Bocer, U. J. D.
271. Joannes Halbritter/ U. J. D.
272. Theodorus Thumm/ SS. Theolog. D. anno 1610.
273. Christophorus Besoldus. U. J. D.
274. Andreas Bajer/ U. J. D.
275. Johannes Ludov. Mögling Medicus.

176.

Digitized by Google

276. Heinricus Bocerus, Jur. D. & Prof. 1. May. 1622.
277. Johannes Halbritter. Jur. D. & Prof. Menſe 8br.
278. Andreas Bajer, Jur. D. & Prof. 1. May. 1623.
279. Johannes Ulricus Pregizer. SS. Th. D. & Prof. Menſe 8br.
280. Chriſtophor: Beſold. U. J. D. & Profeſſ. 1. May. 1624.
280. Theodorus Thummius, T. D. 1. 9br.
281. Johannes Halbritterus. U. J. D. & Profeſſ. 1. May. 1625.
283. Heinricus Bocerus, U. J. D. & Profeſſ. 1. 9br.
284. David Magirus, J. U. D. 1. May 1626.
285. Andreas Bajer / Jur. Doct. & Prof. 1. 9br.
286. Johann. Ulricus Pregizer. SS. Theol. Doctor & Profeſſ. 1. May. 1627.
287. Johannes Harpprechtus. U. J. D. & Prof. 1. 9br.
288. Chriſtophorus Beſoldus. U. J. D. & Profeſſ. 1. May. 1628.
299. Theodorus Thummius. SS. Th. D. d. 1. 9br.
290. Andreas Bajer / J. U. D. & PP. 1. May 1629.
291. David Magirus. U. J. D. & Profeſſ. 1. Nov.
292. Cunradus Cellarius, Phyſices Profeſſor. 1. May 1630.

„ *In toto nihil eſt terra præſtantius orbe,*
„ *Quàm mens in monitus obſequioſa pios.*
Hac adeo ſuperum Rex delectatur, ut illis 1. Sam. 15.
Præferat herboſi dona litata foci.
O quantas digna laudes pietate meretur,
Qui præceptorum mollia juſſa colit?
Hunc quondam inſigni mirum ſpectabis amictu,
Conſpicuum populo lumen adeſſe ſuo.
Nam velut erumpit nitidus per nubila Phœbus,
Formoſum & rutilo ſpargit ab axe jubar:
Sic benè doctorum quondam præcepta ſequutus,
E tenebris clarum tollet ad aſtra caput.
Doctorumq́ inter celebris numerabitur album,
Ac poterit ſummis culmen adeſſe viris.
Quare etiam reliquos præcedens arte Magiſtros,
Moribus eximiis ingenioque gravis:
Si modò ſacratos vigilis verſare libellos
Dextera, & ætheriæ quærere pergat opes,
Et ſtudii curſum peragat felicibus auſis, Quatuor Magiſtri Theologiæ candidati.
Nec referat, curſu deſtituente, pedem:
Doctoris titulum ſummaque inſignia laudis
Auferet, inq́ ſacra puppe Magiſter erit.
Inde Magiſtrorum præclaro ex agmine lecti,
Continuant ſtudium terue quaterue ſacrum:
Viribus ingenij celebres atque artibus ampli,
Et virtute pares, & pietate graves.
Ut ſtudiis optato tangentes tramite metam,
Conſcendant ſummi limina celſa gradus:
Atque profeſſorum memorentur in ordine quondam;
Enarrentque ſacros arte ſagace libros.
Quales nunc paſſim doctores Suevia jactat,
Quales & noſtræ culta Lycæa Schola.
Poſtea quorum aliquos unum referemus in album;
Cum canet eximios noſtra Thalia viros:
Quos ſchola Stipendi tanquam Myrmecia promſit
Hactenus, & porrò, Trojus ut, edet, equus.
Ergo Tubingiacæ ſtipendia clara Lycæi,
Quis non æthereæ tollat ad aſtra plagæ?
Quod ſic in ſtudiis proponitur ordo colendis,
Ineque propoſito quæritur artis opus.

Nec

Nec temerè quævis rapitur descenda facultas,
Sed qua divino est juncta ministerio.
Qua nihil in toto præclarius eminet orbe,
Qua nihil hac rerum machina majus habet.
Et quis non plenis Stipendia lumina buccis
Efferat, eximiam laude canente domum?
Quod simul & patiens multorum sponte laborum,
Hic capit officio præmia digna suo.
„ *Scilicet ingenuam virtus laudata cohortem*
„ *Excitat, & magnum gloria calcar habet.*

Disciplina morum in Stipendio.

Nunc age, qua mores ratione & lege regantur,
Expediam: pars hac non erit usq; levis.
Multum namq; refert annis assuescere primis,
Moribus & vitam excoluisse bonis:
Dum licet, & nondum vitiis induruit ætas,
Nec puer amissa fronte superbit atrox.
Nam velut indomitus rejicit cervice lupatum,
Qui nunquam frenos ore momordit equus:
Sic juvenis nulla legum frenatus habena,
Officium surda negliget aure senex.
Quæque obiter poterat quondam juvenilibus annis
Discere jam multo comparet ære senex.
Quid? quod inhæscunt primævæ crimina vitæ,
Annosis etiam (res lacrymanda) viris?
Quæq; olim poterat, cùm nondum adolesceret ætas,
Effugere, heu serò facta pudere die.
Vidi ego limoso vitiorum in gurgite mersum,
Affluctis feram poscere rebus opem:
Cum ferè duxisset casum vestigia tergum,
Excereretque sua carnificina manus.
Quæque prius facilis potuisset tollere censor,
Damnari in medio crimina tetra foro.
Inunc & puerum doctrina flectite salubri,
Dum molles animos tempora verna dabunt.
Dum licet, & totas non eluctatur habenas,
Indomituque ruit more ferocis equi.
Hinc sunt Aonio leges & mollia cœtu
Jura data & vitæ norma tenenda sacræ.
Principio pietatis opus (primaria virtus
Est pietas) verum noster alumnus amet:

293. Johannes Ulricus Pregizer, SS. Th. D. & Prof. Ord. 1. 9br.
294. Andreas Bayer / U. J. D. & Prof. 1. May. 1631.
295. David Magirus, U. J. D. PP. 1. 9br.
296. Christoph. Besold. U. J. D. & Professs. 1. May. 1631.
297. Melchior Nicolaj, S. T. D. 1. 9br.
298. D. Johannes Harpprecht. U. J. D. & Prof. 1. May. 1633.
299. Johannes Gerhardus, M. D. 1. 9br.
300. Cunradus Cellarius. Phys. Prof. 1. May 1634.
301. Christoph. Besoldus, U. J. D. & Professs. 1. 9br.
302. David. Magirus, J. U. D. & Professs. 1. May 1635.
303. Johannes Ulricus Pregizer. SS. Th. D. & Professs. 1. 9br.
304. Johannes Harpprechtus Senior. 1. May. 1636.
305. Martinus Neuffer. Prof. Jur. 1. 9br.
306. Johannes Ulricus Rumelin, Jur. Prof. 1. May. 1637.
307. Johannes Gerhardus, Med. Doct. & Professs. 1. 9br.
308. M. Johannes Martinus Rauschertus, Professs. Eloq. & Histor. 1. May 1638.
309. Johannes Ulricus Pregizer,

Digitized by Google

er. SS. Th. Doctor & Profeſſ. 1. 9br.

310. Johannes Ulricus Rümelin/ Jur. Profeſſ. 1. May 1639.

311. Carolus Bardili, Med. D. & Prof. 1. 9br.

312. Johannes Geilfuſius, PP. 1. May 1640.

313. Johannes Ulricus Pregizer, SS. Th. D. & Prof. 1. 9br.

314. Johannes Gerhardus. Med. D. & Prof. 1. Maji. 1641.

315. Joachimus Wiebelius. J. U. D. & Profeſſor. 1. 9br.

316. Johannes Ulricus Pregizer. SS. Theol. D. & Profeſſ. 1. May. 1642.

317. Johann. Ulricus Rümelin. Jur. Prof. 1. 9br.

318. Wolffgangus Gualtherus Grubecus, Jur. Prof. 1. May 1643.

319. Carolus Bardili, Med. D. & Profeſſ. 1. May 1644.

320. Johannes Ulricus Pregizer. SS. Theol. Doctor. & Profeſſ. 1. May 1644.

321. Joh: Martinus Rauſcherus, PP. 9br.

322. Joachimus Wibelius. J. U. D. 1. May. 1645.

323. Wolffgangus Gualtherus Gruber. J. U. D. & Prof. 1. 9br.

324. Joh. Ulricus Pregizer. SS. Th. D. & Profeſſ. 1. May. 1646.

Dogmatibuque ſacris cupidas accommodet aures,
Atque Deum vera religione colat.
Exoſus tetrici figmenta nefaria Papæ,
Qui movet ætheriis arma cruenta plagis:
Qualia terrigenum memorantur prælia fratrum,
In rerum dominos prælia mota Deos.
Nimirum caſta ſuperum formidine tactus,
Carpet inoffenſo tramite ſolus iter.
Atque illum fortuna favens cumulabit honore,
Et faciet ſummi nomen habere viri.
At cui nec pietas nec ſancta oracula curæ,
Hic maret attrito vilior eſſe luto.
Impius incaſſum prolixa volumina verſat,
Impius hoc fruſtra nobile tentat opus.
Ipſe videt Domini contemptor ut irrita factos
Brachia, ſucceſſum non tribuente Deo:
Cujus & exacto eſt eadem doctrina labore,
Qua fuit ad cœptum progredientis opus.
Quare age cœleſti plenam ſpiramine mentem
Concipe, doctrinæ dulcis alumne ſacræ:
Cumq; velint ſuperi voto precibuque vocari,
Auxiliumque manu non remorante ferant:
Eja age ſucciduo divinum poplite numen,
Quisquis es, & precibus devenerare tuis.
Fallor? an audivi ſub tecta ara ſonare, Exercitia pracum matutinarum.
Ad ſacra quæ cœtum juſſaque vota cient?
Non fallor: rubeum linquens Aurora cubile
Surgit, & humenti ſpargit ab axe jubar:
Et modo ſub calida vernantia tempora noctis,
Quarta propinquantem nuntiat hora diem:
Proripiunt omnes, ſeque ad communia promunt
Atria, facturi vota precaque Deo.
Jamque aliquis lecto, juvenis de grege, Pſalmo,
Qui bacca & lauri nomina prima gerit:
Supplicibus Chriſtum genibus precibuque fatigant,
Exerit in tales ora diſerta modos:
O Deus, ex alto cœli qui vertice regnas, Formula precationis matutinæ uſitatæ in Sti-
Imperioque tenus ſubdita cuncta tuo:
Qui pater unigenum divino numine Chriſtum
Gignis, ſine carens, principioq; carens:

pendio reddita carminæ.

Te nos illum ipſum propter tua viſcera Chriſtii,
Quo duce cœlorum janua lata patet:
Per cujus meritum, per cujus nomen & omen,
Das aliquod noſtras pondus habere preces:
Poſcimus unanimes, projecto poſcimus ore,
Ore tuam miſeri ſollicitamus opem.
Mitte tui nobis ſacri ſpiramina flatus,
Qui colimus cœtus ſancta Lycea tui:
Ut tua perpetua celebremus nomina laude
Jugiter & frugum mille feramus opes.
Quales Peſtanis non parturit hortus in agris,
Herbifero liquida fonte rigatus aqua.
Huc ades, atherio qui pectora numine firmas,
Imbuis & veri relligione Dei:
Corda ſalutari dono juvenilia verbi
Inſtrue, quaque potes arte beare, bea.
Et nos cœleſtis plantas ex imbribus horti
Adſere, nec prædam grandinis eſſe ſine.
Namque vides (quid enim poſſit tua ſancta latere
Lumina? ſunt oculis abdita nulla tuis)
Quam veneranda tui perdat vinetа ſacelli
Efferus, agreſti multe cinctus, aper.
Quam tua crudelis ſacraria mente profanet
Hoſtis, & ardenti voce ſuperbus ovet.
Cadat ut innocuos & inundet ſanguine terram,
Et multa patriam cede cruentet humum.
Eja age rumpe moras & duros frange Tyrannos,
O Deus! & populi cura ſalusque tui!
Effice, ut unanimes cœant in fœdera reges,
Sanctaque felicis munera pacis ament.
Aut ſi vesanis pergat conatibus hoſtis,
Te quoque mox hoſtem ſentiat eſſe ſuum.
Ne nos dura lues, rabido aut bellona flagello
Obruat, infauſtos neu fames atra premat.
Diſſice quas multo Sathanas molimine techas
Adſtruit, in noſtrum tela cruenta chorum.
Sic tua nos fida metuamus numina mente,
Unde fluit cunctis fons & origo boni.
Huc ades, officiis munus qui munere penſas,
Huc adeſ & larga dona rependе manu.

325. Joh. Gerhardus, Med. Doctor. & Profeſſ. 1. 9br.
326. Henricus Schmidius, Prof. Græcus. 1. May. 1647.
327. Joachimus Wibelius, J. U. D. & Prof. 1. 9br.
328. Johan. Geilfuſius. PP. 1. May 1648.
329. Joh. Ulr. Pregizer, SS. Th. D. & Profeſſ. 1. 9br.
330. Joachimus Wibelius, J. U. D. & Prof. 1. May 1649.
331. Joh. Gerhardus, Med. D. & Prof. 1. 9br.
332. Wolffgangus Gualther Gruber, J. U. D. & Prof. 1. May. 1650.
333. Johannes Ulricus Pregizer, SS. Th. Lic. & Moralium Profeſſ. 1. 9br.
334. Heinricus Schmidius, Gr. Ling. Prof. 1. May 1651.
335. Joachimus Wibelius, J. U. D. 1. 9br.
336. Ser. Dn. *Johannes Fridericus*, Dux Wittenbergiæ & Tecc. 1. May 1652.
337. Johannes Wurmſerus, J. U. D. & Prof. 1. 9br.
338. Samuel Hafenreffer us, Med. D. & Profeſſor. 1. May 1653.
339. Wolfgang Adam Lauterbachius. J. U. D. & Profeſſ. 1. 9br.
340. Tobias Wagnerus, SS. Theol. D. & Profeſſ. 1. May. 1654.

341. Jo-

Digitized by Google

341. Johannes Gravius. J. U. D. & Prof. 1. 9br.

342. M. Paulus Biberſtein. Græcæ Linguæ Profeſſ. 1. May 1655.

343. Wolffgang Adam Lauterbach. J. U. D. & Prof. 1. 9br.

344. Joſephus Demmler. SS. Th. D. & Prof. 1. May 1656.

345. Samuel Hafenreffer. Med. D. & Prof. 1. 9br.

346. Johannes Ulricus Pregizer. SS. Theol. Licent. & Philoſ. Moralis Profeſſ. 1. May 1657.

347. Johannes Grave. J. U. D. & Prof. 1. 9br.

348. Wolffgang Adam Lauterbach, J. U. D. & Profeſſ. 1. May 1658.

349. Joſephus Demmler. SS. Th. D. & Profeſſ. 1. 9br.

350. Balthaſar Raith, SS. Th. D. & Prof. 1. May 1659.

351. Samuel Hafenreffer. Med. D. & Prof. 1. 9br.

352. Johannes Ulricus Pregizer, SS. Theol. Licent. & Profeſſor Philoſoph. practicæ. 1. May 1660.

353. Wolffgang Adam Lauterbach. J. U. D. & Profeſſ. 1. 9br.

354. Johannes Grave. J. U. D. & Profeſſ. 1. May 1661.

355. Balthaſar Raith. SS. Theol. D. 1. 9br.

Omnia quæ ſummi præſtant Regesque Ducesque,
Augentes opibus docta Lycea ſuis.
Tum verò inprimis noſtri benefacta patroni,
Quo Wirtenbergus Principe gaudet ager,
Compenſa, & meritæ tanto pro munere gratæ,
Quam potes extenta dote referre, refer.
Quòd vigiles nutrit templiſque ſcholisque miniſtros,
Qui ſtargunt verbi munera ſana tui:
Quòd patriis olim fundata Lycea ſub oris,
Aſſiduè cultu divitiore fovet:
Claraque conſervat noſtri Stipendia tecti,
Semper & officiis ampliat illa ſuis.
Da, precor, hunc longos patriæ ſupereſſe per annos,
Ut poſſit doctis utilis eſſe ſcholis.
Sic bonus ô facilique tuis, noſtrosque labores
Subleva, & æterno flamine mitis ades.
Noſtraque cœleſti reneva, Deus optime, luce
Pectora: ſis ſtudii duxque comesque pii.
Ut ſacra poſſimus myſteria pandere cœli,
Et populum ſancta paſcere voce tuum.
Unde novas pleno diffundat copia cornu,
Et fœtu fruges luxuriante ferat.
Queis velut Ambroſia, venturo tempore veſci
Æternos liceat cœlica in arce dies.
Dixit. At hunc tacito reliqui ſimul ore ſequuntur,
Et Domini ſida numina mente colunt.
Quòd ſiquis, turpi ſopitus membra veterno
Torpeat, hunc reſidem debita pœna manet.
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycæi,
Quis non ætheria tollat ad aſtra plaga?
Quòd divina precum ſtudia & pietatis in illis,
Vitaque cum ſtudiis convenienter eunt.
Laude Deus colitur votoque rogante: nec ullus "
Hoc poterit cultus gratior eſſe Deo. "
Ille etiam fert promptus opem poſcente vocatus "
Ore: Deus vanas non ſinit ire preces.

Præcipit hinc etiam (quamvis Deus ipſe requi- Conciones
Lex pia divina templa ſubire domus: (rat) publicæ ab
omnibus o-

mni tempore frequentandæ.

Audiat ut sacra veneranda oracula vocis,
Cum populoque suas jungat & ille preces:
Hauriat & pietatis opus pietatis alumnus:
Æmulus hinc quondam pascat ovile Dei.

Absentem censura notat, lex puniet æqua:
Nolle sacra, est ingens, discere verba, furor. "

Blasphemi carcere, & pro conditione delicti gravius puniuntur.

Nec tibi fas esto Divûm proscindere numen,
Aut jacere in superos impia verba Deos.
Nam malè blasphemo quicunq; profanus ab ore,
Evomit in summum dicta proterva Deum:
Eben quàm justas abstruso in carcere pœnas
Isse luit, pœna dignus Averne tua.

Vinolentia & Ebrietas prohibita, quæ si admittitur, carcere plectitur.

Præcipuè Bacchi ne quis teneatur amore,
Qui sequitur nostri sobria castra Ducis.
Neu sit pernicies vini barathrumq; macelli
(Si modò vult studiis cultior esse sacris)
Eben quàm largos audax temulentia fructus
Parturit, ingenii exitiosa lues.

Hinc odia & rixæ, fraudes, injuria, cædes, "
Et quicquid terris perditus orbis habet. "
Hinc furor & rabida flagrans vesania mentis, "
Hinc venit ingenii sæva ruina tui. "
Inde manus tremula totoque in corpore labor: "
Halitus inde oris fœtidus iste tui. "
Et quis nevorum memorabit nomina centum,
Quos secum comites ebria turba trahit?
Tot cùm producat numero delicta feraci
Ebrietas, animos excutiente mero.
Quare agè tàm diræ cernens incommoda pestis,
Ingluviem vitæ grex studiose malam:
Vindicis aut justi te terreat ira tonantis,
Aut tua qui duro carcere membra domat.
Lex etenim dura religat temulenta catena
Crura, veternosum discutiente caput. (*nas,*

Publicæ tabernæ interdictæ.

Cauponum hæc eadem prohibet gustare tabernas,
Quasq; offert publicas lauta popina dapes.
Ne tibi gracandi fugienda occasio detur,
Neu pateat turpi lata fenestra gulæ.
O quibus & quantis est dignus laudibus alma,
Vir pietatis amans, sobrietatis amans?

356. Johannes Conradus Brotbeckius. Med. Doctor & Profess. 1. May 1662.
357. Johann Adam Osiander, SS. Th. D. & Profess. 1. 9br.
358. Burckhardus Bardili. J. U. D. & Profess. 1. May. 1663.
359. Wolffgang Adam Lauterbach. J. U. D. & Prof. 1. 9br.
360. Georg Balthasar Mezger, Med. D. &. P. 1. May 1665.
361. Ericus Mauritius, J. U. D. & P. 1. 9br.
362. Johannes Grave, J. U. D. & Professor. 1. May 1665.
363. Johannes Andreas Frommannus, Jurist. Jur. Professor 1. 9br.
364. Balthasar Raith. SS. Theol. D. & Profess. 1. May 1666.
365. Johann Ulricus Pregizer, SS. Theol. Licent. & Profess. Philos. pract. 1. 9br.
366. Sereniſſimus Princeps, Dn. Dominus, Wilhelmus Ludovicus, Dux Wirtenbergiæ.
367. Pro Rector D. W. A. Lauterbach, 1. May 1667.
368. Burckhardus Bardili, J.U. D. & Profess. 1. 9br.
369. Johannes Adamus Osiander, SS. Theolog. D. & Prof. 1. May 1668.
370. Johannes Conradus Brotbeck. Med. D. & Prof. 1. 9br.

371. Io.

Digitized by Google

371. Johannes Grave, J. U. D. & Profeſſ. 1. May 1669.

372. Georg Balthaſar Metzger, Med. D. & Prof. 1. 9br.

373. Wolfgangus Adamus Lauterbach, J. U. D. & Profeſſ. 1. May. 1670.

374 Balthaſar Raith. SS. Theol. Doctor & Prof. 1. Novemb.

375. Johannes Andreas Frommann, J. U. D. P. P. 1. May 1671.

376. Burckhardus Bardili, J. U. D. & Profeſſ. 1. Novembr.

377. Johannes Adamus Oſiander, SS. Theol. D. & Profeſſ. 1. May 1672.

378. Johannes Grave, J. U. D. & Profeſſ. 1. Novembr.

379. Georgius Balthaſar Metzger, Med. D. & Prof. 1. May 1673.

380. Wolfgangus Adamus Lauterbach, J. U. D. & Prof. 1. Novembr.

381. Balthaſar Raith. SS. Theol. D. & Prof. 1. May 1674.

382. Sereniſſimus ac Celſiſſimus Princeps ac Dn. Dn. *Carolus Maximilianus*, Dux Wirtenberg &c. Rector Magnificentiſſimus. 1. Nov.

383. ProRector. Joh. Andreas Frommann, J. U. D. & Prof. Inſtit.

384. Sereniſſimus ac Celſiſſimus Princeps ac Dominus, Dn. Georgius Fridericus, Dux

Numen habet placidum divina ſobrius aura, "
Inſenſa eſt ipſi plebs temulenta Deo. "
Enſe nefas etiam violenta in prælia quenquam Lites, calumniæ & digladiationes vetitæ.
Tendere, & armata ſumere tela manu.
Nemo alium ſanna poſtica uncisve laceſſat
Naribus, aut lites ore procace ſerat.
Viperei morſus, ventura ſemina rixæ,
Hinc abeant: placidi poſcimus ora viri.
Verbaque ſint nullo ſerpentum tincta veneno:
Candor amicitiæ nobile jungit opus. "
Sarta pios inter maneat concordia fratres,
Et conjurata fœdera pacis eant.
Hæc decet ingenuos: quod ſi tamen invida nectat
Iurgia, erit ſceleri pœna parata tuo.
Qui lateri accingit miles temerarius enſem, uſus armorum in Stipendio inconceſſus.
Atque viatoris more pererrat agros:
Aut etiam ſumptis vaginam liberat armis,
Tela ut in adverſum dirigat alta caput.
Arguet hic geminas animoſa ob crimina pœnas,
Et privata ſimul publica damna prement.
Litigioſe vale: noſter fera jurgia cœtus
Non amat, æternum litigioſe vale.
Si tamen eſt enſis, quaque ardes ferre viator, Arma in ciſtis reſervanda ad ſuarum uſum.
Arma tibi, in capſis illa reconde tuis,
Aut ſervanda tuo cautè committe Magiſtro,
Usque ſit, illorum qui petat, uſus, opem.
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycei,
Quis non ætheria tollat ad aſtra plaga?
Quòd ſacra tàm ſtrictò conſervant munia jure,
Syncerumque volunt Religionis opus.
Oraque compedibus rigidis blasphema coercent,
Ut ſine labe Dei progrediatur honos.
Impia quòd prohibent effuſi pocla falerni,
Et plectunt nimio tempora quaſſa mero.
Quòd lites odiumque vetant, linguaque coercens
Scommata, rixarum materiemque cavent.
Gratia quòd concors imbs fraternaque vivunt
Fœdera, non ullo dirimenda modo.
Jungit ubi ſocias facilis concordia mentes, "
Credibile eſt ipſum plaudere corde Deum. "

Peregrinationes ultro susceptæ putantur.

Nulla peregrinas patrias ve invisere terras
Copia, ni faciat cura magistra tibi.
Qui sine permissu ad longas spaciabitur oras,
Non impune feret, cum redit ille, nefas.

Diverticula, & quicquid libidinem adolescentiæ fovet, interdictum.

Adde quod & tacuas prohibet lex nostra latebras,
Et lenocinium turpe in amore vetat. (bras,
Scilicet aucupium longo hic prabetur amori,
Flammaque in occulto sæpè reperta loco.
Et venus in nemorum crebrò venit ipsa recessus,
Quà pavidus tenebras sperat habere pudor.
Hen fuge suspectos juvenis ter provide casses,
Sunt hæc incautis retia tensa viris.

Choreæ illiciæ.

Nec tibi conveniens vanas agitare choreas,
Esse puta, quisquis noster alumnus eris.
Hic nam præcocibus caluerunt pectora flammis
Sæpius & juvenum corda peredit amor.
Cum ferè, lætitiam vino faciente, juventus
Gaudet ad impulsam crura movere lyram:
Virgineumque gregem placidis amplectier ulnis,
Et miscere novis blandula verba jocis.

Matrimonium studiorum cursu non absoluto prohibitum.

Non prius in thalamum sociam deducere fas est,
Quàm studii justo sit via tacta pede.
Quisquis enim juvenem fervente cupidine ra-
Maturi nondum fœdus amoris init: (ptus,
Consortem & studiis non magna ex parte pera-
Accipit, is damno concidet ipse suo. (ctis,
Et tandem nostro pelletur ab agmine, longo
Tempore ut patrios exul oberret agros.
Ergo animum compesce ferum, frenoque coerce,
Tutior est sero tempore cœptus amor.

Ratio vestitus.

Vestitus pariter ratio est præscripta clienti,
Membra vetans habitu splendidiore tegi.
Hinc abeat murex Tyrio saturatus aheno,
Hinc malè dissecto Martia bracca sinu.
Turpe erit Ostrino modicari vellera succo,
Turpius in fluidos dilacerare sinus.
Nemo etiam curta velet sua corpora palla,
Qualis Marticolis assolet esse viris.
Instita longa pedes sed demissatur ad imos,
Hoc etenim prisca est simplicitatis opus.

Wirtenbergiæ & Tecciæ Rector Magnificentissimus.

385. Pro Rector, Burcardus Bardili, U. J. D. & Pand. Professor Publ. 1. May 1675.

286. Serenissimus ac Celsissimus Princeps ac Dominus, Dn. Ludovicus, Dux Wirtenbergiæ ac Tecciæ, &c. Rector Magnificentissimus,

287. Pro Rector, Johannes Grave, U. J. D. & Profess. Publ. 1. Novembr.

388. Continuavit Rectoratum Magnificentissimum, Serenissimus Idem ac Celsissimus Princeps ac Dominus, Dn. Ludovicus, Dux Wirtenb. & Tecciæ. &c. 1. May. & 1. Novembr. 1676.

389. Cujus Pro Rector per hoc temporis spatium fuit Joh. Adamus Osiander, S. S. Th. D. & Professor.

390. Georg. Balthasar Metzger, Med. D. & Profess. 1. May, 1678.

391. Balthasar Raith, SS. Th. D. & P. P. 1. 9br.

392. Johann Andreas Frommann, U. J. D. & P. P. 1. May, 1679.

393. Elias Rudolphus Camerarius, Med. D. & Professor. 1. Novembr.

394. Joh. Ludwig. Mögling, Med. Doct. & Prof. 1. May 1680.

395. Burckhardus Bardili, U. J. D. & Prof. 1. Novembr.

396. Jo-

Digitized by Google

396. Iohannes Grave, U. J. D. & Prof. 1. May 1681.
397. Georgius Henricus Keller, SS. Theol. D. & Prof. P. 1. Novembr.
398. Iohann Adamus Kurrer, U. J. D. & Profeſſor 1. May 1682.
399. Balthaſar Metzger, Med. D. & Prof. P. 1. Novembr.
400. Ferdin. Chriſtoph. Harpprecht, U. J. D. & Prof. P. 1. May 1683.
401. Benedict. Hopfer, Moral. Prof. P. Menſe Januario pie defunctus. Pro-Rectoratum poſtea gerente prædicto Dn. Ferdinando Chriſtophoro Harpprechto, 1 Novembr.
402. Michael Müller, SS. Th. D. & P. P. 1. May 1684.
403. Sereniſſimus ac Celſiſſimus Princeps ac Dominus, Dn. Johannes Fridericus, Dux Wirtenbergiæ & Teccíæ, Rector Magnificentiſſimus.
404. Pro-Rector D. Johannes Andreas Frommann. 1. Nov.
405. Gabriel Schweder, U. J. D. & P. P. 1. May 1685.
306. Elias Rudolphus Camerarius, Med. D. & Prof. P. 1. Novembr.
407. Burckardus Bardili, U. J. D. & P. P. 1. May. 1686.
408. Iohannes Grave, U. I. D. & Pr. P. 1. Novembr.
409. Georg Henr. Keller, SS. Th. D. & PP. 1. May 1686.

Crede mihi, veſtis, quæ vix obit undique lumbos, "
Iudicium eſt animi (res ea mota) levis. "
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycei
Quis non atheriæ tollat ad aſtra plagæ?
Quid pudor & caſta felix reverentia famæ
Hic viget, & vetuſti eſt nullus amoris amor,
O quoties non eſt dignis celebrare pudicos
Laudibus, & claros integritate viros?
Quippe Dei ſummum virtus habet illa favorem:
Munit enim caſtus pectora caſta Deus: "
At manet obſcœnum, merces aquiſſima, probrum "
Ira Dei, & cunctis noxia damna malis. "

Sed jam tempus adeſt epulis accumbere lautis,
Carpendique venit gratior hora dapis.
Et coquus in patinam forteſſe immiſerit eſcas,
Incipiantque datum ſumere quisque cibum:
Promtus & in menſa nunc ordine cuncta locarit:
Quid ceſſas? longam eſt nectere turpe moram.
Serius adtremens dulci multatur lacho:
Colluet hinc gelida flebile guttur aqua.
Ergo quid hic deceat, quàm ſuaviaprandia car- Qui mores
Exponit brevibus noſtra Thalia modis. (pas, inter edendum a Stipendiariis requirantur?
Splendida quàm primum menſis apponitur eſca,
Vos epulis omnes accubuiſſe velim:
Unanimesque Deum votis atque ore vocare,
Et tacita CHRISTUM ſollicitare prece.
Corpus uti vegetum recreet poſque ciboque,
Inde animos verbi paſcat odore ſui:
Nectaris & tandem divinos præbeat hauſtus,
Faxit & Ambroſia ſuccidiore frui.
O DEUS! O mundi rerumque æterne creator, Conſecratio menſæ per Novitium fieri ſolita, & ejusdem formula.
Quo patre res ſentit nulla creata famem:
Qui noſtra hæc vegetas à primo limine vita
Corpora, munifica dans alimenta manu:
Qui cunctis faculem præbes animantibus eſcam,
Hoc fragilis vitam quotquot in orbe trahunt.
Huc ades & noſtros animos felicibus imple
Latitiis, dextra muneribusque tua.

Huc

Ut quantum ſatis eſt, non deſit copia rerum,
Dapſilis & cunctis affluat eſca locis.
Hinc pia virtutum nos perficiamus abundè
Munia, quæque animos hos voluiſſe vole.
Auſpiciisque tuis ô CHRISTE & numine freti,
In quodvis ſacrum pervigilemus opus.
Sic tua perpetuo celebretur gloria ſeclo,
Et taceant laudis tempora nulla tuæ.
Sic honor imperiumque tuum, ſine fine coævum
Permaneat Patri Spirituique ſacro.
Dixit & extenſas attollit ad æthera palmas:
Moxque omnis tacitum concio ſubdit, Amen.

Baccalaurei ad menſam ſacra prælegunt: tempore quidem prandiorum capita veteris: tempore vero cœnarum capita novi Teſtamenti.

Tunc aliquis cathedra ſcandit ſublimia fulcra,
A bacca & lauro nomina docta trahens:
Codicis & ſacri divina volumina verſat,
Hiſtoriamque pio Moſeos ore legit.
Et quicunque olim veteres oracula vatis,
Admonitu ductî, præcinuêre, Dei.
Aut Evangelicis quæ ſunt inſcripta libellis
Pandit, ubi cœnæ ſerior hora venit.
Conticuêre omnes arrectîque auribus adſunt,
Et nullum tacito murmur in ore ſonat.

Turpe bonum tempus conſumere multa loquendo, "
Turpe ſacris animum non adhibere libris. "
Quare ſi linguax ori laxabis habenas
Stentor, & audaci garrulitate ſtrepes.
Injiciet merito ſtulta retinacula lingua,
Compeſcetque tuum debita pœna labrum.
Non ego jam mores referam, quibus inter edendum
Carpere propoſitos te decet ore cibos.
Eſt opera alterius, nudis mihi rebus agendum,
Ne velle Iliacum vincere credar opus.
Hinc tamen à nobis epulones, hinc age venter,
Quique nitere tua Ruſticitate cupis.
Culta decet juvenem re quaque modeſtia cœtum, "
Qua ſine nil reliqua proderit artis opus.
Hanc vigil exerce ſtudiorum dulcis alumne,
Hanc cole: nam vitæ convenit illa tuæ.
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycei,
Quis non æthereis tollat ad aſtra plagis?

410. Johannes Adamus Kurrer. U. J. D. & P. P. 1. 9bris.

411. Joh. Ludovicus Mögling, Med. D. & P. 1. May 1688.

412. Ferdinandus Chriſtophorus Harpprecht, U. J. D. & P. P. 1. 9bris.

413. Michael Muller. S. S. Theol. D. & P P. 1. May. 1689.

414. Joh. Andr. Frommmann, U. J. D. & P P. qui die 7. Febr. pie obdormivit, Pro-Rectoratum gerente Dno Michaele Mullero. 1. 9bris.

415. Burckhardus Bardili. U. J. D. & P P. 1. May. 1690.

416. Joh. Wolfgang Jæger, Methaphys. Prof. & Magiſter Domus. 1. 9bris.

417. Gabriel Schweder. U. J. D. & P. P. 1. May. 1691.

418. Elias Rudolphus Camerarius, Med. D. & P P. 1. 9bris.

419. Johannes Zeller. Med. D. & P P. 1. May. 1691.

420. Johannes Oſiander, Græcæ Linguæ Prof. & Mag. Dom. 1. 9bris.

421. Georgius Henricus Keller. S S. Theol. D. & P P. 1. May. 1693.

422. Ferdinandus Chriſtophorus Harpprecht, U. J. D. & P P. 1. 9bris.

423. Mich-

Digitized by Google

423. Michael Müller, SS. Theol. D. & PP. 1. May 1694.
424. David Scheinemann, U. J. D. & Moral. PP. 1. 9bris.
425. Michael Graſs, U. J. D. & PP. 1. May. 1695.
426. Gabriel Schweder, U. J. D. & PP. 1. 9br.
427. Rudolphus Jacobus Camerarius, Med. D. & P P. 1. May. 1696.
428. Georgius Henricus Keller, SS. Theol. D. & P. P. 1. 9bris.
429. Ferdinandus Chriſtophorus Harpprecht. U. J. D. & PP. 1. May 1697.
430. Erneſtus Theophilus Mayer Cruſianus. U. J. D. & PP. 1. 9bris.
431. Matthæus Hiller, Hebr. & Gr. Linguæ. PP. 1. May. 1698.
432. Michael Müller, SS. Theol. D. & PP. 1. 9bris.
433. Michael Förtſch SS. Theol. D. & P P. 1. May. 1699.
434. Gabriel Schweder. U. J. D. & PP. 1. 9bris.
435. Rector Magnificentiſſimus, Sereniſſimus Princeps ac Dn. Dn. *Henricus Fridericus*, Dux Wirtenb. & Tecciæ. 1. May 1700.
436. Pro Rectore David Scheinemann, U. J. D. & P P.
437. Andreas Adamus Hochſtetter, SS. Th. Extraord. Moral. Ord. PP. 1. 9bris.

Quòd non illotis ſua menſa accumbere palmis,
Aut reprobo appoſitos carpere dente cibos:
Antè ſed eſt Dominus votis precibusque rogandus;
Ut nullo pietas deſit honora loco.
Quòd viget hic morum probitas, quòd & inter edendum,
Non ſilet æthereæ lectio ſacra libri,
Usque adeò pietas omnes benè collocat horas,
Decidat ut nullo tempus inane modo.

Poſtquam epulis exempta ſames menſaque remota,
Et ſuerint ſumpto corpora paſta cibo:
Protinus in medium ſtudiis evoque novellus,
Conſurgens Domino ferre ſua vota pia.
Et celebrare patris benefacta piiſſima ſummi
Incipit, & merita tollere laude Deum.
Gloria, Laus, & honor Domino ſuper aſtra potenti, Gratiarum actio poſt ſumptum cibum.
Gloria ſanctæ tibi, Gloria Rexque tibi.
Quod nobis facilis largitus pabula dextra,
Paviſti dapibus corpora noſtra tuis.
Hùc adsis ô iterum, nos & cœleſtibus imple
Lætitiis, flatus muneribuſque ſacri.
Ut noſtros moderante tuo ſpiramine greſſus,
Ante oculos ſtemus concio grata tuos:
Ne rubor obducat noſtros ob crimina vultus,
Improba maſtificus neu pudor ora notet:
Cum nobis olim meritorum præmia reddas,
Juſtifica juſtis & fide juſtus eris.
Nec mora, mox omnes unum glomerantur in agmen, Exercitia Muſica.
Canturi lepidum voce ſonante melos.
Tunc aliquis doctæ præcellens arte Magiſter
Inſere ſe, & numeris dulcibus ora movet.
Ille regit cantus & ſuavi carmine mulcet,
Omnia, ne vocum diſſona fila crepent.
Jamque ſonant octo melicæ diſcrimina vocis,
Dulcicanique juvant pectora feſſa modi.
Quales ORLANDI ſuavis modulatur arundo,
Aut quos MAYLANDI blanda Thalia canit.
Aut etiam CLEMENS quicquid meditatus amœnum eſt,
Atque alii, longum quos memorare foret.

Scilicet hoc Chriſti beneficiis gratia pacto,
Dignaque pro merito laus ſua cuique datur:
Sic celebrant cantata Deum modulamina vocum,
Qui factas inopes nolunt eſſe preces.
„ *Pulchrior eſt virtus reliquis virtutibus una*
„ *Omnibus officii cum pietate memor.*
Poſt epulas etiam conceſſa hac otia turbæ,
Ut fiat requie gratior inde labor:
Aut celeres agitare pilas per florea rura,
Aut curſu aut alio membra ciere modo.
Hic ubi jam vernum demittunt arbore tempus,
Luxuriatque novo germine pectus ager.
Vocibus inprimis vires relevare ſonoris
Fas erit, & blandas ſollicitare fides:
Cùm ferè Sol medium tangit rapidiſſimus axem,
Torret & arentes ſirius arva ſitis.
Attamen haud ultra ludos extendere tempus
Convenit: eſt lucris adde ta meta jocis.

Vagabundi errones non tolerantur. *Non omnes vicos non compoſita quaq; peragret,*
Spectator tota non ſtuat urbe cliens.
Jam vocat ad ſtudium, doctiſq; audire Magiſtros
Hora monet, ſacrum jam repetatur opus.
„ *Aſſiduos juvat ipſe Deus lenisque laboris:*
„ *Ille ſolet præſens acribus eſſe viris.*

Clamoſi & turbulenti plecti ſolent. *Stentorea nemo clamoſus voce tonabit,*
Nec reliquo pergat turbidus eſſe gregi:
Aut ſtudia impediat ſi reperum faciendo tumultum,
Ut cum Cyclopes ara ferire ſolent.

Talia ſi patrans omnem turbaveris ædem,
Qui tua refrenet crimina, cenſor erit.

Obedientia erga præceptores conſueta. *Hoc quoq; cumprimis (quanquam natura requirit)*
Inſerunt monitis cura paterna ſuis.
Ut ſtudeant noſtris diſcipuli parere Magiſtris,
Et præceptorum juſſa verenda ſequi.
Non illos lingua temnant petu ante rebelles,
Nullaque mordaci ſcommata felle ſerant:
Non etiam abſentum ſoleant arrodere famam,
Carpendi ſtudium quale Theonis erat.
Quis furor aut qua nam ſtolidi demencia cordis,
Te præceptores non coluiſſe tuos?

438. Johannes Zeller, Medic. D. & P.P. 1. May 1701.
439. Michael Graſs. U. J. D. & P P. 1. 9bris.
440. Ferdinandus Chriſtophorus Harpprecht. U. J. D & PP. 1. May 1702.
441. Chriſtophorus Reichlin. SS. Theol. D. & P P. 1. 9bris.
442. Rudolphus Jacobus Camerarius, Med. D. & P P. 1. May 1703.
443. Erneſtus Theophilus Major, Cruſianus, U. J. D. & P P. 1. 9bris.
444. Michael Förtſch, SS. Theol. D. & P P. 1. May 1704.
445. Joh. And. Frommann, J. U. D. & P P. 1. 9bris.
446. Joh. Eberhard Rösler, Moral. Prof. Ord. 1. May 1705.
447. Gabriel Schweder, D.
448. Joh. Chriſtophorus Pfaff. SS. Theol. D. & PP. 1. May. 1706.
449. Joh. Conrad Clemmius, Prof. Logices & Metaphyſ. 1. 9br.
450. Michael Graſs. J. U. D. & PP. 1. May 1707.
451. Ferdinandus Chriſtophor. Harpprecht. J. U. D. & P P. 1. 9br.
452. D. Andreas Adamus Hochſtetter. SS. Theol. Ordin. P. 1. May 1708.

453 Er-

453. Erneſtus Theophilus Majer, D. U. J. & Prof. Publ. 1. 9br.

454. Rudolphus Jacobus Camerarius, Med. D. & PP. 1. May 1709.

455. Gabriel Schweder. J.U. D. & P P. 1. 9br.

456. Johannes Conradus Creyling. Phyſices & Matheſ. P P. 1. May 1710.

457. Joh. Chriſtoph. Pfaffius. Theol. D. 1. 9br.

458. Michael Graſs. J. U. D. & Prof. Publ. 1. May 1711.

459. Joh. Chriſtian Neu, Profeſſ. Eloq. & Hiſt. 1. 9br.

460. Ferdinand. Chriſtoph. Harpprecht, J. U. D. & P P. 1. May 1712.

461. Joh. Cunrad Klemm, Theolog. D. & P. P. 1. 9br.

462. Godofredus Hoffmann, Met. & Log. P. 1. May 1713.

463. Elias Camerarius, Med. D. & PP. 1. 9br.

464. Erneſtus Theophilus Majer, Cruſianus, J. U. D. & P P. 1. May 1714.

465. Gabriel Schweder, J.U.D. PP. 1. 9br.

466. Joh. Eberhardus Rösler, Philoſoph. Prof. 1. May 1715.

467. D. Joh. Chriſtoph. Pfaff, SS. Theol. Prof. 1. 9br.

Qui placidis artes animo inſtillare tenello,
Noxia non ceſſant vellere quæque manu.
Ut cum quis lilium florenti extirpat ab agro,
Quæque tenax ſegeti creſcere lappa ſolet.
Surgat ut impubis ſtudio pietateque cœtus,
Efferat & clarum per rata jura caput.
Et quisquam numeret fidi benefacta Magiſtri,
Quæ confert juveni, qua valet arte, tibi?
Dum geris & vitæ curam curamque ſalutis,
Perpolit & limis ruſtica corda ſuis.
Dum monet officiumque ſequi, vitiumque coercet,
Et ſibi commiſſum ſuſtinet acer onus.
Annè magiſterium quisquam ſub tale negabit
Ire? nec hoc dicet vivere poſſe modo?
Scilicet hoc faciunt, quos ſtulta rebellio jactat, Præpoſtera quorundam libertas honeſtas diſciplinas averſantium.
Quique animis optant libera frena ſuis.
Eheu quàm multis veſani eſt pectoris æſtrus,
Dum cupiunt vitæ libertate frui.
Pace tua liberte mihi ſtultiſſime fas ſit
Dicere: te ſervum prava cupido trahit,
Dirus in obſequium te luxus & ocia torquent,
Hinc fers à genio regna ſuperba tuo.
Crede mihi rabidum compeſce libidinis æſtum,
Atque tuas furias comprime, liber eris.
Hæc etenim demum libertas vera putanda eſt, "
Non ſervum vitiis pectus habere ſuum. "
At tua ſi cœco laxabis frena furori,
Heu mala ſub domino quanta potente feres?
Sed miſer hanc labem miſeris aſſerſit Adamus,
Eſſe volens animis libera frena ſuis.
Dum ſuperis par eſſe cupit, lentumque capiſtrum
Excutit, indomitis more rebellis equi.
Hinc omnes regni ſenſus ſtimulamur acuto,
Odimus & dominæ, ſuffugimusque manus,
Hinc furioſa rapit dominandi noſtra libido
Pectora, naturis imperioſa ſuis.
Ergo aliquis noſtra nulla tractabilis arte, Rebelles & diſciplinæ impatientes ejiciuntur.
In mores pergat luxuriare malos.
Et diſciplinæ ſacras exoſus habenas,
Gaudeat indomita jam ſeruare rapi:

Protinus hunc rigido mandat lex claudere septo,
Et feræ præstructis cruta tenere feris.
Nam malè pugnacem qui se monitoribus offert,
Ac surda hortatus respuit aure pios,
Nec suasè patitur propter delicta notari,
Hoc de nulla bona spes mihi frugis erit.
Hunc etiam justi tandem censura Magistri,
Ceu putrem reliquo de grege pellet ovem.
Morigeraque olidis agnos seiunget ab hircis,
Qui legum excutiunt ore feroce lupos.
Ut cum triticeam crebro quassante farinam,
A paleis abeunt torrida farra suis:
Livida ne toti noceant contagia turbæ,
Nequitia mores contemerante bonos:
Neu bonus infanda correptus peste malorum
Corruat, ipsorum participesque malum.
Nam velut occulto latitans in limine serpens,
Quisquis adit, sævo sauciat ore virum.
Sic, nisi providcat legum solertia, totum
Unius inficient tetra venena gregem.
Usque adeo admixtis syncerum fœcibus omne,
Proh dolor, assuevit degenerare merum.
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycæi
Quis non æthereis tollat ad astra plagis?
Quòd reverenter habent docti præcepta Magistri,
Officioque illum conveniente colunt.
Insuper & plectunt furiosa mente rebelles,
Et contrà obsequiis dant sua dona pios.
Est aliquid fido morem gessisse Magistro:
Hinc finit optati copia larga boni.

Hactenus & studij & morum vitæque tenorem
Diximus, in nostro qui solet ire choro,
Diximus & justo laudatas ordine leges,
Quas animi Ulricus munera sancta dedit.
Sed n hils fuerint latarum fœdera legum,
Ni quoque custodum sarta tegantur ope.
Sicut enim nullam producet Regula frugem,
Illam ni lignis applicet arte faber.

Tales habuit Illustrissima Academia Tubingensis Rectores Magnificentissimos & Magnificos per ducentos & fere quadraginta annos sceptris Argenteis incedentes: duo enim sceptra argentea Romani Imperatores Academiis concesserunt, indicantes, Academias bene ordinatas esse Rectrices & Ecclesiæ & Reipublicæ, easdemque formare & sistere Viros, Ecclesiæ & Reipublicæ Regimini admovendos. Imò Cæsares, Reges, Electores & Principes, Sceptris atque fascibus insignes, illos demum esse bonos, qui Studia meliora aut ipsi intelligant, aut Doctos ament, atque protegant. Vid. Jacobi Heerbrandi, Cancellarii Tubing. Concio secularis Academica Tubingensis A. 1577. habita super Evangelium Luc. cap. 7. de Centurione Scholæ Conditore p. 14. Conferantur Acta Secundi Jubilæi Academiæ Tubingensis, ubi Rectores ejusdem antiquiores recensentur, paulo quidem aliter ac eos heic recensui ex Manuscripto quodam Ducalis Consistorii. Recentiores accepi à Nobilissimo Secretario Academico, Dn. Lic. Schmalcaldero, Patrono meo Æstumatissimo.

PRÆPÒ-

PRÆPOSITI STUTTGARDIANI.

Joannes Brentius, Reformator Ecclesiæ Wirtenbergicæ, singularis B. Lutheri Amicus et παρασάτης fidelissimus, unde distichon:

Brentius Antistes Sacrorum, Assecla Lutheri,
Consiliis dexter, Colloquiisque fuit.

Obiit A. 1570. d. 11. Septemb. æt. 70.

Balthasar Bidenbach, ævi sui Chrysostomus, facundissimus & ardentissimus præco verbi divini, Theologus prudens, Zelo DEI fervens & simplicitatis Christianæ amantissimus. Obiit d. 17. Aug. 1578. æt. 45.

Joannes Magirus, piè in Domino, rebus in Ecclesia bene gestis, obiit A. 1614. æt. 77.

Erasmus Grüninger, vivere desiit inter mortales A. 1631. d. 19. Dec. æt. 65. Munificentissimus pauperum Studiosorum et aliorum Egenorum, quibus octo mille flore-

Sic nisi discipulum refrenet lege Magister,
Nullus, quem secum proferat, usus erit.
Sponte sua pauci virtutum rara sequuntur
Munia, pars major deteriora colit.
Et quotus est qui recta colat probitatis amore?
Nec fugiat pœna crimina tetra metu?
Ergo juventutis Dux Wirtembergidos ora, Superattendentes Stipendio præpositi ab Ulrico Principe: & quod eorum sit officium.
Doctores voluit præposuisse sua,
Munera qui fidè Superattendentis obirent,
Et regerent nostrum more decente chorum.
In studia & vitam simul studagare clientum
Jussit, & officium sacra docendo sequi.
Cunctaq; seu studij, seu pure commoda vita
Augere, & quovis damna cauere modo.
Hos quoque divina redimitos tempora lauro,
Artibus & voluit prominuisse sacris:
Ut pia divarum doceant præludia rerum,
Et spargant vivi semina prima logi.
Quæq; ministerio doctrina accommoda sacro,
Cœtibus hanc soleant explicuisse suis.
Qualem Timotheo voluit proponere Paulus,
Qualem Creta propositq; Tito.
Aut Margaritæ preciosa volumina sacræ,
Enarrent merita sedulitate locos.
Certius ut reliquum doctis imbuta juventus,
Hisce Tyrociniis carpere possit iter.
Ne tamen immodici geminetur cura laboris,
Obruat aut nostrum lectio crebra chorum:
Hæc quacunque Jovis feriata luce juventam,
Ocia dum fuerint, edocuisse licet.
Omnibus jam centum veniant in carmina viri,
Ut possim tales enumerare viros.
(Ecquis enim digne laudaret nomine?) quorquos
Officium hoc humeris sustinuere suis:
Acriter & nostrum studiis polsere Lyceum,
Moribus & juvenes excoluere bonis.
His quoque divinas debemus reddere grates
(Si modò grandiloqui sunt vata dicta sophi)
Quod te speciandum præclaris doribus ornant,
Et faciunt docti nomen habere viri.

Paulus Constantinus Phrygio, Theologiæ Doctor & Professor, Ecclesiæ Tubingensis Pastor: Stipendii Superattendens.

Qualis erat PAULus studiis imbutus & arte,
Nomen honoratum cui PHRYgionis erat.
Qui columen Nostro fulcrumq́, decusq́, clienti
Assint & nostra remus & aura schole.

Quiq́, Tubingiacum cultu pietatis ovile,
Imbuit & verareligione Dei.

Erhardus Snepfius, Theologiæ Doctor & Professor, parochus Tubingensis, Stipendii Superattendens.

Vir virtute gravis, vir multo nomine clarus,
Seu doctum cuias, cernere, sive pium. (batus
Qualis ERHARDUS erat pietate fideq́, pre-
SNEPFIUS, ille tuus, Suevia lata, decor.

Leonhardus Fuchsius, Medicus celeberrimus, Stipendii Superattendens.

Snepfius etheria doctor celeberrimus arte,
Viribus ingenij maximus, ore gravis:
Eloquio cui nulla parem translapsa tulerunt,
Nec referent illum postera secla parem.

At non doctrina cultaq́, encomia lingua,
Non vitam est animus commemorare piam.
Nam mihi labenti cum tempore verba deessent,
Materiæ vires exuperante meas.

FUCHSIUS hic etiam Superattendentis obivit
Munia, non cuivis suscipienda viro.
FUCHSIUS in medicis Paon clarissimus hortis,
Cujus perpetuo tempore fama viget.
Alter apud Suevos Podalirius arte medendi,
Alter Teutoniis arte Galenus agris.
Notus ab occiduis & Eois notus ab oris,
Notus ab occulto conspicuoque polo.

Jacobus Heerbrandus, Theologiæ Doctor & ejusdem Professor, modernus Stipendii Superattendens.

Cujus ego in laudem si tentem ducere carmen,
Ingenio majus nectere dicar opus.
Nunc super attendens studiorum flectit habenas, (sacra
Doctor HEERBRANDUS magnus in arte
Maximus ingenio sanctoq́, gravissimus ore:
Cui fides inprimis puraq́, vita placet.
Namq́, Dei metuens & servantissimus aqui,
Doctrinæ sequitur consona facta suæ.
Et qua condidicit quondam juvenilibus annis
Edocet, & verbi gramine pascit oves.
Instruit & nostrum cœlesti voce Lycæum,
Mosaici monstrans abdita sensa libri.
Unde per hæc nostras fama notissimus urbes,
Venturæ laudem posteritatis habet.

nos legavit, Pater.

Daniel Hizlerus, multa passus in Hungaria à Pontificiis, Martyris instar fortiter pro veritate Evangelica stetit, ad triumphantem Ecclesiam avocatus d. 6. Sept. 1635. æt. 59.

Symbolum ejus erat memorabile Polycarpi effatum: o bone DEUS! in quæ nos tempora reservasti.

D. Melchior Nicolaj, strenuus in Bellis Domini miles, imó Dux & propugnator per complures annos, morte beatâ triumphavit A. 1659. d. 13. Aug. æt. 81.

D. Christophorus Wölfflinus, lucidissima stella inter tot tenebras sui ævi, nunc clarius in Cœlo fulgens † A. 1688. d. 30. Octob. æt. 63. Hic pius Noachus ivit in arcam tempestate undique pluviâ, ivit in Cœlum, Gallis hoc tempore charissimam patriam affligentibus.

PRÆPO-

Eccleſiæ & Academiæ Tubingenſis Præpoſiti atque Cancellarii.

Jacobus Beurlin, D. ✠ Pariſiis d. 28. Octob. 1561. æt. 41

Jacobus Andreæ D. Obiit 7. Jan. 1590. æt. 41.

Jacobus Heerbrand. D. ✠ d. 22. Maij. A. 1600. æt. 80.

Stephanus Gerlach, ✠ 30. Jan. 1612. ætat. 65.

Andreas Oſiander D. ✠ 21. April, 1617. ætat. 55.

Matthias Hafenreffer D. ✠ 22. 8bris 1619. apopl.

Lucas Oſiander D. ✠ 10. Aug. 1638. æt. 68.

Joh. Ulrich Pregizer D. ✠ 10. April. 1656. æt. 80.

Tobias Wagner D. ✠ d. 12. Aug. 1680. æt. 82.

Joh Adamus Oſiander D. ✠ d. 26. Oct. 1697. æt. 75.

Michael Müller, D. ✠ d. 26. Mart. 1702. æt. 63.

Joh. Wolffgang Jæger D.

Huic collega fuit divina SNEPFIUS artis
Doctor, in hac noſtra fama decusq́; ſchola.
Ille ſui patris patrijq́; vigoris imago,
Sen ſpecies artem, ſeu pietatis opus.
Nam dextrè ſacros ediſſerit ille libellos,
Fœderis & priſci, fœderis atq́; novi.
Solerterq́; ſcholam, referens oracula vatum,
Erudit, & multa laude Profeſſor ovat.
Cæteraquid memorem præclara munera vitæ,
Virtuteque animi ſplenddioris opus?
Omnia majoris depoſcunt carmina venæ,
Ingenioque volunt uberiore cani.
HUIUS in officium ſucceſſit BRENTIUS, arte
Nobilis arteria, nobilis ore ſacro.
Brentius eximij proles veneranda parentis,
Quo nunquam noſtro major in orbe fuit.
Hujus ineſt animo patrij candoris imago,
Huius ineſt animo cum pietate fides.
Livor abeſt, dolus omnis abeſt, ſtat pectore
Pectore ſtat vivi vivus amoris amor (virtus,
Atq́; hæc eſt ſtudiis virtutum gloria parta:
Quis ubi reſpondet cætera vita, ſat eſt.
Namque ſacris nihil noctuque diuque libellis,
Et vigilis partas mente recondit opes.
Suaviſonique canit Davidica carmina plectro,
Eximia ſpſaltes noſtra per antra ſchole.
Prob dolor, Heroum ſoboles quàm plurima nexa,
Eſſe ſolet patribus turba nefanda ſuis.
Hi duo ſed patrio celebres de nomine, vera
Nobilitant patriam nobilitate domum.
Ergo Tubingiacis Stipend a clara Lycei,
Quis non atheriæ tollat ad aſtra plagæ?
Quod benè committunt fragilia doctoribus anno.
Conſilio pectus quæ juvenile regant.
Inque miniſterium vitæ ſtudijque parati,
Excubias vigili mente ſalutis agant.
Aritibus ut quondam ſacris virtuteque cœtus
Noſter, in obſequium ſit tibi Chriſte pium.
Atque nos dapibus paſce cœleſtibus agnos,
Et facias multo fœnore dulce lucrum.

Theodorus Sne pfius, Erhardi filius, Theologiæ Doctor, Stipendii Superattendens, Eccleſiæ Tubingenſis Paſtor.

Joannes Brentius, ſenioris filius, Theologiæ Doctor & Profeſſor, Stipendii Superattendens.

Intemerata

Intemerata simul doctrina lumina sacra,
In sera quondam posteritate micent.

Superattendentibus Magistri domus adjuncti.

Ne tamen unius gravior custodia legum,
Cervicesve duum grande fatiget onus:
Addidit his socios Doctoribus ille Magistros,
Quos tutela penes præsidiumque foret.
Ecquis enim solus, quis pancorumve levatus,
Sub tanta, auxilio, pondera molis eat?

Quisve regat meritis tantum virtutibus agmen?
Aut sapiat quovis providus usque loco?
„ *Sunt varii mores vario sub pectore: voto*
„ *Vivitur haud uno: velle cuique suum est.*
Ipse vides (quid enim dubitem tibi visa referre?)
Servitium ut concors non alat una domus.
Quàmlibet exiguum famulorum nutriat agmen,
Non omnes æqua lege gubernat herus.
Semper habet tetricus, quod possit rodere, livor:
Quod reprobus possit carpere semper habet.
Quare age qui talivivis statione Magister,
Officii præsta munus ubique tui.
Usque licet toti nequeas placuisse caterva:
„ *Qui sapit innumeris, moribus aptus erit.*
Pectora syncero tractа juvenilia corde,
Utque potes studium confer ubique pium.
Instrue doctrinis, juvenes & moribus orna,
Corrige siqua malum crimen habere vides.
Quondam etiam misce sedato nubila vultu,
Et disciplinis impia facta preme.
Nam pueri recto moderamine gaudet amicus,
At mala qui nunquàm corrigit, hostis erit.
Et cui rellgio est juvenem submittere pœnæ,
Is nihil in toto pectore mentis habet.
„ *Quæ brevis emendat puerum censura, perenni*
„ *Commoda venturæ tempore frugis habet.*

Collega magistro domus additus.

Utque tenor legum & vitæ sine labibus iret,
Iret & officium mitis alumne tuum.
Additus est alius nostri collega Magistro
Agminis eximia vir pietate gravis.
Quem pœnæ officio reliquam frenare cohortem,
Consones ut legi vita modesta data:

Antistites Ecclesiæ Collegiatæ Stuttgardianæ.

D. Matthæus Aulber. 1549.
D. Wilhelm Bidenbach, 1563.
M. Wilhelm Holder. 1571.
D. Lucas Osiander. 1595.
M. Daniel Schrödlin. 1597.
D. Georgius Vitus. 1606.
D. Tobias Lotter. 1680. Georgii D.
M. Jacobus Grab. 1632.
M. Felix Bidenbach. 1637.
M. Joh. Joachim Schülin 1639.
M. Johann Christoph Hingher 1658. Martini.
Mr. Joannes Laurentius Schmidlin 1678.
Dr. Georg Heinrich Häberlin. 1692.
Dr. Joh. Wolffgang Jæger. 1699.
Mr. Ericus Weißmann. 1704.
Matthæus Esenwein. 1713.
M. Wilhelm Eberhard Faber. 1714.

Concio-

Concionatores

Aulæ Wirtenbergicæ.

Conrad Oettinger. 1538.
M. Caſpar Gräther. 1549.
Joh. Engelmann. 1559.
Balthaſar Bidenbach. }
Joh. Parſimonius. } 1569.
Wilhelm Bidenbach. }
D. Lucas Oſiander.
M. Joannes Stecher.
M. Joannes Schopff. 1578.
D. Antonius Varenbüler. 1593.
D. Andreas Oſiander.
D. Matthias Haffenreffer. 1593.
Lucas Oſiander, Junior.
D. Felix Bidenbach.
M. Eraſmus Gröninger. Ao. 1612.
M. Michael Schäfer. 1606. † 1608. 13. 9bris.
M. Andreas Böringer. 1609.
M. Chriſtophorus Binder. 1609.
Joannes Hauber. 1612. † Wormatiæ 1620. 1. Octobris.
Bernh. Ludovicus Löher. 1614. rudedonatus 1626. † 1631. 1. Aprilis.
M. Erhardus Weinmann. 1620. † 1637. 8. 7bris.
M. Wilhelmus Heerbrand 1627.
Joh. Valentinus Andreæ 1639.

Et ferre auxilium ſi quando poſtulet uſus,
Impiaque Aonij facta domare gregis.
Vos ô felices vos terque quaterque beatos,
Vivitis in tali qui ſtatione graves:
Quamlibet hic multum ſit deſudare neceſſum,
Improbus & pariat tædia multa labor.
Eſt aliquid curaſſe ſcholas, coluiſſe juventam: „
Eſt aliquid teneros eruditſſe lares. „
Iſte labor nullo eſt auri penſandus acervo, „
Quem ſert diſcipulis turba magiſtra ſuis. „
Præſtitit hunc tanta quondam pietate laborem, Hieronymus Gerhardus, primus Magiſter domus:
GERHARDUS mira dexteritate gravis:
Ut nihil hic quisquam meritò deſideret: omni J. U. Dr, & Principis Wirtenbergici Vicecancellarius.
Nam ſtuduit ſemper commodus eſſe loco.
Tum belle inſtituit vita ſtudioque clientes,
Indolis hortator cauſaque ſaxque pia.
Hinc tot præſtantes animo & pietate, virosque
Reddidit inſignes moribus, arte, fide.
Hinc tota eduxit ſparſos ditione miniſtros,
Chriſtiadum ſacri lumina magna chori.
Nunc etiam legum columen iurisque ſeveri,
Eſt Wirtembergi gloria ſumma fori.
SNEPEIUS huic collega fuit BRUNOQUE Jacobus M. Jacobus Broun, collega D. Hieronymi: cui poſtea in eodem munere ſucceſſit D. Theodoricus Snepfius.
Antea, præſtantes arte, fideq; viri.
Qui placidas artes noſtrum, pro parte virili,
Cœtum præclaris edocuêre modis.
Legibus, ritq, decet, juvenes rexêre tenellos,
Pumicibusque illos expoliêre ſuis.
Tempore frendebat peſtis violenta ſub illo,
Lataque ſerpebat per loca, dira lues.
Iamq, Tubingiacum contagia fœda Lycæum Schola Tubingenſis graſſanti lue Hirſovium translata. Anno 1542.
Traxerat, & clariam tabes agebat humum.
Excipit hoſpitio jactatas peſte Camenas,
Hirſovium & multa dexteritate levat.
Tectaq, quæ jures ſuperare Heliconia tempe
Præbuit, & larga ſingula quæque manu.
Donec ab infeſta jam rurſum tale veneni,
Neccarica repetunt tecta beata ſchola.
Cepit & HILBRANDUS noſtri moderamina cœtus, Johannes Hildebran-
Moribus Aonios inſtituitq, lares.

dus ſcholæ Tubingenſis profeſſor, domus Magiſter: poſtmodũ contubernii Rector.

Eximia probitate ſenex, Phœbique ſacerdos,
Artibus & linguis, ingenioque potens.

Martinus Frechtus, Theologiæ Lic. & Prof. Tubingenſ. Magiſter domus.

Cujus ubi Cygni referebant tempora plumas,
Canicie nigras inficiente Comas:
Burſa jugum domino tandem ſubmiſit eidem,
Rectoremque fuit devenerata ſuum.
FRECHTIUS hunc etiam MARTINUS præſuit
Frechtius ingenii duxq; paterq; gregis. (adi,
Quem patre Chriſtophorus nuper moriente re-
Et voluit cœtus frena tenere ſui. (cepit
Quòd pariter docta cultiſſimus arte valebat,
Vitaq; non ullo crimine turpis erat.
Namq; lepidi mores & gratia fronte benigna
Fulgebat, placido ſtabat in ore decor.
Utque ejus nivei variabant tempora cani,
Sic quoque ſyncero pectore candor erat.
Aptior hinc noſtri ſumpſit moderamina cœtus:
Blandus enim & prono dexteritatis erat.
Lenis erat, facilisq; reo veniamq; petenti
Inq; graves pœnas pectore lentus erat.
„ *Plus valet interdum placidi cultura Magiſtri,*
„ *Quàm ſtrictis juris tetricus ille rigor.*

Hotum collega fuit D. Theodoric. Snepfius: poſtmodum Superattendens.

SNEPFIUS his etiam ſub eodem munere con-
Adfuit, officio ſuppetiaq; tulit: (ſors
Erudendo ſuos vera pietate tribules,
Artibus ingenuis expoliendo lares.

M. Georgius Liebler us, Scholæ Phyſicus, Magiſter domus.

Unde ſalutaris doctorum concio ſurgat,
Chriſtidos informans cum pietate gregem.
LIEBLERUS Phyſica vir præclariſſimus arte,
Hic quoq; rectoris mite ſulvit onus.

Scholarcha cum noſtræ Academiæ, tum paſſim gymnaſiorum in Ducatu Wirtenbergenſi.

Et ſibi commiſſos multa pietate clientes
Inſtituens, ſanctum tendere juſſit iter.
Imbuis & Sophiæ miranda indagine doctis
Artibus, obſcuros expoſuitq; libros.
Unde viros etiam ſublimi nomine claros
Eduxit, patrij grandia fulcra ſoli.
Nunc quoq; Gymnaſia lentas moderatur habenas,
Publicus inque ſcholæ rure profeſſor erat.
Cultaq; natura renovat ſementibus arva,
Antè Stagiræ vomere verſa ſenis.

Dr. Chriſtophorus Zeller. 1645. ✝ 1669. 27. Julii.
Mr. Georgius Bader. 1651.
M. Joh. Chriſtophorus Hingher.
Dr. Chriſtophorus Wölfflin. Ao. 1669.
M. Fridericus Laur. 1658. ✝ 1669.
M. Johannes Schübel. Ao. 1669.
M. Joſeph. Colb. Ao. 1671. ✝ 1681.
M. Joh. Frider. Hochſtetter. 1680.
Mr. Johann Bartholomæus Haage. 1681.
Mr. Joh. Wolffgang Dietrich.
D. Joh. Reinhard Hedinger. 1699.
Mr. Chriſtoph. Zeller. 1707.
Dr. Andreas Adam Hochſtetter. 1711.
Mr. Samuel Uriſperger. 1714.

SACELLANI.

Chriſtianus Eberhardus Weismann.
Joſephus Malblanc.
Johannes Andreas Gramlich.

Paſtore

PASTORES Eccleſiæ Tubingenſis ad D. Georgium.

Theodericus **Schnepff.** D. Obiit 9. 7bris 1586.

Joann Georgius **Stigwart** D. †5. 8bris 1618.

Theodorus **Thumm** D.

Joann-Ulricus **Pregitzer.** D.

Balthaſar Philgus, D.

Chriſtophorus **Demmler**/ D. obiit. 28. 9br. 1659.

Balthaſar **Raith.** D.

Joh. Adam Oſiander. D.

Joh. Andreas **Hochſtetter.** D. 1681.

Michael **Müller.** 1682.

ChriſtophorusReuchlinus, A. 1699. † 1707. æt. 47.

Jo. Chriſtophorus Pfaffius A. 1705.

Andreas Adamus Hochſtetterus. 1707. Ipſo die DESIDERII d. 23. Maj. A. 1715. Eccleſiæ & Academiæ Tubingenſi redditus.

Joh. Conradus Klemmius, 1711.

Gymnaſiumq́, regit multa virtute ſcholarcha,
Et noſtri tempe cætera viſit agri.
Ut ſuus Æmonias ſit cuncta per oppida Muſis,
Perq́, omnes vicos conciliatus honor.
Collegas habuit præclaro in munere claros,
DACTLERUMq́, pium, BROTHAGIUMq́, pium. — Collegæ M. Jacobus Dachtlerus, ſanctæ linguæ Profeſſor, cui ſucceſſit D. Samuel Brothagius.
Ambo pares animis, celebres virtutibus ambo,
Cœlicolûm timidi, relligione graves.
Ex quibus ille fuit Biberaci paſtor ovilis
Poſtea, cui cœli pabula ſacra dedit.
Nunc etiam ſancta pandit commercia lingua,
Et Syrios cultos nos docet ore modos.
Unde juventuti per Hebræos area campos
Lata patet, Moſis quò benè vertat agros.
Tempore lethifera contagia peſtis in illo, — Academia Tubingenſis ob peſtem graſſantem Calvam tranſlata eſt Anno 1553.
Rurſum Neccarices corripuêre focos.
Tum quoq́, Muſarum cœtus migrare coactus,
Venit in hoſpitium CALVÆ vetuſta tuum.
Sed melior tandem patriam ſors reſpicit oram,
Moxq́, ſuos repetit, Muſica turba lares.
Interea HAYLANDUS divinis dotibus auctus, — M. Samuel Haylandus, tertius Liebleri colega: Ethices Profeſſor, & in Stipendio Magiſter domus.
Proximus officii munera digna capit,
Tertius & noſtri fidus collega Magiſtro
Culminis, admovit non dubitanter opem.
Informans teneras variis virtutibus aures,
Quosq́, docet mores Ethica culta ſacros.
Nunc quoq́, ſubjectum ſtudiis tutatur alumnum,
Et commiſſa domus frena Magiſter habet.
Quodq́, prius gemini vix ſuſtinuere tribuni,
Solus is in tanto jam grege munus obit.
Munere bis ſeptem quo jam bene funguntur annos,
Injuſti vindex, innocuiq́, pater.
O ego ſi laudem, quantam pietate meretur,
Exiguò coner commemorare ſtylo:
Hæc mea, vix numeris levioribus apta Camœna,
Materiæ ſummo pondere victa gemet.
Tàm vera pietatis amans metuensq́, Tonantis,
HAYLANDUS vacuum crimine pectus habet.

Instruit & nostrum cana probitate Lycæum,
Dum vita & morum sancta statuta docet.
Pulpita doctorum quem demirantur, & audent
Jam non postremos inter habere viros.

Academia Tubingensis ob pestem invalescentem Efslingam comigravit Anno 1566.

Nuper & hoc pestis contagia dira Magistro,
Invasere scholam doctu Tubinga tuam.
Inclytus Esslinga propria quam sede senatus
Cepit, & hospitii jura beata dedit.
Officiis fovstq; suis, annoq; peracto,
In patriam haud aqua mente redire tulit.
Ergo his ornavit Stipendia clara Magistris,
Wirtembergiace cura salusq; plaga.

Quos ego si meritis vellem celebrare Camanis,
Exuperet nostrum grande volumen opus.
Tam gravibus pollent illi virtutibus omnes,
Qui flectunt nostri mollia frena chori.
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycei
Quis non atheria tollat ad astra plaga?
Tantorum numero quòd abundant illa virorum,
Qui formant animos institutuntq; rudes:
Moribus exornant, studijq; vigoribus augent,
Et faciunt doctis lumen adesse viris.
Auxilio quorum nostra vox diva salutis
Floreat, eternos intemerata dies:
Cœtibus & passim jam Wirtembergidos ora
Integra, non ulla labe nefanda sonet.

Ratio victus jusstipendio.

Nunc etiam largi rationes edere victus
Restat, & appositas commemorare dapes.
Hic etenim summam Princeps virtute meretur
Laudem, quòd tantos expedit ille cibos.
Magnificaq; suis largitur pabula dextra,
Qualia non omnis pabula cœtus habet.
Namq; datur ventri saturando dapsilis esca,
Esca sapore nitens deliciosa suo.
Lautaq; non parsunt ori fastidia docto
Fercula, ml mistum felle catinus habet.
Copia frumenti, mactatæ copia carnis,
Copia pomorum, copia lactis adest.

Vivum Stipendium Ducale Theologicum, sive ejus hodierni ALUMNI quorum prima CLASSIS constat ex MAGISTRIS REPETENTIBUS, sive, ut in aliis Academiis vocantur, Legentibus.

M. Jo. Christian Klemm, Ducalis Stipendii Repetens, Ecclesiæ Metropolitanæ Vicarius & Facultatis Philosophicæ Tubingensis Adjunctus.

M. Christ. Matthias Langius, jam inter exteros sumptibus Serenissimi Principis studia Excolens.

M. Ludovicus Bæslerus.

M. Joannes Zellerus.

M. Georg. Conr. Riegerus.

M. Joannes Speidelius.

M. Georgius Fridericus Zügel.

M. Israel Theophilus Kanz.

M. Joannes Valentinus Harpprechtus.

M. Jo. Michael Hallwax, Magister Legens in Celeberrima Academia Salana Jenensi.

M. Jo. Fridericus Liesching.

M. Christophorus Fridericus Schott.

M. Georgius Bernhardus Bülfinger.

Digitized by Google

Secundam classem Alumnorum Sereniss. Wirtena. Ducis constituunt Sacri Ministerii Candidati, sive

Magistri & Studiosi

Theologiæ Seniores, à

Ducali Consistorio examinati, dignique judicati, qui in casu Necessitatis Vicarias operas hinc inde in Ecclesiis & Scholis Wirtenbergicis præstent.

M. Fridericus Augustus Wölfing.
M. Johann Ernst Balthasar.
M. Philipp Gottfrid Faber.
M. Sixtus David Brecht.
M. Johann Christoph Koch.
M. Gottfried Bernhard Nicolai.
M. Georg Daniel Widmann.
M. Johann Andreas Schmid.
M. Georg Ulrich Raith.
M. Johannes Hellwag.
M. Matthæus Beeger.
M. Tobias Friderich Heim.
M. Johann Andreas Aulber.
M. Carl Albrecht Hauff.
M. Johann Iacob Schönlin.
M. Johann Christoph Harpprecht.
M. Matthæus Huber.
M. Johann Martin Sigwart.
M. Wilhelm Heinrich Rampacher.

Quaq; famem sedant epulæ prabentur edules,
Et recreant plenam fercula terna cutem.
Vinq; parem redimunt argenti fœnore mensam,
Ære suo quotquot nostra Lycæa colunt.
Tanta Ducis nostri fert munificentia secum
Commoda, quæ studiis exhibet ille sacris.
Principiò Oeconomus nummis oneratus & auro, — Stipendii Procurator, ejusque officium.
Instruit immensa fertilitate penum.
Omnia dotatis coemens obsonia nummis,
Quicquid & in pleno cernitur esse foro.
Debita quò nostris haud ulla alimonia desit
Tempore, neu careat ferior hora cibis.
Ac velut exemplum solers formica laboris,
Congerit æstivo multa alimenta die:
Ne fames hyberna vexet sub tempora bruma,
Et victum nivibus condita terra neget.
Sic quoque disponat, qua disponisse necesse est:
Condus & hinc apto tempore quaq; paret.
Dum precio constat fœcunda annona minori,
Ne sit difficilis post redimenda loco.
Connotet acceptum simul expensumq; tabellis,
Cunctaq; sollicitis computet articulis.
Providus & cauta sub lege diaria condat,
Atq; abacum Samiis calculet arte notis.
Ut bene suscepti rationem muneris edat,
Cum præterlapsi temporis hora petet.
Illa BALINGERUS jam quinis munia lustris — Georgius Balinger Oeconomus Stipendii.
Expedit, haud curvis expedienda viro.
Sedulus officio nondumq; senilibus annis
Fessus, in hac fidus dum statione manet.
Insigni pietate senex, virtutibus acer:
Et cui præcipuè cum side candor inest.
Additus huic etiam famulorum turba sequen- — Famuli & officiales in Stipendio.
Turba ministeriis officiosa suis. (tum,
Qua simul Oeconomum servet, jussosq; labores
Acriter, obsequio non remuente, ferat.
Quaq; illi dominus facienda negocia mandat,
(Utque nihil maneat) cuncta decenter agat.
Sive sequatur herum coementem obsonia sparsim,
Sive domus teneat limina pura sua.

Alter enim menſas ut mappis inſtruat, alter
Pocula per menſas ordine plena locet:
Alter ut inſtructa pradulcia fercula menſa
Inferat à lixa dante, miniſter adeſt.
Omnibus hic largi prabentur pabula victus,
Et ſua mercedes præmia quemque manent.
Pincerna. *Eſt etiam pincerna datus, qui vina miniſtret,*
Et curam cellæ convenienter agat.
Proferat & Bacchum generoſo è palmite natum,
Et fundat plenis vina falerna cadis.
Qualia Neccaricis manant è vitibus, agri
Qualia Campani vinea nulla tulit.
Vina ſacram cerebri non evertentia ſedem,
Vina coronatis nil nocitura comis.
Diurnum vini dimenſum, quod Stipendiariis ſingulis, pro cujusq; dignitate & gradu exhibetur. *Integra debetur vigili menſura Magiſtro:*
Sufficiet reliqvo dimidiata gregi:
Quæ ſitis poſſit rabiem ſedare diurnam,
Ingenii vires reſtituente mero.
Cantharus excipiet vinum cujusq; bibendum,
Sive capit cœnam, prandia ſive capit.
At reliquum condus piccata in vaſa reponet,
Nec ſinet incauto diſperiiſſe modo.
Stipendii coquus. *Eſt etiam munus qui præſtet lixa coquendi,*
Atque culinari præparet arte dapes.
Fercula præſcriptis maturè condiat horis,
Ne pariant longa tedia longa mora.
Quæque dabit carnes, quæque illa obſonia promus,
Omnia ſollicita dexteritate coquat.
Hac in fruſtra fecet, verubus ſuffigat & illa,
Suppoſito pernas torreat igne rubras.
Non crudæ apponat, non elixata malignè:
Unde eat ingenuis nauſea multa labris.
Piſtor. *Eſt quoque panificis qui munia ſuſtinet acer,*
Et curam Panis ſplendidioris agit.
Decutit & tenuem cribro incernente farinam,
Nudus & in furno pinſita farra coquit.
Poſtmodo quæ plenis ad prandia larga caniſtris
Expedit, ut nullo decidat eſca loco.
Sic juvenem reparent Cerealia dona laboris,
Dona laboriferis conſtribuenda viris.

M. Iohann Iacob Rehm.
M. Ludwig Adam Müller.
M. Carl Ludwig Eckard.
M. Chriſtoph Theodorus Seefried.
M. Wolfgang Friderich Sliffers.
M. Georg Friderich Bez.
M. Iohann Dieterich Kling.
M. Georg Chriſtoph Volmar.
M. Ludwig Friderich Martin.
M. Iohann Iacob Broſe.
M. Iohann Michael Klaiber.
M. Georg Burckard Schwarz.
M. Iohann Cunrad Kallhard.
M. Iohann Laurentius Schmidlin.
M. Chriſtoph Iacob Jeniſch.
M. Johann Hartmann Miſler.
M. Johann Iacob Mercklin.
M. Chriſtoph Haas.
M. Johann Valentin Weiſs.
M. Chriſtoph Adam Mezger.
M. Georg Chriſtian Raſt.
M. Tobias Friderich Keppler.
M. Daniel Friderich Fabet.
M. Iohann Daniel Fulda.
M. Cornelius Wilhelm Hoffſtetter.
M. Iohann Burckard Brodthag.
M. Iohann Ægidius Haas.
M. Iohann Martin Reis.
M. Iohann Eberhardt Roth.
M. Iohann Ludwig Baur.
M. Iohann Friderich Hartmann.
M. Franz Ulrich Kreidenmañ.
M. Iohann Chriſtoph Fleiſchmann.
M. Tobias Friderich Sturm.
M. Chriſtian Daniel Hoffmann.

M. Io-

M. Iohann Heinrich Cucuel.
M. Sixtus Kapff.
M. Iohann David Grôz.
M. Benjamin Langenfass.
M. Friderich Wilhelm Breuninger.
M. Johann David Klein.
M. Felix Colb.
M. Albrecht Friderich Harsch.
M. Iohann Nicolaus Lindenmajer.
M. Caspar Ludwig Majer.
M. Christoph Caspar Osiander.
M. Johann Martin Baur.
M. Jeremias Bernhardt.
Caspar Nicolaus Jaquin.
M. Iohannes Busch.
M. Iohann Wolffgang Suror.
M. Iacob Friderich Jung.
M. Sixtus Kapff.
M. Ludovicus Adamus Colb.
M. Iohann Friderich Brand.
M. Samuel Cölle.
M. Matthæus Wilhelmus Brothag.
M. Philippus Jacobus Majer.
M. Georgius Christoph. Wislicen.
M. Iohann Conrad Schill.
M. Iohann Philipp Kieser.
M. Iohannes Mader.
M. Iohannes Iacobus Hauber.
M. Iohann Conrad Krail.
M. Conrad David Hayl.
M. Iohann Wilhelmus Köhlreutter.
M. Daniel Friderich Oppel.
M. David Gottfried Engel.
M. Iohannes Fehleisen.
M. Iohannes Ludov. Andreæ.

Usque adeò nostra Dux Wirtenbergicus adi
Cuncta dedit, larga munera danda manu.
Ut nihil ingenuo studiorum deesset alumno:
Quantumvis nimias res ea poscat opes.
Adde quòd & porta custos adhibetur, ut antro Portitor.
Abditus observet limina prima domus.
Pervigil & fultos emuniat obice postes,
Semper & obliquas excubet ante foru:
Ne cuivis liceat Musarum invadere tecta,
Aut studia Aonii prapediisse chori.
Cumprimis teneat clausa munimina porta,
Hic ubi prandenti carpitur ore cibus:
Imminet aut cœnam sumendi tardior hora,
Seraque brumalis tempora noctis eunt.
Ergo Tubingiaci stipendia clara Lycæi,
Quis non atheria tollat ad astra plaga?
Quòd studiis alimenta sacris victumque ministrant,
Prospiciuntque animis optima quaque piis.
Et nullis parcunt ad alendas sumptibus artes,
Surgat ut hinc summo gloria summa Deo.
Si quoque pallenti squalebunt corpora morbo, Cura ægrotantium.
Æger & in tremulo pectore languor erit:
Nostra domus docto vigilem medicamine curam
Asseret, in partes officiosa suas.
Membraque componet tepidis imbellia lectis,
Ægraque conditis fulciet ora cibis.
Nec deerit medica clarissimus arte Machaon,
Pharmaca qui docta misceat uda manu:
Ut servet, servare datam natura per artem
Quos sinit, & prompta vulnera sanet ope.
Qualis Pæonia Piscerus in arte medendi Joannes Vlscherus, M. Doctor ac Professor; Stipendii Medicus,
Eminet, eximia vir pietate gravis.
Vir multis aliis unus præstantior, acri
Præditus ingenio, strenuitate potens,
Corporibus tollens dextra felice dolores,
Si modo non valeat plus gravis arte dolor.
Hunc quoque præstantem Podalirion ore manuque
Adjuvet, ut vivat tempora longa, Deus:
Pellat & humano violentos corpore morbos,
Et medicam longa fulciat arte scholam.

Adde

Pecunia sex florenorum, quę singulis Stipendiariis annuatim confertur, & quovis trimestri per Oeconomum distribuitur.

Adde quòd & nummum datur hic indebita merces
Omnibus, hac vitam quotquot in ade colunt.
Fiscus enim largas aperit cum pondere gazas:
Majestas adeò comis ubique Ducis,
Datq; didrachmorum cuivis quocunq; trimestri
Bis tria, mercandis grandia dona libris.
Nonne satis fuerat lauta convivia mensę
Prębere, & sapidos exhibuisse cibos?
Aut præceptorum doctam fovisse cohortem,
Qui tenerum poliant arte fideque gregem?
Sed nihil officii devinus præterit Heros:
Quin studiis meritas undique præstet opes:
Ipsa tamen structura domus sine fœnore nostris;
Concessa, ingeniis addere possit opem.
Aspicis interdum quantum relevemur ab aura
Murmure, quàm strepitu pratereuntis aquæ:
Turbaque Musarum quantum coluisse recessus
Gaudeat, & Dryadum Naiadumque chorus.
At nobis etiam vivos imitantia lucos
Sunt tempe, Aonij fonte rigata lacus:
Quæ Monachis olim Princeps Eberhardus obesis
Condidit, illustri conspicienda situ. (nis

Domus & novi ædificii descriptio.

Vestibulum ante ipsum primoq; in limine, ver-
Consitus est hortus puniceusque rosis.
Hic virent variis operosæ cultibus herbæ,
Et canam verno tempore præstat olus.
Illum lignorum circa, cen mœnia, claudit
Alta strues, ventis flamina sęva vetans.

Circuitus in Stipendio.

Intus ubi ingressus sueris laqueata videre est
Atria, quadrato conspicienda situ.
Hàc circum Monachi volitantia vela tulerunt,
Taurilulumque halans, arboreasque cruces.
Quæq; alia insani sunt instrumenta Papismi,
Heu nimium raso fabula grata choro.

Puteus.

In medio puteus sublimi culmine tectus,
Ingis aquæ, viridi cestite marmor alit.
Urnaque stridenti durum religata catenæ,
Haurit aquam, celeri circum agitata rota.

M. Johannes Christophorus Hölderlin.
M. Eberhardus Fridericus Sadler.
M. Wilhelmus Pfisterer.
M. Iohann Vitus Geiger.
M. Zacharias Dollmetsch.
M. Iohann Wilhelmus Kies.
Christianus Carolus Müller, Stud. Th.
Johannes Georgius Rast, St. Th.
Johannes Württemberger, Studios. Th.
M. Iohann Gottfried Hoffmann.
M. Iohann Conrad Ergezinger.
M. Iohann Christophorus Varenbüler.
M. Georgius Christophorus Bäurlin.
M. Christophorus Fridericus Hochstetter.
M. Gerhard. Fridericus Fischer.
M. Jacobus Burckardus Knœbel.
M. Johannes Jacobus Staleccer.
M. Tobias Fridericus Vay.
M. Philippus Jacobus Böhm.
M. Ludovicus Fridericus Hegel.
M. Johannes Ulricus Seslin.
M. Johannes Jacobus Jaiser.
M. Henricus Efferen.
M. Theodorus Mezler.
M. Johannes Jacobus Kercher.
M. Fridericus Reinhard. Clem.
M. Johannes Christophorus Schüz.
M. Matthias Fridericus Brecht.
M. Johann Michael Krais.
Sigismundus Fridericus Gall.
M. Eberhard David Hauber.

M. Io-

Digitized by Google

M. Iohannes Ludovicus Mænner.
M. Andreas Adam Kurrer.
M. Iohann Michael Schlotterbeck.
M. Iohann Matthias Kauffelin.
M. Iohannes Roos.
M. Iohannes Georgius Rückh.
M. Georgius Ludovicus Sadler.
M. Christoph Friderich Leibfarth.
M. Jeremias Ruoff.
M. Iohann Conrad Seeger.
M. Iohann Christoph Keller.
M. Carolus Fridericus Fulda.
M. Iohann Caſpar Beurlin.
M. Adam Koch.
M. Albrecht Raab.
M. Iohann Chriſtoph Scholl.
M. Iſrael Ludovicus Gebhard.
Johannes Müller.
M. Daniel Maichel.
M. Georgius Fridericus Laitenberger.
M. Iohann Friderich Hobbhan.
M. Georgius Fridericus Knöbel.
M. Iohannes Ludovicus Laiblin.
M. Theodorus Joachimus Seefried.
M. Georgius Fridericus Hübner.
M. Iohannes Chriſtophorus Wagner.
M. Iohannes Eberhardus Stein.
M. Georgius Michael Seeger.
M. Chriſtianus Laux.
M. Iohannes Georgius Härlin.

Non procul hybernum eſt ſpacio conclave capaci,
Murmure quod tenui nubilus Auſter adit. Magnum Hybernaculum.
Hic ubi faginea longo ſtant ordine menſæ,
Suſtinet & pictam ſulta columna domum.
Ferratiq́ ardet binis fornacibus ignis,
Tempore cum gelido bruma recurrit inert.
Ejus ad occiduas & Eoas tenditur oras,
Sexquicentenos area longa pedes.
Hic collecta frui menſis dapibusque juventa
Aſſolet, eſtivum Sole tenente diem:
Aut operam hyberno ſacris dare tempore Muſis,
Atque exercitiis advigilare piis.
Angulus, ortivum propius qui tendit ad axem,
Sublimi menſam ſede ſupernus habet.
Unde, velut ſpecula, cœtus moderator, ab alta,
Inſpicis in mores noſter alumne tuos.
Quæque nitent illic cœlata torevmata ſaxo,
Effigiem monſtrant, Dux Eberharde, tuam, Effigies Ducis Eberhardi Barbati, lapidi inſculpta.
Qui noſtras olim fundaſti dvite ſedes
Ubertate manus, reddituſque tuis.
Proxima vitifero frondeſcit vinea colle,
Et gemmas virids cortice palmes agit. Vinea ad ripam Neccari.
Alluit hanc tumidus vicino limite Nicer,
Lataque cœruleo vortice prata rigat.
Eſt etiam grato redolens nidore culina
Addita, & Ætneo lucidus igne focus.
Quâ domus Heſperiæ Auguſtinenſis ad oras
Proſpicit, antiquo culmine viſa din.
Aſcenſu ereſta ſuperanti limina ſcale,
Pergula per dubias cernitur ampla vias.
Multaque præfixis utrinque cubilia clauſtris
Munita, Aonio ſunt habitanda choro,
Undique gypſatis alboque colore ſuperbis,
Grandia parietibus carmina picta nitent,
Quæ facienda docent juvenem & fugienda viciſſim:
Omnis ut hinc vitæ ſtet ſine labe tenor.
Qualiter & priſci tabulas pendere Lacones,
Quis fidei ſervos commonnere ſuos.
Angulus Eos eſt propior medioque diei:
Tabliuum hoc ſummus Ludimagiſter habet.

Conjunctumque haret ligno radiante cubile,
Areaque haud elegis præterennda meis.
Pars quoque sublimis, celso contermina tecto,
Porticibus fulget continuata tribus.
Utrinque apparent camera: multumque vetusta
Accessit domui, quo foret ampla magis:
Crescerct & magna juvenem crescente caterva,
Qua cupit Aonidum splendida castra sequi.
Novum Stipendium.
Parte sub adversa, Borcum qua vergit ad axem,
Altarecensq, domus sidera celsa petit.
Dux hanc CHRISTOPHORUS, Musarum verus amator,
Sumptibus extruxit muneribusque suis.
Cùm florenorum sex millia prompsit, & ultra
Expendit facili largifluaq, manu.
Fœda hic votivi steterant altaria templi
Antea, fictilibus turpe dicata Dijs.
Illis sed versis altoque à culmine ruptis,
Magnificam artifices hic statuêre domum.
Solaque adhuc veterûs superant penetralia sani,
Desuper Hebraicis affabre picta notis.
Hic ubi conscendunt cathedram quandoque Magistri,
Enarrantq, sacros voce sonante libros.
Quaque nitent supra laqueatum septa lacunar,
Dant juvenum cœtus, dant hypocausta choro.
Ampla pavimenta illic sunt & longa patescunt:
Sedibus auratis æquparanda Deum.
Fulcra columnarum vivos imitantia lucos,
Tanarieque nitent fulgidulaque trabes.
Celsior incrustata simul conclavia sedes
Continet & clario limina digna Deo.
Tecta superductus præsentem circulus horam
Indicat, & strepero pulsibus æra sonant.
Ac, ne conseller merita nunc omnia laude,
Artifices lucent singula quaque manu.
I nunc & pharias laudo miracula turres,
Et quas pyramides barbara Memphis habet.
Cæsi ad astra vehant Mausoli nobile bustum:
Ac Trivia jactet plebs Ephesina focos.
Marmoreis Salomon trabibus suffulcsat aulam:
Phidiaca pertpet Jupiter arte opus.

Ad Tertiam Classem Clientum
SERENISSIMI
Ducis WIRTENBERGICI,
qui
in Stipendio Ducali
Studiis vacant,
pertinent
Magistri Philosophiæ
Juniores,
sive
Studiosi Theologiæ,
nondum examinati.

M. Iohann Melchior Kapff.
M. Iohann Christophorus Volz.
M. Bernhardus Zwisler.
M. Iohann Albertus Speidel.
M. Iohann Wilhelmus Beurlin.
M. Vitus Christophorus Enslin.
M. Iohann Daniel Kuttge.
M. Christianus Fridericus Visscher.
M. Iohannes Casimirus Friz.
M. Johannes Krumbein.
M. Christian Carolus Müller.
M. Christophorus Keller.
M. Fridericus Carolus Binder.
M. Augustinus Widenmann.
M. Gottfried Jacob Nicolai.
M. Sigismundus Christianus Bettulius.
M. Wolfgangus Fridericus Sigismundus Beck.
M. Henricus Albertus Schmoll.
M. Iohannes Ludovicus Gück.
M. Ioh. Bernhardus Klumpp.

M. Io-

M. Iohann David Ziegler.
M. Andreas Schaber.
M. Eberhardus Jüdler.
M. Iohann Conradus Müller.
M. Chriſtophorus Theophilus Schmid.
M. Iohannes Georgius Mohr.
M. Georg. Chriſtophorus Chathegnier.
M. Iohannes Henricus Botterweck.
M. Chriſtoph. Ulricus Schmid.
M. Jacobus Chriſtophorus Feſel.
Johannes Jacobus Widmann.
Gottofredus Schüllin.
M. Georgius Chriſtophorus Weber.
M. Iohannes Adamus Lederer.
M. Martinus Ludovicus Neuffer.
M. Iacobus Ludovicus Schüſsler.
M. Fridericus Henricus Stein.
M. Iohann Daniel Majer.
M. Johannes Philippus Höninger.
M. Iohannes Leonhardus Hiller.
M. Philippus Fridericus Nicolai.
M. Georgius Chriſtophorus Stuber.
M. Iohann Gottfried Ammermüller.
M. Iohannes Andreas Hochſtetter.
M. Iohann Jacobus Baur.
M. Philippus David Fehleiſen.
M. Iohann Sebaſtianus Biſer.

At Wirtenbergo cedat labor omnis honori,
Qui ſacrat Aonio talia templa choro.
Talia qui ſanctis feciſſe palatia Muſis,
Dicetur memori tempus in omne die. (plæ
SUNT quoq́ propoſitis Superattendentibus amplæ Domus Superattendentium Stipendio contiguæ.
Adjuncta, noſtro Principe dante, domus:
Quas illis ſocia totas cum coniuge, junctis
Cum laribusque ſuis incoluiſſe licet,
Tam propenſa Ducis ſemper clementia noſtri
Extat in hos, ſumptus nil remorante, viros.
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycæi,
Quis non ætheria tollat ad aſtra plaga?
Quòd tanto ſplendore nitent extructa, ſuisque
Indigenis præſtant commoda mille viris.
Commoda, quæ juvenes animos recreantque foventque,
Commoda tractandis officioſa libris.
Et quis non ſummis noſtros Heroibus æquet,
Carmine Tecciacos conveniente Duces?
Quòd tam profuſa fecerunt munera dextra,
In ſtudia atque artes noſter alumne tuas.
Seu videas multo conductos ære Magiſtros,
Qui formant mores, ingeniumque colunt.
Sive cibos, lauto quos condit aromate lixa,
Quæq́ tuam pellunt optima vina ſitim:
Seu quoq́ magnifici cernas fulgentia tecti
Limina, quæq́ illic atria culta nitent.

(ſumptus,
NE tamen boſce Ducem fruſtra profundere Docti & præclari viri, qui ex hoc collegio, velut equo Troja no, prodierunt.
Quisquis es, & nibilum frugis habere putes.
Aſpice clarorum pompam numerumq́ virorum,
Quos domus hac almi protulit alma Ducis.
Tot namq́ eduxit ſacri præſtantia cœtus
Lumina, quot longo fas memorare libro.
Quorum ego ſi titulos & nomina nuda referrem,
Iliadem ceptam mox ſuperabit opus,
Usque adeò multos domus hæc produxit in auras,
Patria doctores prepoſitosque tuos.
Qualis JACOBUS, divina maximus arte, Jacobus Andreæ, Th. D Scholæ Tu
Heros ANDREÆ, pectore & ore potens. Docto-

Doctorum columen, fulcrum lumenq́; virorum:
Quem ſchola Præpoſitum noſtra ast eſſe ſuum.
Illa Panomphæi reſonans tuba nominis, illa
Anchora ſalvifici dogmatis, aura, ratis.
Illa Papiſtarum, triſtis quos jactat Erynnis,
Et Latij è cœlo miſſa ruina Papæ.
Quem ſi poomerita vellem celebrare camena,
Ac tenui ſaltem commemorare ſtylo:
Aut malè Siſyphium dicar transvoluere ſaxum,
Quàmve queat fieri, nectere majus opus.
Hunc modò Chriſte mihi longos tueare per annos,
Paſcere quò verbo poſſit ovile tuo. (pago,

Tres BIdenbacchii, viri elatiſſimi.

NON minor eſt illo BIDEbaccha à ſtirpe pro-
Aureolis ramis læta virensq́; tribus:
Qui benè fraterno conjunctis ſanguine, noſtro
Auxilium præſtant conſiliumque Duci.

Eberhardus Theologiæ Doctor, Abbas Bebenhuſenſis.

Qualis adeſt ſacris EBERHARDUS in ar-
tibus Heros
Inclytus, Abbatem quem Bebenhuſa colit:
Paſtoremque ſuum præceptoremq́, juventa,
Poplite ſuccidno jam reverenter habet.
Hic te Chriſte docet vera pietate timeri,
Teq́, ſub antiqua religione coli.

Wilhelmus Theologiæ Doctor, Eccleſiæ Stuttgardianæ Paſtor.

Par illi WILHELMUS adeſt virtute fideq́;
Nec minor arte ſacra, nec pietate minor.
Ambo doctores & ſanctæ flaminis ambo
Conſervi, & priſca religione pares:
O WILhelme decus patriæ, Stutgardia felix
Quem colit, & miro ſemper amore fovet.
Quo paſtore ſoni cœleſtis pabula mandit,
Inſcia non olim qualia carpſit, ovis.
Acre tibi ingenium, tibi lingua diſerta, tibi oris
Gratia, nec verſus vena maligna tus.

M. Balthaſarus, Concionator Aulicus.

Tertius & frater, vera pietatis imago,
BALTHASARUS nobis non reticendus o-
Eximia pietate gravis, ſtudioq́; ſacrato, (rat,
Artibus & linguis ingenioq́; potens.
Fronte lepor, ſedet ore fides, ſtat pectore candor,
Stat Pudò in cultis deveneranda labris.

M. Chriſtophorus PetrusBinder.
M. Wilhelmus Klein.
M. Georgius David Beer.
M. Fridericus Ludovicus Scheinemann.
M. Iohannes Hipp.
M. Georgius Chriſtophorus Schweicklin.
M. Iohannes Ludovicus Rother.
M. Carolus Lembke.
M. Iohannes Wilhelmus Veninger.
M. Iohannes Georgius Göz.
M. Iohannes Fridericus Mack.
M. Chriſtophorus Fridericus Hoffmann.
M. Chriſtian. Ludovicus Ruoff.

Sequitur quarta Claſſis Alumnorum, quos Gratia & Munificentia SERENISSIMI & CLEMENTISSIMI noſtri Principis atq; Nutritii in ſpem Eccleſiarum & Scholarum Wirtenbergicarum nutrit, Hi ſunt Studioſi Philoſophiæ, qui ad Gradum Magiſterii adſpirant.

Ludovicus Eberhardus Fiſcher.
Paulus Biberſtein.

Simon

Simon Böck.
Matthæus Fridericus Lederer.
Iohannes Fridericus Flattich.
Georgius Chriſtophorus Griesinger.
Iohann David Rickirs.
Georgius Cunradus Mez.
Andreas Chriſtophorus Scholl.
Iohannes Chriſtophorus Schüz.
Petrus Ludovicus Dreher.
Johannes Adamus Weckerlin.
Johannes Fridericus Felner.
Georgius Henricus Denzel.
Johannes Fridericus Eiſenmenger.
Johannes Fridericus Reinfelder.
Johannes Jacobus Hammer.
Johannes Matthæus Brigel.
Johannes Georgius Widmann.
Chriſtophorus Wunderlich.
Chriſtianus Fridericus Flattich.
Ludovicus Fridericus Heller.

Claſſis quinta Alumnorum, Beneficiis Ducalibus in
Stipendio Illuſtri
fruentium, comprehendit
Studioſos Philologiæ,
qui vocantur
Novitii.

Chriſtophorus Jacobus Seeger.
Jacobus David Kurrer.
Georgius Jacobus Gegel.
GeorgiusChriſtophorusFiſcher.

Hunc quoq; præmem ſuperûm, Ducis aula veretur,
Illius & cupida percipit aure ſonos.
O vos felices, quos ornant tanta, libellos,
Nomina, clarorum nomina magna virum,
Scilicet eſt felix, titulos qua pagina tales
Jactat, & hos nudos enumerare poteſt.
Quid loquar Abbatem Lorchi, te clare GEOR-
UDAL, in ætheriôos officioſe libros? (*GI* — M. Georgius Udal Abbas Laureacenſis.
Qui pius antiſtes ſacrata vivis in ede,
Ante alios unus dignus honore coli.
Quid te Maulbronna fletûs qui frena MAGI-
Hic loquar, illuſtri vir pietate nitens? (*RE,* — M. Joannes Magirus, Abbas Maulbronnenſis.
Cœleſti paſcis qui voce fideliter agnos,
Inſtruis & tenerum more fideque gregem.
Quid te commemorem paſtorum maxime REN-
Vir virtute potens, arte fideque potens! (*Zl,* — M. Heinricus Rentz, Abbas ad S. Georgium.
Quem clauſtra Abbatem cepêre Georgica nuper,
Patronumque colunt docta Lycæa ſuum.
Vos quoque foverunt noſtri collegia tecti
Inclyta, præclaris conſpicienda viris.
Veſtra ſed exponet noſtrum præconia carmen,
Abbatum numerus cùm referendus erit.
WILDIUS hoc etiam de cœtu prodit acer, — M. Caſpar. Wild, J. Ctus, Duci Wirtenbergiæ a conſiliis.
Ille nitor legum, juris & ille vigor.
WILDIUS (antiphraſi ſors illi nomina fecit)
Candidus ingenio, candidus ore pio:
Inclytus, & multa virtutum laude politus,
Seu doctum cupias cernere, ſive probum.
Hic quoque Tecciacam probè conſiliarius aulam
Aſſerit, & fulcrum curia magna tuum eſt.
PLAZIUS hîc etiam doctrina ſemina ſacra — Conradus Wolff Plazius, Theol. Doctor, paſtor Eccleſiæ Biberacenſis.
Imbibit, & magnas ætheris hauſit opes.
PLAZIUS ingenio & diva clariſſimus arte:
Doctorem civis quem Biberacus habet.
Verbaque divini pandentem dogmatis audit,
Atque evertentem ſomnia vana Papæ.
Quaque ſonat Miſſas Monachorum turba, rudique
Non intellectas quas canit ore preces.
Quid moror? innumeros latiſſima Suevia jactat,
Barthole Doctores atque Galene tuos.

Clara Tubingiaci quos hac Stipendia tecti
Fovêre & studuis instituêre sacris.

Iohannes Schwatzius, Medic. Dr, Principis Wirtenbergensis Archiatrus.

Qualis Apollineis vir præstantissimus herbis
SCHWARZIUS, & medico munere Paone-
Ille Ducis nostri dextra felice Machaon, (rat.
Cui potuit medicas applicuisse manus:
Membra ubi tabificum traxerunt agra dolorẽ,
Aut aliquis mœsto corpore languor erat.

M. Georgius Liebler Physicus. M. Samuel Hayland Ethicus.

Diximus antè tuum LIEBLER celeberrime nomen,
HAYLANDE & nomen diximus antè tuum.
Vestra sed hic etiam celebrari nomina poscunt,
Eximiumque decus, quo memorentur habent.
Nam quos nostra domus primævis fovit ab annis,
Huic vos assiduo tempore fertis opem.
Vestraque pro meritis non vilia reddidus amplis
Præmia nutricem dirigitisque piam.
Ac velut exemplum vostrata ciconia grati
Pectoris, annosum sublevat alma patrem.
Imbellemque humeris gestat, nutritque vicissim,
Nec finit infirmum tabe perire senem.
Haud secus & matrem teneros qua nutriit annos,
Vos quoque nunc vestra vitè levatis ope.
Jamque senescenti labefacti corpore mundi,
Auxilium rebus consiliumque datis.
Dum simul & nostri doctis collegia tecti
Artibus, ingenua percolitisque fide.
Et regere & laxas animorum nostis habenas
Mittere, quamque decet ferre, tulistis opem.
„ *Quippe decus magnum benefactis reddere grates:*
„ *At meritam officus turpe negare vicem.*

M. Christophorus Stahel Jureconsultus.

Nec te præterea legum jurisque perite,
Egregia celebris dexteritate STAHEL.
Cujus ineſt oris culte facundia linguæ,
Qua prior in nostro non fuit ulla foro.
Cujus ineſt animo virtus, pietasque fidesque,
Qua gaudes trepidis utilis esse reis.
Non ego, si centum resonarent ora palato,
Persequar, hæc, omnes, quos dedit alta domus.

Philippus Eberhardus Zech.
Christophorus Cunradus Rösler.
Johannes Wagner.
Fridericus David Cleſs.
Georgius Fridericus Schlotterbeck.
Reinhardus Ludovicus Pfalzgrav.
Jacob Dieterich Büren.
Johannes Philippus Walz.
David Samſon Georgi.
Georgius Fridericus Rösler.
Ludovicus Fridericus Schmalcalder.
Samuel Gerlach.
Johannes Fridericus Huber.
Johannes Ulricus Hettler.
Andreas Krumlauff.
Fridericus Tobias Canſtetter.
Wolfgang Bohle.
Johannes Ludovicus Hauff.
Chriſtophorus Henricus Bülfinger.
Georgius Julius Nördlinger.
Johannes Jacobus Kellenbenz.
Johann David Schramm.
Andreas Rehm.
Theophilus Fridericus Tafel.
Iohannes Georgius Straub.
Iacobus Fridericus Bader.
Chriſtophorus Carolus Faber.
Georgius Daniel Speer.
Jacobus Fridericus Dietz.
Johannes Chriſtophorus Kocher.
Johann David Dörner.
Jacobus Fridericus Schertlin.
Sigismundus Judæ.
Conrad Harter.

Stipen

Stipendio Ducali Theologico, etiam ſunt inſerti

Alumni & Studioſi

tum Theologiæ, tum Philoſophiæ Mompelgartenſes in

DUCALI STIPENDIO THEOLOGICO

Tubingenſi Studia tractantes, cui numero ſæpius & jure ditionis inſeruntur quoque Alſati, qui Sextam ejus Claſſem conficiunt.

Jacobus Fridericus Blanchot, SS. Theol. Stud.
Georgius Gropp, Stud. Theol.
Johannes Nicolaus Dieny, Studioſ. Theol.
Petrus Beley, SS. Th. Stud.
Georgius Müller, Stud. Th.
Fridericus Nicolaus Vurpillot, SS. Theol. Stud.
Johannes Cucuel, SS. Th. St.
Johannes Chriſtophorus Renz, Phil. Stud.
Leopoldus Fridericus Perdrix, Phil. Stud.
Petrus Abraham Benniger, Philol. Stud.

Septima & ultima Claſſis complectitur

Tiffernitas,

Tàm floret paſſim graviùm numeroſa virorum
Artibus, in noſtro, turba polita choro.
Adde quòd hinc omnis paſtorum turba ſacrorum — Omnes fere
Prodit, in obſequium dedita Chriſtæ ſuum: — paſtores & Superattendentes tam generales quam ſpeciales, itemque Ludimagiſtri in Ducatu Wirtenbergico, ex hoc conſtat prodeunt.
Quos Wirtenbergus nunc undique civis honorat,
Doctoreſque vocat præsbyteroſque ſuos.
Sive habitant pagos, ſeu latis oppida muris
Cincta, decanatus quosque fatigat onus.
Et quotquot ludos præſignes arte Magiſtri,
(Excipio paucos) noſtra per arva regunt:
Omnes in noſtro ſtudiorum munera cœtu,
Doctrinamque ſacri condidicêre ſoni.
Unde eſt unanimis noſtris concordia templis,
Quæ leviter nunquam ſchismata nata ſecant.
Nullam etenim ſentit graviorem Eccleſia peſtem, „
Diſſona paſtoris quam documenta ſui.
Quid multis? alsa longinquis diſſita in oris,
Stipendi gente experiuntur opem.
Sentit opem ſacra dictatum voce LABACUM, — Paſtor Eccleſiæ Labacenſis in Carnia e Stipendio petitus & dimiſſus eſt.
Iſtria ſentit opem, Carnia ſentit opem.
Carnia quam vivi paſcunt cœleſtia Chriſti
Pabula, propitii numine dante Dei.
Quæ quia nunc longo paſtorem tempore doctum,
Atque Evangelii quærit anhela ſonum:
Clara Tubingiacæ Stipendia clara Lycæi,
Illis adjutrices exhibuere manus.
Præconemque Dei ſanctis miſere Magiſtrum
Civibus excultum moribus, arte, fide.
Moribus ingenuum comptis, probitateque canum,
Artibus inſignem, relligione gravem.
Illis ut magni pandet myſteria cœli,
Imbuat & populum cultu & amore Dei.
Vindelicis etiam dives AUGUSTA ſub oris: — Duo Diaconi Eccleſiæ Auguſtanæ nuper e Stipendio mutuati.
Vinda ubi præcipites ſuſcepit amne Lecum:
Sentit opem noſtri ter feliciſſima cœtus,
Dum binos audit pangere ſacra viros.
Eximia probitate graves, atque arte poſitos,
Languarum cultos fortibus ora ſonis.
Antea quos noſtrum vera pietate Lycæum
Imbuit, & clarum nomen habere dedit,

Quid

Sex Magistri in Ducatum Brunsvicensem ablegati.

Quid loquar ut felix BRUNONIS vicus, & urbes
Finitima haud nostra destituantur ope?
Nuper enim senos pietate fideque Magistros,
Artibus & sancta rellgione graves,
Accepère, sacros templiq, scholeq, Magistros,
Ut verum docerent ire salutis iter.
Nam simul ac illis verbi lux vera refulsit,
Christus & in vivo repperit orbe locum:

Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dn. Julius Brunsuicensis & Luneburgensis, doctrinam religionis a Pontificiis erroribus repurgat, anno præterito, opera ac ministerio D. Jacobi Andreæ, Theologi & Præpositi Tubingensis.

IULIUS (ô quantum decus, ô quæ gloria nostræ
Temporis?, ô splendor Teutonis oræ tuus)
IULIUS antiquo proavorum sanguine cretus,
Dux Brunsuiga tuus, Lunicaburga tuus:
Pontificum larvis cultu absurdoq, remotis,
Instaurat priscæ rellgionis opus:
Voce IACOBE tua nostri pars prima Lycæi
ANDREÆ, atq, animi dexteritate tui.
Hinc Evangelii proponi dogmata curat,
Immittiq, agrie semina pura suis.
Semina non lolio, non lappa mista tenaci,
Semina sectarum non labefacta dolis.
O magnum pietate Ducem, virtute decorum,
Conspicuum factis, ingenioq, sacrum:
Ludicra qui stolidi temnens delira mundi,
Quaq, mare & tellus arida condit opu:
Solius inquirit cœlestia munera Christi,
Munera Erythræo divitiora sinu.
O mihi si detur meritas depromere laudes,
Ilias incepto non erit una satis.
Tu modò Christe mihi longos tueare per annos
Julium, ut æthereum proiegat ille sonum.
Unde tuum toto nomen floreſcat in orbe,
Sitque plaga auspicii nescia nulla tui.
Ergo Tubingiaci Stipendia clara Lycæi,
Quis non æthereis tollat ad astra plaga?
Quod tantos edunt in lucem Heroas, & illos
Artibus excultos vivificaque fide.
Nam velut armatos Trojæ sub mœnibus altis,
Mille viros quondam parturiebat equus.
Sic quoque stipatas doctorum mille catervas
Fundunt ad Nicri proxima tecta vadum;

sive Beneficiarios
Michaelis Tifferni,
de
quo supra actum est.

M. Johann Henricus Campe.
Conradus Fridericus Schmidlia. Cand. Philos.
Jacobus Fridericus Varenbüler. Cand. Philos.
Johannes Adamus Osiander, Philol. Stud.

Hisce omnibus & singulis, inprimis verò
Dignissimis Seminarii
hujus splendidissimi
Superintendentibus,
Excellentiss. ejus Ephoro
&
Nobilissimo Procuratori
famulantur
sequentes non quidem
Stipendiarii,
Studiosi tamen tùm Theologiæ, tùm Philosophiæ, & Philologiæ,
qui,
si fideliter famulantur, Publicis etiam officiis Ecclesiasticis vel Scholasticis in patria admoventur,
quandoque etiam à molesto stimulitio, studia sæpius impediente liberati, in
numerum Stipendiariorum
clementissime recipiuntur.

Jo-

Ioannes Georgius Bock, Pincerna superior, Philos. Studiosus.
Matthias Seger, Pincerna inferior. Stud. Philos.
Johann Friderich Schnürle, Stud. Phil.
Johann Ulrich Koch, Stud. Philos.
Nicolaus Holzmann, Stud. Philos.
Johann Georg Schmid. Stud. Philos.
Georg Philipp Eiselin. Stud. Philol.
Philipp Jacob Schæffer. Stud. Philol.

Officio quorum perstat Respublica sospes,
Divaque ceu trabibus limina fulta rigent.
O seclum felix omnique beatius evo,
Quo florent artes & pietatis amor.
Quo velut è tenebris longa rubigine lasi
Antehâc, sub lucem jam redière libri.
Linguarumque decus toto splendescit in orbe,
Et Sophia hinc merces pandit ubique suas.
Cumprimis pura verbum cœleste salutis,
In toto fulgens explicat orbe jubar.
SALVE Pieridum salve gratissima sedes,
Salve linguarum Christiadumque domus:
Qua tantam juvenum colis enutriique catervam,
Perque artes animos exeruisse facis.
Ut sacra præconis patriis oracla sub oris,
Fecibus haud ullis contemerata sonent.
Unde fides merita celebretur cælica laude,
Terrâq; sit veri nescia nulla Dei.
Eja age perpetuo floreseas tempore sospes,
O domus, ô Christi Pieridumq; nemus!
Nullaq; tàm sanctis metuenda periscula telis
Eveniant, belli nulla, nec ulla fames.
Vos quoq; felices, cœli quos regia manet
Continet, æternum clara per astra decus:
Christophore atq; Ulrice pater, terrestria quondam
Numina, jam vivum numen uterque poli:
Vos quoq; gratisono memorabunt ore nepotes,
Et laudes vestras fama loquetur anus.
Sacra quòd hæc tanto fundastis limina sumptu,
Et larga facilis amplificastis ope.
Legibus ornastis præceptorumq; coborte,
Acriter ut studis progrederetur opus:
Inque suo starent artes pietatis honore,
Cumque sacra pergat relligione fides.
Pro quibus officiis dignas persolvere grates,
Gaudet in æthereis prosperitate Deus.
Quo cum felices æternum degitis ævum,
Quo cum siderea nunc datur arce frui.

Hospites.

Adamus Asboth. Th. Stud.
Stephanus Szedonya, SS. Th. St.
Johann Jacob Mittermajer. SS. Th. Stud.
} Ungari

Lucas Graffius. SS. Theol.
Johannes Fleischer SS. Th. Stud.
} Transsylvani.

Wernerus Masson. Mompelg. Philos. Stud.
David Hoffmann, Philos. St.
Frid. Christoph. Majer, Mathes. Cultor.

Hæc est, Lector, Benevole BETHEL Wirtenbergica, an-

MONASTERIA DUCATUS WIRTENBERGICI,

à Celeberrimo Poëta NICODEMO FRISCHLINO descripta.

Iam mea contigerant optatum carbasa littus,
Fessaq; tranquillam puppis habebat humum:
Cùm subitò ventis agitatur in alta phaselus
Æquora, per longas arte vehendus aquas.
Nam mihi cœnobiis fundata Lycea sub almis
Inclyta sunt elego concelebranda pede:
Dux quæ Christophorus, patriæ rectorq; paterque,
Instituit veræ nostra per arva fide.
O mihi quàm vastum pervarandum versibus æquor?
Quàm patet in laudes area lata meas?
Et quis Christophori virtutes Principis omnes,
Magnanimumq; decus, quo decet, ore ferat?
Et quis cœnobiis collegia structa sub amplis,
Wirtenbergicacis sat memoretve scholas?
Lumina qua Christi, sanctique palatia flatus,
(Non idolorum) vivaq; templa Dei.
Christe tuo rursum præsta candore vigorem,
Viribus & vires adde benigne tuas:
Ut mihi Mœonio fas sit consurgere versu,
Claraque Teutonij condere facta Ducis,
Sic tua decantet totus praconia mundus,
Atque animo morem non renuente gerat.
POSTQUAM religio multos neglecta per annos,
Antea Romani fraudeque læsa Papæ:
Voce Luthere tua tota illucescere mundo
Cœpit, & in terris explicuisse jubar.
Fœdaque traxerunt Thoma documenta ruinam,
Et vetus in nulla laude magister erat,
Nullus & ad statuas posthac concursus inanes,
Missaque lethali vulnere cæsa fuit,
Calibus & vita cæcum scelus omne retectum,
Juratæque ruit virginitatis honor,

riqua & nova, Domus DEI, SCHOLA Sapientiæ, Seminarium & plantarium Ecclesiæ, Fons limpidissimus, ex quo aqua salutis fluit in universam Patriam, imò qui sæpe irrigavit totam Sueviam & Germaniam Evangelicam. Miraculi instar est, quod hæc Domus inter tot fulmina & incendia belli hactenus inconcussa stetit, quod in tanta paupertate, cum qua etiam hisce pacatis temporibus eheu luctamur, tanto numero Alumnorum necessaria non defuerunt. Miraculi instar est, quod hæc Domus, quam tot teneri juvenes inhabitant, nondum conflagravit. Nempe Vigiles sunt OCULI DEI, in conservationem Hujus Domus, experientia teste, singulariter delixi. Magna, imò maxima est ἀνοχὴ, longanimitas, patientia & misericordia divina, quæ filios Levi, sæpe à via Legum aberrantes, uti Pastor dispersas suas oviculas, iterum colligit. Utinam redirent cum Augustino omnes ad DEUM, qui ab Illo defecerunt. Utinam sequerentur omnes pia monita supe-

superiorum, ex quibus sub novo charactere Superattendentis nutu divino & mandato Ducali Domum hanc DEI intrat VIR Maximè Reverendus, Amplissimus & Excellentissimus, Dominus GOTTOFREDUS HOFFMANNUS, Patronus meus piè venerandus, Cui de novo triplici Munere Splendidissimo Professoris Theologi, Superattendentis Ducalis Stipendii Theol. & Ecclesiastæ in Templo ad D. Georgium publice animitus gratulor, Eique triplicem, imò millecuplam gratiam Spiritus S. ad rite obeunda hæc tria gravissima Munera toto corde adprecor. Salve VIR DEI in Hac DOMO Patris nostri Cœlestis, quam condidit ipse & sibi elegit in deliciũ suum. Salve Optimi Evandri mei, B. D. D. Frommanni, Dignissime Successor. Tecum salveat

VIR
MAXIME REVERENDUS & EXCELLENTISSIMUS
DOMINUS
JO. EBERHARDUS RÖSLERUS,
NOVUS STIPENDII DUCALIS THEOL.
EPHORUS

Gravissimus, per compl.

Non tulit hanc speciem furiata mente profundi
Rex Erebi, invidia bellipotente ferus:
Assiduè meditans lapsum instaurare Papismum,
Inque Styga humanum precipitare genus.
Nec mora Centimanus Christo nova bella tyrannus,
Urbe Tridentina fulminaque atra parat:
Conciliumq́, legit rasaq́, unctaq́, cohortis, Concilium Tridentinũ sub libro Interim in Ecclesias Christi Papatum reducit.
Mitratosque vocat Cardineosq́, patres,
Qui caute reparent Romane fraudis honores,
Et Latia firment impietatis opus.
Addit & ambiguum verbo sacriq́, cothurnum,
Anceps ut toto langueat orbe fides.
Cumque sacrum nequeat telluri avellere semen,
Admiscet lolium bellua sæva tamen.
Cum Missa socians verbum cœleste salutis,
Quis furor? est Christo cum Beliale nihil.
Jamque iterum nostras resonabat Missa per oras,
Atque nova statuis fraude redibat honor.
Imperat exilium Christo, Christique ministris
Bestia, Romana præsul in ede, triceps.
Pracluseque tacent cœli mysteria fauces,
Ante Evangelicum quæ docuêre sonum:
Ni malint jugulum violento subdere cultro,
Aut laqueo sacrum claudere vocis iter.
Interea Synodus sævi collecta Tridenti,
INTERIMit vera religionis opes.
Somniaque exposi restaurat falsa Papatus,
Ac magnam errorum consuit Iliadem.
Et dirè jam mille sonant, anathemata mille,
Hæreticiq́, Erebi janua lata patet.
Nemo nisi addictus jurare in verba Paparum,
Colloquio poterit Conciliog, frui.
Sint procul hæretici, Romæ quicunque tyrannum,
Ut caput, utq́, Deum non reverenter habent.
Illius & spernunt animo decreta rebelli:
Nec posito ante illum procubuere genu.
Hæreticiq́, duces legesque hæreticorum
Hinc agite, Oenotrio sordida turba patri:
Ausonio ad vestras obsurduit ora loquelas,
Ni fidei captus abjiciatis opes.

Tridentinũ Concilium Romani imperii ordinis Theologos Orthodoxos ad colloquium non admisit: quo nomine aeque Catholicum, neque Oecumenicum fuit.

Quid? confessa Ducum & Regum nova dogmata fertis,
Inclyta quos passim Teutonis ora fovet?
Ah nimium miseri temerè desistite coepta:
Nullus in hoc vestris vocibus orbe locus.
Nil opus haereticum doctis convincere verbis:
Verberibus Latia est incutienda fides.
Sic aliquis dixit praesul mitratus, at illi
Excusso linquunt pulvere triste solum.
Heu Romana fides veterum nescia rerum,
Prodiga divarum sulphureaque Stygis:
Haereticos nos esse crepas? ô haresis ipsa,
Haereseon fomes, haresèúq, caput.
Siccinè perpetuis in nos grassabere diris,
Et CHRISTUM exilio Christiadumque premes?
Vulpes habet latebras, & nidum reperit ales:
An CHRISTO nullus cedet in orbe locus?
Non ita. CHRISTOPHORI superant Regesq, Ducesque,
Qui Christumque humeris ponderaq, aspra ferunt.
Qualiter Atlantem veteres finxêre Poëta,
Cervicem coelo suppossisse suam.
CHRISTOPHORUS superat dux Wirtenbergidos ora,
Notus ab ortivis occiduisque plagis.
Omnia Josia simulis vocemq, animumque,
Seu videas regimen, seu pietatis opus.
Nam velut obductum lutulento pulvere librum,
Squalentem longo tabificoque situ,
Reddidit, & sacra jussit pia foedera legis,
Ad populum pleno praesulis ore legi,
Aemulus Usaida gradiens vestigia Regis,
Josias reprobo de genitore satus:
Cum simul horrendi lucosq, araq, Baalis
Vertit & in flammas templa nefanda dedit,
Ossaq, sacrifica combussit lurida turbe,
Sparsit & in rapidos aerea signa rogos.
Cum simul instaurat sanctae pietatis honorem,
Et renovat lapsa religionis opus. (mina gentis
Illustriss. Princeps ac Dominus Christophorus cultus

Sic quoq, CHRISTOPHORUS patria moderamina
Dum capit, in sacras est operosus opes.
Atq, Evangelium Latiali fulmine quassum
Excitat, infaustos INTERIMique Deos:

jam annos Philos. Moralis Professor Ordinarius, Celeberrimus, morumq; Sanctiorum ipse amantissimus, Fautor meus Æstumatissimus.

Et TIBI, VIR Spectatissime, FELICITER adclamo &, ut quicquid calcas, ROSA fiat, opto, aut, si spinæ te pungant & aculei curarum cor Tuum lancinent, si tantæ Domus moles, Tibi incumbens, molesta sit, summus Ephorus exalto Te sustulciat.

Per complures Annos magnâ cum laude & Authoritate fuisti RECTOR Contubernii, ubi quondam Celeberrimus Phil. Melanchthon, communis Germaniæ Præceptor, docuit, ubi Illustris Christophorus Forstnerus, Cornelii Taciti Exegeta μιλπομενος & Nobilitatis splendidissimum Sidus, per aliquot annos luxit & ab Academiâ nostrâ in laudatissimis, quæ heic tractavit, & solidissimis Studiis, non tam lucem accepit, quàm maximum fulgorem raris virtutibus suis ei intulit. Hujus Contubernii celeberrimi, quod Academiâ nostrâ est antiquius, RESTAURATOR dici mereris. Non tantùm Domum, ruinæ proximam, reparasti, sed & bonam disciplinam, fere

fere collapsam, restituens, multos præclaros juvenes, ut ad TE, secundum quasi Melanchthonem, magno numero convolarent, Eruditione, Gravitate, & prudentiâ tuâ Christianâ allexisti. Abusus depositionis, nempe jocos illos scurriles, à Paulo Ephes. V. v. 4. severissimè notatos, sapienter & feliciter abrogasti, Tuo Exemplo docens, posse multa, etiam inveterata, Zizania tolli, modo adsint sedulæ atque viriles manus, quæ nulli labori parcant, sed se in horrida etiam spineta immittant. Nunc age, & Te etiam in Illustri Stipendio Theologico VIRUM præsta. Heic novum REGNUM ingrederis, coronandus quondam immarcessibili SERTO & CORONA JUSTITIÆ splendidissimâ, si fidem servaveris. Ante paucos Menses RECTOR Academiæ Magnificus secundâ vice salutatus es, nunc dum Stipendium Ducale novus ejus EPHORUS ingrederis, ad latus habes Collegam Æstumatissimum, modernum Academiæ RECTOREM Magnificum, VIRUM Summe Rever. Dn. D. Pfaffium, Theologum Celeberrimũ, Præceptorem & Patronum meum piè Venerandum, Cui Scepti um Academicum, habitâ doctissimâ oratione de causis, propter quas Augustissimus Imperator Ro-

Profligans reduces Erebi de gurgite Missas,
Quas dederat nostris Interimista plagis.
Cum simul evertit subjectis ignibus aras,
Larvarum & lemurum cultibus antè sacras.
Restituitq́ rata verbum cœlestis salutis,
Objectum tenebris impia Roma tuis.
Non adjurata suspenditur amula lympha,
Ut populi quondam crimina fœda piet.
Non sacer angusto, fatui pro more Papismi
Clauditur, ut latro, carcere panis, atrox:
Post aliquot qui fortè dies protractus ad aras,
Pœnam, sacrifici quam meruêre, luat.
Non jam cœnobius vah consortia cœtus
Vivunt, non pepones patria nostra fovet.
Fratrum læva cohors Latio commissa Tonanti
Exulat, & pœnam sustinet emeritam.
Dux quia Christophorus vita cum cœlibe votum
Sustulit, & fœdum virginitatis opus.
Abdita nec socias detrusit in antra sorores,
Legitimi prohibens vincula casta thori.
Qualiter Oenotrii prohibet tortura tyranni,
Dum laqueo miserè guttura nexa premit.
Nam tulit à templis fœdi documenta Papatus,
Extudit æque sacro rudera tetra choro.
Tectaq́ calvastro quæ fratres anteà turpes
Vertice, prò nimium longo habuere die,
Restituit veteratq́ iterum convertit ad usus,
Hospitiumq́ sacris artibus esse dedit.
Non reboant monachis temulento murmure Psalmos:
Missa silet, superis est locus ille sacer.
Artibus hic etenim impubis pietateque cœtus,
Moribus hic colitur docta inventa piis.
Hic benè limantur studiis, probitate foventur,
Hic pueri discunt nosse salutis iter.
Non etenim, ut quondam, Monachorum ea tecta sagina:
Non scelerum latebra luxuriaque domus.
Sed studiis addicta pis, sanctique Lycæa
Flaminis, & gravium publica templa precum,
Nec dubium, primus Monachos qui condidit au-
Limina, quin doctas jusserit esse scholas.

Papisticos, qui tempore INTERIM in Ecclesiam Dei irrepserant, e suo Ducatu profligat.

Princeps Christophorus instaurat monasteria, & scholas in illis instituit.

Quo fine antiquitus jo-

Hic ubi Isterulis fulget monasteriis.
Hic ubi Isterulis solers linguisq; juventus
Culta, salutifera disceret artis opus.
Divorum nutrita bonis & fœnore Regum
Munifico, largis redditibusque Ducum.
Unde ministrorum quondam venerabilis ordo
Prodiret, studiis inclytus ordo sacris.
Qualiter Ambrosius, Pantanus & Augustinus
Artibus assimiles contribuêre locos.
Contribuêre locos confusa à plebe remotos,
Inq; illis sacras instituêre scholas:
Ne remoram faceret pulvis strepitusq; rotarum,
Aut alias turbas gens operosa daret.
Hinc etiam finxit sapiens & docta vetustas,
Pierium lucos incoluisse gregem.
Fertur & hinc Rhodopen melicus testudine vatis,
Altaq; carminibus personuisse juga:
Quippe quod eveniunt animo deducta sereno
Hæc studia & requiem mentis habere volunt.
Rectè igitur veterem Princeps revocavit ad usum
Cœnobia, inversas restituitque domos.
Scilicet ut pigra dissuluta fece cohortis,
Illius peteret gnava juventa locum.
Hic ubi sanctificas animum demittat in artes,
Et studio haud teneros fallat inerte dies.
Discat & eximios doctrinæ adjungere mores,
Ut peragat justo munere, quicquid agat:
Obsequiumq; suis apte præstando Magistris,
Compareat ingenii, comparet artis opus.
Ergo ubi CHRISTOPHORUS plures deprendit egenos,
Ad studia optatæ continuanda rei:
Vidit & inceptum non posse absolvere cursum,
Pauperie fessos destituente pedes:
Protinus auxilio tutos opibusq; levavit,
Dulcis & hospitii ditia jura dedit.
Cœnobiisq; illos patriis suscepit alendos
Largiter, in peponum substituitq; locum.
Si modo solertis fuerint animique capacis:
Non informe chaos, Arcadicumve pecus:

Quamobrem in locis solitariis & desertis olim extructa sint cœnobia.

Conditiones eorum, qui

manorum CAROLUS VI. Bellum contra Turcas salvâ Conscientiâ gerere possit, semestri abhinc cessisti.

Nunc tertiam RECTURAM, sive EPHORIAM, id est gravissimum onus & munus imponere cervici tuæ pateris. *Sustentet* DEUS opt. Maximus, qui Cœlú & Sidera torquet, qui Omnia potenti suo verbo portat, sustentet & TE & Dignissimos Dominos COLLEGAS TUOS, sustentet Vos &) faxit, ut in Timore DEI maximo cum fructu Ecclesiarum & Scholarum Wirtenbergicarum officiis vestris defungamini. Nihil memorabo de Romanorum TRIUMVIRIS, in antiquiore Historia satis undique claris. Longè magis mihi placent illi TRIUMVIRI, sive TRES HEROES Magni REGIS Israelitarum DAVIDIS, quos SPIRITUS Sanctus Ipse celebrat & commemorat. Davidem multos habuisse VIROS fortes, qui Gigantes illos Cananæos dejeceriut, sed cæteris Omnibus palmam præripuisse Iosabeamum, Eleazarum, & Sammam, qui Bethlehemum usque per media agmina Philisthæorum penetraverint & Davidis, aquas Bethlehemiticas, imò Gratiam DEI fœderalem, in JESU CHRISTO, Bethlehemi nato, fundatam, sitienti-

Digitized by Google

tis, votum atque deſiderium impleverint. Faxit divinum & TRIUNUM NUMEN, ut TRES ſupremi EPHORI Ducalis Stipendii Theologici tales porro ſint atque permaneant TRIUMVIRI, ſtrenui nempe HEROES in BELLIS DOMINI, qui principem Tenebrarum & univerſum ejus Regnum infernale ſemper fortius impugnent, & ſemper felicius expugnent, qui aquis Bethlehemiticis, puris & limpidis illis, SEMINARUM noſtrum florentiſſimum, ſive Stipendium Theologicum, deincepsetiam irrigent, qui Philiſtæos, Moabitas, Ammonitas & Iebuſæos, Hortum & vineam DEI hodienum invadentes, expellant & fragrantiſſimas ROSAS, LILIAque Convallium & violas poſteritati ſiſtant, qui multis contra hoſtes DEI victoriis reportatis ſerâ ætate in cœleſtem Bethlehemum translati & evecti cum ANGELIS atque Cœlitibus, in Illuſtri Sanctiſſimarum Animarum COLLEGIO æternum lætentur atque jubilent.

Dùm ad finem perducimus Hiſtoriam Ducalis Stipendii Theologici, deprædicandus eſt Sereniſſimi noſtri & Clementiſſimi Principis ſummus favor erga clientes & Stipendiarios ſuos in hoc etiam, quod ægrotantes quoque Ducali gratiâ

Qualia præteritum pecuaria rudere ſeclum — in ſcholas monaſticas ſuſcipiuntur.
Audiit, & nugas deblaterare ſuas.
Sed ferè Grammaticos teneant præcepta Latina
Integra, ſermonem mendà nec atrà notet.
Librarintque ſimul lingua præcepta Pelaſga,
Et norint variis flectere verba modis.
Poſtea quò Logicen & culti Rhetoris artem
Promptius, & Chriſti diſcere ſacra queant.
Si quoque bis ſenos ætas ſuperaverit annos,
Vitaque non turpi crimine fœda ſcatet.
Denique ſi patria venturo tempore grates,
Et fidei obſtrictum policeantur opus.
Hos fovet, his victum, veſtes & pabula larga
Porrigit, his promptam Dux pius addit opem.
Dat ſimul & tunicas Germano murice tinctas:
Veſtibus it pubes corpus amicta datis.
Præficit his etiam Abbates doctoſque Magiſtros:
Admonitu quorum cuncta decenter eant.
Namque ubi docta ſuos prudentia tractat alumnos,
Conveniet ſtudus vita modeſta piis.
Sancivit pariter diva conformia legi — Statuta & leges gymnaſiorum monaſticorum.
Jura, Tubingenſis qualia cœtus habet.
Jura gubernandi certam monſtrantia normam,
Quaque decent vitam dulcis alumne tuam.
Principiò ſtudium poſita eſt tibi meta colendi,
Sedulus ut memori pectore dicta notes.
Nec tibi ſufficiens aliena negocia tractes,
Sed peragas ea, qua dantur agenda tibi.
Semina proponat divini dogmatis Abbas, — Lectiones in illis conſuetæ.
Communique ſacros explicet arte locos.
Linguarum tradat commercia docta Magiſter,
Et doceat cultis edere verba ſonis.
Rhetoricos præcepta ſimul, linguaq; Latina,
Eximias cornu divite promat opes.
Utque ſit eloquij nitor & præclara facultas,
Tullius ingenij det monumenta ſui,
Nam verba haud quisquam melius Cicerone diſerto
Sufficit, hunc ſtudio ſi vigilante teras:
Lumina dicendi qui continet omnia ſolus,
Quoque nihil majus Roma ſuperba tulit.

His

His quoque conjungat fido Dialectica more,
Addat & Oenotriis mella Pelasga favis.
Sæpe stylum vertant juvenes & verba figurent:
Corrigat & mendas docta litura suas.
Adde quòd & vita data sunt pia jura regenda,
Quo disciplina reproba facta doment:
Et cacum reprimant juvenilis pectoris æstum,
Ne vitia in præceps exitiosa trahant.
Nam puer in formas mutatur cereus omnes,
Pronus & in tetrum flectitur usque malum,
Ac prave docilis commutat candida nigris,
Et colit in vitia deteriora Deo:
Ni bene doctorum & legum flectatur habenis,
Ni fit, qui juvenum corrigat acta modus.
Utque solet cæcus quovis impingere saxo,
Si fida comitis destituatur ope:
Sic puer haud ullo rerum bene doctus ab usu,
Errat & est vots nescius ipse suis:
Atque hinc progrediens sensim trahit cæca ruinam,
Sit nisi monstrata duxque comesque via.
At nimis fuerit vánique referre laboris,
Omnia cœnobiis fixa statuta sacris:
Quippe quòd hæc eadem Musa exposuêre priores.
Naviget hinc alia nunc mihi linter aqua.
Christe fave, doctos versu recitabo clientes,
Quosque habes Abbates patria nostra canam.

Disciplina morum eadem cum superiori in Stipendio ustata.

in multis fruuntur. Habent enim proprium languentes Medicum, hodie Virum Excellentissimum Dn. Joannem Backmeisterum, Med. Doct. & Extraord. Professorem atque Politatrum apud nos solertissimum, dexterrimum, cujus proximi Antecessores fuere D. Jo. Adamus Osiander, Medic. Professor Extraordinarius & Georgius Conradus Bardili, Med. Doct. Dantur etiam gratis Ægrotantibus quædam medicamenta & præparantur illis idonei cibi. Qui non lethaliter decumbunt iis in ædibus Illustris Stipendii manere licet, morbis verò acutis laborantes in Nosodochium Academicum transferuntur.

Supplementi loco recensendi & addendi heic sunt aliqui Stipendiarii supra omissi: ad Secundam Classem post M. Joannem Georgium Hærlinum pertinent

M. Joannes Christianus Schuhmacher.
M. Joannes Jacobus Weissenmann.
M. Joannes Eberhardus Lettner.
M. Joannes Ulricus Heilwag.

Tertiæ Classi post M. Christianum Ludovicum Ruoffium inferendi sunt:

M. Georgius Fridericus Schwarz.
M. Christophorus Fridericus Sattler.
M. Johann Daniel Korn.
M. Georgius Fridericus Härlin.
M. Wilhelmus Jacobus Beck.
M. Christophorus Fridericus Stein.
M. Johannes Eberhardus Fischer.
M. Johannes Henricus Campe.
M. Johannes Gerhardus Kaufmann.
M. Johannes Rudolphus Schulz.
M. Georgius Fridericus Seeger.
M. Christophorus Adamus Hoffacker.

Sebastia

Cœnobii Bebenhuſani,
ABBATES EVANGELICI.

Sebaſtianus Luz, dictus **Hebenſtreit**, A. 1547. obiit d. 15. Novemb. A. 1560.

D. Eberhardus Bidenbach. A. 1560. †1597.

Joannes Stecher. 1597. † d. 25. Jun. 1611.

Andreas Grammer, 1611. † d. 5. Maj. A. 1612.

Georgius Schropp, 1612 † d. 21. Jun. 1612.

D. Lucas Oſiander, 1612.

D. Jacobus Heilbronner, 1616. † 6. Novemb. 1618.

Joannes Magirus, 1619. † d. 11. Jun. A. 1626.

Daniel Hizler, 1626. † d. 6. Sept. 1635. Argentorati in fugâ.

Iohann Henricus Wieland, 1633.

D. Iohann Valentinus Andreæ, 1650. † d. 27. Jun. 1654.

Io. Jacobus Heinlin, † d. 4. Septemb. 1660.

Johann Conradus Zeller, 1660. † d. 12. Martii, 1683.

Joſephus Cappel, 1683. † 28. Jul. 1689.

D. Johann Andreas Hochſtetterus.

Monaſterium Bebenhuſanum.

Vallis aprica jacet ſummis vicina Tubingæ
Montibus, Arctoum qua videt illa polum.
Quam prope labentes gelidus prætervehit undas
Neccarus, & rauco murmure prata ferit.
Hujus in extremo domus eſt munita receſſu
Mœnibus, antiqua religione ſacra.
Incola Teutonico Bebenhuſam nomine dicit.
Telarum vetus eſt fama fuiſſe domum,
Illa Palantinum quondam ſtatuiſſe Rudolphum
Tecta ferunt, Comitem clara Tubingætum. Monaſterii Bebenhuſanum Anno 1189. fundatum a Rudolpho Comite Palatino Tubingenſi, viginti & quatuor quidem plures ſtudioſos alit.
Ut Bernhardino conſors ex ordine frater,
Hic coleret Latiis templa dicata Diis.
Nunc ibi bis deni ſtudiis poliuntur alumni,
Et larga veteris dote foventur heri.
Quò varias diſcant annis puerilibus artes,
Mens humana quibus cultior eſſe ſolet.
Unde Tubingiaci vicina ad tecta Lycæi
Poſt abeant, artes docta caterva piæ.
Atq; inibi ſtudiis omni ſine labe peractis,
Hinc operam præſtent, quo decet, ore ſacram.
Hanc Eberhardus habet ſedem Bidebacchius Ab- Eberhardus Bidenbach Theologiæ Doctor clariſſimus, Abbas Bebenhuſenſis.
Erudit & mira ſedulitate ſcholam, (bas,
Vir pius, & juxtà ſuperumq; hominumq; miniſter,
Vir ſacer & docta religione gravis.
Inclytus & diva ter præſtantiſſimus arte,
Pierii lumen præſidiumq; chori:
Eloquii virtute potens atq; ore diſerto,
Teutona ſive velit, ſive Latina loqui,
Cujus & ornatum ſtudiis atq; arte ſacratis,
Laurea, ſupremo cinxit honore, caput.
Non reliquas merito celebrabo carmine dotes,
Non animi ſanctas uberioris opes.
Omnia Mœoniam ſibi poſcunt omnia venam,
Nec poſſunt verſu pauperiore cani.
At quoties non eſt dignas tibi reddere grates
Pro meritis, animo magne Eberharde, tuis?
Qui quondam informem ſolida probitate, rudemque,
Artibus ornaſti ſalvificaque fide.
Pro quibus officius fore me memoremq; piumque,
Per caput hoc juro Pieridaſque meas.

Cœnobium Maulbronnense.

Maulbrona a Walthero a Lomersheim Anno 1148. fundata: viginti quatuor, sæpe etiam plures studiosos sustentat.

Est etiam Maulbronna vetus redituq; superbum
Cœnobium & prisca religione sacrum,
Cœnobium dives, quod Lomersheimius olim,
Censibus exundans ædificavit herus.
Nobilitate potens, cujus cum stemmate nomen,
Posteritas uda consepelivit humo.
Usque adeò segnis majorum incuria summos,
Heu studio quodam temsit inerte viros.
Hoc igitur juvenes Sophia & pietate ter octo
Imbuit, atque aliquod nomen habere facit.

Valentinus Vannius, Abbas Maulbronnensis.

Quos pius erudit nuper modo Vannius Abbas,
Tutatusq; animi dexteritate fuit.
Vannius etheria vir præstantissimus arte,
Dotibus ingenii maximus, ore pius.
Pabula qui sancto cœlestia doctor ovili
Præbuit, & vivo pane cibavit oves.
Quique renascentis divina oracula verbi
Asserui calamo, vocibus, ore, manu.
Sanctaque victuris mandavit dogmata chartis,
Grande quibus longo tempore nomen erit.
Nuper & immisso prostravit fulmine Missam
Cœlitus, inventum frivola Roma tuum.
Vannius hic nostris postquam digressus ab oris,
Militia ad superos transtulit arma sua:

M. Ioannes Magirus, Abbas Maulbronnensis, Vannii Successor.

Alter in officii succedit castra Magirus,
Par doctrina illi, nec pietate minor,
Religione sacer, virtutum nomine clarus,
Candidus ingenio, candidus ore pio.
Justiciaq; tenax, & vita & pectore purus,
Inter honoratos gloria magna viros.
Christicolæ cultor fidei, cultorq; profanæ
Artis, & eximia cognitione potens.
Cognitione potens Christi populiq; sacerdos,
Hostia cœlicolis quo feriente cadit.
Quem pia majestas sermonis, & inclytus oris
Splendor, & admistus provehit arte lepos.
Is prius instruxit cœlesti voce Vahingam:
Enus ubi assiduis arva pererrat aquis.

Monasterii Maulbronnensis ABBATES EVANGELICI.

Johannes Epplinus.

Valentinus Vannius.

Ioannes Magirus, 1567.

Jacobus Schroppius, 1578.

Wilhelmus Holder, 1594.

D. Felix Bidenbach, 1608.

Erasmus Gröninger, 1612.

D. Christian Binder, 1614. † d. 3. Jun. 1616.

Dr. Lucas Osiander, 1616.

Melchior Volz, 1619. † 1625.

Io. Henricus Wieland, 1626.

Ludovicus Leipzig.

Henricus Dauber.

Joseph Schlotterbeck. 1656. † 21. Maj. 1669.

Io. Melchior Nicolai, 1669.

Joh. Ulricus Bauder, 1657.

D. Io. Andreas Hochstetter, 1682.

Johan-

Digitized by Google

Ioannes Zeller, 1689.
D. Io. Wolfg. Jæger, 1695.
Georg.Burck.Knöbel.
Erycus Weismañ, 1711.

ABBATES EVANGELICI Monaſterii Hirſaugienſis.

Ludovicus Welderer, 1557. † 16. Jul. 1560.
D.Henr. Weickersreuter, 1560.
Johannes Parſimonius, 1569.
Antonius Vahrenbylerus, 1589.
D. Johannes Brentius, 1591. † d. 29. Jun. 1596.
Johannes Huzelin, 1596. rudedonatus 1617. † d. 9. Februarii 1621.
Paulus Rucker, 1617. † d. 9. Januar. 1627.
Albertus Bauhoff, 1627.
Bernhardus Wilderſin, 1661.
Elias Springer, 1663.
Chriſtophorus Lindenmajer.
Johannes Schübelius, 1666.
Matthæus Eſenwein, 1669. † 1672.
Jo.Henricus Wielandus, 1672. † 1678.
Matthæus Rothweiler, 1676. † 1679.
Paulus Achatius Daſer, 1679.
Matthæus Aulber, 1689.
Jo. Ludovicus Dreher, Metis in Lotharingia obſes, pro ſalute patriæ in captivitate A. 1694. piâ morte defunctus.
Johannes Oſiander, Ducalis ſimul Conſiſtorii DIRECTOR.

Nunc quoque Maulbronnam dapibus cœleſtibus Abbas
Paſcit, & ingenuam dirigit arte ſcholam.
Præſtat & officium ſtudiis operamq́; benignam
Exhibet, & multa ſedulitate docet.
Unde ejus toto nomen clareſcit in orbe,
Surgit & ad ſummos inclyta fama Polos.
Pergite Neccarides, currumq́; inhibete volantes:
Ne nimium laxis expaciemur equis.

Cœnobium Hirſovienſe.

Hirſovium Anno 1090. a Comitibus Calvenſibus fundatum.

Eſt prope lanifica felicia jugera Calve
Hirſovium, ad ripas ſtave Nagolte tuas:
Cœnobium multo nummorum fenore dives,
Dives agri, dives fertilitate ſoli.
Fama refert illud Calvos ſtatuiſſe Dynaſtas,
Illic qui ſolium tunc habuêre ſuum.
Hinc igitur pulſo tonſorum rudere fratrum,
Nunc celebris florent limina docta ſchole.
Bique decem ſtudiis inibi poſuntur alumni,
Doctifica ut tendant cognitionis iter.
Quos docuit nuper Weickerſchreutterus, & arte Henricus Weickerſchreutter, D. Theologiæ, Abbas Hirſovienſis.
Imbuit, & vera relligione Dei.
Quem pietas noſtroque fidæ rariſſima ſeclo,
Fecit honoratum conſpicuumque virum.
Quem ſtudia & longis vigilate noctibus artes,
Nomina Doctoris ferre dedêre ſacri.
Pectore qui didicit Domino confidere ſoli,
Auxilio fretus ſubſidioque Dei.
Hoc igitur vitam nuper clandente caducam,
Alter in Abbatis munia digna ſubit:
Egregia pietate potens, virtutibus acer
Kargius, ingenua dexteritate gravis.
Is Wirtenburgam divis prius imbuit aulam
Vocibus, in ſacras officioſus opes,
At jam commiſſi curam gerit agminis, agmen
Et cavet infelix ne gradiatur iter.
Doctificaque ſuos ornat ſimul arte clientes,
Muneraque hos vitæ non onerosa docet.
Unde refert nomen, longum quod duret in ævum:
Unde ſuum celebri tollit honore caput.

Alba Dominorum.

Alba Dominorum in finibus Ducatus Wirtenbergici.

ALba quoq; illustris nigræ contermina Sylvæ,
Olim qua Dominis hospita terra fuit:
Octodecemq; fovet, numerorum dives, alumnos,
Et victum larga data, juvatq; manu.
Hanc Comes antiqua Berchtoldus origine clarus,
Clarus Eberstеinis ædificavit avis:
Tectaque sacravit monachorum cœtibus illa,
Ignavis longo tempore culta viris.
Degius hic Abbas senio confectus & annis
Vivit, & Abbatis munia digna subit.
Cui nihil in vita prius est quàm fidere Christo,
Salvificamque pia mente tenere fidem.
Quam prius in tenebris versans & nocte Papatus
Nescit: at solida nunc pietate fovet.
Lucemque percepta cœlestia sacra tuetur,
Ac sibi commissa munera sortis agit,
Cujus & officium nostras Ecclesia sentit,
Et merita grates pro pietate canit.
Cætera quid referam? vivit sine labe beatus,
Et nihil in sacro pectore fraudis habet.

Monasterium Blabyrense.

Cœnobium Blabyrense.

Est locus, indigenis mansit Blaubiria nomen,
Deves & in pingui consitus ille solo.
Blavius ubi percis mullisque bibitsrbus undat
Cærulus, & tacitis per vada serpit aquis.
Hic vetus urbs, ripa vicina binominis Ilsri,
A Blavi ducens nomina fonte, jacet.
Contiguos illi muros domus obtinet, olim
Qua Benedictinis est habitata viris.
Vigmis & quinque hæc studiorum nutrix alumnos,
Consiliisque illos auxiliisque levat.
AULBER in his præest, sacra doctissimus arte,
Sedibus, & verum se probat esse patrem.
Discipulos dum rite doces prompteque coercet,
Nec sinit in morbu degenerare malos.
Hic ubi divini tradit mysteria verbi,
Et curam vera religionis agit.
Commissamq; docet fido munimine pubem,
Ubiq; valet studium præstat ubique piam.

Abbates Evangelici Albæ Dominorum.

Philippus Deg, 1555.
Conradus Weiss, 1589.
Nicolaus Wieland, 1596. † d. 3. Maj. 1617.
Elias Zeitter, 1617.
Conrad. Haselmajer, 1617.
Andreas Faber.
Johann Melchior Nicolai.
Joh. Christophorus Hingheer.
Erycus Weismann.
Matthæus Esenwein.
Matthæus Hiller.
Wilhelmus Eberhardus Faber.

Abbates Evangelici Cœnobii Blabyrensis.

Christianus, ultimus Pontificius Abbas, cum sex Conventualibus conversus & sic primus Præsul Reformatus.
Ambrosius Blaurer.
D. Matthæus Aulber, 1562. † 1570.
Alexander Blessing, 1574. † 1584.
Joannes Schopff, 1584. † d. 11. Jan. 1621. ei successit filius.
Jacobus Schopff, 1621. rudedonatus ob Melancholiam A. 1626.
Philippus Schickardt, 1626.
D. Andreas Osiander.
Joseph Osiander.
Jo. Philipp Hittstoek, 1655. Jere-

Jeremias Rebſtock, †. d. 5. Aug. 1660.
Chriſtophorus Lindenmajer.
Jo. Melchior Nicolai, 1659.
Joſephus Cappel, 1675.
Jo. Jacobus Müller, 1683.
Jo. Joachimus Bardili, 1689. † 1705.
Julius Frider. Malblanc, 1705. † 1710.
Matthæus Eſenwein, 1710.
Jo. Wendelin. Bülfinger, 1713.

ABBATES EVANGELICI Cœnobii Anhuſan.

Joannes Iſenmannus, 1558.
Andreas Eib, 1524. Emeritus A. 1590.
Martinus Cleſs, 1591. Emeritus 1609.
Johannes Magirus, Junior. 1609.
D. Georgius Vitus, 1611. Emeritus 1616.
D. Jacobus Hailbronner, 1616.
Melchior Volz, 1616.
D. Io. Henricus Hiemer, 1619. † d. 14. Januar. 1621.
Henricus Efferhen, 1621.
Jos. Oeſterlin, 1633.
Joannes Schübel.
Jo. Ulricus Bauder.
Joannes Hauſch.
Georgius Fridericus Weinmar.
Jo. Jacobus Haim.
Joann Sigismundus Hochſtetter, 1710.

AULBER hic in toto jampridem innotuit orbe,
Caſurum nullo tempore nomen habens.
Quem mea ſi verſu cupiat memorare Thalia,
Vaſta ſupervacuus in freta fundet aquas.
Ecquis enim meritis extollat laudibus illum,
Quem nemo potuit vituperare, virum?
Tu modò doctrina celebrem, virtute beatum,
Aulberum longùm fac ſuperesſe Deus.
Cœtibus ut Chriſti venturis ſerviat annis,
Et cultum pleno proroget ore ſacrum.

Monaſterium Anhuſanum.

TRes, decemq; ſacra limandos arte clientes, Anhuſa ad fluvium Brentamſita.
Religione pia divos Anhuſa fovet.
Cœnobium felix & amœna valle beatum,
Quem Brentus gelida parvus oberrat aqua.
Hic Iſenmannus divino pectore fortis,
Aſſertor veræ religionis ovat.
Abbatisque gerit fido munimine curam,
Præſtat & officium ſacra docendo ſacrum.
Vir pietate gravis, ſenio confectus & ævo,
Pectore qui magno maxima ſæpe tulit.
Viribus infractus, tolerandis cladibus aſper,
Damnaq; jampridem doctus iniqua pati.
Unde Siderandrum vero cognomine Grains
Hunc voces, hoc ipſi conveniente rei.
Ferreus eſt illi mentis vigor, altaq; virtus
Vel durum ferrum damna ferendo quatit.
Nunc quanto ſtudio chares informat alumnos?
Quam facili pueros erudit arte ſenex?
Divina pietate ſenex animoq; decorus,
Et pater, & turba portus & aura ſua.
Quid loquar ingenium doctrinis pluribus auctum,
Religionis amans, integritate potens?
Quid linguam vario ſermonum idiomate cultam?
Quid vitam, vitiis qua ſine geſta, loquar?
Eſt opera immenſa plenis hic omnia ferre
Laudibus: hinc alii carbaſa danda ſalo.

Cœnobium Adelbergenſe.

Cœnobium Adelbergenſe quondam a Baronibus in Eberſpach conditum.

Dives Adelbergum ſtudiis pietateq́, felix,
In Muſas etiam fert ſua dona ſacras.
Illud Eberſpachii quondam ſtruxêre Barones,
Ut raſos aleret, pondus inane, viros.
Nunc bis ſeptenos ſtudiorum paſcit alumnos,
Atq́, illos vera de pietate docet.
Hic ubi jam BINDERUS habet pia munia curæ,
Abbatisque ſacrum ritè capeſſit opus.
Atque rudes animos primævis corrigit annis,
Dum pueri eſt ætas mollis & apta regi.
Utque ſacri quondam libavit fluminis undam,
Strenuus & CHRISTI miles in arte fuit.
Sic quoque diſcentem parili virtute cohortem
Imbuit, inque ſacri gurgitis amne lavat.
Ut ſcelerum pura & vitiis mundata miteſcat,
Ablutis animi ſordibus, antè rudis.
Et quisquam laudes Binderi carmine dicat?
Et quisquam merita concinat arte virum?
Arte virum celebrem, vera pietate micantem,
Ingeniq́ magnum dotibus, ore gravem:
Conſilii dextrum, verbis cœleſtibus acrem,
Eximium ſtudiis, integritate probum.
Et quisquam laudes Binderi carmine dicat?
Et quisquam merita concinat arte virum?

Monaſterium Laureacenſe.

Monaſterium Laureacenſe, An. 1102. a Friderico Duce Suevorum conditum.

Condita Suevorum Friderico à Principe Lor-
cka,
Sacra prius monachis Dux Benedicte
tuis: *ba,*
Dives agri domus atque opibus tectiſque ſuper-
bas,
Oſſa ubi Suevorum ſunt tumulata Ducum:
Quam prope ſlaventes Rembus quatit altus are-
nas,
Et pinguem lato flumine ſcindit humum:
Quatuor & denos nutrit, ſtudisque tribules
Inſtruit, atque illos uberè fulcit ope.
Hic tenet Abbatis curvata Georgius Udal
Sceptra, piaque animos imbuit arte rudes.

Abbates Evangelici.

Cœnobii Adelbergenſis.

Ludovicus Werner, 1547. †. d. 5. Januar. 1565.
Chriſtophorus Binder. 1565.
D. Lucas Oſiander, 1599.
D. Andreas Oſiander,
Felix Bidenbach, 1606.
Daniel Schröttlin, 1608. † 17. Dec. 1623.
Johannes Oſiander, 1624. †. 1626.
D. Melchior Nicolai, 1627.
Philippus Schickardt, 1633. † in Exilio Göppingæ d. 7. Octob. 1635.
Jo. Jacobus Hainlinus, 1650.
D. Jo. Valentinus Andreæ, 1654.
Georgius Bader, 1655. †d. 15. Mart. 1659.
Paulus Achatius Daſer, 1671.
Matthæus Aulber, 1675.
Jo. Jacobus Mœrleth, 1680. †. 1685. d. 8. Mart.
Jo. Bartholomæus Haage, 1692.
D. Joh. Wolffgangus Jæger, 1709.

Abbates Evangelici

Cœnobii Laureacenſis.

Georgius Udal, 1563. †. 1576.
Abel Vinarius, vulgò **Weinlin.**
Johannes Magirus, 1602. † 11. Jan. 1624.
D. Melchior Nicolai, 1625.
Jacobus à Grab, 1627.
Jo. Jacobus Albich, 1633.
Wendelinus Bülfinger.

Joh.

Jo. Jacobus Müller.
D. Chriſtoph. Wolffſin.
Joachimus Martini.
Georgius Burckardus Knœbel.
D. Michael Fôrtſch.
Jo. Wendelinus Bülfinger.
Chriſtophorus Zellerus.

Præpoſituræ Denckendorffenſis Præsules Evangelici.

Bartholomæus Käs, 1557.
Jacobus Schroppius, 1577.
Ioannes Rucker, 1578.
Ioannes Stecher, 1580. †1611.
Andreas Grammer, 1597. † d. 6. Mai. 1612.
Ioannes Magirus, † 1621.
Anshelmus Hagenlojus, 1619.
Wilhelmus Heerbrandus.
D. Chriſtophorus Zellerus.
Io. Chriſtoph. Hingheer, 1671.
Io. Eberh. Knollius, 1678.
Io. Iacobus Müllerus, 1689.
Io. Wolfg. Dieterich, 1699.
D. Io. Frider. Hochſtetter, 1706.

Perfugium columenque ſuis & dulce levamen,
Cujus & extentam ſentit alumnus opem.
Egregiis animi cultus virtutibus Abbas,
Sive artem videat, ſeu pietatis opus.
Quique Dei cultus Davides alter honorat;
Et quacunque poteſt arte juvare, juvat.
Sacraque cœleſtis pangit penetralia verbi
Inclytus, & vivo germine paſcit ovus.
Inde etiam multa poliens ſudore juventam,
Heu quàm difficilis munia ſortis obit?
Candorem quæris? nigro caret ille veneno,
Et nihil in toto pectore fellis habet.
Sicubi doctrina vita eſt bene conſona puræ: „
Dic mihi, quid totus pulcrius orbis habet? „
Sed prius occiduas Tuan labetur in undas,
Tardaque vocturnos Cynthia ducet equos:
Quàm mihi clare tuas laudes memorare Georgi
Fas erit: ergò aliam puppis adabit aquam.

Cœnobium Denckendorffenſe.

Præpoſitura Denckendorffenſis.

Eſt Denckendorffum ſacrato fœnore dives:
Æbus ubi gelidis præterit uber aquis.
Fratribus hoc longos cultum fuit antè per annos,
Crux quorum ſolita eſt pectus obire rubra.
Bis ſeptem nunc illa fovent ornantque clientes
Artibus, & ſtructo limina ſacra peno.
Bartholomæus ibi rerum moderatur habenas
Cæſeus, & ſtudiis mitibus addit opem:
Cujus ineſt animo verbi doctrina ſacrati,
Ingenuaque artes, doctificusq́ vigor.
Cujus ineſt ori patriæ facundia linguæ,
Auſonios edens Teutonicosq́ modos.
Cujus ineſt vita pietas, candorq́ fidesque:
Cui nihil in toto pectore fraudis ineſt.
Quiq́ ſuam multis ſpectam virtutibus ornat,
Seu doceat populum, ſeu regat ille ſcholam.
Ad reliqua hinc pergam Muſa properante Lycea
Tangat ut optatam ſtrenua navis humum.

Cœno-

Digitized by Google

Cœnobium Alpirſpacenſe.

VAlle ſub aprica monachuum domus ampla recumbit,
Et ſtrepera Kinzi læta feritur aqua.

Monaſteriũ Alpirſpach, quod Comites a Sulz, Albertus Comes a Zollern, & Barones ab Hauſen fundarunt.

Hanc Alperſpacchum patrii dixêre coloni:
Nomen ab Alpinis ſors habet illa jugis.
Sulzius extruxit quidam (ceu fama) dynaſtes,
Albertusque Comes, Huſiacusque Baro:
Muneribusque auxêre ſuis & divite cenſu,
Ut caperent fucos talia ſepta pigros.
Nunc ſtudiis illic conceditur hoſpita ſedes,
Atque pia ſurgunt inclyta tecta ſchola.
Namque ibi bis ſeptem doctis ornantur alumni
Artibus, & Muſis eſt locus ille ſacer.

Abbas, Balthaſarus Elenheinzius Abbas Alpirſpacenſis.

Balthaſarus ſceptrum gerit hîc Elenheinzius
Commiſſumque pia ſublevat agmen ope.
Vir pietate Deo gratus, gratiſſimus edi:
O quantus ſuperûm Chriſtiadumque decor?
Cœlicolum præco virtute politus, & arte
Integer, & mentis dexteritate ſagax.
Qui ſimulac ſcandit divinæ fulcra cathedræ,
Cœleſtes aperit voce diſertus opes.
Verbaque Juſtifici profers felicia Chriſti,
Quæque Evangelicus dogmata cœtus habet:
Non Scoti, aut veteris narrat deliria Thomæ,
Qualia ſunt raſi ſomnia multa gregis.
Te pie Chriſte ſonat, te te pie Chriſte ſonabit,
Donec in ipſius corpore nervus erit.
Adde quòd hunc moles commiſſi muneris urget,
Ejus & ex humeris non leve pendet onus.
Laſſat eum pariter juvenum tutela ſuorum,
Laſſat eum veræ relligionis honor.
Non plures alias præclaro in pectore dotes,
Non animi vires ingeniive canam:
Non vitam innocuam, verſu namq; omnia durum
Ferre: ſed ad reliquas lintea tendo ſcholas.

Cœnobium ad S. Georgium.

Cœnobium ad S. Georgium Anno

Monte ſub aerio pendet tibi ſacra Georgi,
Non ita Magnificis dotibus ampla domus:

Abbates Evangelici

Cœnobii Alpirſpacenſis.

Balthaſar Elenheinz, 1563.
Iohannes Stecher, 1577.
Matthæus Vogel, 1580. † 3. Dec. 1591.
Ioann. Conradus Piſcarius, 1529 † d. 21. Jan. 1601.
Ioannes Eſthofer, 1601. †. 1606.
Daniel Schröttlin, 1606.
Caſpar Lutz, 1608. †. 16. April. 1609.
Andreas Vöringer, 1609. † 16. Nov. 1609.
Alexander Wolffarth, 1610. †. 22. April. 1624.
Georgius Hingheer, 1614. †. 15. Sept. 1626.
Elias Zeitter, 1627.
Ioannes Cappel, Campidonenſis, 1651. †. 1682.
Elias Springer, 1662.
Ioannes Baur, 1663.
Ioſeph Cappel, 1671.
Ioannes Zeller, 1675.
D. Ioannes Crafft, 1689.
D. Georgius Henricus Hiberlin, 1693.
D. Georg. Henricus Keller.
Erneſtus Conradus Reinhardt, 1707.

Abbates Evangelici Monaſterii ad S. Georgium.

Henricus Renz, 1567. †. d. 2. Sept. 1600.

Jo-

Digitized by Google

Ioannes Weckmann, 1600. †. 1614.
Michael Oesterlin, 1614. †. 20. Dec. 1617.
Christophorus Brunn, 1616. †. 20. Dec. 1617.
Georgius Hingheer, 1618.
Jo. Ulricus Pauli, 1624.
Joannes Cappel.
Joannes Baur.
Elisæus Gerlach.
Andreas Carolus.
Joannes Georgius Essich.
D. Andreas Adamus Hochstetter.

Finibus extremis quà Wirtenbergica tellus, 1208. ab Hezilone & Hessone, Baronibus de Tegernau, fundatum.
Spectat in umbrosis robora densa jugis.
Cujus (si par est annosis credere fastis)
Gente Degernovius condidit auctor opes.
Octo sed hæc pueros studiorum pascit alumnos,
Sufficit & victum, sufficit artis opus.
RENZIUS hanc regit officio curaq́, fideli, M. Heinricus Rentz, Abbas ad S. Georgium.
Munus & Abbatis convenienter obit.
Non etenim vanis fallit sua tempora nugis,
Nec genio, cura liber edace, vacat.
Qualis obesarum, fruges consumere natus,
Larvarum exacto tempore cœtus erat.
Undiq́, qui miseri cervicem cladibus evi
Dempsit, & à collo sustulit omne jugum.
Non secus, ac freni impatiens loriq́ caballus
Sessorem & lentos excutit ore lupos.
Renzius officii vera pietate capessit
Munia, non vitæ deside torpet iners.
Utq́ sacras animi quondam penetralibus artes
Indidit, & docta conditione fovet:
Sic etiam lingua profert has ille diserta,
Suaviloquoque animos instruit ore rudes.
Vive diu Renzi, & studiis prodesse labora:
Hinc celebrent nomen climata cuncta tuum.

Abbates Evangelici Cœnobii Regiofontani.

Ambrosius Boxler, Hic à Christophoro, Duce Wirtenbergiæ, graves ob causas Anno 1553. ab hac Dignitate remotus & per quadriennium fere Uraci detentus fuit.
Ioannes Epplin, 1553.

Cœnobium Regiofontanum.

JAM quoq́, te Kingsbronna canam, versuq́, rependam,
Heu mihi qua facto non retulisse licet.
Quod mea, primæva tenero sub flore juventa,
Vita tibi cura relligioq́ fuit:
Rebus & angustis pressum, pietate levasti
Officioque tuo, subsidioque tuo.
Quòd mihi Pieria reseravit limina porta,
Assistens inita duxq́, comesq́, via.
Et rude formavit teneris mihi pectus ab annis,
O domus, ô studii fomes & aura mei.
Ergo tibi valeo si quas persolvere grates,
Sæpe meo memori carmine gratus ero.

Regii fontis, cœnobii ad amnem Brentam, descriptio.

Mons jacet acclivis rubicundum versus in ortus,
Pars viret arboribus, catera gramen alunt.
Aspicit hunc tollens rutilantem lampada Phœbus,
Quando pruinoso provehit axe diem.
Hunc latus oppositum curru fugiente vaporat:

Situs vallis Brentianæ.

In medio est longo vallis amœna situ.
Angulus Hesperiam vergens Arctoos ad oram,
Cæruleus jugis semper abundat aqua.

Scaturigo fluminis Brentæ.

Fons ibi saxosa præceps è rupe voluptas,
Humectat gelidis herbida prata vadis.
Indigena Brentam veteri cognomine dicunt:
Stagnantem medius dissecat ille lacum.

Officinæ ferrariæ.

Antra hic fabrorum positis flammata caminis,
Ferra coquunt, vires ignibus aura ciet.
Impellit geminos transverso robore folles,
Molibus inclusa flumeus amnis aqua.
Qui simulac instant, spirare Typhœa credas,
Et rapidum Ætneo fulgur ab igne jaci.
Hic alia scorias vitiumq; ex ære resolvunt,
Pars ferro exercent brachia nuda gravi:
Aut rigida versant candentes forcipe massas,
Brontes & Steropes Acmonidæque niger.
Tunc validis gemitum referunt incudibus ictus:
Terra tremit: crassas malleus ara ferit.

Fabrica fusoria.

Parte sub adversa, Eorum qua tendit ad orbem,
Fabrica sub clivum montis anhela jacet.
Hic æstate nova ferri permissa caminus
Semina flagranti lucidus igne coquit.
Hic ara & chalybes vasta fornace liquescunt,
Hic fluitant rivis fusa metalla suis.
Fons etiam capsis fluit utilis, utilis alvo,
Lataq; præcipiti flumine stagna secat.
Valle sed in media sacrum fastigia tollit
Cœnobium, prisca vellgione pium.
Cœnobium felix & amœna valle beatum,
Regia cui fecit nomina fontis aqua.

Monasterii Regii fontis Anno 1301. ab Imperat.

Austrius hoc olim reditu fundavit opimo,
Albertus patriis murus & arma solo.
Arbiter imperii regalis sanguine crevit:
Cæsare patre satus, principe natus avo.

Jacobus Schroppius, Anno 1557.
Martinus Clesius, 1577.
Ioannes Andreæ, 1591.
Wilhelmus Mögling, 1601. †. 6. Augusti 1601.
Melchior Hægelin, Anno 1608.
Johannes Hutzelin, 1633.
Johannes Pfaff.
Elias Springer.
Christophorus Lindenmajer.
Johannes Baur.
Jacobus Rothweiler.
Josephus Cappel.
Georgius Hausch.
Johannes Osiander.
Petrus Schertlin.
Joh. Jacobus Baurlin, 1709.
Matthæus Hiller, 1716.

ABBATES & PRÆPOSITI EVANG. Herbrechtingenses.

Ulricus Schmid, 1555.

Aaron

Aaron Mang.
Philipp. Græther, 1591.
Matthæus Vogel, 1612.
Johannes Jacobus Albich, 1628.
Eberhardus Andreæ, 1633.
Johannes Pfaff.
Christophorus Lindenmajer.
Johannes Baur.
Iacobus Rothweiler.
Josephus Cappel.
D. Johann. Fridericus Hochstetter.
David Laitenberger, 1709.
Joh. Davides Schmidlin, 1710.

ABBATES EVANGELICI Monasterii Murrhardensis.

Joannes Mesolunus,

Cui Schlisselbergo comites à stemmate nati, — tore Alberto, & Comitibus a Schlisselberg fundatum.
Subsidium larga dulce tulere manu.
Cultibus ut struerent locupletia limina sacris,
Et facerent studiis commoda tecta pia.
Heu tamen hæc durus quòd non ita nuper & omnes
Penè ejus Mavors igne cremavit opes.
Vix uti jam superent vestigia panca prioris
Cœnobii, longo squalida facta situ.
Quorum CHRISTOPHORUS sumptu impensisq; refecit
Plurima, collapsas restituitque domos.
Nuper & hîc clarum studio felice Lycæum
Instituit, priscos vitè secutus avos.
Ut Berhardinis malè quondam habitata cucullis
Limina, sint sacra docta Lycæa schola.
Jamq; ibi bis quini studiis ornantur alumni,
Et largam victus experiuntur opem.
Quos fovet officiis & docta SCHROPPIUS arte, — Jacobus Schroppius, Abbas Regiofontanus.
Schroppius ingenui splendor honosq; chori.
Ingenii virtute potens linguaq; disertus
Præco Dei, puræ cum probitate sacer.
Sobria cui tertur fado fine crimine vita,
Vita Dei cultrix, & pietatis amans.
Quiq; suum studio format solerte clientem,
Ejus & extenta commoda fulcit ope.
Seu doceat linguas sacrumve edisserat artem,
Seu mores facili dexteritate regat,
Hunc queq; per longum Dominus mihi protegat ævum,
Christiadum ut plebi serviat atq; scholis.
Unde Dei cunctis celebretur tempore nomen,
Et pariant multùm cœlica verba lucrs.

Monasterium Murrhardense.

Est quoq; Murrhardum peramœno limite clarum,
Murrius ubi rauco murmure prata ferit.
Prisca domus, quondam Benedictis ex ordine junctis,
O nimium longo tempore, culta viris.
Nunc ea linguarum bis quinos nutrit alumnos,
Artibus addictos doctiloquisq; soni.

Leonhardus Otho Hofstzt, Abbas Murrhardensis.

Quos Leonhardus Otho vera pietatis amator,
Imperio studiis conveniente, regit.
Is nuper tenebris & caca nocte Papismi
Obrutus, errorum nube sepultus erat.
Ast ubi cœlestis jubar explicuere nitores
Dogmatis, & voces emicnêre sacræ:
Hunc quoq; justifici radiorum verbera Solis,
Strinxere & cultus edocnêre pios.
Quos ille arripiens animo felice, priori
Neglecto verum tramite carpsit iter.
„ *Scilicet eximia & laude est dignissima virtus,*
„ *Virtutem spreto ventris honore, sequi:*
Et fugere errores velis remiq; dolosos,
Nec dare carbaseis cœlica verba Notis.
Non perit, atroci nec fiet præda leoni,
Devia sylvarum siqua pererrat ovis:
Si modo, pastorum non aversata vocantem,
Gaudet aberrantes prompta referre pedes.
At si qua obtusa pastorem despicit aure,
Incidet in rapidos præda cupita lupos.
Est igitur multo Leonhardus nomine felix,
Pectore quòd Christum morigerante colit.
Nec, velut insanis mos est sine fine Papistis,
Restruit ætherias, mente rebellis, opes.
Quid loquar ut pietas socio candore nitescat?
Integra quàm nullus pectora fucus alat?
Omma majoris poscunt sibi carmina vena,
Et mea sunt tantis ora minora viris.
Carminis interea nostri redeamus in orbem,
Gaudeat ut tabla pinea moles humo.
Ergo sic patriæ facilis rectorq; paterque,
Cœnobiis statuit pulchra Lycæa suis:
Ut pubes imbi rerum foveatur egena,
Moribus & studiis instituenda piis.
Præpositiq; viros omni virtute beatos,
Consilio acres, & pietate graves.
Illorum evadent uti sedulitate, politi
Ingenio, vita lucrunisque pii.
At quia cum studio vitam explorare clientum
Convenit, & gnavis addere calcar equis.

Johannes Leonhardus Hoffleff, tempore, quo liber Interim Ecclesiam Evangelicam Wirtenbergicam turbavit, factus est Abbas.

Johannes Mœsler, 1559.

Jacobus Flayder, 1562.

Ulricus Helpp.

Jacobus Græther, 1572.

Zacharias Ezel, 1574. † 27. Oct. 1594.

Felix Caspar.

Matthæus Aulber.

Johannes Hummel.

Martinus Blanck, 1608.

Johannes Osiander.

Ludovicus Leipzig.

Henricus Dauber.

Josephus Schlotterbeck.

Johannes Conradus Zeller.

Simon-

Simon Elsesser.

Johann Ulricus Bauder, 1671.

Paulus Achatius Dasser, 1675.

Matthæus Aulber, 1680.

Johannes Conradus Creiling, 1688.

Julius Fridericus Malblanc, 1696.

Johannes Majer.

Georgius Conradus Brotbeck, piè obiit d. 30. Jun. 1714.

Wilhelmus Conradus Haselmajer.

Ut tenor impensi possit constare laboris,
Emeritumq; ornent pramia justa caput.
Propterea patriæ Princeps celsissimus ora
CHRISTOPHORUS, Suevi fama perennis agri:
Discentum studia & mores vitamq; peractam, Annuæ inspectiones studiorum in monasteriis.
Subjecit doctis inspicienda viris.
Sedulus ut capiat sudoris pramia multi,
Pramia non fucis attribuenda pigris.
Altius & scandant Cyrrhæo in monte cacumen,
Prima quibus cantè semita tacta fuit.
Ne mora curriculum studiis damnosa retardet,
Adferat aut acri tædia longa viro.
BRENTIUS hunc curæ peragit solerte laborem, Ioann. Brentius senior, summus & eminentissimus in Theologia, princeps cœnobiorum Superatt. dēs.
Officiiq; pium sustinet acer onus.
Religione Dei & longo venerabilis ævo
BRENTIUS, ætheria plurimus arte senex.
Ille trium phœnix linguarum, maximus ille
Vates, & antiquæ religionis apex.
Hic ubi Psalmographi sanctissima carmina Regis
Concinit, & Decadum nobile condit opus.
Blandaq; fessæ resonat modulamina plectro,
Ut sua cùm canus tempora finit olor.
Brentius hic cultumq; Dei Christumq; professus,
Hactenus æterno dogmate pavit oves.
Atq; cucullatæ mendacia diruta turbæ,
(Nil metuens Latii fulmina sæva Papæ)
Infelix lolium sacro confulsit ab agro,
Falsaque sollicita dogmata cavit ope.
Ne corruptelis verbum cœleste laboret,
Neve pium lædant schismata fœda gregem.
Namq; prius densa nimium caligine mersa,
Atq; operum crassa nube sepulta fides.
Hoc duce profulget, de sordibus erua priscis,
Auratumq; jacit luce nitente jubar.
Cætera præstereo doctis monumenta laboris,
Plena sacro cœli flamine, plena fide.
Quorum laus & honor per postera sæcla vigebit:
Donec erit libris ullus in orbe locus.
Huic etiam consors in eodem munere fidus, Iacobus Andreæ, Th. D., Brentii Collega.
ANDREÆ sociam strenuus addit opem:

Fortis & invictus ſancta pugil ille palæſtra,
Quem nullum ingenti mole fatigat onus.
Qui, quacunque poteſt, ſtudiorum promovet arte
Curriculum, & facilem præbet ubique manum.
Ut ſacra diſcentum procedant otia rectis
Paſſibus & cœptum nil remoretur opus.

Ex quibusdam Cœnobiis, ſive Scholis Monaſticis, primi Ordinis, olim quovis Semeſtri Baccalaurei fiebant, qui poſtea Tubingam in Illuſtre Stipendium ad proſequenda illic Studia, promovebantur.

Ex primis Tubiam quoquo ſemeſtre Lyceis,
Mittitur ad Clariam ſedula turba ſcholam:
Illic ut lauri primos decerpat honores,
Mox opera fructus percipiente ſuos.
Omnia gymnaſiis quia proponuntur in illis,
Quæ ſunt laurigero vitè ſcienda choro.
Græca ſonant, Romana ſonant, Dialectica mercem
Expedit, & mercem Rhetoris arca ſuas.
Addit & Aſtronomi circlos & centra libellus
Sphericus, & geminos monſtrat in axe polos.
Atq́; his formatos ſtudiis linguiſque clientes,
Ornatoſq́; pium fronde nitente caput:
Poſt recipit claro famoſa Tubinga Lyceo,
Et ſub Stipendi tecta beata locat.
Sed quia pars major non his eſt apta camenis,
Nec ſtudia hæc animo percipit alta rudi.
Integra nec quivis Latia fundamina lingua
Diſcere, mox ſumpto deficiente, poteſt:
(Usque adeò pulcris quondam conatibus obſtans
Pauperies, navum deprimit arcta caput)

Princeps Chriſtophorus, ut quorundam egeſtati conſuleret, Scholas Grammaticas inſtituit, in cæteris monaſteriis: ut illic ex optimis autoribus latinum ſermonem addiſcant.

Dux ideo noſtra pater & mitiſſimus ore,
Grammatica reliquas imbuit arte ſcholas.
Cœnobia Auſonios informans cætera linguis:
Ut Latios doceant ſolvere labra ſonis.
Quoque ſit effandi monſtrent concinna facultas,
Aptaq́; ſermonis forma paranda, modo.
Verba dat Arpinas, quo nil facundius unquam
Terra tulit, quo nil clarius illa feret.
Nunc os amicitiam, nunc tardam laude ſenectam
Evehit, & doctis exerit ora modis.
Tityrus ipſe ſuas per pinguia rura capellas
Paſcit, & Andino gramine Daphnis ovet.

His

His ſua conjungit cœleſtia pabula Chriſtus,
Lataque de ſacro paſcua fonte rigat.
Ergo age cœnobiis fundata in talibus antra
Muſarum digno carmine Muſa cane.
Ut tuus hinc toto cultus floreſcat in orbe,
Nominis & ſurgat fax quotacunque tui.
Debitus hinc Claris decor & præſtantia turba
Cedat & antiquus reſtituatur bonos.

NON addam hic reliquos noſtro ſub limite ludos,
Qui tenerum formant arte fideque gregem:
Teccia quos etiam non paucis ſumptibus auxit
Dextera, doctiſicis usque benigna ſcholis.
Non ludum WACKERE tuum memorabo frequentem, Ioannes Wacker Pædagogii Stutgardiani Rector.
Nec referam ludum CRAPNER amande tuum. M. Joannes Crapner Tubingenſis Ludimoderator.
Doctrina celebres, pietate fideque decori,
Et multa inſignes ſedulitate viri.
Omnia nam cepti brevitas conciſa libelli,
Dicere me numero divitiore vetat.
Vos modò cum reliquis diuturnos protegat annos
Chriſtus, & immenſa det bonitate frui.
Ut ſtudia & clara dextris ſucceſſibus artes,
Per longos vigeant, non ſine fruge, dies.
Spumea Calliope laxas quò flectis habenas?
Difficile eſt elegis dicere cuncta tuis.
Nam tot nominibus deſunt tibi verba canendis,
Aptior heroo res fuit illa pedi.
O mihi ſed quondam liceat conſurgere verſu
Majori, ut referam cum Duce geſta ſuo:
Chriſtophorique omnes ut dicam carmine laudes,
Sanctaque magnanimi Principis acta canam.
Tunc ego mille ſonos, quoque eſt celebratus Achilles,
Pectoris optabo numen Homere tui.
Tunc ego grandiloquum cupiam ſuperare Maronem,
Inclyta Trojani qui ducis arma refert.
Tunc ego divinas optabo ſumere vires,
Sive tuas Naſo, ſive Tibulle tuas.
Ut pia Chriſtophori ſacrati Principis acta
Eloquar, & multa laude per aſtra veham.

Quem

Quem ſi præteriti vidiſſet temporis ætas,
Seu tua Mæonide, ſeu tua culte Maro:
Exiguo ſermone foret memoratus Ulyſſes,
Eſſet & Æmonij gloria quanta viri?
Cederet Heroi pietas Æneia Suevo,
Tot neque Mecenas inclyeus eſſet agris.
Non etiam Phœbo vates ſua vota tuliſſent:
Sed pater Aonij jam foret ille chori.
Is quia cœleſtes nuper migravit ad auras,
Cumque ſuo Chriſto gaudia mille capit:
Tu jam qui ſuperes patria ſpes altera terræ,
Wirtenbergiaca fulta columna domus.
Inclyte Dux LUDOVICE, patris veſtigia divi
Stringe, tuosque illo tramite fiſte pedes.
Quodque facis, ſtudiis ad opem luctare ferendam,
Et patria ſanctas contueare ſcholas:
Unde tuus ſacris undet doctoribus orbis,
Turbaque ſubſidium ſentiat orba tuum.
Sic DEUS imperium, ſic ſalvos augeat annos,
Et patrias dextro numine ſervet opes.
Cujus & auſpicio magni cognominis heres,
Suſcipias patrii molliter orbis onus.
Cumque tua videas felicia ſecla parente,
Et cedant votis omnia dextra tuis.
Sic etiam longos vivat FRIDERICUS in annos,
Wirtenbergiace clara propago domus:
Inque patris ſolium ſceptro moderante locatus,
Pacata teneat frena paterna manu.
CHRISTE fac æternam pacem, pacisque miniſtros
Aſſere, ne ſanctos Mars populetur agros.
Et populo reditus pateant ad bella profecto,
Sedataque biceps Rhenus oberret aqua.
Nullaque Germanos delaſſent tela lacertos,
Nec bellatoris terga premantur equi.
Hinc tua religio, nullo non integra ſeclo,
Caſtaque ſyncero perſtet in orbe fides.
Hinc nos curriculo vitæ ſine labe peracto,
Ætheria tecum ſede fruamur, AMEN.

SYNO-

SYNODUS ECCLESIASTICA WIRTENBERGICA.

ITA NICOD. FRISCHLINUS Illuſtre Stipendium Theologicum & Monaſteria Wirtenbergica Maſculini Sexus (Manns-Clöſter) deſcripſit; Adjeci Orationi meæ, de Ducali Stipendio Theologico habitæ, hoc Carmen eximii hujus Poëtæ in gratiam Studioſorum Philologiæ, tùm in Gymnaſio Illuſtri Stuttgardiano, tùm in Cœnobiis inferioribus, tùm in Academiâ Tubingenſi, φιλολογυμένων, quibus dulce fortean, jucundum & proficuum erit, Hiſtoriam Patriæ Eccleſiaſticam in utroque Stylo Proſaico & Poëtico legere:

Nam Summâ Natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit & immemores non ſinit eſſe ſui.

De cætero quatuor ſunt inter Abbates Wirtenbergicos Generales Eccleſiarum Wirtenbergicarum Superintendentes, nempe Bebenhuſanus, Mulifontanus, Adelbergenſis atque Denckendorffenſis, qui ſupremam curam habent purioris Religionis & Diſciplinæ Eccleſiaſticæ. His quatuor Epiſcopis Wirtenbergicis referunt Speciales Superintendentes, quotannis Eccleſias & Scholas in oppidis & pagis viſitantes, quid in Eccleſiâ & politiâ, quid in Scholis obſervaverint? Ipſi etiam Generales Superattendentes Primarias Eccleſias Wirtenbergicas, in ſuo quisque diſtrictu, ſingulis annis inviſunt. Finitâ viſitatione & completâ Relatione Specialium Superintendentium, in literas redactâ & ſupremis Ephoris Eccleſiæ Wirtenbergicæ transmiſſâ, habetur Stuttgardiæ quotannis Synodus Eccleſiaſtica, cujus præſes eſt, Magnificus Ducalis Conſiſtorii Director, Aſſeſſores ſunt, præter Conſulriſſimum Fiſci Eccleſiaſtici Advocatum, laudati jam quatuor Generales Superattendentes, & Ducalis Conſiſtorii Synedri. Deliberatur in hoc venerando conſeſſu de conſervandâ in hiſce Terris Religione Chriſtianâ Evangelicâ, de tollendis hæreſibus & ſcandalis, de reſtaurandâ diſciplinâ Eccleſiaſticâ, de ſuſtentandis pauperibus &c. Fiunt deinde concluſa & decreta Synodalia, tùm Generalia, tùm ſpecialia; generalia plerunque typis mandantur; Specialia ſcribuntur & Decanis, ſive Specialibus Superattentibus, ad exequendum transmittuntur. *Generalis Superintendens Bebenhuſanus* ſequentibus novem Diœceſibus præeſt, Tubingenſi, Bebenhuſanæ, Herrenbergenſi, Freudenſtadienſi, Wildbergenſi, Sulzenſi, Hornbergenſi, Duttlingenſi & Bahlingenſi. *Decanatus Tubingenſis* haſce habet parochias: Waltdorff, Möſſingen, Gönningen, Nehren, Oeſchingen, Thalheim, Podelshauſen, Weil ad Nicrum, Schlaitdorff, Möringen, Cuſterdingen, Derendingen, Duſslingen, Offerdingen, Rommelsbach, Degerſchlachr,

ſchlacht, Sickenhauſen, Entringen, Braitenholz, Kirchen tellisfurth, Gommeringen, Pfeffingen. Ad *Decanatum Bebenhuſanum* pertinent hæ parochiæ, Weil in Sylva fagorum, Altdorff, Jeſingen, Offterdingen, Hagenloch, Reiſten, Poltringen, Luſtnau, Pfraundorff. *Diœceſi Herrenbergenſi* accenſentur ſequentes parochiæ: Thailfingen, Remmingsheim, Gültſtein, Unter Oeſchelbronn, Cuppingen, Wolfenhauſen, Nuſfringen, Hildrizhauſen, Gertringen, Mezingen in campeſtribus (vulgò im Gött.) *Freudenſtadienſis Diœceſis* haſce ſibi vindicat parochias: Dornſtetten, Gründel, Glatten, Bayersbronn, Pfalzgravenwiler, Beſenfeld, Tumlingen, Neueck, Cœnobium Reuchenbacenſe, Schwarzenberg. *Decanatui Wildbergenſi* annumerantur ſequentes Eccleſiæ: Bulach, oppidulum & pagus, Sulz pagus, Gültlingen, Eb & Wölhauſen, Oberietingen, Nagold, Oberſchrondorff, Haiterbach, Bohndorff, Hochdorff, Warth, Altenſtaig, oppidulum & pagus. *Sulzenſis Diœceſis* complectitur haſce parochias: Cœnobium Alpirſpacenſe, Rothenberg, Wittendorff, Lombach, Oberflingen, Hopfen, Rheinhartsau, Schemberg, Peterzell, Wittershauſen, Dornhaan, Firnſal, MarſchalckenZimmern, Fluorn, Mühlen ad Malbacum. *Bahlingenſi Diœceſi* inſertæ ſunt hæ parochiæ: Bahlingen, Roſenfeld, Bickelſperg, Vöringen, Bergfelden, Leidringen, Dabingen, Trichtingen, Ayſtaig, Flözlingen, Frommern, Dürnwangen, Pfeffingen, Theilfingen, Inſtermettingen, Trochtelfingen, Winterlingen, Möſtetten, Oſtdorff, Thieringen, Erzingen, Engſtlatt, Endingen, Ebingen, oppidulum.

Duttlingenſi Diœceſi adſcribuntur ſequentes parochiæ: Duttlingen, Troſſingen, Aldingen, Tonningen, Oeffingen, Thalheim, Neuhauſen auff Eck / Schwenningen, Hauſen ob Frihna, Hohentwiel, celebertima Acropolis. *Hornbergenſem Decanatum* circumjacent Eccleſiæ ei innexæ, Schiltach, Kirnbach, Guttach, Tennenbronn, Weyler Cœnobium ad S. Georgium, Mönchweiler.

Generalis Superattendentis Maulbronnenſis Diœceſes. Diœceſis Stuttgardiana.

Generalis Superintendens Maulbronnenſis decem Diœceſium curam habet: Nimirum Stuttgardianæ, Leomontanæ, Gröningenſis, Bieticanæ, Vayhingenſis, Maulbronnenſis, Knietlingenſis, Böblingenſis, Calvenſis & Thermarum Ferinarum. Mater *Stuttgardiæ* haſce habet filias Eccleſias, Metropoli huic vicinas: Echterdingen, Plattenhardt, Bonlanden, Sielmingen, Bernhauſen, Plieningen, Kemnath, Nellingen, Scharnhauſen, Denckendorff, pagum Plochingen, Ober Eſslingen, Ruith, Heumaden, Feurbach, Gaisburg, Bottnang, Steinenbronn, Degerloch, Waltenbuch, Muſberg.

Decanatus Leomontanus.

Ad Decanatum Leomontanum referuntur, Leonberg, Münchlingen, Gebersheim, Ruttmarsheim, Görlingen, Weyl dem dorff, Warmbronn, Oeltingen, Heimerdingen, Dizingen, Hirſchlanden, Höfingen, Mänsheim, Heimsheim, Friolzheim, Hemmingen, Renningen, Scheckingen.

Diœceſis Gröningenſis

Gröningenſi Diœceſi adnumerantur, Gröningen, Thamm, Egolsheim, Osweil, Moglingen, Münchingen, Schwieberdingen, Biſſingen,

Pflug-

Pflugfelden, Aſperg, Stammheim, Neccar-Beyhingen, Heitingsheim, Unter-Riexingen.

Decanatus Bieticanus.

Decanatui Bieticano inſertæ ſunt parochiæ: Bietigheim, Major Ingersheim, Minor Ingersheim, Löchgau, Major Sachſenheim, Minor Sachſenheim, Metter-Zimmern, Beſſigheim, Wahlheim, Heſſigheim, Mundelsheim.

Diœceſis Vayhingenſis.

Ad Decanatum Vayhingenſem ſpectant: Vayhingen, Hohen-Haſslach, Ober-Riexingen, Enzweyhingen, Rieth, Sersheim, Horrheim, Enſingen, Aurich, Nusdorff, Eberdingen, Minor Gartach,

Maulbronnenſis Decanatus.

Roswagen, Major Glattbach, Iptingen, Weiſſach, Wimbſen, Dürmünz, Mühlacker, Lommersheim, Oeſchelbronn, Wurmberg, Flacht, Illingen, Wiernsheim.

Diœceſis Knittlingenſis.

Gendelbach, Schüzingen, Zaiſers-Weyer, Dieffenbach, Freudenſtein, Oettisheim, Lientzingen, Oelbronn, Derdingen, Oberacker, Gölzhauſen, Nuſsbaum, Gochzheim, Waldangeloch, Zaiſenhauſen, Inferior ôwisheim, Luſsheim.

Decanatus Böblingenſis.

Böblingen, Synadelphinga, Schönaich, Holzgerlingen, Ehningen, Aitlingen, Oſtelsheim, Dagersheim, Malmsheim, Magſtatt, Maichingen, Döffingen, Schaffhauſen, Deuffringen, Mauren,

Diœceſis Calvenſis.

Calva, Dachtel, Zavelſtein, Deckenpfronn, Möttlingen, Brattenberg, Zwerrenberg, Neuweiler, Stammen, Altburg, Liebenzell, Reichenbach, Schembach, Mercklingen, Hauſen, Simmersheim, Gechingen, Hengſtett.

Decanatus Thermarum Ferinarum.

Thermæ ferinæ, oppidulum. Neuenbürg, Birckenfeld, Feldrennach, Ottenhauſen, Grâvenhauſen, Langenbrand, Grünenwetterſpach, Tobel, Loffenau, Alba Dominorum, Cœnobium.

Generalis Superattendentis Adelbergenſis Diœceſes.

Cantſtadium ad Nicrum, Waiblinga, Schorndorffium, Marpacum, Baknanga, Brackenhemium, Lauffa, Neoſtadium.

Decanatus Cantſtadienſis.

Cantſtadium, Rommelshauſen, Superior Türckheim, Uhlbach, Rohracker, Hedelfingen, Wangen, Zuffenhauſen, Inferior Türckheim, Kornweſtheim, Felbach, Münſter.

Diœceſis Waiblingenſis.

Waiblinga, Korb, Neuenſtatt, Hohenacker, Hegnach, Neccar-Gröningen, Beinſtein, Neccar Rembs, Bittenfeld, Schmiden, Winida, Oppelsbohm, Buch, Schwaickheim.

Digitized by Google

Decanatus Schorndorffenſis.

Schorndorffium, Winterbach, Geradſtetten, Grünbach, Major Heppach, Beutelſpach, Schnaith, Enderſpach, Strimpfelbach, Pliderhauſen, Aurbach, Haubersbronn, Schornbach, Rudersperg, Hohengehren, Hegenlau, Baldmansweiler, Aich'chieſſ, Aichelberg, Steinenberg, Cœnobium Laureacenſe, Teffenroth, Frickenhofen, KirchenKirnberg, Welzheim.

Diœceſis Marpacenſis.

Marpacum, Burgſtell, Erbſtetten, Weyler ad Lapidem, Benningen, Riehlingshauſen, Murr, Poppenweiler, Pleidelsheim, Kirchberg, Erdmannhauſen, Hoheneck, Neccar Weyhingen, Affalterbach, Riethenau, Spiegelberg, Steinheim, Höpffigheim, Major Bottwarium, Minor Aſpach, Winzelhauſen, Beilſtein, Owenſtein, Gronau, Obriſtenfeld, Heinrieth, Gruppenbach.

Decanatus Brackenheimenſis.

Brackenheim, Kleebronn, Dürrenzimmern, Hauſen, Habernſchlacht, Bottenheim, Kirchheim ad Nicrum, Maimſen, Northeim, Major Gartach, Minor Gartach, Stetten unter dem Heuchelberg/ Niderhofen, Hofen, Hohenſtein.

Diœceſis Lauffenſis.

Lauffen, Ilsfeld, Gemmerigheim, Güglingen, Leonbronn, Weyler, Pfaffenhofen, Ochſenbach, Hafner Haslach, Kirnbach, FrauenZimmern, Ottmarsheim, Kaltenweſtheim.

Decanatus Neoſtadienſis.

Neoſtadium, Gochsheim, Kocher-Steinfeld, Brettach, Cläver-Sulzbach, Möckmühl, Roigheim, Siglingen, Lampolzhauſen, Cœnobium Lichtenſtern, Waldbach, Ober-Eiſesheim, Löwenſtein, Widern.

Diœceſis Weinſpergenſis.

Weinſperg, Sulzbach, Willspach, Eberſtatt, Wüſtenroth, Schwabbach, Birfeld, Horckheim, Unter-Eiſesheim.

Generalis Superattendentis Denckendorffenſis Diœceſes.

Göppinga, Kirchhemium, Nürtinga, Niffa, Heydenhemium, Uracum, Pfullinga, Blabyra.

Decanatus Göppingenſis.

Göppingen, Hohenſtauffen, Schlatt, Haiuingen, Boll, Betzgenrieth, Gruibingen, Ganslofen, Hattenhofen, Schlierbach, Reichenbach, Eberſpach, Hochdorff, Albershauſen, Uihingen, Faurndau, Wangen, Holzen, Lothenberg, Hundsholtz/ Oberwälden/ Zell, Allbach.

Diœceſis Kircho-Teccenſis.

Kirchheim, Owen, Oberlenningen, Unterlenningen, Guthenberg, Schopffloch, Dettin-

Dettingen Schloſsberg, Weilheim, Biſſingen, Nabern, Zell unter Eichelberg / Roswälden, Neidlingen, Ohmden, Holzmaden, Wendlingen, Jeſingen.

Decanatus Nürtingenſis.

Nirtingen, Grezingen, Neccarhauſen, Neccarthailfingen, Wolfſchlugen, Denzlingen, Unter Enſingen, Ober-Beyhingen, Aich, Neuenhaus.

Diœceſis Niffenſis.

Neuffen, Gramenſtetten, Linſenhofen, Groß Bettlingen / Beuren, Grafenberg, Kohlberg, Frickenhauſen, Erckenbrechtsweyler.

Decanatus Heydenheimenſis.

Heydenheim, Mergelſtetten, Bolheim, Dettingen, Hauſen in dem Lohnthal / Heldenfingen, Gerſtetten, Guſſenſtatt, Sehnſtätten, Schnaitheim, Natten, Fleinheim, Hohenmemmingen, Hermaringen, Ober Bäbingen, Ober Kochen, Steinheim, Heubach, Sontheim, Degenfeld, Cœnobium Königsbronn / Cœnobium Anhauſen, Præpoſitura Herbrechtingen, Weiltingen, Veitsweiler, Brenz.

Decanatus Uracenſis.

Uracum, Hengen, Wittlingen, Gruorn, Gomadingen, Steingebronn, Bernloch, Kohlſtetten, Gechingen, Upfingen, Wirtingen, Ohnaſtetten, Böringen, Dohnſtetten, Zainingen, Feldſtetten, Sontheim, Leichingen, Mitzelſtatt, Bempflingen, Mözingen, Neuhauſen, Dettingen, Seeburg, Oedenwaldſtetten.

Diœceſis Pfullingenſis.

Pfullingen, Ehningen, Genckingen, Honau, Pliezhauſen, Sondelfingen, Megerkingen, Holzelfingen, Erpfingen, Unter-Hauſen / Hauſen an der Lauchart / Willmadingen.

Decanatus Blabyrenſis.

Blabyra, Pappelau, Rothenacker, Aſch, Machtolsheim, Berghühlen, Seyſen, Suppingen, Wippingen, Pflumern, Münſingen, oppidum, Böttingen, Mehrſtetten, Mundingen, Tapffen, Hunderfingen, Apffelſtetten, Enabeuren, Weylersteuslingen.

Hic eſt Generalium Superintendentium Eccleſiæ Wirtenbergicæ quaternio, ſapientiſſimè & laudatiſſime (judice A. Oſiandro) in Eccleſiâ & Politiâ conſtitutus. His ſupremis Inſpectoribus Stonis Wirtenbergicæ incumbit, ut Relationes viſitationum à Decanis acceptas legant & examinent, neceſſaria ex illis Capita extrahant, univerſæ Synodo proponant, & quid factu opus ſit? cum cæteris Patribus decernant. Hæc dignitas Generalis Superattendentis olim nulli certo loco fuit affixa. Habuit enim Nirtinga quondam Generales Eccleſiæ Wirtenbergicæ Inſpectores, Theodoricum Schnepfium & Binderum, Seniorem, Vaihinga Johannem Magirum, Tubinga memoratum Schnepfium, & ante illum Johannem Iſenmannum, Derendinga Hainlinum. vid. Fiſchlini Supplem. Ad Memoriam Theologorum Wirtenb. p. 64.

DE DUCALI CONSISTORIO WIRTENBERGICO.

NUma, imò Salomon Wirtenbergicus, laudatiſſimus Dux Chriſtophorus, Anno 1551. Ducale Conſiſtorium formavit; conſtans regulariter ſeptem perſonis, Præpoſito Directore, Antiſtite Eccleſiæ Collegiatæ Stuttgardianæ, duobus Eccleſiaſtis Aulicis, Advocato Fiſci Eccleſiaſtici, & Secretario. Præſides ſive Directores Sacri hujus Synedrii, inde à tempore Reformationis fuere ex Politicorum Ordine ſequentes: Sebaſtianus Hornmoldus, Schlezius, Hippolytus Rœſchius, Johannes Enslinus, Johannes Reinhardus, Balthaſar Eiſengreinius, Jo. Georgius Hüngerlinus, Ulricus Brollius, Samuel Hornmoldus, Nicolaus Myler ab Ehrenbach, Jo. Ulr. Rümelinus, Wolffgangus Adamus Lauterbachius, Andreas Bardili, Jo. Georgius à Kulpis, Jacobus Fridericus à Rühle. Hodie *Sp*lendidiſſimo hoc Munere magnâ cum prudentiâ defungitur, VIR Magnificus & Reverendiſſimus Dominus Johannes Oſiander, Sacræ Regiæ Maj Sueciæ & Polonicæ Conſiliarius Eccleſiaſticus, Sereniſſimi noſtri Ducis Conſiliarius Intimus, Abbas Hirſaugienſis, Statuum Provincialium in Selectiori Senatu Aſſeſſor, & Academiæ Tubingenſis Viſitator, undique Graviſſimus, Meritiſſimus. Ejusdem Ducalis Conſiſtorii ASSESSORES ſunt: VIRI Munerum Dignitate & Meritorum Amplitudine Splendidiſſimi, Johannes Philippus Dattius, JCtus, Sereniſſimi Wirtenbergiæ Ducis Conſiliarius in Senatu Juſtitiæ, nec non Senatus Fiſcique Eccleſiaſtici Advocatus. Chriſtophorus Zellerus, Monaſterii Laureacenſis Abbas, & Statuum Provincialium Aſſeſſor. Andreas Adamus Hochſtetterus, SS. Theol. D. & Profeſſor in Academia Tubingenſi Ordinarius, & Monaſterii San-Georgiani Abbas. Wilhelmus Eberhardus Faber, Eccleſiæ Collegiatæ Stuttgardianæ Antiſtes, & Monaſterii Albæ Dominorum Præſul. Samuel Ulspergerus, Eccleſiaſtes Aulicus. Secretarii Munere per complures annos ſingulari cum dexteritate defungitur venerandus Senex, Antonius Rôſslerus, Sereniſſimi Wirtenbergiæ Ducis Conſiliarius Expeditionum in Senatu Eccleſiaſtico. Laudati Conſiſtorial.s ſingulis Septimanis bis in Curia ſolennes deliberationes inſtituunt, circa vocationem, examinationem & confirmationem Miniſtrorum Eccleſiæ atque Scholarum occupati. Libros etiam, inprimis Theologicos, in patria edendos, cenſent, pauperibus, præcipuè Miniſtrorum Eccleſiæ & Scholarum viduabus, paternè proſpiciunt. Ab exteris Eccleſiis Evangelicis frequenter in Conſilium vocati, ſapienter reſpondent. Scholas Monaſticas & Illuſtre Gymnaſium, quod eſt Stuttgardiæ, viſitant. Lites Matrimoniales cum Conſiliariis Juſtitiæ dirimunt. Veteranos Theologiæ Studioſos, Principis Alumnos & Selectos in Monaſteria promovendos pueros ex Scholis Trivialibus Stuttgardiam ad Examen vocant, & in illorum profectus quotannis inquirunt, idque inprimis agunt, ut pura Doctrina Evangelica & ſtrictior diſciplina in hiſce terris vel conſervetur, vel labefactata reſtauretur.

DE

DE SENATU ECCLESIASTICO WIRTENBERGICO.

PRæter Conſiſtorium Ducale Eccleſiis & Scholis Wittenbergicis, Monaſteriis inprimis, ſapienter proſpicit Senatus Eccleſiaſticus, cui cura Oeconomica & legitima adminiſtratio Bonorum Eccleſiaſticorum demandata eſt. Venerabile hoc Collegium etiam habet ſuum Directorem, ſive Præſidem, ſuos Conſiliarios atque Secretarios. Præſidis & Directoris officio hodie magnâ cum laude defungitur VIR Illuſtris & Excellentiſſimus Johannes Rudolphus Seubertus, Sereniſſimi Wittenbergiæ Ducis Conſiliarius Status Intimus. Fiſci Eccleſiaſtici Advocatus eſt ſæpe jam celebratus Johannes Philippus Dattius. Conſiliarii, ut vocant, Expeditionum Ordinarii ſunt, Henricus Scheinemannus, Johannes Reinhardtus Ortius, Johannes Chriſtianus Frommannus, obſes quondam & pro patria per quatuor annos captivus, de tota Wittenbergia meritiſſimus. Johannes Gollius, Thomas Heſenthalerus. Johannes Philippus Bardili. Wolffgangus Adamus Jægerus. Johannes Fridericus Diez. Johannes Caſparus Strampfer. Wilhelmus Chriſtianus Faber. Johannes Chriſtophorus Schaidlinus. Extraordinarii Conſiliarii Expeditionum ſunt Johannes Georgius Ungerbühl. Johannes Daniel Günthner. Conſiliarii Eccleſiaſtici inferioris ordinis, quos Calculatores vocant, (Rechen-Bancks-Räth) ſunt ſequentes. Johannes Jacobus Hellerus. Georgius Chriſtophorus Conz. Johannes Albertus Glöckler. Johannes Conradus Rösler. Johannes Petrus Molitor. Johannes Theodorus Zubrodt. Georgius Chriſtophorus Friſch. Johannes Albertus Vayh. Henricus Adamus Lauterbach. Secretarii ſunt Iohannes Daniel Günthner. Martinus Sheinemann. Henricus Scherff. Wolffgangus Henricus Wölfing. Andreas Caroli. Johannes Fridericus Rösler, Georgius Fridericus Firnhaber. Johannes Andreas Hauff.

In hoc Senatu Eccleſiaſtico graviſſima etiam negotia tractantur. Sedet hæc cura viris ſupra laudatis Nobiliſſimis in corde, ut Bona Eccleſiaſtica vi Sanctiſſimorum Teſtamentorum, Chriſtophori & Eberhardi III. Ducum Wirtenbergiæ, Glorioſiſſimæ memoriæ, integra conſervent, pauperibus benefaciant, Templa collapſa reſtaurent, Miniſtris Eccleſiæ & Scholarum Salaria diſpenſent, meliora ſtudia ſuppeditatis munificentiâ Ducali ſumptibus promoveant, & officia Monaſtica Oeconomica per univerſam Patriam viris ſpectatæ fidei & maturioris judicii committant. Iidem Præfectos Monaſticos, Quæſtoresque & Curatores Clauſtrales quotannis Stuttgardiam vocant, & ut villicationis ſuæ rationem reddant accuratam, ſeverè monent, idque potiſſimum agunt, ut damna quantum poſſunt avertant. Singulari hoc Collegium Eccleſiaſticum, & evidentiſſima benedictione divinâ inter tot clades patriæ per complures jam annos fruitur, & fruetur porrò, ſi pergent pauperibus benefacere, ſi pergent ſuum cuique tribuere. Nempe preces & ſuſpiria piorum Eccleſiæ Scholarumque Miniſtrorum, vota & gemitus rectius ſentientium Alumnorum, probarumque viduarum & Chriſtianorum pauperum, quam pauci etiam-

ſint,

Digitized by Google

sint, in cœlum surgunt, imò cœlum aperiunt, ut depluat in hoc corpus Ecclesiasticum omnis generis benedictio, impleanturque promissa divina Evergetis data; qui largiter beneficia seminant, largissime metent.

De Cœnobiis Virginum Monialium Ducatus Wirtenbergici, vulgò Frauen-Clöstern. & quidem primo de Cœnobio Pfullingensi.

MOnasterium Sanctæ Cæciliæ in Pfullingen, Ordinis pauperum, S. Damiani & S. Clarę de Assisio, A. 1250. Duæ Dominæ Pfullingenses, Mechtildis & Irmula, cognomento Rempinæ, fundaverunt. In Monasterii hujus Circuitu, vel peristylio, leguntur hæc verba. Anno Domini 1250. an S. Martins-Tag ist diß Gotts-Hauß zu Pfullingen gestifft und angefangen worden von den Edlen und Geistlichen Frauen/ Frau Mechtild und Frau Irmel/ der Rempen Geschlecht von Pfullingen/ welchen GOtt gnädig seyn wolle/ Amen. Hoc Cœnobium olim pertinuit ad Diœcesin Constantiensem. vid. Crusius in Paralipom. c. 24. part. 3. lib. 1. cap. 6.

Monasterium Steinheimense.

Cœnobium in Steinheimb/ diœcesis quondam Spirensis, fundatum est A. 1155. à Bertholdo, Libero de Blankenstein/ & Elisabetha ejus uxore in honorem S. Deiparæ Mariæ. Crusius part. 3. lib. 5. cap. 13. fol. 295.

Cœnobium Stellæ Lucidæ, vulgò Lichten-Stern.

Monasterium hoc Ordinis Cistercienſis, Diœceseos quondam Herbipolensis, fundatum est Anno 1242. à Dominâ Luitgardi, nata Comitissâ de Limpurg, Engelhardi, Domini de Weinsberg (der Rath genandt) uxore, & à Domina Burghindi, Abbatissa in Himmelthal, Luitgardis Sorore.

Monasterium in Weyler prope Esslingam.

Cœnobium hoc ordinis S. Dominici, Diœcesi olim Constantiensi erat addictum, de ejus fundatione nihil aliud nisi in antiqua quadam Scriptura Germanica reperitur: Weyller vor Eßlingen ist von Rittermessigen Frumen Lütten gestifft/ sind Wallen gweßt von Demüetigkeit wegen/ jere Namen nicht nennen wellen.

Cœnobium Mariæ Reuthin, prope oppidum Wildberg.

Monasterium hoc Ordinis Prædicatorum, Diœcesis quondam Constantiensis, conditum

dictum est circa A. C. 1318. à Comite Burckardo de Hohenberg, & uxore Rutgarde Palatinissa. Crusius in Annal p. 3. lib. 4. c. 4. Sed in Paralip. c. 13. A. 1309. fundatum esse scribit.

Monasterium Gratiæ Cellæ, Gnaden-Zell, sive Offenhausen.

Cœnobium hoc Ordinis quondam Prædicatorum & Diœcesi Constantiensi addictum Anno 1262. fundatum est à Berchtoldo & Eberhardo, Comitibus de Lupffen.

Cœnobium Kircho-Teccense.

Ordinis Dominicani, Diœc. Constantiensis, fundatum est A. 1249. à Ludovico, Duce Teccensi.

Monasterium Reichentshofense.

Ordinis Cistercienss, Diœcesi. Spirensis, A. 1245. ab Alberto de Lommersheim & A. 1302. à Conrado, Comite de Vaihingen fundatum legitur.

Cœnobium Frauen-Zimmern.

Hermannus, Episcopus Herbipolensis, Monasterium hoc in Zabergoja haud procul ab Oppido Giglingen situm, Ordinis quondam Cistercienss & Diœcesi. Spirensis, aliàs vallis S. Mariæ, Marienthal dictum, fundavit A. 1238.

Fuere adhuc alia Monasteria in Wirtenbergia, & paucæ inter nos civitates, pauci pagi sunt, ubi non fuerint sexus utriusque Cœnobia.

Brevis Recensio restaurati Cœnobii Denckendorffensis, loco Monasterii Hirsaugiensis, A. 1692. á Gallis devastati, in Scholam Monasticam A. 1713. conversi.

Varia fata Cœnobii Denckendorffensis.

ANtiquissimum est, quod Divina Providentia, atque summa Sereniss. Principis nostri Munificentia atque clementia restauravit Monasterium Denckendorfense. Postquam enim vota pro salute animæ suæ & parentum jam antea de struenda hac ædeSacra, more illius temporis, fecisset VirNobilis & Ingenuus Berchtoldus ab Erlighaimb, tandem A. post Christi nativitatem 1124. illud exstruxit, atque Patriarchæ Sancti sepulchri Dominici Hierosolymitani donavit, repetitaque ista donatione A. 1130. & 1142. sua quoque bona legavit. Varia mox vario tempore transmissa diplomata

Digitized by Google

plomata Pontificum, Imperatorum, & aliorum bonorum accessiones mirum in modum res novi Monasterii adauxerunt. Varia verò ejusdem fuerunt privilegia, ut Canonicos ad Regulam S. Augustini caperet, idque, more Pontificio, haberet honoris & sanctitatis, ut itinera ad hunc locum, exstructumque sepulchrum Dominicum fierent, atque illi eadem pietatis & sanctitatis præmia referrent, quæ qui iter ad ipsum sepulchrum Dominicum Hierosolymitanum feciſſent, accepturi fuiſſent. Quæ fortunæ ſtatusque ſemper fuerit varietas, diuturnitas temporis, & varia rerum omnium mutatio, facile loquuntur. Ex quo enim per ſeptingentos, ſi octo excipias, annos duravit, cum ipſa religionis ſalubertima contigit Reformatio, tum varia fuerunt in Imperio Romano bella, præliaque, quorum multa prope ad hoc Monaſterium facta ſunt. Duce enim Ulrico A. 1534. ſanctioribus ſacris inſtrui cœpit, quamquam A. 1548. redirent Monachi. A. 1553. Duce Chriſtophoro eo felicitas Monaſterii aucta fuit, ut Schola quoque etigeretur Monaſtica expulſis Monachis, ſub fide Præpoſiti Bartholomæi Kæſii, vel Caſei, qui ſumptibus Monaſterii Alumnos, tum qui in hoc loco verſarentur, tum qui Tubingam promoti eſſent, aluit. Mox verò A. 1584. & ſeqq. annis mutatio & Scholæ & Oeconomiæ inſecuta eſt, ut poſtea Monaſteria Bebenhuſanum & Maulbronnenſe, itemque Adelbergenſe & Blabyrenſe Scholis & literis florerent. Anno 1629. proh dolor! iterum fuerat ereptum, donec pace Weſtphalicâ perpetua in clientela atque Regimine Ducum permaneret Wirtenbergicorum. Magna igitur fuit clementia Sereniſſimi Principis, ut inter media belli pericula hoc reſtaurati juberet Monaſterium, atque in eo novum erigeret Gymnaſium Monaſticum, poſtquam inde ab A. 1584. meliores in eo doceri ceſſaſſent literæ. Felicem dico Annum 1713. quo initiatio Novi hujus Gymnaſii Monaſtici facta eſt. Poſtquam enim die 21. Novembris Alumni in Monaſterium recepti fuiſſent, atque examine publico eorum Ingenia ſtudiaque explorata eſſent, ac Concionum Sacrarum à Plurimum Rever. Dn. Præceptore Ducali M. *Zellero*, Dominica I. Adventus Chriſti factum initium eſſet, hæc tandem ſucceſſit publica initiatio. Die ſcilicet ſeptimo Decembris Magnificus Digniſſimusque Præpoſitus, Dominus *Johannes Fridericus Hochſtetterus*, S. Th. Doctor, Sereniſſimi Principis Conſiliarius, Generalis Superintendens & Monaſterii hujus Præpoſitus Graviſſimus, Orationem in Collegio habuit de Uſu & Abuſu Monaſteriorum, felicique hujus Monaſterii reſtauratione: Simul ut Leges ſtatutaque prælegerentur Monaſtica, omnesque fidem ſtipulatione darent, atque ſinguli pro deprehenſa profectuum varietate loca occuparent, juſſit. Altero die, octavo Decembr. Verba publice fecit horis antemeridianis in Auditorio præſentibus quibusdam Hoſpitibus M. *Andreas Chriſtophorus Zeller*, Mulifontanus, Collegii Præceptor Ducalis & Eccleſiaſtes templi de his, quæ res novi Monaſtici Gymnaſii amplificare poſſint: Quid partim in Docentibus, partim in Diſcentibus eſſet quærendum. Nimirum Docentium eſſe debere eruditionem, pietatem & varie docendi peritiam; eorundem arctiſſimam amicitiam & conſiliorum actionumque communionem & conſociationem; porro curatam Ingeniorum variæque diſcipulorum indolis cognitionem; Patientiam inſignem; Hiſtoriæ literariæ & optimorum librorum notitiam; Diſcentium vero capitales virtutes

Solennis Inauguratio Cœnobii Denckendorffenſis, A. 1713. in Scholam Monaſticam iterum conſerſi.

Digitized by Google

tutes esse sinceram castamque pietatem morumque integritatem, vitiorumque omnium maximum odium; literarum amorem & veritatis; Optimum omnium actionum finem; Diligentiam summam; propriam rerum indaginem; prudentem doctrinæ ad vitæ usum adplicationem &c. Ejusdem diei horis postmeridianis munus suum Oratione quoque exordiebatur, VIR Plur. Rever. Dn. M. *Joh. Albertus Bengel*, Wennendensis, Collegii Præceptor Ducalis & Ecclesiastes Templi, quam de certissima ad veram eruditionem perveniendi ratione per Studium PIETATIS habuit. In qua elegantissima illa Antistenis apud Laertium verba, quæ Adolescenti Pontico, qui quid sibi opus esset, si scilli in disciplinam dare vellet, interrogavit, explicuit: δεῖ βιβλιαρίου καινοῦ, καὶ γεωφύρας καινοῦ, καὶ πινακίδος καινοῦ σεσὺ τὸν νοῦν ἐκφαίνειν: Opus scilicet esse libro novo, & stilo novo, novaque tabella, animum significans, atque vocem καινοῦ apte in duas partes secans. Quibus peractis labores publici sua ceperunt initia & Lectiones institutæ sunt publicæ.

ORATIO
DIGNISSIMI DOMINI
PRÆPOSITI DENCKENDORFFENSIS
D. HOCHSTETTERI.
VIRI
Per quam Reverendi & Clarissimi,
Domini Collegæ Æstimatissimi,
Tuque Corona Studiosorum Ducalium Alumnorum florentissima, suavissima!

Monasteriorum Origo:

MOnasteriorum usum admodum antiquum esse, prisca historicorum monumenta abundè testantur. Cellæ primum ea vocabantur, in quibus monachi docebant, posteà etiam Cœnobia, claustra itidem quandoquidem muris claudebantur. Persecutionibus illa originem debere, nemo facile ibit inficias. Grassantibus enim iis sub Decio, Valeriano, Diocletiano, eorumque sociis, in Ægypti Syriæque solitudines multi Christianorum secesserunt, quorum non pauci, remittente etiam Tyrannorum furore, tranquillæ vitæ assueti ad mortem usque in istiusmodi eremis hæserunt. Institutum hoc primum ex necessitate natum mox alii imitati sunt, seu Zelo pietatis, mundive tædio, seu Ecclesiarum etiam dissidiis & Episcoporum factionibus, vel denique otii amore eò permoti. Dicti fuère horum Monasteriorum incolæ Monachi, à secessu autem anachoretæ, & ab exercitationibus ascetæ, degebant in cellulis valdè angu-

Digitized by Google

ſtis & ab invicem longè diſtantibus, operabantur ibi incluſi, manuum labore victum comparabant & quicquid a labore ſupererat, in egenos erogabant, cultui quoque horrorum vel maxime vacabant. Officinas etiam pietatis, vigiliarum, jejunii, litterarum inſuper & morum Monaſteria primum fuiſſe, nemo ignorat, hinc bene exercitato ex iis licebat exire ad matrimonium, ad rem publicam ad Eccleſiam. Imò ab eo tempore, quo publicæ Scholæ per Hunnos & Vandalos diſſipatæ non modò, ſed penitus etiam ſublatæ fuêre, bonæ literæ migrabant, inque iis, durante deinceps barbariei diluvio, una cum Doctoribus ſedem fixêre, ut adeò non artium modo divinarum & humanarum conſervatio, ſed plurimarum etiam per Europam provinciarum converſio Monaſteriis eorumque Rectoribus ac Præpoſitis, Rabano ſcilicet, Bedæ, Bonifacio aliisque non immerito ſit adſcribenda. Æternum ſuo ævo etiam encomium hâc in parte adeptus eſt Carolus Magnus, Imperator Germanorum laudatiſſimus; prout enim univerſam ferè Europam Epiſcopatibus & Academiis implevit, ita de Monaſteriis & Collegiis ille quoque proſpexit non alium in finem, quàm ut Eccleſiarum eſſent ſeminaria, ibique ingenuorum parentum filii literas elegantiores, inprimis verò Scripturam Sacram, docerentur, hinc factum ut ſicut Baſilii & Auguſtini ævo Aſia & Africa, ita Caroli Magni tempore Europa hujusmodi Muſarum domiciliis & omnigenarum virtutum Gymnaſiis referta fuerit. Id verò quàm maximè dolendum, quod ſubſecutis temporibus, cum amplis reditibus Monaſteria donata fuêre, laborem ea ac ſtudia unà cum pietate excuſſerint, eorque otium ac luxuriam quicquid veræ fidei conſervandæ dicatum erat, ignavi Monachi turpiter abſumſerint. Acceſſerat tunc temporis etiam iſtud, quod ſincera Theologia enormiter corrumpi & cum Philoſophia Gentili adeò miſceri cœperit, ut non ſolum in explicando Ariſtotele omnia Monaſteria deſudarint, ſed & textus ex eo loco ac vice dictorum ſacræ ſcripturæ in habendis ad populum concionibus explicarint, hinc ortum traxerunt nomina iſta infauſta Magiſtrorum ſententiarum unà cum Occamiſtis, Scotiſtis, Albertiſtis, Thomiſtis, aliisque ejus furſuris depravatoribus. Obtinuit etiam infelix iſtud lolium non per unum ſaltem ſeculum, tamque altas egit radices, ut non ſolum laudabile inſtitutum clauſtrorum incolas in bonis literis ac moribus informandi, eosque ad munera in Eccleſiâ & Scholâ dextrè aliquando obeunda præparandi, planè deſierit, ſed puritas etiam fidei Evangelicæ per deteſtandos cultus idololatricos abominandum in modum fuerit depravata. Sempiternæ proinde gratiæ debentur Majoribus noſtris felicis Memoriæ, qui Monaſteria tempore Reformationis in priſtinum ſtatum reſtituere omni niſu elaborarunt, eoque rem non ſine maximo & indefeſſo labore deduxerunt, ut ex primâ fundatorum intentione vera pietatis exercitia, morumque & bonarum litterarum cultura poſtliminio revocarentur. Laudem iſtam & Encomium Dnc̃ibus Wirtenbergiæ Sereniſſimis præprimis deberi, nemo eſt, qui negare audeat, iis enim quàm maximè curæ cordique fuit, Patriæ Cœnobia à ſordibus iſtis purgare, proventus quoque annuos non in propria commoda convertere, aut ſeculo plane donare, ſed ad priſtinum potius eumque ſanctiorem uſum revocare. Utſit glorioſum hoc opus Ulricus, tertius Wirtenbergiæ Dux, qui, poſt quindecennale exilium Redux, Ducatum jure hereditario ſibi competentem non ſolùm à fermento Pontificiæ Ἐθελοθρησκείας repurgavit, ſed

sed monasteria etiam singula, Monachis prius exire jussis, Deo ejusque cultui sanctissime consecravit. Vestigia gloriosissimi Parentis felicissimè legit filius Christophorus, Princeps nunquam satis laudatus, de Ecclesiâ simul & Politiâ hujus Ducatus immortaliter meritus, ejus enim curæ præter plura alia debemus etiam ordinationem, quam Ecclesiasticam vocant majorem, exactam singulorum, quæ in Monasteriis agenda sunt, normam ac regulam. Non minorem in tuendâ puritate fidei Evangelicæ alacritatem testati sunt successores in Regimine Ducali Serenissimi, Ludovicus, Fridericus, Joh. Fridericus, Eberhardus, qui omnes & singuli in administrandis Bonis Ecclesiasticis tantam laudem & gloriam sibi compararunt, ut palmam fere omnibus Principibus Evangelicis, quoad hoc punctum præripuerint, hinc scriptores historici publicè jam dudum testati sunt, nullibi fere locorum rectius collocari Ecclesiæ & Cœnobiorum reditus, quàm in nostro Ducatu. His gloriosissimorum Majorum vestigiis hodienum insistens Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus EBERHARDUS LUDOVICUS, Dux Wirtenbergiæ & Tecciæ, Comes Montis Peligardi, Dynasta in Haidenheim &c. Princeps & Nutritius noster munificentissimus, cum ante annos aliquot ferali hostium flamma in cineres redactum fuerit Illustre Cœnobium Hirsaugiense, ita ut in tribus usque huc Monasteriis non sine insigni docentium pariter & discentium incommodo ac detrimento Studiosi Adolescentes continere se coacti fuerint, tribus istis Alumneis nunc quartum rursus addere, eumque in finem Cœnobium nostrum Denckendorffense restaurare, ædificia tàm nova extruere, quàm antiqua renovare, Præpositum, qui præsens curam atque Inspectionem Alumnorum susciperet, constituere, Præceptores ordinare, salaria erogare, Scholares atque Alumnos recipere, iisque quà corpus, quà animum, de sufficienti cultu, victu, atque amictu prospicere, clementissime decrevit, eoque ipso in omnes illos, quibus principali hac gratia frui datum est, eademque frui in posterum dabitur, maximum contulit beneficium. Vestrarum ergò partium erit, ut omnes & singuli quotquot in numerum Alumnorum noviter recepti estis, Munificentiam Principis grato semper animo agnoscatis, eamque non malè apud vos collocatam esse, ipso opere testatum faciatis. Ante omnia in eo industriam ponite, quà ratione in pietatis studio proficere, Deum Creatorem in primis Adolescentiæ annis religiosè colere, ac florem Juventutis ipsi soli consecrare discatis. Posthæc jugiter in memoriam revocate illud: DIC CUR HIC, non scilicet ad fruges consumendas, sed ad animum bonis artibus imbuendum, vos in Cœnobium hoc missos, seriò recordantes. Itaque non solum litteris humanioribus in defesso studio incumbite, sed & probos, Christianisque studiosis dignos mores gnaviter excolite, iisque, qui vobis ad hæc viam monstrabunt, Præposito ac Præceptoribus hujus Cœnobii omne obsequium atque debitam Reverentiam exhibete. Theologiæ Consecranei estis omnes, quibus adeo incumbit, ut pietatis non minus ac eruditionis specimina edere inque virtutis exemplum aliquando vos ipsos sistere possitis. Ipse verò Deus, Pater luminum, à quo omnia bona proficiscuntur, per Christum Jesum, gratiâ Spiritus S. vobis omnibus & singulis clementer adesse, & ad omne opus bonum idoneos vos efficere velit, quò in sanctissimi sui nominis gloriam, Ecclesiæ emolumentum ac parentum vestrorum solatium adolescere & amplam tandem studiorum [illegible] aliquando reportare valeatis. Dixi.

Digitized by Google

PRÆPOSITI
MONASTERII DENCKENDORFENSIS,
Inde à fundatione quantum potuit indagari, maxime ex Antiqua schedula quadam Rüttilii aliisque monumentis, collecti à M. A. C. Zellero, Præceptore Alumnorum Ducalium Denckendorfensium & V. D. M.

1. CUNRADUS I. Canonicus Ecclesiæ Hierosolymitanæ, ordinis Dominici, Sepulchri Hierosolymitani à Baramundo Patriarcha ejusdem ordinis primum ordinatus & constitutus. Mortuus & sepultus Denckendorfæ. Electus 1120. confirmatus 1124.
2. CUNRADUS II. & hic fuit Hierosolymis missus; strenuè gubernavit, & plura ædificia extrui curavit. Hoc redeunte Indigena fuit substitutus.
3. CUNRADUS III. & hic à Patriarcha fuit transmissus. Is Magistrum UDALRICUM de Lindavia, sua regione, attraxit, qui se & libros plurimos huic loco contulit; Hancque Ecclesiam cum dote & Decimis, quam Sacerdos Extraneus hactenus possedit, deinceps cum cura animarum in proprios usus cedere obtinuit ab Hermanno, Episcopo Constantiensi. Anno Christi 1160. VII. Id. Junii.
4. ADELHARDUS citatur Præpositus de Denckendorff Anno 1190. Anno III. Pontificatus Clementis Papæ III. à Dietalmo Constantiensi Episcopo. Idem à Cælestino III. Papa, Anno Pontificatus I. nempe 1199. X. Cal. Novembr. vocatus Alardus.
5. CUNRADUS. Anno 1207.
6. MAINHARDUS Præpositus. Citatur Præpositus 1214. X. Cal. Nov. it. 1220. Præpositus in Denckendorf & Spira Idib. Maji A. 1229.
7. WOLFFRAMUS à Neunhusen. Præpositus 1226. it. 1228. sub Imperatore Friderico II.
8. HUGO, Canonicus S. sepulchri in Hierosolymis, à Patriarcha ibidem Episcopo Constantiensi per literas præsentatus, & ab ipso Episcopo investitus, postmodum super quibusdam excessibus, de quibus se expurgare non potuit, infamatus, Constantiæ degradatus, ex Compromisso voluntarie resignavit. Anno 1240. VI. Id. Mart.
9. JOHANNES 1262.
10. HUGO CAMMERLAND Præpositus 1280, it. 1287. III. Id. April. 1288. IV. Id. Mart.
11. BERNHARDUS, Prior in Denckendorf, Generalem & liberrimam Conventus administrationem, tam in temporalibus, quam in spiritualibus obtinuit. 1295.
12. WOLPODUS, vel WOLPOTO, Præpositus 1295. it. 1304. XI. Cal. Febr. 1312. die S. Margarethæ.

STE-

Digitized by Google

13. STEPHANUS. Anno 1322. Præpositus.

14. Der Ehrſame geiſtliche Bruder Wolff von Neunhauſen / und der Convent des Cloſters Denckendorff / Actum an St. Hilarii Tag. Anno 1326.

15. HUGO dictus Whelin, vel Wæhel, electus & confirmatus eſt in Præpoſitum Denckendorfenſem Anno 1332. die 26. Nov. Citatur adhuc vivus A. 1343.

16. CUNRADUS Suevus, Præpoſitus obiit Anno 1348.

17. ALBERTUS PRÆPOSITUS.

18. FRIDERICUS KAYBE de Hohenſtein, Decretorum Magiſter Anno 1362. Citatur Præpoſitus Anno 1351. 1353. 1365. 1373. 1385. 1387. 1396. 1397. Ultra octogenarius reſignavit 1397. die XI. Septembr.

19. JOHANNES de RENKINGEN, vel Ringingen, Eligitur 1397. 11. Sept. Anno ætatis XXX. A Martino IV. Pontifice, de novo accepit privilegium, quod Mitra, Annulo, baculo Paſtorali, aliiſque Pontificalibus inſignibus, uti poſſet, Anno 1416. Citatur quoque 1400. 1404. 1405. 1409. 1410. 1417. 1428. 1429. Reſignavit ob ætatem Anno 1431. Vixit vero adhuc Anno 1435. da er ſich mit ſeinem Succeſſore etlicher Spän halber verglichen.

20. MELCHIOR de RINGELSTEIN, dictus Affenſchmalz, confirmatus 1431. Citatur 1434. 1436. 1443. 1446. 1447. 1448. 1450. Reſignavit Anno 1461. Und zwar dicitur, als Probſt zu Bepflingen d. 1. April. Anno 1466. abſolvitur à Juramento, obedientia & obſervantia Regulæ Auguſtini.

21. BERNHARDUS de BUSTETTEN. Anno 1454. fit Procurator Monaſterii. Ex Procuratore fit Præpoſitus 1463. feceſſit ex Monaſterio cum ſupellectilibus pulſus à Comite Ulrico; vel ſecundum alios: hat heimlich ſich aus dem Kloſter gethan / und es quaſi plündern wollen. Deponitur 1467. die Lunæ 15. Junii, vel ſecundum alios die 6. Julii, ſententia definitiva Generalis Prioris Ordinis. Multas lites cum Comite Ulrico Würtembergico habuit, qui illum Papam, den Pabſt zu Denckendorff / vocavit, citatur adhuc 1468.

22. HENRICUS GüZEMANN (vel JUTZMANN) vel Henricus de Enſingen. Electus die 20. Julii & inveſtitus in locum depoſiti Bernhardi 1467. vixit usque ad 1477.

23. PETRUS WOLFF. Præpoſitus Eccleſiæ Monaſterii & Præpoſitoriatus S. Pelagii in Denckendorf Ordinis ſanctiſſimi Dominici ſepulchri Hieroſolymitani cruciferorum ſub regula Auguſtini Conſtantienſis Diœceſis. VISITATOR in ALEMANNIA alta & baſſa, confirmatur in Præpoſitum Anno 1477. d. 29. Maji. Vixit adhuc in Officio Anno 1495. Mortuus eſt 15. April. Anno 1508. vel Anno 1509. Hic Ducem ULRICUM ex ſacro Baptiſmatis fonte ſuſtulit. Epitaphium ejus in templo Denckendorfenſi extat.

24. JOHANNES HUNGER de KIRCHHEIMB. Electus 1508. d. 26. April. Citatur 1514. Mortuus 1516. Epitaphium ejus Denckendorfenſe ſic ſe habet: JOHANN UNGAR. PRÆPOS. in Denckendorf, ſancti ſepulchri Hieroſolymitani per totum Roma-

Digitized by Google

Romanum Impetium Vicarius. De hoc Diſtichon, Alumnorum ſellis inſcriptum, teſtatur:

JOHANNES HUNGHER ſtabulata ſedilia fabri
Præpoſitus fieri fecit amore chori.

25. MARTINUS ALTWEEG, Landspergenſis, Præpoſitus in Denckendorf, ordinis S. ſepulchri, Vicarius Generalis, & Primus Magiſter Capellæ Wirtembergicæ. Citatur 1518. & 1521. Ejus Epitaphium in templo ſupereſt.

26. ULRICUS FEHLEISEN de INSINGEN. Electus 1521. d. 23. Decembr. Conſecratus 1522. die Jovis poſt Gregorii. Denatus 1560. Dieſer wurde Herzog Ulrichs Rath und Diener / und leiſtete Raths-Pflicht. Hingegen gabe ihme Herzog Ulrich jährlich 200. Gulden Geld / 150. Scheffel Dinckel / 100. Scheffel Habern / Kirchheimer Meß. 4. Fuder Weins / Eßlinger Aich. 4. Wagen mit Heu und 4. Wagen mit Stroh / nebſt der Wohnung im Kloſter und Hauß-Rath / oder der Wohnung im Kloſters-Hoff zu Eßlingen. Anno 1540. verlangte er ſein Leibgeding krafft ſeines Briefs: kame aber hernach 1549. den 9. Julii zu völliger Adminiſtration des Kloſters. Anno 1553. den 4. April wurde ihme Bartholomäus Käs zum Adjutore gegeben. Dicitur Vir Duci Ulrico Charus. Vir grandis ſtaturæ & venerandæ faciei. Epitaphium ejus eſt in templo Denckendorfenſi.

Hi ſunt veteres Præpoſiti Cœnobii Denckendorfenſis ad quietem & ſepulchrum DOMINI. Nobis nihil eſt negotii cum peregrinationibus illis antiquis & novis, ad ſepulchrum DOMINI ſuſceptis, quas optimus Salvator nobis haud præcepit. Noſtrum potius eſt, ſine illis ambagibus, ſuperſtitione & Ἐθελοθρησκείᾳ plenis, Regiâ & directâ viâ ſeriæ pœnitentiæ properare ad ipſum DOMINUM, qui per ſepulcrum non modo, ſed & per portas inferni penetravit. Interim non ſine nutu DEI factum eſt, ut remanſerit Locus ſepulcri Domini, hodieque viatoribus oſtendatur ſive ſepulcrum ipſum, ſive Regio, terra illa ſancta, ubi ſanctiſſimus quievit. Imperator etiam Turcarum Cuſtodem ſepulcri Domini noſtri JESU CHRISTI ſe vocat & ſic inſcius de veritate Religionis Chriſtianæ teſtatur. Nos, qui Evangelium JESU Chriſti purum gratiâ DEI ſingulari circa veſperam decrepiti hujus mundi in hiſce occidentalibus Europæ terris accepimus, illud ipſum, quod in Oriente ab ipſo Salvatore, Propheta Maximo, ejusque Apoſtolis, olim prædicatum fuit, veram in CHRISTO quietem quærimus, idque toto corde precamur, ut reſtauratum Cœnobium Denckendorfenſe ſit maneatque Monaſterium ad quietem DOMINI, ut omnes Ejus Antiſites, Alumni & incolæ quietem in JESU Chriſto, altero Noacho, decenter quærant, feliciter inveniant & æternum poſſideant. Memor ſit DEUS Ter-Optimus Maximus, memor ſit hujus Cœnobii, loco Hirſaugienſis, proh dolor miſerè devaſtati, ſub ipſa Pacis Auſpicia in ſcholam Monaſticam iterum redacti. Sit hæc ſchola maneatque DOMUS QUIETIS, DOMUS PACIS, DOMUS MEMORIÆ DOMINI. Memores etiam ſint omnes, qui heic vivunt, mandatorum divinorum, quæ quondam Iſraelitæ in phylacteriis probe conſervarunt. Siſtat hæc ſchola Monaſtica Eccleſiæ Wirtenbergicæ VIROS in DEO

DEO quiescentes, VIROS DEI MEMORES, & MEMORIAM JESU CHRISTI in cordibus hominum, naturâ corruptissimorum, resuscitantes.

Miraculi instar est, quod Restauratio Monasterii Denckendorfensis in illa incidit tempora, quibus Patria nostra dulcissima ob captum à Gallis Landavium & Friburgum ultima quævis metuit. Tam vigili curâ Patriæ nostræ res DEUS curat (verba hæc sunt plurimùm Rev. Domini Zelleri, Præceptoris Denckendorfensis, in supra allegatâ oratione auspicali extantia) ut, cuicunque Religio cordi fuerit, plura ad illius moderationem vix desiderare potuerit. Cogitate temporum nostrorum miseram faciem, bella cruenta & fere belluina, contagia horrenda, atque tristissima considerate; Ipsi exhausta ærariа, perditas divitias, consumptos thesauros meministis. Hinc illud admirationem maximam parit, me in tanta rerum perturbatione & exulceratissimo tempore vobiscum Denckendorffæ versari. O felix igitur Denckendorffa salve, salve Monasterium exoptatissimum, cujus rudera fere ex integro divina providentia restauravit & per tot casus & rerum discrimina singulari ad hunc finem curâ servavit. Redit, quæ diutissimè latuerat, in conspectum hujus Monasterii gloria & quo magis sanctiori consilio & majori in literas Serenissimi nostri DUCIS propensione clementissima id omne perfectum est, majori luce radiat. Conferamus, si placet, priorem hujus loci cum præsenti laudem & majorem præsentis status felicitatem, si rem non utilitate & externo splendore, verùm providentiâ & voluntate DEI metiri studeamus, percipere licebit. Canonici olim hoc Monasterium ordinis, sive sepulcri Dominici Hierosolymitani, per longum temporis tractum occuparunt, quibus divi Augustini Regula erat curæ & eam loci prædicabant sanctitatem, ut, quibus remotius dissitum erat sepulchrum Hierosolymitanum, ad hoc Monasterium plures processiones, seu itinera sacra facerent. Sed quicunque illi fratres vel generis, vel famæ, vel Regulæ fuerint, fuerunt tamen non adeò felices, quia à purioris Religionis cultu & casta atque sincera pietate alieniores extiterunt & contaminata superstitione occupati erant: Ut omni jure hanc præsentem præferamus conditionem, qua omnibus divitiis totius Terrarum orbis præstantiore thesauro, sanctissimo divino Codice uti perfruique licet, pulsaque Scholasticorum Barbarie saluberrimarum disciplinarum sanioris Philosophiæ notitia imbui datur &c. Ita Plur. Rev. Dn. Zellerus MAGNALIA DEI in renovatâ suâ Denckendorfâ ore & corde piè celebravit.

Pari Zelo pietatis ardebat Plur. Rev. Dn. M. Joh: Albertus Bengelius, ejusdem novi Gymnasii Monastici Præceptor fidelissimus, qui ita in laudes SCHOLARCHÆ cœlestis erupit:

MAximam anni hujus 1713. ad finem vertentis gloriam, nec minimam felicitatis ac spei potius, in tot calamitatibus residuæ partem, in eo sitam nostra existimat Wirtenbergia, quod hæc dudum Supremo dicata Numini Aedes post multorum annorum ac prope Seculorum pausam pia iterum gente & sacra quasi colonia frequentari incipiat. Tantumque abest ut bonum hoc factum bonorum quispiam reprehendere possit, ut potius & a DEO singulare providentiæ documentum, & a Serenissimo Principe insigne clementiæ exemplum editum agnoscere debeat atque prædicare. Neque enim quisquam ita rerum

omnium ignatus fuerit, ut neſciat, quam dubia ac formidoloſa, imo quam infelicia & iniqua, univerſæ Patriæ adhuc fuerint, atque utinam fuerint! tempora: Atinter hæc diu agitato nunquam expedito antehac conſilio, opus pium & præclarum, ſed ſumtuoſum, ac ſecundiſſimis rebus conveniens ad effectum perducitur. Bello ardet vicinia, obſidionalesque ſtrepitus ac fragores his noſtris modo auribus accepimus; Sed noſtri Mecænates, animoſe cæci ſurdique, pacis artibus præſidium parant, & ipſa inter arma, leges litterasque ſilentium jubent rumpere. Loca munita alia ſuper alia hoſtis victor occupat; interim nos apertas innoxiasque ſedes condimus; prorſus ac ſi caſtella pietatis, fallentibus ceteris, excitanda eſſent, quorum ille objectu a finibus noſtris amoveatur atque abſtineatur. Hæc aliaque obſtacula cum nunc devicta cernimus, quis non exiſtimet divino nutu rem geſtam atque confectam, eamque Potentiæ & Sapientiæ æternæ inter perpetuas rerum humanarum confuſiones, non tantum locum, ſed etiam imperium obtinenti, unice deberi? Ad Te ergo, o Summe DEUS! hoc ut omnia referimus merito & ad Tuum placitum. Tu, dum alibi deſtruuntur omnia, hic novam Sapientiæ tuæ officinam condidiſti: Tu, quod omnes ſalutare eſſe, quod pauci effici poſſe cenſuerunt, effeciſti ad ſalutem publicam. Ad Te ergo & ad Tuam gloriam, per multorum hominum ſalutem promovendum redundet, quicquid hic operatus es ſine nobis, quicquid deinceps operaberis per nos. Agnoſcitis mecum Auditores, hoc ipſo nutus divini præconio, ſingularem Sereniſſimi Principis EBERHARDI LUDOVICI, Ducis Wirtenbergiæ, Domini ac Nutritii noſtri munificentiæ laudem contineri. Hic enim eſt, cujus miniſterio Dominus Dominantium, idemque omnium regiorum rectorum arbiter, ea in re uti voluit. Hic eſt, qui Sapientum bonorumque Conſultorum ſuffragiis, clementiſſima aſſenſione approbatis, hanc bonarum mentium fabricam nobis inſtaurat: Hic eſt, qui iſtam hæreditariam ac Wirtenbergicæ ſtirpi quadam tenus propriam benignitatem hoc maximæ inſtituto imitatur. Quod veſtrum eſt, Adoleſcentes optimi, vos eximium hoc DEI beneficium, rarum hoc Principis in vos meritum bene ac feliciter apud vos poſitum ipſo opere, ipſis fructibus demonſtrabitis, conceptæque de vobis primulæ ſpei omni contentione, ſedulitate, probitate reſpondebitis. Enimvero, quicquid huc Conſilii, quicquid opis, otii & apparatus pertinet, id vobis DEI beneficio abunde præſto eſt. Videtis laborum noſtrorum gubernatorem eum, qui ſuo judicio defecato, experientia ſenili, gravi auctoritate, & blanda æquitate curſum noſtrum dirigit. Te innuimus, Reverendiſſime Præpoſite, cujus de prudentia & Virtute a nobis potiſſimum fructus maturrimos percipi divina voluit Benignitas, cui Ea ſemper lenem ſenectam & otia cœleſtibus æmula diu concedat: Cui denique omnia noſtra officia atque obſequia Venerabundi deferimus. Videtis conjunctiſſimum meum Collegam, qui ſua doctrina, vigiliis, opera, labore vobis deſerviturus eſt. De me ipſo nihil promittere audeo; fidem tamen atque induſtriam, ſi bene deſtinata DEUS juverit, bonis omnibus adprobare conabor. Iam Vos ipſi in amœniſſimo juventutis vigore conſtituti eſtis; Supereſt & nunc venit ætas, qua animus ad omnem ingenuam virtutem, ad omnem liberalem doctrinam adduci atque aſſuefieri poteſt. Non duo, aut tres, ſed pluſculi anni exquiſitiſſimi vobis imminent, quos honeſtorum ſtudiorum culturæ integros dare licet, & qui vobis

vobis dum circumaguntur, citi lætique erunt, quum ipſi fuerint, omni reliquæ vitæ uſum æque ornamentum relicturi ſunt. Agite igitur, O mei, quod Veſtro hoc ſtatu, quod tanta opportunitate, quod iſta ætate dignum eſt, atque ut Cynoſuram habeatis, ad quam vos in univerſo curſu poſſitis componere, oculos animosque referte ad Pietatem; qua una omnia Veſtra officia continentur. Nimirum ut actioni in eloquentia & primas & ſecundas & tertias tribuit Demoſthenes; ſic pietati, quæ & ipſa in actione laudem omnem repoſitam habet, & primæ, & ſecundæ & tertiæ cum in omnibus rebus, tum maxime in eruditionis acquirendæ ſtudio debentur. Quare ut Reverendiſſimus Præpoſitus paterno hortatu pietatem vobis heri commendavit, & Eadem hodierno mane vobis iterum commendata eſt; Sic ego nunc idem rurſus agere non dubito. Certiſſima, inquam, ad veram Eruditionem perveniendi ratio illi conſtabit, qui pietati valde ſtudebit. Non ideo in pietatem injurius videri velim, quod eam eruditioni inſervire facio. Domina verius eſt, cui litteræ, quas priſca ſuperſtitio nugas appellavit, ancillare ſatis habent. Meta eſt, ad quam per ipſa ſtudia noſtra contendere debemus; & quantum unumquodque eorum ad ſincerum Numinis cultum confert, tantundem ei pretii conſtituendum eſt. Contra, qui eo ſolum conſilio pius eſſe velit, ut eruditus fiat, ille & pietatem lædet, quam unice ob Deum, cui ipſa litat, amare licet; & eruditionem, pietatis pediſſequam, a ſe alienabit. Interim, ſi regina eſt pietas, ancillas ſuas vel uno nutu optime docebit, quid earum ars efficere poſſit ſibi volupe & commodum: Si meta eſt, ab ipſa eorum omnium, quæ diſcenda ſunt, menſura ac ratio peti debet; & ad ejus lancem, quanti unumquodque habendum ſit, expendi Denique, qui pius potius, quam eruditus eſſe volet, eruditionem veram vel imprudens acquiret. Summa Summarum (ut Senecæ verbo utar) hæc eſt: Pius homo Deum habet propitium, & quia Deum habet, fontem Sapientiæ, fontem lucis, fontem boni, fontem veri habet. Ex hoc uno fonte hauſit Moſes ille, cui univerſa gentium antiquitas omnem ſuam eruditionem, quantumvis inſcia, debuit; niſi quod infeliciter interpolavit; ex eodem fonte ante Moſen hauſit. Joſeph, & poſt ipſum Daniel hodie jam laudatus; & uterque conſummatæ doctrinæ gloria apud celebratiſſimas nationes effulſit. Imo quotquot unquam fuere genuina Sapientia prædíti, omnes DEO ipſo gaviſi ſunt Præceptore, quem puro, caſto, devoto pectore coluerunt. Usque adeo bonis omnia bona adveniunt a Bono Deo! Quod cum nobiliores animæ inter ipſas gentes, a DEO alienas, agnoviſſent, quemlibet ſalutis ſuæ cupidum opem divinam precibus & obſequiis ſibi conciliare docuerunt. Τὸ ἴυχεσθαι πρῶτον ἰητὴν ἀγαθὸν, princeps medicorum ait Hippocrates: & alius iſque comicus:

Θεὸν σέβε, καὶ πάντα πράξεις εὐθέως
Θεὸν σέβου, καὶ πάντα πράξεις εὐθέως.
Deum colendo cuncta facies protinus.
Numen colenti cuncta Numen diriget.

Hæc ſi nobis promittnnr, qui veris ipſi experimentis caruere, cut Moſis, Joſephi, Danielis, aliorumque Veſtigia non audacter incurramus. Idem quippe DEUS eſt, qui illos cordi habuit, & qui nobis obvium dat eſſe; Eadem Sapientia, cujus illi fuere Studio-

ſi, & quam nos conſectamur; Eadem via, qua illi ad eam pervenerunt, & quæ nobis adhuc patet. Non alienum ab hoc loco fuiſſet, uberius iſtud explicare; ſed quoniam longioris temporis uſuram poſtulaſſet, & ad talia inculcanda poſthac facultas crebra dabitur, ſummas adhuc attingere ſufficiet. Omnibus notum eſt, tria requiri abs quovis, qui in quacunque doctrina operæ ſit facturus pretium: Naturam, diſciplinam, exercitationem. Quæ qui habet, is eruditionem non ſolum conſequetur, ſed eam quoque ad quoslibet ſalutares uſus convertere poterit. Atque horum nihil facile deſiderabit, qui pietati operam dederit. Naturæ quidem dona, cum Naturæ DEI beneficiariæ ſint, nemo ſibi ipſi conferre poteſt, aut acquirere; hoc tamen perpenſum habemus & exploratum; ſi quis ingenio minus valeat, ad pietatem vero ſe recipiat, eum tam exoptatos progreſſus facturum, ut neutiquam habiturus ſit, quod de natura tanquam noverca injuſta conqueratur. Plus ſcilicet præſidii piis eſt in Gratia Divina, quam aliis in abundantia ingenii; illis contra communis naturæ infelicitatem medela in promtu eſt; his non item. Peccatum quippe illud, quo gens humana ſe ipſam corrupit, animo noſtro non ea tantum parte, qua Deum reſpiciebat, atram caliginem induxit; verum omnes ipſius facultates, etiam extimas quasque, miſere perturbavit. Quo fit, ut omnis eorum cognitio, qui menti ſuæ medicinam adferri non patiuntur etiam de iis, quæ ante pedes oculosque ſunt, multis modis laboret. In iis autem in quibus imago divina etiam quoad prima ſaltem lineamenta inſtauratur, ferali illa tarditas & confuſio paulatim tollitur. Unde non tantum ad ea, quæ divinioris ſunt indaginis, ſed etiam ad alia quævis, promtius, vividius, intimiusque pervidenda & comprehendenda capaces redduntur. Ita piè & doctè Plur. Rev. Dn. *Bengelius.*

Hæc eſt plenior Hiſtoria reſtaurati biennio abhinc Cœnobii Denckendorffenſis, loco Hirſoviæ in Scholam Monaſticam redacti. De celebertimo autem Monaſterio Hirſaugienſi & de S. Aurelio, Hirſoviæ Patrono, lubet quædam notatu digniſſima adjicere.

Sequitur ergo

Uberior Hiſtoria S. Aurelii

& Originum Antiquiſſimi & Celeberrimi Monaſterii Hirſaugienſis,

AUrelius, natus Armenius, nobili ortus Familia, maturè factus eſt Epiſcopus in urbe Rhedicianorum ORSA. Eo tempore vixit S. Dionyſius, Archi-Epiſcopus Mediolanenſis, multum tentatus ab Arianis ob Orthodoxiam ſuam & pulſus tandem Epiſcopali ſuâ ſede in Exilium venit in Armeniam A. 361. Cùm & ipſe Liberius Papa exulare cogeretur. Jungebantur ſtatim Aurelius & Dionyſius & mutuo amore invicem certabant. Dionyſius quidem in loco Exilii ſui Cuſtodia cingebatur, Aurelio tamen aditus ſemper liber-

libertimus ad Dionyſium conceſſus fuit, qui ipſum hunc Exulem neceſſariis alimentis inſtruxit, ſicque leges charitatis & hoſpitalitatis Chriſtianæ probe obſervavit. Dionyſius cum mortem diu ante prævideret, rogavit Aurelium, ut corpus ſuum Mediolanum, ſi fieri poſſet, transferret; quod ſecutâ piâ morte Dionyſii ſtrenuè, ſed non ſine graviſſimis moleſtiis fecit & corpus Dionyſii Mediolanum feliciter perduxit; Ibi ſucceſſorem Dionyſii Ambroſium ſalutavit. Cum autem in Armeniam ad Epiſcopatum ſuum redire vellet Aurelius, ab Ambroſio detinetur. Non tamen diu manſit, ſed curſum ſuum maturavit. In itinere apparuiſſe Aurelio fertur Dionyſius & ei indicaſſe, ipſi proximè moriendum eſſe. Haud multò poſt maligna febris Aurelium afflixit & eum extinxit, ut in brachiis & amplexibus Ambroſii deceſſerit, cùm prius res ſuas optime ordinaſſet & quid poſt mortem fieri vellet, indicaſſet. Obiit autem S. Aurelius d. 15. Maj. qui & Dionyſii dies emortualis ante triennium fuit, illo tempore, quo Gratianus & Valerianus Imperatores ad Gubernaculum ſederunt. Ambroſium ergò obitus Aurelii ſumme movit, ut ei lacrumabundus juſta perſolverit. Exuvias Aurelii ad latus Dionyſii Mediolani terræ mandavit & in ejus honorem magno in cœtu parentationem habuit, cujus initialia verba hæc erant: Amiſimus fratrem & Paſtorem dulciſſimum, imò præmiſimus. Manſit corpus Aurelii in urbe Mediolanenſi usque ad tempora Caroli M. Imperatoris. Tum Nothingus, Epiſcopus Vercellenſis, id ſecum in Epiſcopatum ſuum perduxit. Sed nec ibi diu quievit S. Aurelii corpus: Nam tempore Ludovici I. Imp. Hirſoviam usque perductum fuit.

In Manuſcripto quodam antiquiſſimo hæc leguntur de S. Aurelio. B. Aurelius, Nobilibus & Religioſis Parentibus in Armenia natus. Errat hinc Trithemius, qui Aurelium Germanum eſſe dicit. Idem ſcribit Dionyſium A. 379. obiiſſe: Sed Daniel Papebroch, Celebertinus Hiſtoriæ Sanctorum ſcriptor, in Actis Sanctorum ad menſem Maj. p. 4. num. 10. dicit: Enorme hoc eſſe quoad Dionyſium Chronologiæ mendum.

Nothingus ille, Epiſcopus Vercellenſis, filius fuit Erlafridi, Celeberrimi Calvenſium Comitis & à Carolo M. Imp. Epiſcopatum Vercellenſem accepit. Exactis primis Annis Epiſcopatus in patriam Nothingo redire libuit, ne autem vacuus eò perveniret, permiſſu Mediolanenſium Corpus S. Aurelii, clitellis impoſitum, ſecum traxit. Et hæc ipſa translatio Corporis, ſive Exuviarum S. Aurelii occaſionem dedit ad fundationem, ſeu potius Reſtaurationem celeberrimi Cœnobii Hirſovienſis, quæ facta eſt A. 830. Ludovico Imperium gubernante. Tres enim ſunt fundationes hujus Monaſterii, in ea Sacræ Ædis Turri, quæ ad meridiem olim ſpectabat, delineatæ hiſce quondam verbis legebantur:

Anno Domini DCXLV. iſt die erſt Stifftung deß Cloſters Hirſau beſchehen von einer Wittfrawen Heliſenâ, von dem Geſchlecht der Edlen-Knecht zu Calw an dem Berg Ottenbronn.

Anno Domini DCCCXXX. Iſt die andere Stifftung beſchehen unter dem Berg Ottenbronn/ wie das Cloſter noch im Augenſchein ſicht/ durch Erlafridum, einen Graven zu Calw.

A. Chriſti MLXXXIII. Iſt die dritte Stifftung beſchehen auff dieſem gegenwär-

tigen Platz (da jetzt das groß Closter stehet) durch Erneuerung Adelberti, deß Graven zu Calw und Bestättigung Kayser Heinrichs deß Vierten / und ist besetzt worden mit Dreyhundert Personen.

De fundatione primâ sequentia habet antiqua quædam Scriptura, A. 1534. in Spirensis Ecclesiæ Armario reperta.

Anno 645. Vidua quædam dives fuit, nomine HELISENA, ex familia Nobilium Servorum de Calw, quæ cum nonnullos in viduitate Annos perseveraſſet, solummodo DEO adhærere cupivit. Dominum DEUM fideliter & cottidie deprecata est, quia hæredem illi non dediſſet, & unica sit fœmina, ipsi inspirare dignetur, qualiter possessionem suam juxta divinum suum expenderet beneplacitum, per quod nomen ejus honoraretur & laus ejus multiplicaretur. Itaque nocte quadam ad ipsam in somnis vox clamans pervenit, dicens: HELISENA respice, DEUS te tuâ prece exaudire disposuit. En tibi in signum planitiem hanc, tribus super uno trunco pinis, admodum pulcris arbusculis, exornatam vides. Illuc tu Ecclesiam in DEI honorem ædificare debes, in qua nomen ejus honoretur, & laus ipsius multiplicetur. Excitata autem, cuncta quæ viderat & audiverat, adeò præsenti retinuit memoria ac si vigilanti contigisset, jugiterque ob oculos posita conspexisset, quamvis ante hoc factum illò perveniſſet nunquam, totum verò illud apud semetipsam secretò, nihil revelans, conservavit.

Mane igitur ad DEI honorem vestem se induens sericam atque festivam & assumtâ Ancillâ suâ, servisque duobus, quasi deambulatura viam contra prædia arripiens descendit, per eundem ascendens montem, planitiem illic eminus, qualem in somnis viderat, conspexit, unde lætificata festinansque progressa, pinos tres super uno trunco amœnam circa planitiem pulcros offendit, tunc in terram lacrymantibus oculis corruens, vestem posuit sericam, & juxta pinos collocavit, in signum, quod suam possessionem & substantiam omnem ad laudem & honorem DEI in ipsum locum velit commutare; sicque domum cum sua familia mox regressa, omnes suos amicos, scilicet Ewardum & Leupoldum, Nobiles servos, patruos suos, qui tunc oppidum Calw regebant, primarium quoque Civitatis Magistrum, cum omni suâ convocat familia, factum insinuat universum, postulatque cum fundus & jus loci ad ipsos pertineant, consentire velint, respondentur, quod non fundum tantùm pro ædificio, sed & nemora cum pascuis & agris ad ipsum montem & prædia pertinentia tradere velint. Mox Helisena sericam vestem, annulos & quæque pretiosa sua in Capellam S. Nicolai apportari jussit, Domino DEO promittens, posthac se nullo sæculari ornatu tam indumentis, quàm monilibus in corpore suo usurpaturam. Indies cogitabat & continuè qualiter divinam illicò perficeret voluntatem, Ecclesiam in DEI honorem cœpit ædificare, quam & triennio consummavit, quâ constructâ, rursus omnipotentem DEUM deprecata est, ut & qui Templum illi pro sui nominis honore ædificandum indicarat, in quo & nomen illius honoraretur & laus ejus multiplicaretur, id ipsum quoque præsto esset ad suam perficere voluntatem: denuò illi nox in somno advenit instruens, ut in ipsam Ecclesiam personas, quæ Nomen DEI glorificent & laudem suam multiplicent, collocet. Hinc domum, Ecclesiæ contiguam, construi ecit, in quam personas quatuor mundo abstractas & ali-

alimento ſufficienti proviſas, quæ divinæ laudis ſtudio ſolummodo incumberent, ordinavit; hocque inſtitutum ſuum tam Eccleſiaſticâ, quàm ſeculari poteſtate confirmari fecit. Eccleſiam autem ingens populi frequentia, magnâ cum devotione in laudem DEIque gloriam cotidie viſitabat. Sicque poſt rerum harum conſummationem & confirmationem DEUS eam necdum quidem conſecrato Templo ex hoc vocavit ſæculo, ac Tubingæ ſepulta eſt.

Et ego Bruno Nobilium ſervorum, EWARDI & LEUPOLDI, Notarius facto huic interfui.

Igitur defunctâ Heliſenâ, Nobili ac ſanctâ viduâ, Templum quod in planitie, ſeu vertice collis prominentis juxta præterfluentem fluvium Nagolt conſtruxerat in honorem S. Nazarii conſecratum eſt. Hinc & hodie Collis San-Naſſarii nuncupatur, ad cujus crepidinem Cella Sancti Aurelii, antiquum nunc & transpontanum Monaſterium dictum, poſtmodum fundabatur.

Hujus autem Eccleſiæ tugurium lapideum, & humile S. Naſario dicatum, vetuſtate nimiâ ante multos annos collapſum eſt.

Hiſtoriæ hujus memorabilis ignarus quidem *Trithemius* erat, ſed tamen in Chronico ſuo *Hirſaugienſi* mentionem facit Capellæ, in honorem S. Nazarii extructæ, nec procul à Caſtello *Erlafridi*, Comitis Calvenſis, ſitæ, quæ etiam nomen indidit monti, cujus vertici ſuperſtructa erat, in eam Capellam Corpus S. Patris Aurelii, in Germaniam transportati, reponi placuit, donec de alio loco provideretur, ut *Trithemius* refert, qui plura habet de ſecunda, quam de prima fundatione Cœnobii Hirſovienſis, quod FULDAM quoad ſecundam fundationem pro Matre agnoſcit. Namque Abbas *Magnentius Rabanus* Abbatem cum 15. Monachis ex Monaſterio ſuo Fuldenſi Hirſoviam miſit.

De tertia Fundatione Monaſterii Hirſovienſis, factâ per Adelbertum, Comitem Calvenſem, Anno 1059. ſub *Friderico* Abbate inceptâ, ac ſub *Wilhelmo* Abbate perfecta, inter alia hæc memorat *Trithemius*: Quod Comitis Adelberti Avus Cœnobium hoc bonis omnibus ſpoliaverit, expulſisque Monachis, paucos in locum Clericos poſuerit, ſed quod ad mandatum Leonis IX. Papæ Rom. prædicti Comitis Avunculi, Anno Monaſterii quinquageſimo ſexto, reſtitutum fuerit, maximè ad inſtantiam Wiltrudis Comitiſſæ, Conjugis ſuæ, natæ Duciſſæ Poloniæ.

Wilhelmus Monaſteriorum Conditor & Reformator.

Wilhelmus, Abbas Hirſovienſis, Monaſteria & Religionem ad priſtinum vigorem Reformationis revocans, 130. Abbates in diverſis locis ordinavit, nec non centum & plura, tam per ſe, quàm per Fratres ſibi ſubjectos deformata reformavit, inſuper octo nova Monaſteria conſtruxit: Nempe Hirſovienſe, S. Gregorii, quod Richenbach dicitur, S. Georgii in Nigrâ Silva, S. Martini in Bavaria, Erfurt in Thuringia, Zwifalten, Wilheim in Suevia, & Lauenſe in Carinthia. Verùm Schaphuſanum & Petershuſanum, Monaſteria pene deſtructa, reſtauravit.

Hirſoviæ celebritas.

Uri autem Monaſterium Hirſaugienſe ob Antiquitatem celebre eſt, ita quoque ſtrictioris diſciplinæ & Eruditionis nomine omni ſæculo extitit venerandum. Ex eo Epiſcopi poſtulati ſunt ſequentes:

1. Sigis-

Episcopi ex Monasterio Hirsaugiensi postulati.

1. *Sigismundus*, doctus Concionator, Episcopus Halberstadiensis. Anno Christi 894.
2. *Reginboldus*, Episcopus Spirensis, circa Annum 947.
3. Sanctus *Ecvvardus*, Slesvicensis Episcopus, Gottmannus transnominatus, quasi VIR DEI., Anno 964.
4. *Bernvvardus*, Herbipolensis Episcopus, † An. M. IV. Natus ex Comitibus Rotenburgensibus ad Tubarum.
5. Sanctus *Gebehardus* (Frater Berchtoldi Zeringensis, Suevorum & Carinthiorum Ducis,) Episcopus Constantiensis circa Annum 1084.
6. *Gebehardus*, Spirensis Episcopus, circa Annum 1101. Comes Uracensis.
7. Sanctus *Diemo*, Archi-Episcopus Salisburgensis circa Annum 1101.
8. Sanctus *Theogerus*, Mediomatricum Episcopus, circa Annum 1119.

Monachi quidam Hirsaugienses, sanctitatis opinione clari.

Fuere etiam Monachi quidam Hirsaugienses, sanctitatis opinione clari, inter quos eminuere sequentes:

1. *Adalhardus*, scientiâ seculari & divinâ præditus. In cæcitate oculorum & doloribus Capitis maximis miram patientiam præstitit. Triennio prius, quàm moreretur, obitus sui diem & horam præsciivit. † A. 923. 7. Calendis Decembris.

2. *Wernbaldus* recusavit Episcopatum Spirensem, nolle se mundo servire dictitans. Obiit 975.

3. *Adelbertus*, vivum sanctimoniæ Exemplar ac multis incitamentum æmulandæ virtutis, dilectione erga Christum sincera flagrans, laudes ejus in ore semper habebat. † 1088. 12. Cal. Maj.

4. *S. Berchtoldus* monuit Abbatem suum Gebehardum de porrigenda pauperibus solita annona, obiit 1104.

5. *S. Ermenoldus*, ex Monacho Hirsaugiensi factus Laurissensis Abbas, ab Henrico V. Imperatore constituitur. Sed cum munera Gratitudinis ergò Frater ipsius Cæsari dedisset, ipse, ut à Simoniæ suspicione liber esset, Abbatia se abdicavit. †. 8. Id. Jannar. 1115.

6. *S. Bruno*, è stirpe Comitum Wirtenbergicorum, Abbas Hirsovienses, laudem habuit admirandæ sanctitatis. vid. Trithemius, Crusius.

Eberhardus III. Dux Wirt. Hirsoviæ singulari gratiâ additus. Wilh. Ludovicus, Dux Wirtenb. Hirsoviæ moritur.

Tanto in pretio habuit Hirsovienſe Monasterium *Eberhardus III.* Dux Wirtenbergiæ, PATER Patriæ, ut sæpius eò veniret & in sancto illa secessu Alumnorum Latinis atque Germanicis hymnis in choro, ut vocant, decantatis, se oblectans, curæ Acidulari ibi vacaret. Paulo ante obitum suum, patriæ tristissimum, Hirsoviæ fuit, d. 2. Jul. 1674. pie defunctus.

Anno 1677. die 23. Jun. ipso tempore Jubilæi Tubingensis *Wilhelmus Ludovicus*, Dux Wirtenbergiæ, Serenissimi & Clementissimi nostri Principis Celsissimus Parens, Hirsoviæ inopinatâ, sed beatâ morte obiit. Vidua Ejus Sere-

Sereniſſima eademque Mater Sereniſſimi noſtri Principis Diva *Magdalena Sibylla*, utut Hirſoviæ primis feliciſſimi Conjugii ſui annis triſtiſſima morte ceſſiſſimi Conjugis profundiſſimum vulnus acceperit, ita æſtimavit Hirſoviam, ut ſæpiſſimè eò profecta, cultui divino ibi vacaret. *Magdalena Sibylla, vidua Dux Wirtenb. Hirſoviæ Æſtimatrix.*

Sed hoc tantum Monaſterium poſt captum ad Octishemium *Fridericum Carolum*, Ducem Wirtenbergiæ, Adminiſtratorem ac Tutorem ſupremum, à Gallis, vel Hibernis potius prædonibus, miſerè devaſtatum d. 20. Septembr. (atro die) Anno 1692. conflagravit, & ſic ruit alto à Culmine magni Nominis HIRSOVIUM. *Buſtum Hirſoviæ.*

De Pædagogiis Wirtenbergicis & de Gymnaſio Stuttgardiano.

PRæter memoratas & laudatas Scholas Monaſticas duo olim fuere in Ducatu Wirtenbergico Pædagogia, Stuttgardianum & Tubingenſe, Lycea inter Scholam trivialem & Academicam intermedia. Sapienter enim judicarunt veteres per gradus juventuti ſcholaſticæ divinâ ope enitendum eſſe ad veram Eruditionem & Sapientiam. Stuttgardiani Pædagogii Author & Fundator fuit *Chriſtophorus*, Dux Wirtenbergiæ, qui primis quinque claſſibus ſcholæ Metropolitanæ addidit ſextam, in qua Nobiles & inferioris conditionis Adoleſcentes, Extranei æquè ac Wirtenbergici, abſoluto trivio ad ſtudia Academica præparabantur. Tandem Pædagogium hoc Stuttgardianum in Gymnaſium fuit mutatum ſub auſpiciis Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini FRIDERICI CAROLI, Ducis Wirtenbergiæ &c. Adminiſtratoris & Tutoris ſupremi, qui Illuſtre hoc Gymnaſium Stuttgardianum, die 27. Mart. Anno 1684. fundavit & ſex claſſibus ſeptimam adjecit. Primus hujus Gymnaſii Rector fuit *Joh. Georgius Eſſichius*, *Joſephi Gmelini*, Pædagogarchæ Stuttgardiani, Succeſſor & Abbas Monaſterii San-Georgiani, Didacticus planè ſingularis & in omni literaturâ elegantiore verſatiſſimus, obiit Anno 1705. d. 6. Octobr. Ei in Dignitate Rectorali ſucceſſit *Tobias Meurerus*, VIR Candidus & eximiè doctus, Sereniſſimæ Juventutis Wirtenbergicæ Informator quondam dexterrimus. Moderni Profeſſores Illuſtris Gymnaſii Stuttgardiani ſunt, *Johannes Schuckardus*, Sereniſſimi Wirtenbergiæ Ducis Antiquarius, *Joh. Ulricus Erhardus*, Poëta Cæſareus Laureatus, *Matthæus Conradus Hochſtetterus*, *Philippus Jacobus Jenſchius*, *Chriſtianus Eberhardus Weismannus*, in Templo Stuttgardiano primario Eccleſiaſtes, *Vitus Weibenmajerus*, *Joh. Wendelinus Bardili*, *Chriſtianus Herbertus Knobelius*, qui in Theologiâ, Matheſi, Hiſtoriâ Eccleſiaſtica & civili, Logicâ & Linguis cum Digniſſimo Domino Rectore Auditores ſuos naviter & fideliter erudiunt. Precamur ſupremum Scholarcham cœleſtem, ut eorum plantationibus & rigatibus ex alto clementiſſimè porrò benedicat. Ex *Pædagogii Stuttgardiani Fundatio.* *Origo Gymnaſii Stuttgardiani.* *Ejus Rectores.* *Profeſſores Illuſtris Gymnaſii.*

Digitized by Google

Professoribus Illustris Gymnasii ad cœlestem patriam avocati sunt. *Schellenbaurius, Seizius, Camstetterus & Reuchlinus.*

De Pædagogio Tubingensi.

Philipp. Melanchthon Tubinga docuit, inde Wittebergam vocatus.

TUbinga etiam præter Academiam & Scholam Trivialem, vulgò Anatolicam, florentissimum olim Pædagogium habuit, cui celeberrimus *Philippus Melanchthon* suum splendorem intulit, Wittebergam vocatus circa initium Reformationis. Cessit illum *Ulricus*, Dux Wirtenbergiæ, ad tempus, bene gnarus, tantum virum in his terris esse necessarium; Sed cùm Dux *Ulricus* per quindecim Annos Exul à Ducatu suo abesset, in Saxonia mansit *Melanchthon*. Quod autem laudatum Pædagogium Tubingense concernit, in illo pro junioribus Studiosis quatuor classes olim constitutæ erant, in quibus singulis per singulos dies quinis horis secundum Lectionum constitutam ordinationem docebantur. A Rectore inscriptos & pro officio ad Pædagogarcham de profectu judicando missos Pædagogarcha, vel totum etiam Bonarum Artium Collegium, examinavit, tentavit & pro ingenii captu studiorumque progressu in competentem & aptam classem locavit, inprimis ad veram & sinceram Pietatem studiosè excitavit.

Quotidianæ in Pædagogio Tubingensi repetitiones ex auditis lectionibus instituebantur, singulis septimanis ex prælectis locis argumenta proponebantur & ad Phrasin Ciceronianam juniores Studiosi dextre examinabantur: Singulis semestribus Studiosi classici maturiores, Pædagogio egressi, ad altiora studia promovebantur. Tempore Belli tricennalis hoc Pædagogium Tubingense maximam partem evanuit. Nunc tantus defectus per Ducale Gymnasium Stuttgardianum quodammodo suppletur.

De Præceptoribus & Alumnis Monasticis.

ILLustris Gymnasii Stuttgardiani Professoribus non sunt inferiores, sed pares dignitate & laboribus Præceptores Monastici: Quot enim inter nos florent Scholæ Clausträles, tot habemus Gymnasia, in quibus Alumni Principis ad Studia Academica præparantur. Uti verò in Gymnasiis duæ sunt classes Superiores, ita etiam'Lycea nostra Monastica suos habent gradus. Blabyram & Denckendorffium ex Scholis trivialibus ii mittuntur, qui in publico Examine provinciali, quod Pentecostale vocant & singulis fere Annis Stuttgardiæ habetur, bonis moribus & literis se commendarunt. Bebenhusam & Maulbronnam Blabyrâ & Denckendorfio promoventur illi, qui exacto suo biennio in bonis literis & linguis se naviter exercuerunt. In singulis Scholis Monasticis Alumni mane horâ quintâ, & nonu horâ nonâ ad preces atque Lectionem S. Scripturæ signo campanulæ vocati, conveniunt: Bis etiam singulis diebus ante & post Meridiem in Choro, ut vocant, Latinos hymnos,

Digitized by Google

hymnos, psalmos inprimis, præsente Hebdomadario, decantant & Caput Hebraicum Græcumque ex Bibliis alternativè in ordine legunt. Sumpto etiam cibo & potu post prandium & Cœnam denuò Cantica ingeminant & quatuor lectiones singulis diebus frequentant. In Monasterio Bebenhusano superiori sub Abbate Reverendissimo, Domino *Johanne Andrea Hochstettero*, SS. Theologiæ Doctore, Consiliario Wirtenbergico, Generali Superintendente & Ordinum Provincialium in Senatu arctiori Assessore, undique Gravissimo, docent hodie Viri Plurimùm Reverendi & Dignissimi, *Dn. M. Christophorus Fridericus Weismannus*, & Dn. *M. Christianus Hochstetterus*. In Monasterio Superiori Mulifontano Superiori sub Abbatis Summè Reverendi Domini *Erici Weismanni*, Consiliarii Wirtenbergici & Generalis Superintendentis Meritissimi Directione impræsentiarum Alumnos erudiunt Viri Plurimùm Reverendi & Doctissimi, Dominus M. *Johannes Christianus Langius*, & Dominus M. *Johannes Christianus Speidelius*. In Cœnobio Denckendorfensi inferiori sub Præpositi Summè Reverendi, Domini *Johannis Friderici Hochstetteri*, SS. Theologiæ Doctoris, Consiliarii Wirtenbergici & Generalis Superattendentis Gravissimi Præsidio mores & Studia Alumnorum formant Viri Plurimùm Reverendi & Doctissimi, Dominus M. *Andreas Christophorus Zellerus*, Dominus M. *Johannes Albertus Bengelius*. In Monasterio Blabyrensi inferiori sub Abbatis Maximè Reverendi Domini *Johannis Wendelini Bülfingeri*, Consiliarii Wirtenbergici Meritissimi authoritate studiis & moribus Alumnorum præsunt Viri Plurimum Reverendi & Doctissimi, Dominus M. *Georgius Valentinus Zaisius*, qui recentissimè ad Pastoratum & Decanatum Blabyrensem clementissimè vocatus, proximè statione suâ Scholasticâ decedet. Dominus M. *Philippus Henricus Weissensee*, & Dominus M. *Johannes Leonhardus Seiboldus*, Dignissimi Domini *Zaisii* Successor. Bebenhusani, Mulifontani & Denckendorffenses Præceptores juxta officium Scholasticum defunguntur etiam munere Publico Ecclesiastico. Blabyrenses Ordinariè non concionantur, extraordinariè tamen in casu necessitatis pro Ministris Ecclesiæ Blabyrensis Sermones Sacros habent. Adsit supremus Scholarcha DEUS Optimus Maximus hisce Scholarum Monasticorum Præsulibus & Præceptoribus Omnigenâ suâ gratiâ, eorumque laboribus sanctissimis, simul & molestissimis, in Honorem Divini sui NOMINIS largissimè ex alto benedicat.

Catalogus Alumnorum Mulifontanorum.

JOhannes Jacobus Laitenberger, Kircho-Teccensis.
Johannes Cunradus Beck, Göppingensis.
Davides Fridericus Mægerlin, Cantstadiensis.
Johannes Ludovicus Caspar, Göppingensis.
Fridericus Jacobus Biber, Waiblingensis.
Philippus Jacobus Gothofredus Braun, Nürtingensis.
Johannes Fridericus Hochstetter, Burgstallensis.

Digitized by Google

Chriſtophorus Fridericus Groſs, Kircho-Teccenſis.
Theodorus Theuſs, Kirchbergenſis.
Georg. Fridericus Theophilus Hirſchbach, Oetingenſis.
Johannes Ludovicus Densler.
Johannes Adamus Zimmermann, Heidenheimenſis.
Johannes Davides Huſchwadel, Kircho Teccenſis.
Johannes Fridericus Mörleth, Marbacenſis.
Philippus Jacobus Haage, Sehorndorfenſis.
Johannes Jacobus Widmann, Bahlingenſis.
Philippus Jacobus Stölzel, Bieticanus.
Gothofredus Ulricus Hochſtetter, Beſſigheimenſis.
Johannes Jacobus Gaſteiger, Uracenſis.
Fridericus Jacobus Leude.
Johannes Davides Hauſch, Münſingenſis.
Martinus Ludovicus Oſiander, Tubingenſis.
Joachimus Ludovicus Neuffer, Uracenſis.
Iſraël Bremer.
Abrahamus Becherer, Waiblingenſis.

Moderni Alumni Bebenhuſani ſunt ſequentes.

JOhannes Bloſs, Tubingenſis.
Fridericus Guilielmus Schmid, Kircho-Teccenſis.
Everhardus Ludovicus Bardili, Zellenſis.
Henricus Erneſtus Reinhart, Roſenfeldenſis.
Johannes Chriſtianus Philippus Leutwein, Waldenburgo-Hohenloicus.
Johannes Guilielmus Gentner, Leomontanus.
Johannes Philippus Brauch, Aſchenſis.
Theophilus Fridericus Heſs, Herimontanus.
Johannes Philippus Burgundiſch, Ober-Eſslingenſis.
Fridericus Jacobus Mercklin, Hornbergenſis.
Johannes Fridericus Weigel, Unter-Oewisheimenſis.
Johannes Jacobus Romig, Weylheimenſis.
Johannes Chriſtophorus Landauer, Gruibingenſis.
Johannes Erhardus Hartmann, Herimontanus.
Thomas Andreas Nicolai, Uracenſis.
Everhardus Fridericus Machtolff, Herimontanus.
Johannes Walch, Oettingenſis.
Joh. Julius Fridericus Leger, Brenzianus.
Conradus Georgius Rösler, Feldſtettenſis.

Johan-

Digitized by Google

Johannes Jacobus Stengelin, Tuttlingenſis.
Johannes Antonius Majer, Nuffringenſis.
Theophilus Fridericus Salomon, Lauffenſis.
Leopoldus Fridericus Wolffermann, Erzingenſis.
Carolus Chriſtophorus Sattler, Geraſtettenſis.
Johannes Adamus Mack, Feldſtettenſis.

Catalogus Alumnorum Denckendorffenſium.

Helvicus Immanuel Beck, Mühringenſis.
Cunradus Wilhelmus Drommer, Nusdorffenſis.
Joannes Joſephus Colb, Obereiſesheimenſis.
Philippus Fridericus Hiller, Mühlhuſanus.
Petrus Mezger, Schorndorffenſis.
Johannes Andreas Landenberger, Balingenſis.
Johannes Iacobus Mezger, Kirchheimenſis ad Nicrum.
Johannes Chriſtophorus Müller, Vayhingenſis.
Iohannes Dietericus Hertelin, Vinimontanus.
Georgius Fridericus Hopfer, Altingenſis ad Nicrum.
Johannes Fridericus Schickard, Heſſigheimenſis.
Eberhardus Fridericus Behr, Bennigheimenſis.
Iohannes Schweizer, Weileranus apud Eſchenau.
Erneſtus Gottofredus Autenrieth, Ottmarsheimenſis.
Georgius Philippus Binder, Unterletingenſis.
Iohannes Gottlieb Jung, Steinheimenſis ad Murram.
Chriſtianus Carolus Eſchenmajer, Leobergenſis.
Johannes Fridericus Wohlgemuth, Marpacenſis.
Davides Chriſtophorus Magirus, Marpacenſis. }
Iohannes Georgius Wangner, Roſenfeldenſis. }
Cunradus Davides Moſer, Güglingenſis. } locati per ſortem.
Chriſtophorus Iacobus Kœlreutter, Nagoltenſis. }
Tobias Borſch, Güglingenſis. }

Ordo Alumnorum Blabyrenſium, quo nunc loca ſua occupant.

Wilhelmus Fridericus Haſelmajer, Göppingenſis.
Chriſtophorus Fridericus Horff, Vayhingenſis.

Geor-

Georgius Fridericus Steinweeg, Bottenheimenſis.
Jacobus Davides Effich, Tubingenſis.
Johannes Fridericus Ramsler, Mercklingenſis.
Chriſtophorus Dietericus Keller, Tubingenſis.
Chriſtophorus Cunradus Wagner, Kircho-Teccenſis.
Chriſtophorus Cunradus Heller, Roſenfeldenſis.
Johannes Adamus Hoch, Tubingenſis.
Georgius Fridericus Weigenmejer, Blaubyrenſis.
David Schabhard, Waiblingenſis.
Georgius Davides Haas, Holzmadenſis.
Georgius Adam Göriz, Saxo-Wylenſis.
Gebhardus Ulricus Braſtberger, Endingenſis.
Philippus Jacobus Lotter, Dorhanenſis.
Antonius Ulmer, Steingebronnenſis.
Carolus Zeller, Möckmühlenſis.
Johannes Chriſtophorus Bürcklin, Holzelfingenſis.
Johannes Andreas Georgius Höfflein, Uffenheimio-Onolzbacenſis.
Johannes Philippus Senckeiſen, Stuttgardianus.
Matthæus Sigismundus Oſiander, Dagershemenſis.
Gebhardus Fridericus Keppelmann, Müncklingenſis.
Johannes Sebaſtianus Saugenfinger, Thammenſis.
Johannes Jacobus Mörleth, Hochbergenſis.
Adolphus Cunradus Schwenck, Stuttgardianus.

EPILOGUS PRACTICUS,
ſive
Alloquium ad Stipendiarios & Alumnos Ducales
Patræneticum.

REcenſui, Fratres & Amici chariſſimi, longo ordine Hiſtoriam Stipendii Ducalis Theologici & Monaſteriorum dulciſſimæ noſtræ Patriæ maximam partem etiam propter vos, ut vobis materiam ſuppeditarem, ſummum Evergetam, DEUM Ter Opt. Maximum pro tot tantisque beneficiis, quibus fruimini, ſemper ardentius laudandi & celebrandi. Jucundiſſimâ hac utiliſſimâque Hiſtoriâ ſacrâ Patriæ, vos ad Studium pietatis & virtutis, ſolidæque Eruditionis, quantùm in me fuit, excitare volui. In vobis ſita eſt ſpes Eccleſiæ Wittenbergicæ, hanc ſpem implete & in ſtadio virtutum ad metam vobis præfixam, alacriter decurrite. Mundi vanitates & ineptias fugite, & in Timore DEI, qui omnis ſapientiæ initium & complementum eſt, ſtudia veſtra rite tractate, precantes ſupremum NUMEN, ut vobis gratiâ ſuâ prælucere, vosque per Spiritum ſanctum in omnem veritatem ducere velit. Ne

Ne ſitis ſcandalo cuiquam, qui ad inſtaurandum & reſtaurandum, non ad deſtruendum Regnum JESU Chriſti vocati eſtis: Væ dantibus ſcandala proximo: (*) Cuſtodite primò veſtras animas, pretioſiſſimo ſanguine Theandrico redemptas, cuſtodite eas quàm ſtudioſiſſimè, uti (**) Joſua, ad æternam felicitatem properans, populum DEI monet: Deinde pari ſummâque curâ & ſolicitudine animabus eorum, qui vobis committentur, proſpicite. Meſſis eſt magna, Fratres & Commilitones chariſſimi, laboremus ſuo quisque loco, ſimus fideles ὑπηρέται DOMINI; Non otioſi ſtemus in Foro & Theatro hujus mundi, ſed manus meſſi ſedulas inferamus, id eſt, in ſudore vultus noſtri laboremus, verbum DEI piè ſcrutemur, hæreſin internam, profundiſſimam noſtram miſeriam & corruptionem ſemper magis cognoſcere atque debellare diſcamus. Bella DOMINI etiam externa contra hoſtes veritatis, infra prolixius recenſendos, ſtrenuè geramus, ſed Armis Spiritus S. incedamus. State viriliter, nec confeſtim, vix viſis hoſtibus, fugite. Statum controverſiarum Theologicarum penitius inſpicite & Theſes ſanctiſſimæ atque antiquiſſimæ noſtræ fidei piè defendite. Libros ſymbolicos juxta S. Scripturam dili genter evolvite, complectuntur illi, ut noſtis, ſacratiſſimam illam Megalandri noſtri LUTHERI & ὁμολογίαν Theologorum veterum confeſſionem, quam illis non caro & ſanguis ſed Pater cœleſtis & quidem in igneâ crucis fornace revelavit. O mei Fratres! ſimus & noveri Confeſſores JESU CHRISTI, quos nihil depellat à ſtudio veritatis.

(*) *Matth.* 18, 6. 7.

(**) Joſua 23, 11.

Commendo vobis etiam Spiritu DEI pleniſſimam Confeſſionem celſiſſimi Ducis CHRISTOPHORI, noſtris Ordinationibus Eccleſiaſticis inſertam & ad Concilium Tridentinum à ſanctiſſimo hoc HEROE transmiſſam, in hunc diem, tremente & fremente tenebrarum Principe, inexpugnabilem.

Scripta etiam puriorum Theologorum, quibus Patria noſtra inprimis ultimis duobus Seculis per Gratiam DEI fuit fœcundiſſima, ſedulò perlegite, ſed non in nudâ γνῶσει, quæ inflat, ſubſiſtice, potius illud Salvatoris aureum Epiphonema cordibus veſtris tenaciter infigite: Hæc ſi ſciveritis, beati eritis, ſi feceritis. Non in verbis, ſed in factis, ſive pietatis Exercitiis continuis, res Religionis noſtræ conſiſtunt, verba ſunt *Juſtini Martyris*, antiquiſſimi Patris, in I. parænetico ad Græcos p. 25. ὁ λόγος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργα πιστῶν χριστιανὸς, ſcribit in Epiſt. 3. ad Magnes. Pius Ignatius, totus amore IESU flagrans. Summa Religionis Chriſtianæ eſt ſecundum Auguſtinum, imitari eum, quem colis. Multùm ubique ſcientiæ, conſcientiæ parum. Rectè quidem ſit, (verba ſunt pii Gerhardi in præfat. ad Meditationes ſacras) quod ἐρθοδοξία libris, diſputationibus, concionibus & modis omnibus defenditur, ſed & vita profeſſioni Chriſtianæ ut reſpondeat, opera danda. Cogitate mecum quanto amore IESU flagraverint pii Martyres, quorum Acta *Theodoricus Ruinartus*, *Ludovicus Rabus*, aliique recenſuerunt. Dulcis & jucunda vobis ſit purior Hiſtoria Eccleſiaſtica, quam ſi rite calletis, facile vobis erit, antiquis & novis reſpondere hæreticis: namque eandem Satanas μυελοπιχνίτης ludit fabulam in Theatro mundi, mutatis tantum perſonis. Pretioſum & prolixum quidem eſt ſtudium Sacræ Hiſtoriæ, cùm evolvenda ſint ſcripta Patrum & ad regulam verbi Divini exigenda; Adde, quod & recentiores Scriptores rerum Sacrarum Theologiæ

Lib. 2. de Civitate DEI cap. 1.

Stu-

Digitized by Google

Studiosis sunt inspiciendi; Non autem cuivis contingit adire Corinthum: Interim uti infantibus sufficit lac & pulmentum ad sustentationem hujus vitæ, ita sufficit pauperibus Studiosis Compendium Sacræ Historiæ, quale est illud Gothanum & Rechenbergianum. Quo quis est diligentior & in scrutandis veritatibus divinis devotior, eò eris in inveniendis multis Thesauris literariis atque Gazis veræ Sapientiæ felicior. Grata etiam vobis sit, imò gratissima Theologia Catechetica. Non pudeat vos cum parvulis lallare, sed placeat vobis cum Magistro nostro humilimo, Eodemque optimo Salvatore, descendere, sic ascendetis quondam & penetrabitis in interiora DEI tabernacula. Omnibus vestris Studiis intermixtæ sint piæ preces, sine quibus non patet vobis janua cœli. Aperienda est illa devoris precibus, pulsandum est sæpius ad fores Curiæ cœlestis ardentibus suspiriis. Tandem videbitis reclusa omnia Divina penetralia: Scisso velo stolidæ rationis & perruptis muris ignaviæ, Ambitionis & ignorantiæ, patebit vobis TEMPLUM veræ Sapientiæ, Sapientiæ, Salomoneo (quod tamen θεῶμα mundi fuit) longè splendidius & angustius. Mementote, quid Serenissimo Clementissimoque nostro Principi, quid Præceptoribus & Ephoris debeatis? vestrum est devotis precibus pro salute PATRIS Patriæ & pro incolumitate superiorum instare & tales vos gerere, quales pios Studiosos decet, quales in juventute Josephus, Daniel & Timotheus fuere, qualis optimus Salvator in tenera ætate fuit. His vestigiis sanctorum & Sanctissimi tenaciter insistite.

Prava consortia cane pejus & angue fugite, jejunas & ociosas quæstiones, superficiariam atque perfunctoriam Eruditionem, vitate. Solidam & edecumatam rerum divinarum humanarumque cognitionem vobis comparate. Non desunt nobis hodie subsidia, quæ defuere forsan Patribus nostris. Utamur illis Adminiculis & gratias DEO agamus humillimas, quod Wirtenbergiæ, Patriæ nostræ dulcissimæ, plenis modiis admeritus est sua χαρίσματα. Ne simus ingrati, sed in gloriam DEI, supremi Brabeutæ, donis gratiæ decenter utamur: Ne simus pigri & stupidi, sed lucente sole justitiæ oculos aperiamus & è somno peccatorum surgamus, quia certè tempus est surgendi: Incidimus enim in tenebricosa tempora, quibus infeliciter errant & ad lapides miseriarum impinguntur, quotquot lucem verbi scripti non sequuntur. Non simus ambitiosi, nam pulvis & umbra sumus, hodie vivimus, cras forsitan morientibus standum erit coram Judice supremo. O DOMINE IESU, fac ut vigilemus, & oleum fidei Spiritusque in lampadibus cordium nostrorum habentes, Tibi SPONSO Animarum in occursum veniamus. Sic beati erimus in æternum, sic novis linguis cum choro Angelorum ingeminabimus: SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS DOMINUS Zebaoth, plena est omnis Terra Gloria ejus, Amen.

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ SUEVO-WIRTENBERGICÆ PARS PRIMA,

sive

Recensio Librorum Theologicorum

In omnibus Partibus Eruditionis Theologicæ, Theticæ, Catecheticæ, Exegeticæ, Polemicæ, Practicæ, Casualis & Historicæ,

à

Theologis Suevis & Wirtenbergicis

Post Reformationem ad hæc usque tempora scriptorum,

SUEVIÆ ET WIRTENBERGIÆ SACRÆ inserta & adornata

à

M. GEORGIO CONRADO PREGIZERO, Ecclesiæ Tubingensis Diacono.

Theologia Thetica.

LOci Theologici Slavonicè redditi à *Primo Trabero*, Pastore in pago Derendingen prope Tubingam.

Jac. Heerbrandi, Cancell. Tubing. Compendium Theologicum. Lipsiæ, Anno 1581. Tubingæ 1573. 1579. & 1608. recusum.

Lucæ Osiandri, Senioris, Institutio Christianæ Religionis, seu Loci communes Theologici, Latinè Tubingæ A. 1576. in 8. Germanicè A. 1582. in 8. & Gallicè Montispelligardi A. 1591. in 8.

Augustini Brunnii, Pastoris Jesingensis prope Tubingam, Annabergæ in Misniâ nati, Quæstiones fidei Christianæ, sive Catechismus Brentianus, Græcè versus. Tubingæ, Anno 1562. in 8.

Digitized by Google

Caſp. Lucii, Abbatis Alpirſpacenſis, Chriſtliches Echo von den vornehmſten Haupt-Puncten Chriſtlicher Religion. Straßburg. 1586. in 4.

Jo. Georgii Sigwarti, SS. Theol. D. & Prof. Ord. Tubing. Manuale Locorum Communium de omnibus fere Chriſtianæ Religionis Articulis. Tubingæ 1655.

Ej. Hand-Büchlein der vornehmſten Puncten Chriſtlicher Lehre / Tübingen A. 1606.

In Linguam Gallicam converſum, & impreſſum Montispeligardi A. 1615.

D. Matthæi Hafenrefferi, Cancell. Tubing. Loci Theologici, ſeu Compendium Theologiæ, in gratiam Sereniſſimi Wirtenbergiæ Ducis, *Johann. Friderici*, cùm adhuc Princeps eſſet Iuventutis Wirtenbergicæ, ſcriptum, eidemque dedicatum A. 1600. Tubingæ. Recuſum Witebergæ 1609. Holmiæ Suecorum 1612. 1686.

Gülden Kleinod der vornehmſten Hauptſtücke Chriſtlicher Lehre / verteutſcht durch G. W. Frey-Herrn von Stein. vid. P. Freher.

Michaelis Schefferi, Concionatoris Aulici, & Aſſeſſoris Conſiſtorii, Iſagoge Compendii Theolog. Tubing. 1606. Luneburg. 1663.

Jo. Valentini Andreæ, SS. Theol. D. & Abbatis Bebenhuſani, Summa Doctrinæ Chriſtianæ. Tubingæ 1614. Luneburg. 1644.

Theodori Thummii, SS. Theol. D. Prof. Ord. & Eccleſ. Tubing. Decani, Synopſis præcipuorum Articulorum fidei, noſtro ſeculo maximè controverſorum cum ſupplementis *Jo. Chriſtophori Pfaffii*, SS. Theol. D. & Prof. Ord. Tubingæ 1703.

Melchioris Nicolai, SS. Theol. D. & Præpoſiti Stuttgardiani, Compendium Theologiæ Aphoriſticum Supplementis polemicis auctum à Mich. Müllero, SS. Theol. D. Prof. Ord. & Paſtore Tubing. Ulmæ 1688.

Jo. Adami Oſiandri, SS. Theol. D. & Prof. Cancell. nec non Præpoſiti Tubing. Theologia Poſitiva Acroamatica. Tubing. 1679. 1690. in 4. Collegium Syſtematicum Theologiæ univerſæ. Stuttgard. & Francofurti. 1686. in 4.

Georgii Henrici Heberlini, SS. Theol. D. & Profeſſ. primò Tubingenſis, poſtea Ducalis Conſiſtorii Aſſeſſoris, Conſpectus Locorum Theologicorum *Matthiæ Hafenrefferi* Tabellis exhibitus. Tubingæ 1690.

Johannis Graffii, SS. Theol. Doct. Profeſſ. Philoſophiæ Emeriti & Abbatis Alpirſpacenſis, Theologia Poſitivo-Polemica, methodo uniformi tradita. Francofurti 1684.

Theologia Germanica, Teutſche Theologia. Francofurti 1673.

Mich. Mülleri, SS. Theol. D. Prof. Cancell. Tub. Teſſaradecas Evolutionum Sacrarum. Tubing. 1694. in 8.

Jo. Wolfgangi Jægeri, SS. Theol. D. Prof. Præpoſiti & Cancellarii Tubingenſis, Compendium Theologiæ Methodo facili & perſpicua exaratum per fœdera. Editio ſecunda. Stuttgardiæ 1702. in 8.

Syſtema Theologicum, in quo præter Theſin copioſius quam in compendio exhibitam recentiores inprimis controverſiæ dilucide exponuntur. Tubingæ 1715. in 4.

Hi ſunt præcipui Libri Theologiæ Theticæ, à Theologis Wirtenbergicis ſcripti. Magnus eſt uſus Theologiæ Theticæ, nemo ſine hac feliciter diſputat, nemo, Theologiæ The-

Theticæ ignatus, rectè concionatur. Hanc autem qui callet, qui ὑποτύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων penitus inſpexit, qui Theſin ſuam Theologicam dictis congruis & Argumentis Domeſticis probare poteſt, & ſub cruce Salvatoris in fide perſeverat, is optimus eſt Theologus Theticus, Achille & Goliatho fortior, contra illum nihil valent inferni portæ. Sed qui jejunus eſt & ſiccus in Theologiâ Theticâ, Theſes Theologicas nec intelligit, nec probare poteſt, is infelix eſt diſputator & Homileta, imò miſerrimus Chriſtianus, lapſui & Apoſtaſiæ, ſi venti, ſi procellæ perſecutionum, aliarumque adverſitatum invaleſcant, proximus. Itaque quod eſt domui fundamentum, id eſt in Theologia, accurata ἱστωσ notitia & ſolida defenſio. Uti autem Domus, pulveri inædificata, ſubſiſtere nequit, ita nec ſtare illi poſſunt in DOMO DEI, qui non rite ſuperædificati ſunt LAPIDI Angulari IESU CHRISTO. Paulus, Gentium Apoſtolus, ſingulari curâ Timotheo Theologiam commendat Theticam, ad eum ita ſcribens: ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Formam habeto ſanctorum Sermonum, quos à me audiviſti, cum fide & charitate, quæ eſt in Chriſto JESU. 2. Tim. 1. 13.

Theologia Catechetica.

Joh. Brentii Catechiſmus, pia & utili explicatione illuſtratus. Tubingæ 1551. & 1594. in 8. Ejusd. Catechiſmus Teutſch. Wittenberg 1572. in 8. und 12. Franckfurt 1596. in 16. Stuttgardt und Tübingen in 8. und anderem Format faſt alle Jahr.

Caſp. Grateri, Suevo-Halenſis, tempore Ulrici, Ducis Wirtenb. Concionatoris Aulici Stuttgardiani Catecheſis in 8. Teutſch.

Jac. Heerbrands Rettung des kleinen Catechiſmi Lutheri / Tübingen in 8.

Primi Truberi, Paſtoris in Pago Derendingen, prope Tubingam, Catechiſmus Lutheri, Slavonicè redditus.

Luc. Oſiandri, Senioris, Catechiſmus-Predigten / Tubingæ 1604. in 4.

Catechiſtiſche Unterweiſung zur Seeligkeit / oder kurtze Außlegung des Brentianiſchen Catechiſmi / im gantzen Hertzogthum eingeführet. Tübingen Anno 1680. in 8.

Außzug der Catechiſtiſchen Unterweiſung zur Seeligkeit über den Brenziſchen Catechiſmum im gantzen Hertzogthum eingeführt. Editiones variæ in 8. und 12.

Catechiſmus-Reichthum *M.* Johann Spindlers / der Kirchen Chriſti zu Marckgrönin-gen Diaconi. Tübingen Anno 1623.

Philippi Grateri, Præpoſiti Herbrechtingenſis, Catechiſmus-Predigten vom Heiligen Abendmahl. Tübingen / Anno 1585. in 4.

Ejusd. Præfatio in Catechiſmum Majorem Brentii, ibid. Anno 1590. in 8.

Polyc. Lyſeri, SS. Theol. D. & Concion. Aulici El. Sax. Chriſtianiſmus, Papiſmus & Calviniſmus, das iſt / drey unterſchiedliche Außlegungen des Catechiſmi Lutheri: Eine darinnen gewieſen wird / in welchen Haupt-Stücken die Evangeliſche mit den Calviniſten; Die Andere / in welchen die Evangeliſche mit den Papiſten nicht ei-

nig seynd; Die Dritte / wie ein Christ / die Lehr des Catechismi zur täglichen Busse nutzlich gebrauchen solle. Leipzig / Anno 1596.

Caspari Lucii, Abbatis Allspirspacensis, Evangelisches und Catechetisches Gespräch eines Predigers und Pfarrkindes / welches mit Nutz und Frucht begehret zum Nachtmahl zugehen. Mömpelgardt / Anno 1589. in 8.

Catechismus-Kleinod / oder Erklärung des Catechismi. Mömpelgardt / 1591. in 8. Nürnberg 1621. in 4.

Joh. Hauberi, SS. Theol. D. Ecclesiastæ Aulici, & Assessoris Consistorii, Wegweiser der Layen / das ist / 15. Predigten über den Catechismum zu Bibrach gehalten. Tübingen / 1610.

Johannis Ulrici Pregizeri, SS. Theol. D. Prof. Ord. Præpositi & Cancellarii Tubing. Catechesis Abrahamitica ex Gen. 12, 2. & cap. 22. Tubingæ 1621. in 4.

Simplex Christianorum fides. Anno 1626.

Petri Meuderlini, Collegii Augustani Ephori, ex Wirtenbergiâ oriundi, kleiner Catechismus / das ist / kurtze Warnung / Ermahnung und Trost-Schrifft nach Anleitung des Heil. Catechismi. Kempten / Anno 1623.

Ej. Evangelium Lutherano-Catholicum æternum, Beweisung / daß die Lehr von der Gerechtigkeit des Glaubens allein durch Christum aus Gnaden GOttes je und allezeit üblich und bekandt gewesen. Augspurg / Anno 1621.

Tobiæ Wagneri, SS. Theol. D. Prof. Præpositi & Cancellarii Tubing. Exegesis Catechismi Brentiani, auctoritate Magistratus Eslingensis introducta.

Ej. Christliche Hauß-Übung des Wirtenbergischen Catechismi mit einem Anhang von widerwärtigen Catechismis der Papisten / Calvinisten und Schwenckfelder. Ulm / Anno 1544.

Joh. Conradi Zelleri, Monasterii Bebenhusani Abbatis & Generalis Superattendentis, Catechetische Unterweisung zur Seeligkeit / oder kurtze Auslegung des Brenzischen Catechismi. Tübingen / 1680.

D. Joh. A. Osiandri, Cancell. Tubing. Dispositiones in Catechismum Wirtenbergicum, nec non in Catechismum Lutheri. An. 1674. in 4.

Joh. Henrici Schellenbaurii, Concionatoris in summo Templo Stuttgardiano vespertini, & Professoris Hebræo-Logici in Illustri Gymnasio, Catechetische Unterweisung zur Seeligkeit. Stuttgardt / 1682. 1696. ꝛc. ꝛc.

Joh. Reinhardi Hedingeri, SS. Theol. D. Concionatoris Aulici & Ducalis Consistorii Wirtenbergici Assessoris, erklärter Catechismus Lutheri / mit einigen nöthigen Fragstücken und Zeugnüssen der Heil. Schrifft erweitert und erläutert / samt einer Anzeig / wie ein einfältiger Christ die Folge und Zusammenhängung der Glaubens-Lehren zufassen habe. Stuttgardt 1701.

Kurtze Anweisung die gewohnliche Catechismus-Lehre nutzlich und erbaulich zutreiben in drei unterschiedlichen Projecten gezeiget / und auff Gnädigst. Befehl samt dem Hoch-Fürstl. Reticipe zum Truck befördert. Stuttgardt 1701.

Christ-

Christkindleins-Catechismus / das ist / einfältige Vorstellung des gantzen Lebens-Lauff JEsu zu Erbauung der lieben Jugend / welche etwas auff ihr wahres Christkindlein hält in 26. Capitel eingetheilt / und mit den annehmlichsten Kupffern versehen. Stuttgardt / verlegts Bernh. Michael Müller.

M. Hieron. Schaffers, Pfarrers zu Derdingen / im Maulbronner Closter-Amt / güldene Schaale voll Rauchwerck / oder GOtt-geheiligte Catechismus-Gebett. Ulm / Anno 1708.

Alii etiam Theologi in Suevia æquè celebres Theologiam Catecheticam excoluerunt; Ex. gr.

Conradus Dietericus, Superintendens & Ecclesiastes primarius Ulmensis, scripsit Linguâ Latinâ Institutiones Catecheticas. Norimbergæ, An. 1659. Lipsiæ, An. 1663. illas Selzerus Germanicè vertit. Francof. 1655. Lipsiæ 1652. Stralsund 1661.

Antonius Reiserus, etiam Theologus Suevus celebertimus, Augustanus, primùm Schemnizii in Hungariâ per 7. annos Ecclesiastes Evangelicus, postea Posonii Decanus & Pastor primarius in annum decimum tertium, inde post toleratos fœtidi carceris squalores, cum ab acerbissimis veritatis Evangelicæ Adversariis intentatum præter omnem culpam Capitis supplicium divino nutu evasisset, quod tamen lætus expectaverat, factus est in Illustri patriæ suæ Gymnasio Augustano Rector, hinc Oeringiæ in Comitatu Hohenloico Pastor, postremo Hamburgi ad D. Jacobi Ecclesiastes, Catechesi fuit eximius, edidit Catechismum Linguâ Germanica.

Fjusd. Sprüch-Catechismus. Franckf. 1677. Hamburg 1680.

Inter Catechetas dulcissimæ patriæ nostræ Wirtenbergiæ per DEI gratiam superstites primum facile locum obtinet Vir Digniss. Dn. D. *Andr. Ad. Hochstetterus*, qui non tantùm in Ministerii sui Ecclesiastici primis annis Tubingæ in catechisandis rudibus se gnaviter exercuit, sed & in officio Professorio Ducali mandato & Authoritate suffultus Extraordinariam Tubingæ Catechesin solennem primus feliciter instituit, & ad Exemplum maximorum Ecclesiæ Patrum Origenis, Clementis Alexandri, & Cyrilli per septem Annos juxta labores Academicos gravissimos publica Exercitia Catechetica habuit. Illa in hunc diem à Diaconis Tubingensibus continuantur. Göppingenses etiam Diaconi, pio spontaneoque motu Tubingenses secuti, impetrarâ clementissimâ permissione Ducali, publicam Extraordinariam Catechesin haud ita pridem, faxit DEUS feliciter, instaurarunt. Eslingæ totum Ministerium simul unâ eâdemque horâ, singulis diebus Dominicis in Catechisandis rudibus est occupatum. Magnus est usus Theologiæ Catecheticæ in Ecclesia, quo autem illa est simplicior, eò est dulcior & jucundior. Quid lacte & melle dulcius? Boni Catechetæ Lac & Mel Evangelii Auditoribus suis instillant, &, quod in concionibus non ita commodè fieri potest, singula oracula Divina quasi enucleant. Antiquissimus est hic modus veritates Divinas per quæstiones & responsa exponendi. In Paradiso, sive in statu primævo, nulla noxia apud Protoplastos ignorantia fuit: Namque radiavit in primis nostris parentibus splendidissima Lux veræ & perfectæ Sapientiæ:

Digitized by Google

Interim creviſſet etiam illorum ſapientia, niſi peccaſſent. DEUS Protoplaſtis plura ſemper revelaſſet, & hi parentes noſtri primævi, forſan catecheticè, Beneficia creationis & conſervationis corporalia atque ſpiritualia poſteris pleniſſime expoſuiſſent: Sæpe DEUM quærentes & interrogantes, ſæpe adſreciprocas quæſtiones DEI ſcitè & perfectè reſpondentes, ſemper ſapientiores facti eſſent. Poſt triſtiſſimum lapſum lapſi noſtri primi parentes ducti fuere â DEO Judice in Scholam Catechetricam, Legalem & Evangelicam. Ex lege quaſi Catecheticè quæſivit DEUS, vindex peccatorum juſtiſſimus: Ubi es miſer Adame? An ſcis, te lapſu Tuo Apoſtaſiâ Tuâ æternam mortem meruiſſe? Male reſpondit Adamus, in quo prima Theologia Catechetica puriſſima per lapſum extincta erat, male reſpondit Adamus, culpam in DEUM & datam ſibi à DEO uxorem male devolvendo. Neo bene ſtetit Eva in Examine divino Catechetico, quærenti DEO: Cur hoc feciſti? cur Maritum ſeduxiſti? peſſime reſpondit, culpam in ſerpentem, ſive Satanam, draconem infernalem, devolvendo, quæ debuiſſet & potuiſſet per vires imaginis Divinæ, Diabolo calumniatori fortiter reſiſtere. Pereundum fuiſſet Protoplaſtis & eorum poſteris, ſi DEUS cum lapſis hiſce primis Parentibus noſtris Legale tantùm habuiſſet Examen Catecheticum. Sed habuit etiam benigniſſimus DEUS cum primis parentibus, lege divinâ proſtratis & adagnitionem ſuperbiæ, inobedientiæ & θεομαχίας perductis, atque à Tribunali juſtitiæ Divinæ ad thronum Gratiæ fugientibus, Examen Evangelicum de Redemptore & venturo Meſſiâ, de Merito Chriſti per fidem applicando, de evertendo Regno Satanæ &c.

Nam in Protevangelio continetur Summa Theologiæ Catecheticæ, &, quod tum breviter in Paradiſo de Chriſto fuit propoſitum, id DEUS Sapientiſſimus, qui ſuas habet horas & moras, ſemper dilucidius, ſemper uberius & plenius per tot periodos atque Epochas Eccleſiaſticas revelavit. Non dubium eſt, Sethum, Enoſum, Enochum, Noachumque ante diluvium methodo catecheticâ ſimpliciſſimâque rudes homines informaſſe, ſæpiusque quæſiviſſe: An ſcitis, quantas in miſerias primi noſtri parentes peccando inciderint? & nos cum illis? quia in Adamo DEUS cum univerſo Genere humano fœdus pepigit. Nunquid verò etiam audiviſtis de Salvatore nobis promiſſo? Sed paucos habuere diſcendi cupidos Catechumenos Patres Antediluviani: Univerſa cato corruperat viam ſuam. Quapropter exarſit ira Divina, ut aquæ diluviales totum genus humanum, exceptâ familiâ Noachicâ, abſorpſerit. Poſt diluvium in Scholâ Catecheticâ virum ſe præſtitit Abrahamus, Magnus Pater credentium, ſuosque domeſticos inprimis & propinquos fideliter docuit, iis & aliis etiam, quotquot diſcendi cupidi erant, quæſtiones de promiſſo Meſſiâ, de circumciſione, de ſacrificiis, de renovato cum Noacho & ejus poſteris fœdere gratiæ explicuit, ſeriamque pœnitentiam inculcavit, μετανόησιν, ſive quinque urbium horrendum Excidium, Adami & Evæ è paradiſo triſtiſſimum exterminium, Caini Fratricidæ fugam à Facie DEI omni ſupplicio graviorem, & univerſi fere humani Generis cataclysmo extincti tragicum funus ſæpe vocans in memoriam. Creſcentibus Annis crevit Theologia Catechetica, ſemper plures ei accedebant quæſtiones, & quidem tempore Moſis, Samuelis, Davidis & Prophetarum illæ juſſu Divino ſcribebantur. Cum DEUS feſtum Paſchatos inſtitueret, Catecheſin denuò commendavit populo ſuo, & ei præcepit, ut quærentibus, quid ſibi velit

D. Jo. Wolffgangi Jægeri, Cancellarii Tubingensis, Tractatus de Legibus tùm in genere, tùm in specie, de lege æterna Naturæ, positiva & consuetudine legali, de conscientia & inprimis etiam de probabili, de justitia & injustitia ludi in foro conscientiæ. Tubingæ 1688. in 8.

—— Epistola Apologetica ad Theologos Lipsienses, inprimis ad Rechenbergium scripta, contra sic dictum J. B. Ettenhusium, Pufendorfii Hyperaspisten. Tubingæ, 1699. in 8.

Andreæ Caroli, Abbatis San-Georgiani, Epistola Apologetica pro Memorabilium ipsius Ecclesiasticorum fide historica, quoad relationes de Johanne Musæo, Theologo Jenensi, ab Anonymi cujusdam Jenensis oblocutionibus liberanda, præfationi, quam prælectionibus Musæanis in Formulæ Concordiæ Epitomen A. 1701. editis, nomine Hæredum dicti Theologi præmisit Editor, opposita. Tubingæ 1703. in 4.

Responsorum & consiliorum Theologicorum, si pia & docta sunt, maximus usus.

Latent in scriniis publicis & privatis complures Epistolæ, plurima Consilia Theologorum Suevicorum & Wirtenbergicorum, maximi momenti, quæ lucem publicam videre mererentur. Celeberrimus D. Fechtius, Theologus Rostochiensis, sedulus fuit in colligendis & edendis selectioribus Epistolis atque Responsis Theologorum Evangelicorum, qui si inter se concordes sunt & de rebus gravibus, Ecclesiæ salutem concernentibus, pias & doctas literas miscent, ecce quàm bonum & jucundum, cohabitare fratres in unum. Certè magna fuit olim & adhuc est authoritas Theologorum Suevicorum & Wirtenbergicorum apud exteras Ecclesias, à quibus sæpius sunt in consilium vocati, & adhuc vocantur. Supra recensuimus commercium literarium Theologicum, inter Patriarcham Constantinopolitanum Jeremiam, & Theologos Tubingenses institutum, satis utique memorabile, nec omninò fructuraneum. Quamvis enim concepta spes Tubingensium illa ætate desideratum finem sortita non sit, Græcis orthodoxiam quidem in plerisque probantibus, at fermenti sui tenacibus, haud ineptè tamen auguratus est Parentator Gerlachianus, D. Matthias Hafenreffer us: Si Scripta Wirtenbergensium Constantinopolin missa, ad posteritatem conservata fuerint, Domino benedicente, in Ecclesiis Græcis procul dubio commodi & utilitatis plurimum esse habitura. Id quod inter alia superiori Seculo XVII. probatum dedit exemplum Zachariæ Gergani, Episcopi Artensis in Peloponneso, qui a multis scribitur per omnia Lutheranis consensisse dogmatibus; Author Catecheseos à Matthæo Caryophylo Sympatriota Pontificio impugnatæ, vulgator Novi Testamenti Græci, ejus cura sumptibusque propriis formâ quartâ Wittebergæ impressi. Nec dubitamus, quandoquidem publica professio tuta non est apud obstinatos Græcorum Antistites, ejusmodi Nicodemos, clanculùm veritati & puritati doctrinæ addictos, plures fuisse & esse, nec in posterum defuturos in oriente. Optamus

Sacrum Commercium Epistolicum inter Græcos & Theologos Tubingenses non omninò fructuraneum.

toto corde, ut impleatur pium Danhaueri, Theologi Argentoratenſis celeberrimi, votum, in dedicatione Homoriæ Spiritus Papæi extans hiſce verbis: Excitet porrò DEUS Theologos, ut pergant, ubi olim deſiere Tubingenſes, qui ad Jeremiam Patriarcham Orientalem Conſtantinopolin usque Auguſtanam Confeſſionem, & Heerbrandi Compendium Theologicum, Græco Idiomate expreſſum, transferri curarunt, non (ut poſtea virulentiſſimi Ariſtarchi Stanislai Socolovii, Polonici Theologi, calumnia in vulgus ſparſit) quaſi vellent in ſubſidium ſuarum partium evocare militem extraneum, poſtquam in Occidente Schisma patraſſent, ſed ut abſtergerent convitium novitatis in orientem per Sycophantas effuſum, atque ſemina, quæ Stephanus Gerlachius jeciſſet purioris fidei, ad incrementa perducerent. Confer Hornbequii Summam Controverſiarum de Græcis p. 979. D. Vejelii defenſionem Exercit. de Eccleſia Græca contra Leonem Allatium p. 88 ſeqq. Orationem funebrem Gerlach. p. 29. Andreæ Caroli Memorabilium Eccleſiaſticorum Lib. II. cap. 1. p. 285.

Votum hoc & deſiderium B. Hafenrefferi & B. Dannhaueri non inane fuiſſe, patet ex Sacro Commercio literario inter Metrophanem Græcum & Brotbequium, Secretarium Wirtenbergicum, B. Avi mei Conſanguineum, qui Metrophani, Patriam noſtram viſitanti, omniaque in ea notatu digna perluſtranti, cum in Græciam rediret, opera Lutheri, Brentii, aliorumque Theologorum Evangelicorum transmiſit, ſicque Semen verbi Divini hoc opere charitatis in Oriente ſparſit.

De cætero quàm ſalutare ſit pium & doctum inter Chriſtianos Theologos Commercium literarium, videre eſt ex Conſilio Nicolai Hunnii, Celeb. Theologi Lubecenſis, de peculiari quodam Collegio Theologico ſuggeſtum, quod Magnus Dorſcheus ſuo ſuffragio adprobavit.

Conſilium Hunnianum, de inſtituendo peculiari quodam Collegio Theologico, exhibet Jo. Georgius Dorſcheus hiſce verbis: „Egregium publico conſecravit conſilium Nicolaus Hunnius, magnum ſeculi noſtri lumen decusque. Poſtquam enim oſtendit, non „eſſe deſperandum de Compoſitione controverſiarum Religionis; eandemque commodius fieri non poſſe, quàm convictione Conſcientiarum ſcripturarum S. ſolida applicatione; utpote quæ ſolæ ſint infallibile Sapientiæ immenſæ lumen; Tandem concludit, „ejusmodi Controverſiarum religionis deductionem ad illud usque faſtigium, ultra quod „nulla poſſit eniti ſophiſtica, quod omnes ſubmoveat ſuperetque Contradictiones, & „Conſcientias convincat, nullo commodiori modo ad exoptatum progreſſum exitumque „pervenire poſſe, quàm ſi Orthodoxarum Eccleſiarum conſenſu, Collegium hominum „doctiſſimorum huic uni labori conſecraretur. Hoc inſtitutum eſſe facile, nec tantis impenſis conſtitutum, quantis tot Jeſuitarum in ſola Germania Collegia, regiâ Magnificentia inſtructa, ſeminaria & aſceteria ingentibus opibus dotata. Singulos univerſo labori pares non eſſe, ſi brevitatem vitæ mortalis, ac plurimas ex omni parte difficultates interlabentes æſtimaverimus. In rebus civilibus & militaribus res magni momenti conſilio „accuratiſſimo ſelectiſſimorum ingeniorum perfici, dolendum eſſe negotio ſanctiſſimo ac „ſummæ neceſſario, quo Gloria Divina fortiter aſſeri, veritas Divina utiliter vindicari,

„ tos ſeductarum animarum ſaluti prudenter conſuli poſſet, nullum deſtinari Collegium, „ quod unum hoc agat, ad unum hoc omni apparatu neceſſario ampliſſime inſtruatur. „ DEUM ipſum, cum ſumma negotia pro Majeſtate ſua propugnanda moliretur, & viros „ extra ordinem menſuramque communem donis armaret admirandis, raro uni molem o- „ mnem impoſuiſſe; ſemper ferè plurium Societatem prætuliſſe. Salvatorem Chriſtum, „ Collegio Apoſtolico, & ſeptuaginta diſcipulorum, Evangelii in Orbem proferendi cu- „ ram commiſiſſe. Omnino itaque neceſſum eſſe, Collegium duodecim aut decemvirale con- „ ſtitui, in quod præcipue ſeligendi Viri in controverſiis exercitati, ad labores tolerandos „ firmi, propriarum opinionum patrocinio non nimis dediti, propoſiti ſanctioris tenaces, „ in pertexendo labore ſemel cœpto perſeverantes, zelo propugnandæ veritatis ardentes, „ non puſillanimes, aut ad periculorum laborumque magnitudinem languidi. His tot- „ dem adjungendos è Studioſorum provectioris ætatis & eruditionis numero, qui iisdem „ animi corporisque dotibus inſtructi ſint, ut tanti laboris ducibus atque auſpicibus nunc ad- „ miniculo eſſe, dein ſuccedere poſſint. Eſſe in eo Collegio labores ita inſtituendos, ut „ primò ſanctorum veteris Eccleſiæ Doctorum lectio ſuſcipiatur, annotentur locorum Scri- „ pturæ interpretationes, loquendi characteres, controverſiarum capita, hæreſes ipſæ, „ progreſſus & res geſtæ Eccleſiæ, ſacri regiminis formæ, Conciliorum Decreta, doctri- „ næ ad pietatem multiplices, Conſcientiæ Caſuum remedia, Eccleſiarum conſilia, variæ „ denique res cæteræ. Secundò Pontificiorum Scriptorum omnis generis, veterum recen- „ tiorumque, ſive quibus Scripturæ explicandæ manum admoverunt; ſive quibus Scholæ „ quæſita diſcuſſerunt in Lombardo ac Thoma occupati; ſive quibus officia Eccleſiaſtica „ conſtituerunt; ſive quibus hiſtoriam Eccleſiæ tradiderunt; ſive quibus ordines aſceticos „ informarunt; ſive quæ ſunt alia. Tertiò Calvinianorum Scriptorum varietas evolvatur. „ Quartò denique Photiniani, Enthuſiaſtæ, novi Prophetæ, Weigeliani perluſtrentur, „ annotatis paſſim, quæ ad ſacrum bellum neceſſaria & profutura videntur. Lectione „ abſoluta, in Claſſes omnia digerenda, & in quædam promptuaria referenda, ad varios „ faciendos apparatus inſtrumentorum & ſubſidiorum, nihilque prætermittendum, quod „ operibus adornandis emolumentum adferre queat. Conſtitutis denique præſidiis & ſub- „ ſidiis omnibus, ad opus ipſum tractandarum rerum contra varios errores progredien- „ dum eſſe. Hactenus D. Nicolaus Hunnius, Ægid. Hunnii, Suevo-Wirtenbergici, filius.

D. Dorſchæus autem addit: „ Ejusmodi conſilium conſummatiſſimi Theologi opti- „ mum eſſe, nemo dubitat, qui rationes ejus graviſſimas expendit, Deum & Eccleſiam æ- „ mat, controverſiarumque ſacrarum molem rectè æſtimat. Simile propemodum in Ec- „ cleſia Conſtantinopolitana Collegium fuiſſe inſtitutum, ex Cedreno, Zonara, & Con- „ ſtantino Manaſſe, Meurſius, Profeſſor Hafnienſis, in Lexico Græco-barbaro ſub voce „ Didaſcalos, docuit. Nimirum inter Doctores, qui in Eccleſia Magna Conſtantinopoli- „ tana eminuerunt, & Patriarchæ adſciti erunt, fuiſſe aliquem dignitate maximum, quem „ œcumenicum vocarunt, qui apud ciſternam Regiam in palatio habitabat, cum duode- „ cim diſcipulis, Viris in omni diſciplinarum genere inſignibus, qui tanta cum autoritate

ret

„res Divinas tractabant, ut absque ipsorum consilio ne ipsi quidem Imperatores temere „aliquid aggrederentur. Sperandum omninò esset, ita Dorscheus pergit, si designati „labores è tali Collegio prodirent, & se adversis partibus sisterent, multis difficultati„bus carituram Ecclesiam, quibus nunc fatigatur. Ut plane obligatas censeam Regum, „Principum, Procerumque Christianorum conscientias, ut monstrati instituti sanctissimi ac „utilissimi votum promoveant, Ecclesiæque afflictissimæ donent autoritate benignitate„que solatium. Et obsecrandos puto omnes eos, quos Summatum Magnatumque late„ribus consiliisque Deus junxit, ut seriò secum perpendant saluberrimi consilii rationes, „& suscitent egregio publico præpositos, ut vel tandem salutis Ecclesiæ seriam suscipiant „curam. Erubescant, quotquot fateri necesse habebunt, longè sapientius civilia negotia „tractata esse, eorumque tractatoribus passim majori apparatu allaboratum fuisse, quàm „Sacra gesta sunt, & Sacrorum tractatoribus impensum. Vide de his omnibus, Dorschei Admirandorum Jesu Christi Septenarium, in Præfat. lit. b, 7. seqq. Caroli Memorab. Eccles. Lib. V. Cap. XL. p. 1045. seqq.

Theologia Historica, sive Historia Ecclesiastica.

Paulus Constant. Phrygio, SS. Theol. D. & Prof. Tubing. scripsit Chronicon Regum Regnorumque omnium, item Tractatum Historico-Theologicum de Causâ Bohemicâ.

Pal. Vannii, Abb. Maulbronnensis, Historia von der Meß / in 2. Theil / wider Johannem Fabri. Tübingen / 1557. & 1587. in 4.

Martini Frechti, Theol. primò Ulmensis, deinde Tubingensis, libri tres rerum ab Henrico & Othone Impp. gestarum.

D. Lucas Osiander, Senior, scripsit Epitomen Historiæ Ecclesiasticæ à nato Christo usque ad A. 1600. inclusivè. Tubingæ, A. 1592. Insigne hoc opus est Compendium Centuriarum Magdeburgensium. Tanta fuit eximii hujus Theologi in adornando hoc utilissimo opere diligentia, ut Ludovicus, Dux Wirtenb. cognomento Pius, b. m. non tantùm clementissimo Decreto illum in institutо suo pergere juberet, verùm etiam in eodem Decreto, à quibusdam aliis occupationibus vacationem ipsi concederet, eique alterum, novo Exemplo, Collegam (pro sua insigni pietate & liberalitate) ipsi adjungeret, ut & liberius in hoc labore pergere, & vires animi atque corporis diutius conservare posset. Unde clementissimo Decreto manu sua Ducali adscripsit versum :

Quod caret alterna requie durabile non est.

Augustini Brunnii, Pastoris Jesingensis, Libellus Synopticus, in quo Romani Imperii Episcoporum, Regum, Principum &c. successiones recensentur, Tubingæ A. 1608. in 8.

Ejusdem Libellus Synopticus Theologicus, in quo recensentur præcipuè SS. Theologiæ

Doctores & Ecclesiæ Ministri, qui ab A. 1500. usque 1615. in Germania vixerunt, ac juxta Augustanæ Confessionis normam & formulam Concordiæ, Evangelium Domini nostri Jesu Christi purè docuerunt, multisque editis piis scriptis ac libris fuerunt celebratissimi. Tubingæ A. 1615. in 8.

Ejusd. Annales Poly-Chronici.

Wilhelmi Zimmermanni, SS. Theol. D. & Superint. Græcensis in Styria, Neostadio ad Tiliam oriundi, Historia Germanica.

Philippi Grateri, Præpositi Herbrechtingensis, Bibliſches Histori-Buch/ das ist/ Summarische Historie deß recht alten Catholischen Christlichen Glaubens durch die Biblische Bücher/ Laugingen/ 1605. in 4.

— Lutheri Schatz-Kammer von Lutheri Geschichten/ Schrifften und Abschied umständlich zusammen gefaßt/ Laugingen/ 1613. in 4.

Johannis Schopffii, Abbatis Blavisfontani, Academia Cœlestis Jesu Christi, incipit à Nativitate Optimi Salvatoris, & desinit in Luthero.

Steph. Gerlachii, SS. Theol. D. PP. Constantinopolitanische Reiß-Beschreibung. Francofurti. 1674. in fol.

Salom. Schweigeri, Sulzâ-Wirtenbergici, Ecclesiastæ Norimb. Itinerarium, oder Reiß-Beschreibung aus Teutschland nach Constantinopel und Jerusalem. Nürnberg/ 1620. in 4.

Polyc. Lyseri, Winnendâ-Wirtenbergici, Concionatoris Aulici Elect. Saxon. Historia Jesuitici Ordinis conscripta à M. Elia Hasenmüllero.

Ejusd. Operis contra Jac. Gretserum Jesuitam, defensio. Francof. 1593.

Johannes Schulers/ Superintendenten zu Kirchheim unter Teck/ Historische erbauliche Predigten/ darinnen angezeiget wird/ wie hoch GOtt das Hertzogthum Wirtenberg/ und sonderlich die Statt Kirchheim unter Teck gehalten/ beedes leiblich und geistlich begnadet/ und über alle Massen gesegnet habe/ wie es vormahls nicht nur im Heydenthum/ sondern auch in währendem Papstum zugegangen sey/ wie uns GOtt davon gnädig erlöset/ daß wir uns gegen Ihm desto danckbarer erzeigen. Stuttgardt/ 1613. in 4.

Jo. Ulrici Pregizeri, SS. Theol. D. Prof. Ord. Præpositi & Cancellarii, Amicitiæ & Memoriæ Monumentum, sive Oratio Historica Parentatoria in obitum Jo. Hauberi, S.S. Theol. Doct. & Concionatoris Aulici, Tubingæ, 1621.

Jo. Valentini Andreæ, SS. Theol. D. Abbatis Bebenhusani Incendium Vayhingense prius & posterius. Argent. 1619.

— Turris Babel, sive Judiciorum de fraternitate Rosaceæ Crucis chaos. Argentorati, 1619.

— Fama Andreana refloreſcens. Argent. 1630. Andreäisch- und Grüningerisch-Geschlecht-Buch.

— Threni Calvenses, quibus Urbis Calvæ Bustum, sors præsens lamentabilis & innocentia expressa. Argent. 1635.

Vita

— Vita Jo. Conradi Gœbelii, Senioris Auguſtani, & Paſtoris ad S. Annam. Stuttgardiæ & Norimbergæ, 1644.
— Umbra Sauberti delineata. Stuttgardiæ 1647. Lunæb. 1647.
— Seleniana Auguſtalia. Ulmæ, 1649. 1654.
— Kurtze Kirchen-Hiſtorie / aus Lucæ Oſiandri Senioris, Centuriis gezogen / und fortgeführt biß auff 1618. Straßburg / 1630.

Matth. Frid. Beckii, Martyrologium Germanicæ Eccleſiæ pervetuſtum. Auguſt. Vindel. 1683. in 4.
— Einſidler Leben Bericht. Ulm / 1663. in 8.

Jo. Jacobi Hainlini, Abbatis Bebenhuſani, Sol temporum, ſeu Chronologia Myſtica. Tubingæ, 1647. in fol.
— Clavis Temporum. Tubingæ, 1642. in 4.
— Vindiciæ pro Sole Temporum & Chronologiâ Myſticâ. Tubingæ 1653. in 4.

Georgii Nuberi, Hiſtoria Lutheri, in 20. Predigten. Stuttgardt / 1658. in 4.

D. Elia Veielii, Antiſtitis Ulmenſis, de Eccleſia Græcanica Exercitationes Hiſtorico-Theologicæ. Argent. 1664. in 4. Defenſio Francofurti edita. in 4.
— Urbani Regii Memoria & Merita. Francof. 1683. in 4.
— Cautæ Evangelicæ Eccleſiæ in negotio Reformationis. Ulmæ, 1688. in 4.
— De variis Oeconomiæ Sacræ, potiſſimùm Eccleſiaſticæ, Generibus.

Zacharia Webberi, Evangeliſche Gnaden-Poſaun / oder Erzehlung von der Augſpurgiſchen Confeſſion. Ulm / 1699. in 8.

D. Jo. Wolffgangi Jegeri, Cancellarii Tubingenſis, Hiſtoria Eccleſiaſtica cum paralleliſmo profanæ, in qua Conclavia Pontificum Romanorum fideliter aperiuntur, & ſectæ omnes recenſentur, nempe Böhmiſmus, Weigelianiſmus, Arminianiſmus, Syncretiſmus, Amyraldiſmus, Janſeniſmus, Arnaldiſmus, Probabiliſmus, Naturaliſmus, Borrhiſmus, Socinianiſmus, Labadiſmus, Comenianiſmus, Hobbeſianiſmus, Carteſianismus, Coccejanismus, Beckerismus, Pietiſmus, Quackeriſmus, Familiſmus, Spinoziſmus, Nullibiſmus, Quietiſmus, Poiretianiſmus, Bourignoniæ Doctrinalia, Lockianiſmus, Myſticiſmus, Stengerianiſmus, Neo-Origenianiſmus, Card. Petrucci & Fenelonis de Salignac cum Societate Philadelphica & Novellis Prophetis Sevennenſibus ſiſtuntur ab A. 1600. usque ad A. 1710. Hamburgi 1709. in fol.

Andreæ Caroli, Abbatis San-Georgiani, Memorabilia Eccleſiaſtica Seculi à Nato Chriſto Decimi Septimi juxta Annorum ſeriem notata, & convenienti Ordine digeſta. Tubingæ, 1698. in 4.

Jo. Chriſtiani Neui, Hiſtoriarum, Eloq. & Poeſ. P.P. Ord. in Acad. Tubingenſi, Acceſſiones ad Degor. Wheari Relectiones hiemales, quibus partim Scriptorum & Hiſtoricorum, Græcorum ac Latinorum, ab Auctore recenſitorum, plenior enarratio, partim aliorum ab eo prætermiſſorum, & præcipuè æqualium ſupplementum ſecundum ſeriem ſeculorum offertur. Tubingæ, 1704. in 8.

Sic perluſtravimus, Lector Benevole, omnes partes Sapientiæ Theologicæ & libros Theologiæ Theticæ, Catecheticæ, Exegeticæ, Polemicæ, Practicæ, Caſualis & Hiſtoricæ præcipuos, à Theologis Suevis & Wirtenbergicis ſcriptos, vel in Suevia & Wirtenbergia editos, fideliter recenſuimus. Hiſtoriam Sacram, à Theologis Suevis & Wirtenbergicis excultam, quod concernit, nihil illa, ſi piè ſcribitur, poſt Sacram Scripturam jucundius & utilius. Conſilia Regum & Principum celanda ſunt, ſed facta atque Magnalia DEI ubique prædicanda & ebuccinanda; Sed res eſt ſtupendi laboris & maturi judicii, veram, genuinam & accuratam Hiſtoriam ſacram ſcribere. Quanta ſit Hiſtoriæ Sacræ dignitas in Eccleſia Jeſu Chriſti, vel exinde apparet, omnibusque ſit manifeſtum, quod DEUS Ipſe Hiſtoriam Sacram inde à mundi primis incunabulis usque ad ingreſſum populi ſui in terram Canaan Moſi, Antiquiſſimo Hiſtorico, dictavit. Poſt Moſen omnes fere Prophetæ Hiſtorici fuerunt, & magno ſtudio memorabilia ſuorum temporum annotarunt. Quatuor Evangeliſtæ puriſſimi & ſanctiſſimi primique ſunt Hiſtoriographi Novi Teſtamenti, Conditores Hiſtoriæ JESU CHRISTI, & Sanctiſſimæ Ejus Familiæ, VIRI Ἰωάννου, & Spiritus Sancti Archivarii. Illos ſecuti ſunt varii Scriptores Eccleſiaſtici, magno cum judicio legendi. Qui enim Sacram Hiſtoriam poſt Apoſtolos conſcribendam ſibi ſumſerunt, multa ſæpe incerta, vel ex fama Antiquitatis, vel ex ſcripsis non Authenticis haud ſemper optimo judicio collegerunt: Omnia rectè in Hiſtoria Sacra dijudicare & vera à falſis, genuina à ſuppoſititiis diſcernere, non eſt cujusvis, verba ſunt B. Lucæ Oſiandri in præfatione ad Epitomen Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Quare ſi ullibi, certè etiam in Hiſtoria Sacra illud Paulinum valet: Omnia probate, & quæ bona ſunt, vobis ſervate. 1. Theſſal. 5. Dandum id eſt Gratiæ Divinæ ſingulari, quod poſt Reformationem Eccleſiæ, à B. Luthero ſuſceptam ſtudium Hiſtoriæ Sacræ in noſtris etiam Eccleſiis Evangelicis floruerit. Gratulatur ſibi SION noſtra Evangelica de Centuriatoribus Magdeburgenſibus, Mart. Chemnitio, Jo. Hülſemanno, Balth. Bebelio, Vito Lud. à Seckendorff, Chriſtiano Kortholdo, Thoma Ittigio, Adamo Rechenbergio, Ludov. Rabo, Jo. Fechtio, Eliâ Veiello, aliisque ſupra recenſitis Hiſtoricis Eccleſiaſticis.

Multùm etiam apud nos in hoc Studio præſtitit & plura fortean, juvante Supremo Numine, in poſterum præſtabit *Chriſtianus Eberhardus Weismannus*, Eccleſiaſtes & Profeſſor in Illuſtri Gymnaſio, quod eſt Stuttgardiæ, cujus doctiſſimæ lucubrationes (conſcripſit enim ex ſelectiſſimis Authoribus integram Hiſtoriæ Sacræ Syſtema) ut favente gratia Divinâ propediem edantur, ſummoperè optamus.

Nec Reformatis deſunt Scriptores rerum Sacrarum excellentiſſimi. Ut ex multis paucos referamus, præclariſſimè de Hiſtoria Eccleſiaſtica meriti ſunt egregiis ſcriptis ſuis Andreas Rivetus, Iſaacus Caſaubonus, Gerardus Joannes Voſſius, Jo. Dallæus, Abrah. Scultetus, Frid. Spanhemius, Jacobus Uſſerius, Guil. Cave, Gilb. Burnetus, Jo. Henricus Hottingerus, Samuel & Jacobus Basnagius &c. Pontificii celebrant ſuum CæſaremBaronium, Henr. Spondanum, Rob. Bellarminum, Ant. Poſſevinum, Dionyſium Petavium, Jo. Labeum, Danielem Papebrochium, Natalem Alexandrum, Eliam Dupinum, Jo. Mabillonium, Edmund. Richerium, Steph. Baluzium, Anton. & Franc. Pagi, &c. &c.

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ SUEVO-WIRTENBERGICÆ PARS SECUNDA,

sive

Recensio præcipuorum Scriptorum Rerum Suevicarum & Wirtenbergicarum

ORDINE ALPHABETICO ADORNATA,

STUDIO

M. GEORGII CONRADI PREGIZERI,
Eccles. Tubing. Diac.

A.

M. A*Sumi* (*Jo. Augusti*) Panegyrici tres Anglo-Wirtenbergici, decantantes Ordinem Regium Anglicæ Societatis, quem Fridericus, Dux Wirtenbergiæ, A. 1603. suscepit. Tubingæ 1604. in 4.

Augusti (*Michaelis*) Gratulatio ad Patriam de Reditu Illustrissimi Principis Ulrici. A. 1534.

Acta Jubilæi secundi Academiæ Tubingensis, Eberhardina, altero Jubilæo felix, id est, Festi Secularis Historica descriptio. Tubingæ 1682.. in fol.

Anonymi Gesta Simonis, Comitis Suevici Montfortii, peculiari chronico descripta typis antiquis.

Artzet (*Andreæ*) Societatis Jesu, Genealogia Comitum Suevicorum Montfortiorum.

Adami (*Francisci*) Grafens von Brandis/ Teutsche Tyrolische Adeliche Ehren-Krone/ da auch vieler Schwäbischen-Adelichen Geschlechter Meldung geschihet.

Acta Eruditorum Lipsiensium passim etiam Res Suevicas & Wirtenbergicas cum singulari judicio atque exactâ crisi passim recensent.

Adami (*Melchior*) in vitis Philosophorum & Theologorum frequentissimam mentionem facit Literatorum Suevicorum & Wirtenbergicorum. Francofurti 1653. in 8.

Adelszreiteri (*Johannis*) à Tetenweis, Arcani Consilii Cancellarii, Annales Boicæ Gentis, quibus Historia à prima Bojorum Origine usque ad MDCLI. quo Maximilianus, Ele-

Elector Bavariæ deceſſit, continetur. Acceſſere Andreæ Brunneri, è Soc. Jeſu, Annalium Boicorum, à primis initiis ad A. MCCCXI. partes III. cum Præfatione Godefridi Guilielmi Leibnitii. Francofurti ad Mœnum 1710. in fol. continentur in hoc egregio opere multa memorabilia Suevica & Wirtenbergica, ſed quædam etiam nimis acerbè atque iniquè ſcripta, contra Ulricum, Ducem Wirtenbergiæ.

Aventini (*Johannis*) Annalium Bojorum, ſive veteris Germaniæ libri VII. ut non tam Bavariæ, quàm vicinæ etiam Sueviæ, & totius Germaniæ Chronicon dici mereatur. Francofurti 1627. in fol. Nuper admodum Syſtema hoc Hiſtoricum Halæ Saxonum cum variis acceſſionibus edidit Gundlingius.

B.

Bruſchii (*Caſpari*) Chronologia Monaſteriorum Germaniæ præcipuorum, ac maximè illuſtrium, in qua Origines, Annales ac celebriora cujusque Monaſterii Monumenta bona fide recenſentur, & pleraque Cœnobia Wirtenbergica deſcribuntur. Sulzbaci, A. 1682. in 8.

Idem ſcripſit Chronica Conſtantiæ, & Magni operis de omnibus Germaniæ Epiſcopatibus Epitomen, ubi etiam recenſet Hiſtoriam Epiſcoporum Suevicorum, Conſtantienſium & Auguſtanorum. A. 1549.

Bucelini (*Gabrielis*) Ordinis Sancti Patris Benedicti, Monachi Theologi Imperialis Monaſterii Weingartenſis, Prioris S. Johannis Baptiſtæ in oppido Rhætiæ Superæ Veldkirchenſis, Germania Topo-Stemmato-Graphica Sacra & profana, ubi res Suevicæ & Wirtenbergicæ, inprimis Monaſticæ & Cœnobiales, uberrimè deſcribuntur, Auguſtæ Vindelicorum. A. 1655. in fol.

Idem ſcripſit Aquilam Imperii Benedictini, i. e. Monachorum Ordinis S. Benedicti, in Suevia etiam valdè potentis, de Imperio univerſo ampliſſima merita. Venetiis & Francof. 1651.

Eodem Bucelino Auctore innotuit Orbi Literato Conſtantiæ, Rhenanæ Urbis Antiquiſſimæ, cum adjacente Provincia & Epiſcopatu ejusdem nominis deſcriptio Topo-Chrono-Stemmato-Graphica. Francofurti, 1697.

A Bucelino etiam accepimus Rhætiam (quæ pars Sueviæ eſt) Ethnicam, Romanam, Gallicam, Germanicam, Sacram & profanam. Auguſtæ Vindel. 1666. in 4.

Burgmeiſterus (*Jo. Stephanus*) U. J. D. Conſiliarius Saxonicus, Syndicus hoc tempore liberæ Urbis Imperialis Ulmenſis, concinnavit Hiſtoriam Nobilitatis Imperialis Suevicæ Germanicam ſub hoc titulo: Hiſtoria deß unmittelbaren Freyen Reichs Adels der 3. Ritter-Crayſen in Schwaben / Francken und am Rhein / Prærogativen / Alter / Splendor, Zu- und Abnahm. Tübingen / 1700. in 4.

Buddei (*Jo. Franciſci*) SS. Theol. D. & Prof. Jenenſis Lexicon Hiſtoricum Germanicum in folio, ubi fideliter res etiam Suevicas & Wirtenbergicas, antiquas æquè ac novas, recenſet. Lipſiæ 1709. in fol.

Baldi

Balde (Jacobus) Eusisheimensis, Societ. Jesu, scripsit Carmen Historicum & Panegyricum Henrico Ottoni Fuggero, Comiti Suevico, oblatum, cùm Ordinem Aurei Velleris acciperet, Monachii, 1636.

Besoldi (Christoph.) Profess. quondam Jur. Ord. in Acad. Tubing. postea, cum ad Pontificios transiret, Profess. Juris in Universitate Electorali Bavarica Ingolstadiensi, Documenta rediviva Monasteriorum præcipuorum in Ducatu Wirtenbergico sitorum. Tubingæ A. 1636. in 4. Anno eodem prodierunt ejusdem opera Monumenta Virginum Sacrarum, quibus uti in priori opere in Serenissimos Nutritios, à quibus per complures annos, clementissimè fuit habitus, animum iniquiorem prodidit, à *Guilielmo Bidenbachio* egregiè confutatus.

Barbati (Nicol. Asclepii) Oratio de expulso & restituto Duce Ulrico Wirtenbergico, habita Marpurgi.

Bitsche (Jo. Rudolph.) Diaconus Calvensis, postea Pastor in pago Derendingen, & Specialis Superintendens Diœcesis Tubingensis, scripsit & typis edidit Relationem de Excidio Urbis Calvensis, à Gallis A. 1692. cum celeberrimo Monasterio Hirsaugiensi combustæ.

C.

Crusius (Martinus) Græcæ Linguæ Professor in Acad. Tubing. scripsit Annales Sueviæ, editos Francofurti 1595. De illis Bœclerus ita pronunciavit in Bibliographiâ: Crusii Annales Sueviæ, melioribus non extantibus, magni habendi sunt. Aliàs verò multæ ibi nugæ, & judicio pleraque parum accurato conscripta sunt. Multa affert, quæ in multis Historicis hactenus reperiri non potuerunt. Ita Bœclerus: Subjungit Excell. Dn. Profess. Neu in Doctissimis Supplementis ad Degorei Wheari Relectiones Historicas moderatissimum & Christianum de Crusio judicium hisce verbis: Industria Viri optimi meritò æstimanda est, quod Monasteria passim perquisivit, & à Laurentio Frisco, Consiliario Herbipolitano, multa ad scribendum subsidia accepit. Legi etiam merentur, quæ Casparus Calvör, Superintendens Generalis, & Assessor Consistorii Brunsvicensis Hanoverani, de B. Crusio scribit, in nuperrimè editâ Saxoniâ Inferiore Antiquâ, Gentili & Christianâ, Germanico Idiomate scripta, ubi in Appendice & Elencho celebriorum Historicorum de Crusio hæc memorat: Martinus Crusius, ein in Griechischer/ Lateinischer/ Hebräischer/ Italiänischer und Frantzösischer Sprach wohl erfahrner Mann/ war eines in damahligem Kayserlichem Krieg hochgeplagten Evangelischen Predigers Sohn: Erblickte dieser Welt Licht zu Grebern in dem Bistum Bamberg/ den 19. Septemb. 1526. Dessen fähiges und zu der Griechischen Sprach und Literatur inclinirendes Ingenium that sich so bald auff den Trivial-Schulen hervor. Es geschahe demnach/ daß er zwar erstlich nach Memmingen als Rector Scholæ, Anno 1554. Hernach von Christophoro, Hertzogen zu Wirtenberg/ Anno 1559. nach Tübingen zu einem Professore Græcæ Linguæ und Ephoro der Adelichen Jugend beruffen wurde; Dabey nicht zu vergessen die 7000. Predigten/ die er als Professor von 1564. biß an sein seeliges

End/ ſo den 25. Mart. 1607. in dem 81. Jahr ſeines Alters einſiel/ zu Tübingen in der Kirch inter Subſellia Profeſſorum nachgeſchrieben. Vid. Melch. Adami in vitis Philoſophorum. conf. Freheri Theatrum, Jacobi Gretheri Tractatum de Epiſcopis Aichſtettenſibus. Idem Cruſius ſcripſit & typis edidit egregiam Orationem Hiſtoricam de vetuſtiſſimo Wirtenbergenſis Ducatus oppido Calva. Tubingæ, 1595.

Carolus (Andreas) Abbas San-Georgianus, in Memorabilibus Eccleſiaſticis A. 1597. Tubingæ editis, Statum Eccleſiæ & Politiæ Wirtenbergicæ, qualis Seculo decimo ſeptimo fuit, breviter & nerveſe deſcribit. in 4.

Carolus (Andreas David) Superintendens Specialis & Paſtor Kircho-Teccenſis, modo laudati Vener. Abbatis Filius, propugnavit Innocentiam Wirtenbergicam ſcripto Germanico, cujus hæc eſt Epigraphe: Wirtenbergiſche Unſchuld durch Chriſtliche Prüfung deſſen/ waß Herr Gottfried Arnold von deß Löblichen Hertzogthums Wirtenberg Regenten/ Regierung/ und Lehren/ bevorab von dem ſeel. D. Jacobo Andreæ auffgezeichnet/ und ſeiner ſo genannten Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie einverleibet hat/ aus Liebe der Warheit/ zur Ehre GOttes/ und Erläuterung zerſchiedener merckwürdiger Stücke der Wirtenbergiſchen und anderer Kirchen-Geſchichten gründlich und beſcheidentlich dargethan. Ulm/ 1708. in 4.

Campelli (Huldarici) Ausführliche Beſchreibung der löblichen Graubünter und anderer Rhätiſchen Völcker/ ſammt etlichen neuen Land-Tafeln/ Wappen und Bildnuſſen herausgegeben/ von Johann Gülern von Windeck. Zürch/ 1617. in fol.

Calini Theatrum Gentis, Weiſſen Wolff/ ſive Comitum Suevicorum de Weiſſen Wolff. A. 1675. ſcriptum Germanicum.

Conringii (Hermanni) Cenſura diplomatis, quod Ludovico Imperatori fert acceptum Cœnobium Lindavienſe. Helmſtadii, 1672. in 4.

Cellii (Erhardi) Eques Auratus Anglo-Wirtenbergicus. Stuttgardiæ, 1605. in 4. In eo non tantùm Garterii Ordinis Originem ac Dignitatem, ſed & reliqua ſolennia explicavit. Deſcripſit etiam occultum ejusdem Principis iter A. 1600. ad Jubilæum Romanum ſuſceptum. Eidem debemus etiam Carmen Seculare in laudem DEI Opt. Max. Honorem Illuſtriſſimæ Domus Wirtenbergicæ, & commendationem inclytæ Academiæ Tubingenſis, ante annos centum à Divo Eberhardo Duce fundatæ, & ejus ſucceſſoribus clementer conſervatæ atque auctæ. Argumentum hujus Carminis Author ipſe indicat hiſce verſibus:

Jubila læta Scholæ Centeſimus exhibet annus,
Quæ tibi cum pompa ſingula canto ſua.
Canto Duces, Comites, Dominos, Patresque Ducatus.
Quorque Scholæ ornarunt Jubila feſta viros.

Tubingæ, 1578. in 4.

Conſtantienſis Concilii Acta, Johannis Huſſi & Hieronymi Pragenſis Hiſtoria & Monumenta rerum in Synodo Conſtantienſi geſtarum. Norimbergæ, 1583. in fol.

Illuſtris Familia de Bernhauſen, ex qua Jo. Sigismundus à Bernhauſen A. 1696. (quo anno

anno cum B. meo Parente Conſtantiæ propter opus Hiſtoricum Hermanni von der Hardt / infra ſub litera H. recenſendum, per integrum fere menſem fui) Capitularis erat, varia Manuſcripta de Hiſtoria Concilii Conſtantienſis habentur. Sed & in Archivo Cœnobii Franciſcani Conſtantienſis deliteſcunt Acta Originalia Authentica Concilii Conſtantienſis, cujus Secretiores ſeſſiones in hoc Monaſterio habitæ fuerunt.

L'Hiſtoire du Concile de Conſtance par Ms. l' Enfant. A Amſterdam in 4.

Chytræi (Davidis) Theologi Roſtochienſis, Bericht von der Augſpurgiſchen Confeſſion und andern Religions-Handlungen. Eißleben/ 1599. in 4.

D.

Dattii (Jo. Philippi) Sereniſſimi Wirtenbergiæ Ducis in Senatu Juſtitiæ Conſiliarii, Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſoris & Advocati Senatus, Fiſcique Eccleſiaſtici, Volumen Rerum Germanicarum novum, quod Ulmæ 1698. prodiit in folio; De quo Gotthelff Struve, Profeſſor Hiſtoriarum in Academia Jenenſi Celeberrimus, ita judicat. Liber eſt egregius, in quo Statum Germaniæ noſtræ, quatenus Henricorum temporibus degeneravit, ex veris Hiſtoriarum & Juris publici fontibus accuratiſſimè expreſſum videmus, hiſtoriam pacis publicæ, fœderis Suevici, Nobilitatis immediatæ atque alia juſtiſſime expoſita, ut haud male judicemus, ſi hoc ſopere fundamenta Juris Publici Germanici contineri dicamus. Vide laudati B. G. Struvii Selectam Bibliothecam Hiſtoricam cap. 17. pag. 455.

Durchleuchtige Welt / oder kurtz gefaßte Genealogiſche Hiſtoriſche und Politiſche Beſchreibung der meiſten (mithen auch Schwäbiſchen und Wirtenbergiſchen) Stands-Perſonen in Europa. Hamburg/ 1710. in 12.

Du May (Ludov.) Profeſſor Linguæ Gallicæ in Illuſtri Collegio Tubingenſi, ſcripſit Linguâ Gallicâ Tractatum Hiſtoricum, cujus titulus: Le prudent Voyageur, in quo res etiam Suevicas & Wirtenbergicas recenſet.

Dieterlini (Bernhardi) eximii Poetæ Wirtenbergici, Præceptoris Alumnorum Ducalium in Monaſterio Blabyrenſi, & paulo ante mortem ab Ampliſſ. Senatu Academico Tubingenſi electi Profeſſoris Poëſeos & Eloquentiæ, Magneis, ſive Carmen Heroicum de glorioſâ morte Magni, Ducis Wirtenbergiæ, in pugnâ ad Wimpinam 1622. d. 26. April. defuncti. Stuttgardiæ 1623. in 4.

E.

Ephemerides Wirtenbergicæ Linguâ Germanicâ ſcriptæ ſub hoc titulo. Kurtze Hiſtoriſche Ephemerides deß Hoch-Fürſtl. Hauſes Wirtenberg/ worinnen deſſelben Durchleuchtigſter Hertzogen Fürſtl. Geburten / Vermählungen und Todes-Fälle nebſt Dero vornehmſten Thaten und deren Geſchichten in Dero Hertzogthum und Landen von der Zeit an Eberhardi I. Barbati biß auff das Jahr 1706. zuſammen

getragen worden. Prodierunt hæ Ephemerides Ulmæ A. 1706. in 8. una cum Animadversionibus necessariis atque eruditis, quibus scriptum Historicum: Staat der Herzogen von Wirtenberg/ perstringitur. Auctor harum Ephemeridum est dilectissimus meus Frater Senior, M. Jo. Ulricus Pregizerus, Pastor in pago Unter-Türckheim prope Eslingam vigilantissimus.

Eobani Hessi (*Helii*) Gratulatoria acclamatio ad Illustrem & Inclytum Heroa Philippum, Hessorum Principem, de Victoriâ Wirtenbergicâ ad Lauffam A. 1534. contra Cæsareanos reportatâ.

F.

Fabri (*Felix*) Ulmensis scripsit Historiam Suevorum, fuit Monachus Dominicanus.

Fischlinus (*Ludov. Melch.*) t. t. Diaconus Stuttgardianus, nunc Pastor & Decanus Heydenheimensis, scripsit memoriam Theologorum Wirtenbergicorum, id est Biographiam præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis, usque ad hanc nostram ætatem partim in Ducatu Wirtenbergico Verbum Domini docuerunt, partim extra suam hanc patriam vocati, Ecclesiæ Christi aliis in terris inservierunt, atque vel Scriptis Theologicis, vel Officiorum Dignitate, vel aliis meritis præstantibus inclaruere. Accessit Elenchus scriptorum tum editorum, tùm in Manuscriptis latentium. Ulmæ, A. 1710. Recensetur hic liber ab Authore Anonymo Novæ Bibliothecæ Germanicâ Linguâ scriptæ. Francofurti & Lipsiæ, A. 1709. pag. 609. seqq. parte septimâ. Ubi ex parte Dn. Fischlinum laudat, ex parte perstringit.

Idem Fischlinus duo Carmina scripsit, & edidit Latina, de Cancellariis Tubingensibus, & de victoria ad Hochstadium à Germanis, Anglis, Danis & Belgis contra Gallos & Bavaros d. 13. Augusti A. 1704. singulari nutu & auxilio DEI reportatâ.

Freheri (*Marquardi*) JCti & Consiliarii Palatini Germanicarum, inprimis etiam Suevicarum, rerum scriptores. Francofurti 1624. in fol. Conferatur ejus Theatrum Historicum.

G.

Gabelkhoferus (*Oswaldus,*) Medicin. Doct. Serenissi. Wirtenbergiæ Ducis, Ludovici Pii, Archiater & Archivarius, res Wirtenbergicas ex ipsis fontibus descripsit, cujus egregia Manuscripta Historica maximam partem in Ducali Archivo Wirtenbergico asservantur.

Gualdus (*Galeatius*) Comes Prioratus scripsit Tractatum de Origine Gentis de Sinzendorf, Comitum Suevicorum. Viennæ.

Göllnitz (*Georgius Christophorus*) Eques Suevus Author est Panegyrici, Eberhardo & Friderico, Principibus Wirtenbergiæ dictis, qui prodiit Tubingæ A. 1650. in 4.

Per-Illustris hic Gölnizius Imperialis Cameræ Assessor fuit, dùm viveret, meritissimus à Facultate Juridica Tubingensi, cum hæic studia tractaret, consueto modo examinatus, & publico Elogio decoratus.

Ger-

Gardneri (Georgii) Descriptio Ducatus Wirtenbergici, qua Ejus Oppida, Monasteria, pagos, nemora, flumina & rivulos magnâ cum curâ exprimit. Cum hoc scripto conferri meretur elegantissima & accuratissima Mappa Geographica, à Viro Maxime Rev. & Dignissimo, Domino Johanne Majero, Monasterii Murhartensis Præsule, b. m. adornata. Gardneri liber prodiit Antwerpiæ A. 1579.

Goldastus (Melchior ab Heimensfeld) Scriptores aliquot veterum rerum Suevicarum evulgavit Francofurti, A. 1605. eâque collectione complexus est

1. Anonymum Scriptorem de Origine Suevorum.
2. Velleji Galli Fragmentum de Victoria Suevorum contra Romanos.
3. Isidori Hispalensis Historiam Suevorum.
4. Johannis Boemi Sueviam.
5. Henrici Bebelii Laudum Suevorum Epitomen.
6. Felicis Fabri, Monachi Dominicani Ulmensis, Historiam Suevorum.

— Conferri merentur ejusdem Goldasti Scriptores Rerum Alemannicarum, qui Historiam Suevicam præcipuè annotarunt.

Gmelini (Josephi) Collegii Mulifontani Præceptoris, Carmen Heroicum de Stipendio Ducali Theologico, quod Tubingæ est, scriptum A. 1677.

H.

Hermanni von der Hardt / Cœnobii Mariæburgensis Præpositi, Sereniss. Duci Brunsvicensi à Literis & Academiæ Iuliæ Professoris, Historia Concilii Constantiensis, cujus hæc Epigraphe: Magnum Oecumenicum Constantiense Concilium de Universali Ecclesiæ Reformatione, unione & fide sex Tomis comprehensum, Imperatoris Sigismundi Consilio A. 1415. — 1418. Sub cœlo Germanico magnificentissimè celebratum, Imperatoris LEOPOLDI gratiâ A. 1696. — 1699. gloriosissimè in Germaniæ sinu refuscitatum, Brunsvicensis Ducis RUDOLPHI AUGUSTI auspiciis ex ingenti antiquissimorum & fide Dignissimorum Manuscriptorum mole & profundis veteris illius ævi tenebris in Majorum Gloriam & posteritatis Emolumentum diligentissimè erutum ac recensitum, multisque figuris æneis exornatum. Francofurti & Lipsiæ A. 1703. in fol.

Harpprechti (Ferd. Christoph.) J. U. D. & Profess. Primarii S. Cæsarei Palatii Comitis, variorum Statuum S. R. Imperii & inprimis Sereniss. Ducis Wirtenbergiæ Consiliarii, nec non Assessoris Ducalis Dicasterii, HERCULES WIRTENBERGICUS, sive vita Gloriosissima Serenissimi Principis ac Domini, Domini FRIDERICI CAROLI, Ducis Wirtenbergiæ & Tecciæ &c. Administratoris & Tutoris supremi, descripta Oratione parentali publico Senatus Academici Nomine habita, Tubingæ d. 3. Martii A. 1699.

Hartmanni (Wolffgangi) Chronicon Augustanum. Basileæ, 1596. in fol. Idem scripsit Catalogum Episcoporum Augustanorum. Augustæ, 1614.

Helwichii (Georgii) Genealogie deß Uhralten Adelichen Ritterlichen Geschlechts derer Schwäbischen Graven von Cronberg. 1620.

Hundii (Wiguleji) Bayrischer Stamm-Baum / ubi etiam complures Familiæ Illustres Sueviæ recensentur. Ingolstadii, 1658. in fol.

Huttenι (Ulrici) Equitis varia iniqua scripta contra Ulricum, Ducem Wirtenbergiæ.

Hesenthaleri (Magni) Professoris Historiarum & Eloquentiæ, in Illustri Collegio Tubingensi, Panegyricus Nuptialis, Eberhardo Duci dictus, Tubingæ 1637. in fol.

Idem scripsit Orationem eximiam de Patriæ, sive Wirtenbergicæ Historiæ Eminentia. Tubingæ, 1663, in fol.

Hößlini (Jo. Conradi) Præceptoris & Ecclesiastæ Clavstralis Bebenhusani, TUBINGA in flore. A. 1667. in 4.

Hübners (Johann) ehmahligen Hoch-Fürstl. Sächsischen Rectoris deß Gymnasii zu Merseburg / anjetzo Rectoris in dem Gymnasio zu Hamburg / kurtze Fragen aus der Politischen Historia biß auff gegenwärtige Zeit continuiret / und mit einer nutzlichen Einleitung vor die Anfänger versehen / da auch die Schwäbische und Wirtenbergische Historie vorkommet. Leipzig / 1705. in 12.

I.

Jægeri (Jo. Wolffgangi) SS. Theol. D. Profess. Primarii, Cancellarii & Præpositi Tubingensis, Generalis Superattendentis & Abbatis Adelbergensis, Panegyricus, supremo honori & memoriæ Sereniſſimæ Principi ac Dominæ, Dominæ Magdalenæ Sibyllæ, Duci Viduæ Wirtenbergicæ, Natæ Landgraviæ Hassiacæ, die 9. Augusti, 1712. piè defunctæ, dictus.

Idem scripsit & edidit publicis typis JUSTA, Sereniſſimis Manibus Friderici Caroli, Ducis Wirtenberg. Tutoris & Administratoris supremi, ipsâ funestissimæ sepulturæ horâ & ferali Nocte, solenni, sed lugubri Oratione persoluta in Illustri Collegio. A. 1698.

Irsingi (Jacobi) Soc. Jesu Historia Imaginis, ut putat, miraculosæ Divæ Virginis Mariæ, quæ Oetingæ conspicitur. Monachis, 1643. in 4.

Jacobi Wilhelmi Imhofii Notitia S. Rom. Germanici Imperii Procerum tam Ecclesiasticorum, quàm Secularium Historico-Heraldico-Genealogica, ad hodiernum Imperii Statum accommodata, & in supplementum Operis Genealogici Rittershusiani adornata. Editio quarta, ubi multa Suevica & Wirtenbergica occurrunt. Tubingæ, 1706. in fol.

K.

Kelleri (Georgii Henrici) SS. Theol. D. P. P. Pro-Cancellarii, Ecclesiæ Tubingensis Decani, & Ducalis Stipendii Theolog. Superattendentis, Panegyricus, supremo honori & memoriæ Sereniſſimæ Principis, Mariæ Dorotheæ Sophiæ, Viduæ Ducis Wirtenbergiæ

bergiæ, Natæ Comitis Oetingenſis d. 29. Jun. ipſis Feriis Petri & Pauli A. 1698. piâ morte defunctæ, ex Ampliſſimi Senatus Academici Decreto publicè dictus, Anno eôdem d. 11. Septemb.

Knipſchild (*Philippus*) Syndicus Nobilitatis Sueviæ, Author eſt Tractatus de Immediatâ Nobilitate Imperiali, inprimis Suevicâ.

Kreidenmannus (*Jo. Conradus*) J. U. D. Syndicus Eſslingenſis ſcripſit A. 1646. Tractatum Germanicum, von der Reichs-Ritterſchafft in Schwaben und ihren Privilegiis.

Krez (*Albertus*) Sub-Prior Cœnobii Ottenpurani, Ord. Benedictini, Annales Ottenpurenſes continuavit, ſed, quantum ſcio, opus hoc ſuum Hiſtoricum, quod A. 1696. in Monaſterio Ottenpurenſi B. Parenti meo, mihique itineris Paterni Socio oſtendit, nondum edidit.

L.

Lanſi (*Thomæ*) Profeſſoris Hiſtoriarum, Polit. & Eloquentiæ in Illuſtri Collegio, & Viſitatoris Academiæ Tubingenſis, Conſultatio de Principatu inter Provincias Europæ, ubi multa habentur memorabilia de Suevia & Wirtenbergia. Tubingæ 1655. in 8. Idem ſcripſit Titum Wirtenbergicum, ſive res geſtas Johannis Friderici, Ducis Regentis Wirtenbergiæ.

Lindeſpührers (*Georgii Ludovici*) Commentarius über die Wirtenbergiſche Lands-Ordnung. Tübingen/ 1652.

Ludewigs (*Jo. Petri*) U. J. D. Regi Boruſſiæ à Conſiliis Curialibus, Profeſſoris Jurium & Hiſtoriarum, atque Magdeburgici Tabularii Archivarii, Diſſertatio Hiſtorico-Juridica, de primo Foro Sub-Feudorum Imperialium in Reichs Affter-Lehen. A. 1715. in 4. Hæc Diſſertatio complura continet ad Hiſtoriam Wirtenbergicam ſpectantia, quæ tamen ex parte liberius ſcripta aliorum Examini relinquo.

Laurentii (*Martini Chriſtoph.*) Scholæ Senatus Naumburgenſis Rectoris, Origines Doringicæ, ſive Monumenta Suevorum in Doringia, vulgò Thuringiâ, inveſtigata. Naumburgi 1706. in 4. In ſeptimo Capite doctiſſimus Author agit de μετοικεσίᾳ, ſive transmigratione Suevorum in Saxoniam, Incolis vacuam. Doringi, ſive Thuringi, à Clodoveo Theodoricoque, Patre & Filio, ſubacti, rebellarunt, cùm Regnum ad Clothatium I. perveniſſet, ſed victi quieverunt, donec Sigebertus & Clotharius II. poſt Saxonum in Italiam diſceſſum, loca vacua eos occupare juſſerunt, quod factum A. C. 568. Quod verò Saxones Italiam petierint, & Suevi Oberringi Saxoniam occupaverint, probatur Authoritate Pauli Warnefridi, Gottofridi Viterbienſis, Gobelini, Mutii, Blondi & Cruſii. Tandem quæritur, an integri tractus Suevici incolæ? An tantum delecti Coloni miſſi fuerint ad vacuam Saxoniam occupandam? Poſterius probabilius videtur.

Lenrer (*Thomas*) von Ranckweil/ Author eſt antiqui Chronici, ubi etiam recenſet res Sueviças & Wirtenbergicas.

Laporini (*Johannus*) Doct. Medicinæ und Fürſtl. Wirtenbergiſchen Hoff-Medici, Beſchreibung deß Deinacher Sauer-Bronnens. Stuttgardt/ 1707. in 8.

Lohma-

Lohmajers (Johann Georg) 87. Stamm-Tafeln der Teutschen Chur- und Fürstlichen Häuser. Ratzeburg/ 1691. in fol.

Luca (Friderici) Uhralter Fürsten-Saal deß H. Röm. Reichs/ Franckfurt/ 1705. in 4.

— Uhralter Grafen-Saal deß H. Röm. Reichs. Franckfurt/ 1702. in 4.

M.

Meriani (Matthæi) Genealogische Herführung der Hoch-Fürstl. Häuser Baden und Holstein. Franckfurt/ 1672.

Mureri (Henrici) der Carthaus Ittingen Professi und Procuratoris, Helvetia Sancta, oder Beschreibung aller Heiligen/ so von Anfang der Christenheit biß auff unser Zeit/ in Heiligkeit deß Lebens und mancherley prætendirten Wunder-Wercken in der Schweitz/ in Schwaben und andern Landen geleuchtet/ mit Kupffern. Luzern/ 1648.

Mabillonii (Johannis) Presbyteri ac Monachi Benedictini è Congregatione S. Mauri, Annales Celeberrimi in Suevia & alibi Ordinis S. Benedicti. Lutetiæ Parisiorum 1706. in fol.

Maiccleri (Georgii Conradi) Poëtæ Nobilis Coronati, & Pastoris Fehlbacensis, Arcus Jonathæ, in obitum Magni, Ducis Wirtenbergiæ, in pugna ad Wimpinam 1622. d. 16. April. glorioſâ morte defuncti. Stuttgardiæ, 1623. in 4.

Mütſchelin (Balthaſar) Præfectus Nirtingensis & Consiliarius Wirtenbergicus, varia reliquit Manuscripta Historica Wirtenbergica, quæ inspexit & allegavit Walzius in Chronico Göppingensi.

Maji (Jo. Burckardi) Dissertatio de rebus Badensibus. Wisteb. 1677. in 4.

N.

Nauclerus (Johannes) in Chronico suo subinde res etiam Suevicas exposuit.

Neu (Jo. Christianus) Histor. Eloq. & Poëseos Professor in Acad. Tubingensi Ordinarius, scripsit Accessiones & Mantissam ad Degorei Wheari, Prælectoris Cambdeniani, Relectiones hyemales, ubi rerum Suevicarum & Wirtenbergicarum Scriptores præcipui recensentur. Tubingæ, A. 1706. in 8.

O.

Oettingeri (Joh.) Geographi & Secretarii Wirtenbergici Wirtenbergisches Land-Buch Manuscriptum.

Idem scripsit Tractatum de Jure & controversiis limitum ac finibus regendis, oder gründlicher Bericht von den Grentzen und Marckſteinen. Hanoveræ, 1715. in 8.

Obrechts (Ulrici) Prodromus rerum Alsaticarum huc etiam pertinet, nam veteres Duces Alsatiæ fuere Duces Alemanniæ & Sueviæ.

Alp

P.

A Pappenheim (Matthia) U. J. D. & Canonici Auguſtani Tractatus de Origine & Familia Illuſtrium Dominorum de Calatin, qui hodie ſunt Domini de Pappenheim, Comites Suevici, S. R. I. Marechalli Hæreditarii. Auguſt. Vindel. 1553.

A Pappenheim (Matthæus) Marechallus U. J. D. & Canonicus Auguſtanus excerpſit Elwangenſis Monaſterii Chronicon ab A. 1095. usque ad 1477.

Pærſchii (Danielis) Augſpurgiſche Grabſchrifften und Epitaphia. Auguſtæ, A. 1614. Optandum eſſet, ut ubique inter Chriſtianos Epitaphiorum digna ratio haberetur, & iis vera, pia, lectuque digna inſcriberentur, poſthabitis & rejectis iis, quæ vana ſunt, turgida atque inania. Multùm lucis ab ejusmodi cippis & Epitaphiis, accuratè ſcriptis, accipit Hiſtoria.

Petri (Franciſci) Imperialis Collegii Wertenhuſani in Marchionatu Burgovienſi Canonici Regularis, Ordinis S. Auguſtini, Presbyteri, SS. Theol. D. Suevia Eccleſiaſtica, ſeu Clericalia Collegia, tùm ſecularia, tùm Regularia, quævis item diverſorum Religioſorum Ordinum utriusque ſexus Monaſteria Nova & Antiqua, in celebertimo & ampliſſimo S. R. I. Circulo, ſeu Ducatu Sueviæ, cum ſuis fundationibus, originibus, juribus, Privilegiis, immunitatibus recens collecta & hiſtoricè deſcripta. Auguſtæ Vindelicorum & Dillingæ, A. 1699. in fol. Deſumſit hic Author pleraque ex documentis ac Monumentis Monaſticis Beſoldi, tùm & ex Chronico Conſtantienſi, Caſp. Bruſchio, Gabr. Bucelino & Martino Zeilero, nimis durus in Monaſteria Evangelica Wirtenbergica, eorumque Abbates Reformatos. Poſſeſſionem paucorum Monaſteriorum non ſine nutu & proviſu Divino, ad Principes Evangelicos ſuperioribus ſeculis delatam, & per pacem inprimis Religioſam atque Weſtphalicam ab Auguſtiſſimis Imperatoribus clementiſſimè confirmatam, non deberet nobis invidere.

Pantaleonis (Henrici) Beſchreibung der Statt und Marggraffſchafft Baden. 1598. in 4.

Pedii (Johannis Tethingeri) Wirtenbergicarum rerum Libri duo de Huldrichi, Ducis Wirtenb. rebus geſtis in eo potiſſimum bello, quod ei à fœderatis Suevis illatum fuit, apud Schardium Tomo II. & III. Script. Germ.

Pippingi (Henrici) Sacer Decadum Septenarius, memoriam Theologorum etiam Wirtenbergicorum renovatam exhibet. Lipſiæ, 1705. in 8.

Pregizeri (Jo. Ulrici) U. J. D. Conſil. Wirtenb. & Supremi Dicaſterii Aſſeſſoris, Teutſcher Regierungs- und Ehren-Spiegel/ vorbildend deß Teutſchen Reichs und deſſelben Stände erſten Anfang/ Fortleitung/ Hoheit/ Macht/ Recht/ und Freyheit/ auch der Chur-Fürſten/ Fürſten/ Grafen/ und Herrn und Derſelben Hohen Häuſer/ beſonders deß Hauſes Hohenzollern/ Urſprung/ Würde und Herrligkeit/ mit vielen ſchönen Kupffern gezieret. Berlin/ 1703. mit Königlichem Preußiſchen Allergn. Privilegio in fol.

Lohmajers (Johann Georg) 87. Stamm-Tafeln der Teutſchen Chur- und Fürſtlichen Häuſer. Ratzeburg/ 1691. in fol.

Luca (Friderici) Uhralter Fürſten-Saal deß H. Röm. Reichs/ Franckfurt/ 1705. in 4.

— Uhralter Grafen-Saal deß H. Röm. Reichs. Franckfurt/ 1702. in 4.

M.

Meriani (Matthæi) Genealogiſche Herführung der Hoch-Fürſtl. Häuſer Baden und Holſtein. Franckfurt/ 1672.

Murer (Henrici) der Carthaus Ittingen Profeſſi und Procuratoris, Helvetia Sancta, oder Beſchreibung aller Heiligen/ ſo von Anfang der Chriſtenheit biß auff unſere Zeit/ in Heiligkeit deß Lebens und mancherley prætendirten Wunder-Wercken in der Schweitz/ in Schwaben und andern Landen geleuchtet/ mit Kupffern. Lucern/ 1648.

Mabillonii (Johannis) Presbyteri ac Monachi Benedictini è Congregatione S. Mauri, Annales Celeberrimi in Suevia & alibi Ordinis S. Benedicti. Lutetiæ Pariſiorum 1706. in fol.

Maiccleri (Georgii Conradi) Poëtæ Nobilis Coronati, & Paſtoris Fehlbacenſis, Arcus Jonathæ, in obitum Magni, Ducis Wirtenbergiæ, in pugna ad Wimpinam 1622. d. 26. April. glorioſa morte defuncti. Stuttgardiæ, 1623. in 4.

Mütſchelin (Balthaſar) Præfectus Nirtingenſis & Conſiliarius Wirtenbergicus, varia reliquit Manuſcripta Hiſtorica Wirtenbergica, quæ inſpexit & allegavit Walzius in Chronico Göppingenſi.

Maji (Jo. Burckardi) Diſſertatio de rebus Badenſibus. Witteb. 1677. in 4.

N.

Nauclerus (Johannes) in Chronico ſuo ſubinde res etiam Suevicas expoſuit.

Neu (Jo. Chriſtianus) Hiſtor. Eloq. & Poëſeos Profeſſor in Acad. Tubingenſi Ordinarius, ſcripſit Acceſſiones & Mantiſſam ad Degorei Wheari, Prælectoris Cambdeniani, Relectiones hyemales, ubi rerum Suevicarum & Wirtenbergicarum Scriptores præcipui recenſentur. Tubingæ, A. 1706. in 8.

O.

Oetingeri (Joh.) Geographi & Secretarii Wirtenbergici Wirtenbergiſches Land-Buch/ Manuſcriptum.

Idem ſcripſit Tractatum de Jure & controverſiis limitum ac finibus regendis, oder gründlicher Bericht von den Grentzen und Marckſteinen. Hanoveræ, 1715. in 8.

Obrechti (Ulrici) Prodromus rerum Alſaticarum huc etiam pertinet, nam veteres Duces Alſatiæ fuere Duces Alemanniæ & Sueviæ.

A Paq-

P.

A Pappenheim (Matthia) U. J. D. & Canonici Augustani Tractatus de Origine & Familia Illustrium Dominorum de Calatin, qui hodie sunt Domini de Pappenheim, Comites Suevici, S. R. I. Marechalli Hæreditarii. August. Vindel. 1553.

A Pappenheim (Matthæus) Marechallus U. J. D. & Canonicus Augustanus excerpsit Elwangensis Monasterii Chronicon ab A. 1095. usque ad 1477.

Parschii (Danielis) Augspurgische Grabschrifften und Epitaphia. Augustæ, A. 1624. Optandum esset, ut ubique inter Christianos Epitaphiorum digna ratio haberetur, & iis vera, pia, lectuque digna inscriberentur, posthabitis & rejectis iis, quæ vana sunt, turgida atque inania. Multùm lucis ab ejusmodi cippis & Epitaphiis, accuratè scriptis, accipit Historia.

Petri (Francisci) Imperialis Collegii Wettenhusani in Marchionatu Burgovienſi Canonici Regularis, Ordinis S. Augustini, Presbyteri, SS. Theol. D. Suevia Ecclesiastica, seu Clericalia Collegia, tùm secularia, tùm Regularia, quævis item diversorum Religiosorum Ordinum utriusque sexus Monasteria Nova & Antiqua, in celeberrimo & amplissimo S. R. I. Circulo, seu Ducatu Sueviæ, cum suis fundationibus, originibus, juribus, Privilegiis, immunitatibus recens collecta & historicè descripta. Augustæ Vindelicorum & Dillingæ, A. 1699. in fol. Desumsit hic Author pleraque ex documentis ac Monumentis Monasticis Besoldi, tùm & ex Chronico Constantiensi, Casp. Bruschio, Gabr. Bucelino & Martino Zeilero, nimis durus in Monasteria Evangelica Wirtenbergica, eorumque Abbates Reformatos. Possessionem paucorum Monasteriorum non sine nutu & provisu Divino, ad Principes Evangelicos superioribus seculis delatam, & per pacem inprimis Religiosam atque Westphalicam ab Augustissimis Imperatoribus clementissimè confirmatam, non deberet nobis invidere.

Pantaleonis (Henrici) Beschreibung der Statt und Marggrafschafft Baden. 1598. in 4.

Pedii (Johannis Tethingeri) Wirtenbergicarum rerum Libri duo de Huldrichi, Ducis Wirtenb. rebus gestis in eo potissimum bello, quod ei à fœderatis Suevis illatum fuit, apud Schardium Tomo II. & III. Script. Germ.

Pippingi (Henrici) Sacer Decadum Septenarius, memoriam Theologorum etiam Wirtenbergicorum renovatam exhibet. Lipsiæ, 1705. in 8.

Pregizeri (Jo. Ulrici) U. J. D. Consil. Wirtenb. & Supremi Dicasterii Assessoris, Teutscher Regierungs- und Ehren-Spiegel/ vorbildend deß Teutschen Reichs und desselben Stände ersten Anfang/ Fortleitung/ Hoheit/ Macht/ Recht/ und Freyheit/ auch der Chur-Fürsten/ Fürsten/ Grafen/ und Herrn und Derselben Hohen Häuser/ besonders deß Hauses Hohenzollern/ Ursprung/ Würde und Herrligkeit/ mit vielen schönen Kupffern gezieret. Berlin/ 1703. mit Königlichem Preußischen Allergn. Privilegio in fol.

Idem B. & Venerandus Parens meus Iusta Parentalia solvit diversis Wirtenbergiæ Ducibus, Wilhelmo Ludovico, Georgio Friderico, Jo. Friderico, Ferdinando Wilhelmo, quæ Orationes funebres, typis expressæ, magna pars sunt Historiæ Wirtenbergicæ. Plura autem sunt, quæ in scriniis latent, nondum edita. v. gr.

1. Historia Wirtenbergica Naturalis.
2. Von den alten Innwohnern deß Hertzogthums Wirtenberg / den alten Celten / und andern Völckern / sammt dem Zustand dieses Lands unter König Arioviſto, und Julio Cæsare, Augusto, König Maroboduo unter den Alemanniern und derselben Könige bis auff das Fränckische Reich / und bis auff Kayser Carolum M. So dann von dem Zustand dieses Landes von Caroli M. Zeiten an / bis auff Kayser Ottonem M. und von Ottonis M. Zeiten an / biß auff Kayser Henricum IV. Gibellinischen Stammens / und Conradum II. Grafen zu Wirtenberg / so dann von Conrado II. Grafen zu Wirtenberg / biß auff den Abgang der Hertzogen zu Schwaben / zur Zeit deß grossen Interregni und Graf Ulrichs / deß Stiffters zu Wirtenberg: nach verflossenem Interregno von Zeiten Kayſers Rudolphi I. an / bis auff Maximilianum I. und Eberhard im Bart / Hertzogen zu Wirtenberg / von Eberhardo Barbato an / bis auff Johann Fridrichen / Regierenden Hertzogen zu Wirtenberg / inclusivè.
3. Wirtenbergiſches Jus Publicum, wie Wirtenberg mit allen Ständen deß Reichs und Puiſſancen in Europâ ſtehe?
4. Wirtenbergiſcher Stamm-Baum.
5. De rebus Fürſtenbergicis.
6. De Inſignibus Wirtenbergicis.

Prigizeri (*Georgii Conradi*) Informatoris quondam & Eccleſiaſtæ itineralis Sereniſſimi Principis Friderici Ludovici, Ducis Wirtenb. nunc Eccleſiæ Tubingenſis Diaconi, Synopſis Hiſtoriæ Wirtenbergicæ in uſum Principum Juventutis Wirtenbergicæ Latino Sermone conſcripta. Prima pars duodecim capitibus breviter & nervoſè tradit Res Geſtas Comitum Wirtenbergiæ; Secunda pars, quinque capita complectens, recenſet Facta primorum Ducum Wirtenbergiæ, quorum familia & ſtirps exaruit, nempe Eberhardi I. Eberhardi II. Ulrici, Chriſtophori & Ludovici Pii. Tertia Pars conſiſtit ex quatuor capitibus, in primo agitur de GEORGIO, Comite Mompelgartenſi, communi Parente omnium hodie viventium Principum Wirtenbergiæ. Secundum Caput in compendio fiſtit Memorabilia Regiminis Friderici Magnanimi, Ducis Wirtenb. Tertium Caput delineat Momenta vitæ Johannis Friderici, Ducis Wirtenberg. Quartum Caput deſcribit quadragenarium, idemque Glorioſiſſimum, & magnis factis fœcundiſſimum Regimen Maximi EBERHARDI III. Ducis Wirtenb. Opuſculum nondum editum.

R.

Rösleri (*Jo. Eberhard.*) Philoſ. Moralis Profeſſ. Ord. in Acad. Tubing. Panegyricus, ſive virtu-

virtutis Heroicæ Imago in Maximiliano Emanuele, Duce Wirtenb. S. R. Maj. Sueciæ Legionis Dimacharum Scanicæ Chiliarchæ, d. 25. Septemb. 1709. Dubnoviæ in Volhinia piè beateque defuncto, Oratione parentali in Illustris Collegii Auditorio d. 11. April. 1710. repræsentata.

Rasslerr (*Matthæi*) Soc. Jesu Scriptum contra Herm. Conringium in causa Parthenonis Lindavienſis contra Civitatem Lindavienſem.

Rechenbergii (*Adami*) Profeſſoris Lipſienſis deſcriptio Hiſtorica Johannis Huſſi Martyris. Lipſiæ 1671.

Reuchlini (*Johannis*) Phorcenſis, Vita, à Jo. Henrico Majo ſcripta. Durlaci, 1687. in 8.

Rustilii Fratres in Hiſtoria Wirtenbergica ſuo tempore multùm præſtiterunt, quorum Manuſcripta aſſervantur in Archivo Ducali Wirtenbergico.

Rittershusii (*Nicolai*) Genealogiæ Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum, præcipuorumque aliorum Procerum Orbis Chriſtiani ab A. 1400. usque ad A. 1664. in fol.

— Exegeſis Hiſtorica Genealogiarum. Tubingæ, 1674. in fol.

— Tabulæ Genealogicæ Illuſtrium aliquot in Germania Familiarum. Tubingæ, 1668. in fol.

— Spicilegium Genealogicum. Tubingæ, 1685. in fol.

Rauscher (*Jo. Martinus*) Prof. Eloquentiæ in Acad. Tubingenſi cum Celeberrimo Hiſtorico, Gabriele Bucelino, commercium habuit literarium, ſtudiaque quaſi communia ſine livore ob diverſam Religionem. Ipſe Rauſcherus multa egregia ſcripſit in Hiſtoria Wirtenbergicâ & Suevica, ſed maximam partem incompleta & *avirxδωτα*, quæ aſſervantur in Archivo Ducali Wirtenbergico. Si multi eſſent Rauſcherо & Bucelino ſimiles, nempe ſeduli Scrutatores Antiquitatum & Veritatum Hiſtoricarum, ſi ceſſaret odium Religionis, Hiſtoria Germanica, nondum plenè exculta, ſemper magis aſſurgeret ad ſuam maturitatem & perfectionem. Imò per culturam & Studium Hiſtoriæ, inprimis Eccleſiaſticæ, tollerentur, ad minimum minuerentur lites & diſſidia Religionum; Si verum à falſo, antiquum à novo rite diſcerneretur, mendacia, fabulæque non pro oraculis & veritatibus, nova non pro antiquis venditarentur. Ignorantia ergò Hiſtoriæ Sacræ purioris, non minima eſt cauſa rixarum Eccleſiaſticarum in toto orbe.

Reiselii (*Salomonis*) Archiatri Wirtenbergici Antiqua Gentilium Wirtenbergica. in 4.

Rauschneri & Dresseri Tractatus de Urbibus Germanicis.

S.

Stuttgardtiſche Chronic, Manuſcriptum hoc allegatur à Walzio in Chronico Göppingenſi.

Stuttgardiani Gymnaſii d. 27. Mart. A. 1685. Sereniſſ. Ducis Frid. Caroli, Adminiſtratoris & Tutoris Supremi, auſpiciis fundati, Hiſtoria Germanicè ſcripta A. 1686. in 4.

Studion (*Simon*) Ludi moderator Marpacenſis, reliquit Manuſcriptum Latinum Hiſtoricum. de rebus Wirtenbergicis.

Schickardi (*Philippi*) Paſtoris & Specialis Superintendentis Göppingenſis, getruckte Bekehrungs-Predigt von einem Jüngling/ Nahmens Johannes Müller/ welcher ſich

zuvor dem Satan auff 7. Jahr ergeben/ wieder bekehrt/ dem Teuffel und seinen Wercken abgesagt. vid. Walzius in Chronico Göppingensi.

Schuleri (*Johannis*) Pfarrers und Special-Superattendenten zu Kirchheim unter Teck/ Christliche Predigten/ darinnen angezeigt wird/ wie hoch GOTT der HERR das Hertzogthum Wirtenberg und unter andern auch die Statt Kirchheim unter Teck erhaben/ beedes leiblich und geistlich begnadet/ und über alle Massen gesegnet habe/ auch nach der länge ausgeführt/ wie es vor Jahren nicht nur im Heydenthum/ sondern auch im Papstum/ so viel noch Anzeigungen vorhanden/ zugegangen/ und welcher Gestalt uns GOtt davon gnädig erlöset/ auff daß wir uns gegen ihm desto danckbarer erzeigen. Stuttgardt/ 1613. Cum Præfatione Faculatis Theol. Tubing. in 4.

Sulgeri (*Arsenii*) Annales Zwifaltenses, Monasterii Zwifaltensis Ordinis S. Benedicti in Suevia, Ordine temporis & Abbatum serie distincti atque a prima Origine ad hæc usque tempora deducti. Augustæ, 1698. opus posthumum. Iniquiorem subinde animum in Serenissimam Domum Wirtenbergicam prodidit, sed egregiè illum (verba sunt Excellent. Domini Profess. Neu in Accessionibus ad Degorei Wheari Relectiones) perstrinxerunt Duum-Viri Excellentissimi, Jo. Philippus Dattius & Jo. Ulricus Pregizerus, Consiliarii Wirtenbergici, qui Jussu Serenissimi Principis sui hunc librum examinarunt & confutarunt.

Sueviæ Antiquæ Notitia tradita à Jo. Casparo Brechenmachero. Jenæ, 1716. in 4.

D. Speneri (*Phil. Jacobi*) Tabulæ Progonologicæ Familiarum Illustrium. Suttgardiæ, 1660. in fol.

— Theatrum Nobilitatis Europæ, Francofurti, 1668. in fol. 1676. prodiit Editio locupletior. in 8.

Sutoris (*Levi*) Andreis, sive Carmen heroicum, exhibens Jacobi Andreæ, Cancellarii Tubingensis, vitam. Lunæburgi, 1649. in 16.

Schwederi (*Gabrielis*) U. J. D. Sacri Cæsarei Palatii Comitis, Consiliarii Wirtenbergici, Placitorum, Feudalium & Juris Publ. Professoris in Acad. Tubing. Introductio in Jus Publicum Imperii Romano-Germanici novissimum, Res etiam Suevicas & Wirtenbergicas breviter ac nervosè exhibens. Tubingæ, 1707. in 8.

Suevici Circuli succincta Descriptio, das ist/ kurtzgefaßte Beschreibung deß Schwäbischen Krayses/ darinn die Bistümer Costnitz/ Augspurg und Cur/ die Gefürstete Abbtey zu Kempten/ die Gefürstete Propstey zu Elwangen/ die Prälaturen zu Salmansweiler/ Weingarten/ Ochsenhausen/ Elchingen/ Ursingen/ Ursperg ꝛc. das Hertzogthum Wirtenberg/ die Marggrafschafft Baden/ die Fürstenthümer Hohenzollern/ Oetingen und Fürstenberg. Die Besitzungen Ihro Kayſ. Majestät/ nemlich die Grafschafften Burgau und Montfort/ die Herschafften Bregentz/ Nellenburg und Hohenberg. Item die Besitzungen Ihro Chur-Fürstl. Durchl. von Bajern/ neml. Mindelheim und Wisensteig/ und endlich unterschiedliche Grafschafften/ wie auch 31. Reichs Stätte/ sammt andern berühmten Stätten/ Vestungen/ Clöstern und

und Schlöſſern / nach ihrer Fruchtbarkeit / Lager / Gröſſe / Seltenheiten / Gebäu / Glücks- und Unglücks-Fällen abgehandelt / endlich mit beygefügten Kupfern der vornehmſten Stätte. Nürnberg / 1703. in 12.

Suevici Circuli Hiſtoriam ſcripſiſſe Gœkelium memorat Buddeus in Lexico ſuo Hiſtorico.

Schwelini (*Narciſſi*) in Senatu Reditiuum Eccleſiaſticorum Conſiliarii, Wirtenbergiſche kleine Chronick ab Anno 775. usque ad Annum 1660. Stuttgardiæ, A. 1660. in 8.

Schnepfius (*Jo. Theodor.*) Oratio, in Laudem & celebrationem Academiæ Tubingenſis edita Tubingæ A. 1610. in 4. Idem ſcripſit Orationem de vita & morte Chriſtophori, Ducis Wirtenbergiæ.

Sommerhard (*Conradi*) Oratio Encomiaſtica de Eberhardo I. Duce Wirt. vulgò Barbato.

Schurzfleiſchii (*Conradi Samuelis*) Celeberrimi quondam Profeſſoris & Polyhiſtoris in Academia Wittebergenſi Res Badenſes. Wittebergæ, 1677. ubi de Origine, antiquitate, Genealogia & incrementis & Hiſtoriâ Sereniſſimorum Marchionum Badenſium (judice Gotthelff Struvio) egregiè agitur.

Scheinemanni (*Davidis*) U. J. D. & Profeſſoris in Illuſtri Collegio Tubingenſi, Supremi Dicaſterii Aſſeſſoris, & Statuum Provincialium Conſiliarii, Oratio Hiſtorica Parentalis habita in laudem Eberhardi III. Ducis Wirtenbergiæ, A. 1674. piâ morte defuncti.

Schardius (*Simon*) rerum Germanicarum, adeoq; & Suevicarum, Scriptores recenſuit. Baſileæ.

Spangenbergs (*Cyriaci*) Adelſpiegel / ubi multa memorabilia leguntur de Nobilitate Suevica. Schmalcalden / A. 1591. in fol.

Salemitanum Apiarium, oder Salmansweyliſcher Bienen-Stock / worinnen die der Königlichen berühmten Freyen und Exempten Reichs Prælatur Salmansweyl / Lateiniſch Salem, oder Salemium, Ciſtercienſer Ordens in Schwaben / Fundations Acta, Privilegia, Series Abbatum und Denckwürdigheiten zufinden. Authore P. Auguſtino Sartorio, Ciſtercienſer Ordens Profeſſen zu Oſſegg in Böhmen. Prag / 1708. in 4. Inter alia Author de quibuſdam Cœnobiis Wirtenbergicis hæc habet: Es dependirten auch ehebevor von dieſem Reichs-Stiffte drey vornehme nunmehro ſæculariſirte Clöſter im Hertzogthum Wirtenberg / als untergebene Ordens-Töchtern / nemlich Königs-Bronn / Bebenhauſen und Herren-Alb. Hæc gratis & contra veritatem ſatis audaciter ſcribuntur ſæculariſata eſſe hæc tria Cœnobia Wirtenbergica. Quis enim neſcit, Sereniſſimos Duces Wirtenbergiæ in hunc usque diem Bona Eccleſiaſtica & Monaſtica conſervationi Eccleſiarum & Scholarum deſtinaſſe. Supra recenſuimus, ingentem numerum Alumnorum Ducalium, etiam Bebenhuſanorum, qui ſacra tractant. Hinc Sereniſſimos noſtros Principes Wirtenbergicos celebrat laudatus D. Schwederus in Jure Publ. p. 852. quod præ aliis Bona Eccleſiaſtica Sacris uſibus hactenus deſtinarunt, verba VIRI optimi & celeberrimi, cedro digna, ita ſe habent: Nolim Principibus ac cæteris Ordinibus Author eſſe, ut ſine urgente neceſſitate quicquam horum, quæ ad ſacros ac pios, imò & ſuperſtitioſos uſus ſemel à majoribus religioſa pietate dedicata ſunt, profanis conſecrent, & in privata pervertant commoda, dicitur enim in communi Proverbio:

Das Kirchen-Guth hat eiſerne Zähn/
Es frißt eins mit dem andern hin/
Und bringt dem dritten Erben kein Gewinn.

Sed ut potius Exemplo Sereniſſimorum noſtrorum Ducum, quorum curam ſummis laudibus Mylerus A. c. 88. & Burgold. p. 2. ad I. P. diſp. 9. num. 14. p. 89. promeritis evehunt laudibus, & Sereniſſimorum ac Potentiſſimorum Electorum Brandenburgicorum, Joachimi I- & Friderici Wilhelmi, quibus eadem laudum Encomia debentur, ſummoque jure vindicantur à Jo. Frider. Rhet. in Diſput. de Secularisat. cap. 7. num. 39. ſeqq. ad alios non minus pios, ac meliores transferant uſus, ſuaſor extiterim vid. Schwederus l. c.

T.

Trithemius (Johannes) Abbas Sponheimenſis Chronicon Cœnobii celebertimi Hirſoviensis ſcripſit, quod in Monaſterio San-Gallenſi A. 1690. nitidiſſime recuſum eſt.

Tenzelii (Gnil. Erneſti) vindiciæ Hermanni Conringii contra Matthæum Raſslerum, Soc. Jeſu, ſcriptæ in fol. ſub hoc titulo: Vindiciæ Hiſtoricæ pro Hermanni Conringii, (Celeberrimi Polyhiſtoris & Medici Helmſtadienſis) Cenſurâ in Diploma Fundationis fictitium, quod Lindavienſe ad D. Virginem Cœnobium primo Imp. Ludovico, Lotharii Filio, poſt Ludovico Pio, trinâ variatione ſuſpectiſſimâ adſcripſit, oppoſitæ ſic vocatæ juſtæ defenſioni ab ipſo Cœnobio, in favorem prædicti diplomatis 1691. Conſtantiæ typis evulgatæ. Opus hoc Tenzelianum prodiit Lindaviæ A. 1700. in fol.

Tamburini (Aſcanii) de Jure & Privilegiis Abbatum, Prælatorum, Abbatiſſarum & Monialium, opus inſigne, Hiſtoriam Sueviæ, Monaſteriis fœcundæ, multùm illuſtrans, quatuor Tomis conſtans, Coloniæ Agripp. 1691. in fol.

Tanneri (Joh.) Soc. Jeſu, Amphi-Theatrum Gloriæ ſpectaculis Leonum Waldſteiniorum, Comitum Suevicorum, adornatum. Pragæ, 1661. in fol.

Tſchudi (Dominici) Abbatis antiquiſſimi Monaſterii Murenſis in Helvetiâ ſiti, Auſtriacæ fundationis, Origo & Genealogia Glorioſorum Comitum de Habspurg, quos Suevia ſibi vindicat, ex antiquis monumentis Cœnobii Murenſis demonſtrata. Typis Cœnobii Murenſis, A. 1701. in 8.

Tabulæ Tubingenſes Genealogicæ, oder Genealogiſche Beſchreibung der vornehmſten und älteſten Chur- und Fürſtlichen Häuſer in Teutſchland/ und der daraus entſproſſenen jetzigen Römiſchen Käyſer/ Könige in Hiſpanien/ Engelland/ Schweden und Dännemarck in 15. Haupt-Tabellen vorgeſtellt/ vormahls zu verſchiedenen mahlen in Lateiniſcher Sprach herausgegeben/ ietzo auff vielfältiges Begehren in das Teutſche uberſetzet/ mit Hiſtoriſchen aus den beſten Authoribus und der Erfahrung der Zeit gezogenen Anmerckungen vermehrt/ und bis auff dieſe Zeit continuirt. Tübingen/ 1695. in fol.

Tubingenſis Academiæ Fundationem & Illuſtris Collegii Tubingenſis Originem deſcripſit Fridericus Lucæ, Brigâ-Silelius, Eccleſiæ Cathedralis St. Eliſabethæ Rotenburgi ad Fuldam

Fuldam Decanus, & Collegii Imperialis Historici Collega, Author Europ. Helisonis, oder Beschreibung der Academien und Hohen-Schulen von Anfang der Welt bis jetzo aller Nationen / besonders Europæ, mit ihren Fundationen / Unglücksfällen / Restaurationen / Privilegiis, Jubilæis, Nothwendigkeiten und Hindernissen / Wachsthum und Abnehmen / rechten Gebrauch und Mißbrauch / sammt ihren vornemsten Lehrern / deren Verdienste und Academischen Ehren-Tituln. Franckfurt am Mayn / 1711. in 4.

Tubingensis Academiæ Statuta Renovata A. MDCI. Eobanus Psalm 119.

Qua ratione suos Adolescens diriget actus?
Si Tua confervet Sacra Statuta DEUS.

MANTUANUS.

Est opus ardentem frenis arcere juventam,
Nec sinere in mores luxuriare malos. Tubingæ, 1602. in 4.

U.

Vehlen (*Gregorii*) Liberi Baronis & Patris quondam Benedictini doctissimi in antiquissimo Cœnobio Campidonensi, Opus Genealogico-Historicum Nobilitatis, inprimis Sueviæ, nondum, quantum scio, editum: Ejus initia vidi Campiduni, A 1696.

Ulma, Urbis Imperialis Historia Germanic. Nachricht von der Statt Ulm. Buddeus hunc librum allegat in Lexico Historico p. 637.

Urbium Imperialium, adeoque & Suevicarum complurium, Jura & Privilegia scripsit Philippo Knipschildio, Nobilitatis Suevicæ immediatæ Syndico.

W.

Walzii (*Jo. Georgii*) Pastoris Rudersbergensis, Fürstl. Wirtenbergische Stamm- und Namens-Quell / edita Stutgardiæ, A. 1657. in 4. Idem scripsit Chronicon Germanicum Göppingense, Chronick der Statt und Amt Göppingen aus glaubwürdigen Geschichten und Zeit-Büchern vielen alten Handgeschriebenen Wirtenbergischen Chronicken / und aus eigener Erfahrung zusammen getragen / und in die Ordnung gebracht. Manuscriptum.

— Wirtenbergische Verträg / Vergleichungen / Lands-Theilungen / Landschafftliche Abschied &c. in fol. Manuscriptum.

Werlichii (*Engelberti*) Chronicon der Statt Augspurg / Franckfurt / 1595. in fol. Ejusdem Geschlechter Buch der löbl. Kayserlichen Reichs-Statt Augspurg von 500. Jahren her sammt Wapen / Schild und Helm / auch Ankunfft und Herkommen. Franckfurt / 1661. in fol.

Wittenius (*Henningus*) in Memoriis Theologorum Evangelicorum, Seculo Decimo septimo clarissimorum, etiam Theologos Suevos & Wittenbergicos recensct. Francofurti, 1685.

Wolf-

Wolfgangi (*Christoph.*) De Principis Fürſtenbergii detentione A. 1674. in 4. Lettres & autres pieces concernantes l' Enlevement du Prince Guillaume de Fürſtenberg. Bruxelles, in 12. A. 1674.

Wolleben (*David*) Antiſtes Scholæ Schorndorfenſis reliquit in Manuſcripto concinnatum ſuâ operâ Chronicon Wirtenbergicum, Germanicâ Linguâ ſcriptum, i. e. Das Leben und die Regierung der alten Grafen und Hertzogen zu Wirtenberg von alten Zeiten an/ bis auff Hertzog Ludwig/ ſo viel von dem erſten Original-Exemplar, welches durch Unglück von Anfang und zu End mangelhafft worden/ noch übrig geblieben iſt. Opus ineditum in fol.

Wirtenbergiſcher Sturm-Fahn/ oder unterſchiedliche Hiſtoriſche Schrifften wegen deß Reichs-Paniers und Wirtenbergiſchen Sturm-Fahnen. in fol. und in 4.

Wirtenbergiſcher und Heſſiſcher Stamm-Urſprung/ oder Kurtze Hiſtoriſche Entwerffung der Herkunfft und Stammens Urſprung/ der beeden Durchleuchtigſten Häuſer/ Wirtenberg und Heſſen/ Stuttgardt/ 1675. in fol. De quo tractatu bene monet Excell. Dn. Profeſſ. Neu in ſæpius jam laudatis acceſſionibus ad Degoreum Wheatum quod hæc commentatio Hiſtorica vulgò adſcribatur quidem B. meo Parenti, ſed illum limam tantùm aliquam adjeciſſe. Ita enim omninò eſt. Opus hoc Occaſione Nuptiarum Sereniſſimi Principis Guilielmi Ludovici, Ducis Wirtenbergiæ, cum Magdalenâ Sibyllâ, Landgraviâ Haſſiacâ, initarum, ſcriptum erat ab alio, & B. meo Parenti ad Cenſuram exhibitum, quantum per Anguſtiam temporis fieri poterat, expoliebatur. Invenit multa, quæ virgulam cenſoriam merebantur. Addidit, delevit, quæ potuit, ſed ab omnibus mendis ſcriptum hoc, alias ſuâ laude digniſſimum, ob exiguum temporis, quod ipſi ad cenſuram præfigebatur, ſpatium liberare non potuit.

Z.

Zeileri (*Martini*) Chronicon parvum Sueviæ, vernáculo Sermone ſcriptum, Ulmæ, 1653.

— Tractatus de decem Circulis Imperii Romano-Germanici, cujus pars ſeptima Circuli Suevici memorabilia ſuccinctè & nervoſe exhibet. Ulmæ, 1660. in 8.

Zolleriſche Hochzeit/ oder Hiſtoriſche Genealogiſche Beſchreibung einer alten Hochgräflichen Hochzeit/ in Teutſchen Reimen verfertigt von M. Jacobo Friſchlino, Schul-Rectore zu Reuttlingen/ in 4.

Zollerenſium Illuſtriſſimorum Comitum & Sereniſſimorum Principum Hiſtoriam etiam excoluerunt Caſpar Scioppius, qui ſcripſit Stemma Zollerenſe, Jo. Martinus Rauſchorus, qui Author eſt Stemmatis Brandenburgici, Caſpar Helmericus, à quo accepimus deſcriptionem Familiæ Zollerenſis, Renſchius Scriptor Cedreti Brandenburgo-Zollerenſis, Brandenburg- und Zolleriſchen Ceder-Hayns.

LINEÆ

LINEÆ HISTORICÆ

IN

Compendio exhibentes

EPISCOPOS CONSTANTIENSES ET AUGUSTANOS,

Ut &

ORIGINES CHRISTIANISMI

in præcipuis EUROPÆ Regnis,

loco Mantiſſæ, ſive Appendicis,

Sueviæ & Wirtenbergiæ Sacræ

inſertæ

à

M. GEORGIO CONRADO PREGIZERO,

Eccleſiæ Tubingenſis Diacono.

Digitized by Google

SERIES
EPISCOPORUM CONSTANTIENSIUM
cum brevi deſcriptione
Epiſcopatus Conſtantienſis.

Jacobi Wilhelmi Imhofii Deſcriptio Epiſcopatus Conſtantienſis.

PRæclara ſunt, & omninò lectu digna, quæ de Celeberrimo ac antiquiſſimo Epiſcopatu Conſtantienſi refert famigeratiſſimus Polyhiſtor Noribergenſis, *Jacobus Wilhelmus Imhof*, in Notitia procerum Imperii Romano-Germanici, Lib. III. cap. IX. p. m. 79. Epiſcopatus Conſtantienſis in urbe Vindoniſſa, in Ergoja, in confluxu Limagi, Araris ac Ruſæ ſita, ortus, poſtquam ea ab Alemannis everſa erat, à Rege Francorum Clothario Conſtantiam, à Conſtantino Imperatore Magni Conſtantini Patre appellatam, & loco opportuno, inter Acronium & Venetum lacum ad Rhenum jacentem, transportatus eſſe perhibetur ſeculo ſexto, qua tempeſtate Maximus, ſeu Maximinus, Epiſcopi munus obibat. Sanctus Conradus, Comes Altorfenſis, quartus & vigeſimus ab iſto præſul, omne, quod habebat, patrimonium Epiſcopatui donavit, ſi Sprengero credimus. Tam latè verò ejus Diœceſis ſeſe extendit, ut omnes Germaniæ amplitudine ſuperare feratur; memorantque in Synodo A. 1415. habita, ultra 17000. Presbyterorum & parochiarum in eâ numerata fuiſſe; & quamvis poſt reformatam in Suevia & Helvetia Religionem, complures civitates ejus jurisdictioni ſeſe ſubduxerint, latè tamen adhuc Epiſcopi in Eccleſiaſticis poteſtas divagatur, quam Abbatiæ, Monaſteriaque bene multa, & Parochiæ quàm plurimæ, in *66.* Decanatus diviſæ ſuſpiciunt. Neque minus prædiis ditionibusque auctus eſt Epiſcopatus, tenetque præter varia in Turgoja loca, in Imperiali Solo præcipuè civitates Merſpurg & Marchtorff, quorum illa Comitibus de Rordorff quondam paruit, nuncque ſedem ac domicilium Epiſcopis præbet: namque in ipſa urbe Conſtantia, nulla gaudent jurisdictione, quippe quæ penes Auſtriacos eſt: ab eo tempore, quo Ferdinandus I. Imp. Conſtantienſes, quod Decretum Religionis, INTERIM vulgò vocant, recipere detrectaſſent, *A.* 1548. proſcripſit, & poſtea liberrate, quam Friderico III. Cæſari in acceptis ferebant, multatos in ſuam Clientelam ſuſcepit, his conditionibus, ut ipſum ejusque liberos & hæredes pro ſuis Dominis in poſterum agnoſcant, eique fidem omnem & obedien-

obedientiam præſtent, nec ab eis ullo tempore deficiant, neque fœdus ullum ineant; Decretis, quæ Ferdinandus ejusque præfecti de Religione cæterisque rebus facturi ſunt, omninò pareant: in bellicis, aliisque negotiis ipſi ejusque hæredibus præſto ſint, & imperata faciant, ſicut reliqui Provinciales. vid. Gabriel Bucel. Topogr. & Chronol. Conſtant. pag. 5. 83. & 108. Sprengerus in Lucerna S. Imperii p. 297. Sleid. Comment. de Relig. & Reip. Statu Lib. 21.

Eſt cæteroquin Epiſcopus Conſtantienſis Dominus Divitis, ſive Majoris Augiæ, vulgò Reichenoviæ & Oeningæ; hæc Præpoſitura eſt in pago ejus nominis ad Lacum Bodamicum ſito, quem Comitatum olim fuiſſe Zeilerus in Topogr. Sueviæ è *Cruſio* refert; Illa in amœniſſima ac feraciſſima Inſula Lacus Veneti, ſive Cellenſis, à Conſtantia dimidio milliari diſſita, condita eſt A. 742. S. Pirminio, Epiſcopo Meldenſi, poſtquam ei Carolus Martellus dictam Inſulam dono dediſſet. Crevit exin Regum ac Principum liberalitate opibus & ſplendore, ut Illuſtriſſimum ac Potentiſſimum Germaniæ Cœnobium haberetur, annuique ejus reditus ad 60000. aureorum aſcenderent. Bruſchius refert, tam late diſperſas fuiſſe ejus opes, ut Abbas, Romam iter faciens, ſingulis noctibus in ſuo proprio domicilio, usque dùm Romam attingeret, pernoctare poſſet: unde nomen Divitis Augiæ ei inditum eſt. Inter ditiones præcipuè Ulmenſem pagum numerabat, quem cum omnibus eò pertinentibus decimis, libertatibus ac poſſeſſionibus à Pipino & Carolo M. dono acceperat; ſed excuſſere temporum proceſſu Ulmenſes poſt factam ex pago civitatem jugum Monaſticum, atque in libertatem, qua eos adhuc gaudere in propatulo eſt, ſeſe aſſeruerunt. Nonus & quinquageſimus à S. Pirminio Abbas, Marcus à Knoringen, poſt longas cum Epiſcopis Conſtantienſibus, tam pingui inhiantibus Cœnobio, contentiones, tandem A. 1538. adminiſtrationem Abbatiæ Epiſcopo Johanni, eo nomine Sexto de Weza, cedere coactus eſt, à quo, annuentibus Imperatore & Pontifice Romano, Epiſcopatui una cum Oeningenſi & Waldſaſſenſi Cœnobio incorporata eſt. De cætero Epiſcopus Conſtantienſis eſt cum Sereniſſ. Duce Wirtenbergico Director Circuli Suevici, Crayß-Ausſchreibender Fürſt/ atque in diætis Circularibus primo ſedet loco. Miniſtri hæreditarii Conſtantienſis Epiſcopatus ſunt ſequentes:

Nobiles & Barones de Sirgenſtein Marechalli, Barones Zweyer ab Evebach Dapiferi, Nobiles Segeſer de Brunegg Pincernæ, Nobiles à Razenried Camerarii Munere defunguntur.

EPISCOPI Vindoniſſenſes & Conſtantienſes, à primo Seculo poſt CHRISTUM natum usque ad hæc tempora.

Epiſcopi Vindoniſſenſes.

PRimus Epiſcopus Conſtantienſis, vel potius Vindoniſſenſis, fuiſſe perhibetur S. BEATUS; à Petro Apoſtolo, uti fertur, inſtitutus circa A. C. 75. S. PATERNUS, Martyr, ab aliis dictus PATERIUS, obiit A. 411.

S. LAU-

S. LAUDO, vel LINDO, aliis LANDO, † A. 423.

BUBULCUS, ſ. BOULCUS, vel BOVICUS, qui interfuit Concilio Epaonenſi, quod celebratum eſt circa Annum Chriſti 498. ibi ſic ſe ſubſcripſit: BUBULCUS, Epiſcopus Vindoniſſenſis.

GRAMMATIUS, vel CHROMATIUS, interfuit Concilio quinto Aurelianenſi, in Gallis celebrato A. 552. Fuit etiam circa A. 546. in Concilio Epaonenſi, & ſe etiam ſubſcripſit Epiſcopum Vindoniſſenſem.

Epiſcopi Conſtantienſes Maximinus.

S. MAXIMINUS, MAXIMUS, vel MAXENTIUS. Vixit Clotharii II. & Dagoberti M. Patris ſcilicet & Filii, Potentiſſimorum Galliæ Regum Temporibus. Et hunc Clotarius Rex (juxta Bruſchium) transtulit è veteri Vindoniſſa in Regiam villam Conſtantiam, à Conſtantio I. Imp. extrui cœptam. Sic Maximus iſte ultimus Vindoniſſenſis & primus Epiſcopus Conſtantienſis dici poteſt. Alii verò hanc translationem demùm A. 695. factam eſſe exiſtimant. vid. Franc. Haffneri, Actuarii Solothurenſis, Chronicon Solothurenſe p. 124.

Rudelo. RUDELO, vel RUDOLPHUS. vixit circa A. 583.

Urſinus, Marianus. URSINUS vixit circa A. 589.

MARIANUS, ab aliquibus MARTIANUS, vel MARINUS dictus Hujus temporibus circumſcripſit certis limitibus Dagobertus M. Galliæ Rex, Epiſcopatum Conſtantienſem, ut habetur adhuc in Bulla Friderici Barbaroſſæ. Accepit etiam Epiſcopatus Conſtantienſis à Dagoberto multa inſignia Privilegia, quibus hodie adhuc gaudet. Id factum A. 633.

Gaudentius. GAUDENTIUS, qui obiit A. 618. hunc Bruſchius Mariano præponit, Hübnerus & Franc. Haffnerus illum Mariano faciunt poſteriorem.

Johannes I. pietate & humilitate clarus.

JOHANNES, propter ſummam vitæ Innocentiam BEATUS appellatus, Patria & gente Rhætus Churienſis, diſcipulus S. Galli, Scoti Eremitæ & Concionatoris Accolarum Lacus Acroniani, qui cùm ipſe ad Gubernationem Conſtantienſis Eccleſiæ vocaretur, honorem oblatum humilimè deprecatus, hunc Johannem, chariſſimum ſuum Amicum ac Sodalem ipſe in Urbem ducens, Eccleſiæ commendavit in præſentia Athanaſii, Nemetum, Theodori, Auguſto Dinenſis, & Alberini, Lugdunenſis, Epiſcoporum item Gunzonis, five Cunzonis, Suevorum Ducis, Reſidentiam ſuam tùm Uberlingæ ad Lacum Acronianum habentis. Hæc introductio & Electio Johannis facta eſt A. 650.

Obihardus. OBIHARDUS, Boſſo cognominatus, aliis Obiardus, Obaldus, Bollo, Epiſcopus Conſtantienſis ab A. 652. usque ad A. 675.

Pictavius. PICTAVIUS, juxta Bruſchium & Haffnerum. Hübnerus ponit poſt Obihardum Gangolphum ab A. 676. ad A. 681. Huic ſubjungit Fidelem, Fideli Theobaldum.

Severus. SEVERUS, vel SEVERINUS.

Aſtropius. ASTROPIUS, ASTROBIUS, vel ASTROVIUS.

Hoſce duos Hübnerus non habet, eorum autem mentionem facit Bruſchius & Haffnerus.

JO-

JOHANNES, ab aliis HANNO, vel HANNUS dictus, ſecundùm Haffnerum: Bruſchius illum JOHANNEM Secundum vocat, & memorat, alios illum HAUNUM appellare. Hübnerus recenſito THEOBALDO, AUDONIO, EHRENFRIDO & SIDONIO demum venit ad hunc JOHANNEM II. & memorat, illum ab A. 761. usque ad A. 778. Epiſcopum fuiſſe, & duas ampliſſimas Abbatias, San-Gallenſem & Richenovienſem ſimul poſſediſſe, conſanguineis & propinquis ſuis, poſthabitâ Epiſcopatus ſui curâ, nimium addictum fuiſſe, *Johannes II. non ovet, ſed ſe ipſum & ſuos paſcens.*

RUFFO, aliis BUFO dictus, Vir (juxta Haffnerum) valdè devotus. Hübnerus hunc RUFFONEM non habet. Legitur autem ejus nomen hoc ordine etiam apud Bruſchium. *Ruffonis Encomium.*

AUDOINUS, vel AUSONIUS, juxta Haffnerum. Bruſchio dictus AUDONIUS. Ejus meminit Hermannus Contractus. Obiit juxta Bruſchium & Hübnerum A. 736. juxta Haffnerum A. 730. Hübnerus de hoc Audonio memorat, quod ab A. 708. usque ad A. 736. Epiſcopus fuerit, quod ejus tempore Carolus Martellus A. 722. Cœnobium San-Gallenſe, & S. Pirminius A. 724. Monaſterium Richenovienſe, vulgò Augiam Divitem, fundaverit. Cum hiſce Cœnobiis ſequentes Epiſcopi multas altercationes habuerunt. *Audonius.*

AUFRIDUS, ERENFRIDUS, vel EINFRIDUS juxta Haffnerum, aliis, memorante Bruſchio, ANEFRIDUS. Eligitur A. 736. à Carolo Martello, Francorum Rege. Erat prius Abbas Divitis Augiæ in lacu Veneto, ejus Cœnobii gubernationem retinuit etiam cum Epiſcopatu, conſenſu Caroli. Præfuit Epiſcopatui decem annis & obiit A. 746. *Erenfridus.*

SIDONIUS, vel SIDOINUS juxta Haffnerum, vel SINODIUS ſecundum Bruſchium, quo teſte baculum paſtoralem accepit A. 746. præfuit 14. annis, obiit dyſenteria ipſo in templo San-Gallenſi A. 760. Homo ambitioſus & avarus? Tenuit etiam Abbatiam Divitis Augiæ, ac ut San-Gallenſem quoque conſequeretur, nihil intentatum reliquit tamdiu, donec S. Othmarum, pium Abbatiæ San-Gallenſis Gubernatorem capi & in vincula conjici curaret: Cujus Tyrannidis confirmatores & quaſi ſatellites erant Warinus & Rutharduſ, Comites Altorffenſes, Welphorum, ſive Catulorum appellatione noti. His temporibus liberaliſſime donavit Eccleſias Solorhurenſem in Helvetiis, Colmarienſem in Alſatia, & Conſtantienſem in Suevia, Domina Bertrada, Pipini, Galliarum Regis, Conjunx, Caroli Magni Mater. Hucusque Bruſchius. Hübnerus addit: S. Othmarum Sidonio fortiter reſtituiſſe, ſed Sidonium prævaluiſſe, & S. Othmarum ſub prætextu, quaſi votum caſtitatis violaverit, in vincula conjeciſſe, Nemeſin autem Divinam evigilaſſe, ut Sidonio horrendum in modum pereundum fuerit. Cùm enim A. 761. Abbatiam San Gallenſem occupans magnâ cum pompâ Cœnobium intraſſet, ſtans ad Altare tormina ventris acriſſima ſenſit, quibus extinctus, miſerè obiit. Falſus Teſtis Lambertus, S. Othmari Accuſator, utroque pede claudus factus, etiam pœnam *Sidonius ambitioſus & avarus.* *S. Othmari, adverſitates.* *Miſerrima mors Sidonii.*

ſuam luit. S. Othmarus verò A. 759. placidè in Domino obiit. Hæc Hübnerus. Apud Haffnerum de memorato Sidonio ſequentia leguntur. Sidonius, vel Sidoinus, Abbas Richenovienſis, Monachis Monaſterii S. Galli ingratus & pernicioſus, miſerè in Monaſterio San-Gallenſi ad aram, magnâ vi prorumpentibus inteſtinis, obiit circa A. 740. Videatur Bruſchius, Hübnerus & Haffnerus, qui in Chronologia diſcordant, in Hiſtoria ipſa conſentiunt.

Johannes III. Sapiens.

JOHANNES III. Abbas Richenovienſis, juxta Haffnerum circa A. 781. Bruſchius de illo hæc memorat: JOHANNES, Monachus Divitis Augiæ, ſucceſſit Sidonio in Gubernatione non Epiſcopatus tantùm, ſed & utriusque Abbatiæ, cui *Si*donius etiam præfuerat: Electus & confirmatus à Rege Pipino. Præfuit Johannes ſapienter ac utiliter annis pene 22. obiit A. 781. Poſt hunc Johannem, pergit Bruſchius, ponunt aliqui Catalogi tres alios Epiſcopos Conſtantienſes, Gangolphum, Fidelem, & Theobaldum, ſed numeri annorum non conveniunt, niſi forte iſti tres uno anno ex hac vita emigrarint omnes. Nec meminit horum Hermannus Contractus, ergò & hoc loco omittendos duxi.

Egino, avarus & ambitioſus.

EGINO, teſte Bruſchio, eligitur A. 781. præfuit annis 32. obiit Anno Gratiæ 813. Is etiam flagrans habendi cupidine Statum Monaſterii San-Gallenſis Abbati Waldoni graviter inſidiatus eſt. Reliquit poſt ſe crucem, habentem puri auri 50. marcas, argenti verò 35. & pretioſiſſimas gemmas, cum hac Inſcriptione:

Hoc tropheum Chriſti Egino pro luce perenni,
Virgo Maria tuo ſacro dicavit honori:
Cui prece quæſo tua tribuantur regna polorum.

Hæc crux poſtea A. 1476. ab Epiſcopo Hermanno de Landenberg aucta & renovata, & tota aurea facta eſt, cum hac Inſcriptione:

Hæc crux, argento tribuit quam Præſul Egino,
Auro commutata datur, nunc ſic renovata.

Hunc Eginonem Haffnerus vocat Edinonem, conſentit in plerisque cum Bruſchio Hübnerus.

Wolfoleon Abbatiæ San-Gallenſi inhiat.

WOLFOLEON, juxta Haffnerum Wolſolion, Wolfflon, Volſeron, Eginonis Epiſcopi, uti Bruſchius refert, ex Fratre nepos, Monachus antea San-Gallenſis, qui Epiſcopus factus, non minus fuit injurius San-Gallenſi Abbatiæ, quam fuerat Egino, ſed qui cum ſummo tandem dedecore quieſcere cogebatur à Ludovico pio. Præfuit Conſtantiæ annis 18. obiit A. 831. Stumpfius, Helvetiorum Chronographus, hic Theodorum quendam inſerit, illum Bruſchius non Epiſcopum Conſtantienſem, ſed ſuffraganeum fuiſſe arbitratur. Catalogi veteres hunc Theodorum non habent. Conſentit Hübnerus cum Bruſchio quoad hunc Wolfoleonem in plerisque.

Candor Bruſchii laudabilis.

Magnus eſt Candor *Bruſchii*, Scriptoris Romano-Catholici, quod aliquoties in Hiſtoria Epiſcoporum Imperatoribus jus circa Sacra vindicat, & Joannem III. à Re-

à Rege Pipino electum atque confirmatum, Wolfoleonem vero exorbitantem à Ludovico pio Imp. Romano reprehenſum & coercitum fuiſſe ſatis candide ſcribit.

SALOMO I. juxta Bruſchium Vir pius, mitis ac pacificus, Nomini ſuo ſatisfaciens, & bonus Gubernator. Electus A. 831. Præfuit ſumma cum laude annis 41. obiit A. 873. Primus fundator & Monaſterii & oppidi, quod Epiſcopi Cella, Biſchoffs-Cell/ vocant, celebratur, in quo frequentius, quàm Conſtantiæ habitaſſe dicitur. *Salomo I. pius ac mitis.*

BATHEGO ſuccedens Salomoni, præfuit quatuor annis, quibus maxima fuit annonæ difficultas. Obiit anno Chriſtianæ Salutis 877. Juxta Haſnerum Batecho, vel Bateon. *Bathego.*

GEBHARDUS electus eſt poſt Bathegonem A. 878. præfuit, teſte Bruſchio, quietè quatuor annis, Vir, ſecundùm eundem Bruſchium, pius & religioſiſſimus. Cum Nortmanni & Galliæ & Germaniæ extremam minitarentur vaſtationem, ipſe etiam cum aliis Principibus ad arcendos & prohibendos ejusmodi graſſatores à Germania, profectus, ab hoſtibus infidelibus captus, & trucidatus eſt A. 881. Bruſchius Expeditionem bellicam hujus Gebhardi vocat pium affectum tuendæ patriæ, & pugnandi pro aris & focis. Sed Paulus 2. Cor. 10. 4. ſcribit: Arma militiæ noſtræ Chriſtianæ eſſe ſpiritualia, non carnalia, & optimus Salvator ad Petrum, cum gladium ſtrinxiſſet, dixit: Abſconde tuum Gladium in vaginam, omnes enim (ſine mandato DEI) ſumentes gladium per gladium peribunt. Matth. 26. 52. Preces & lacrymæ ſunt arma Eccleſiæ. *Gebhardus I.* *Bruſchius notatur*

SALOMO II. Gebhardo ſubrogatus eſt A. 885. præfuit ſex annis. Obiit A. 891. Sub hoc Epiſcopo Imp. Carolus Craſſus ab omnibus Principibus ſuis deſertus, Arnolpho ab ipſis electo cedens, abdicavit ſe Magiſtratu Imperii, & in ſumma poſtea paupertate vivens, vix demenſum habuit: At non diu in tali egeſtate vixit: Nam A. 888. à quodam Miniſtro ſuo in pago Neydingen, ad Danubium ſito, interfectus, inde in Augiam Divitem avectus, & in choro majoris Eccleſiæ prope aram Divæ Virginis terræ honorificè mandatus eſt. Fertur paulò ante mortem Cœnobio huic Smaragdum magni ponderis & eximii ſplendoris, quem Richenovienſes Cœnobitæ adhuc poſſident, donaſſe. Videatur Bruſchius & Hübnerus. *Salomo II.* *Caroli Craſſi Imp. dura fata.*

SALOMO III. Comes, vel Baro à Ramſchwag, cujus Familiæ hodie adhuc Nobiles Heroes in Rhætia habitant, Divo Ferdinando Regi à Conſiliis: Is primum Monachus San-Galli fuit; Nam caſtrum Ramſchwag, in quo natus erat, non procul abeſt à San-Gallo, etiamſi vaſtatum nunc ſit, & tantùm rudera ac veſtigia quædam ejus appareant. Inſtitutus ab Isone, inſigni quodam & doctiſſimo San-Gallenſis Monaſterii Profeſſore liberaliter, doctus etiam evaſit ipſe, ita ut ſint adhuc in San-Gallenſi & Conſtantienſi Bibliotheca libri, Latinè ab eo ſcripti. Ex Monacho factus eſt Imperatoris Ludovici II. Sacellanus, poſt cujus mortem ſequentibus etiam Imperatoribus quatuor ſervivit, quibus omnibus longè chariſſimus fuit: præcipuè verò Arnulpho Imperatori ita charus erat, ut ille *Salomo III.* *Vir doctus,* *Imperatoribus charus, duodecim Abbatiarum Præſul.*

eum

eum duodecim Monasteriorum (inter quæ erant S. San-Gallense & San-Gallen. & Campidonense) amplissimum Abbatem constituerer, quibus omnibus summâ Sapientiâ & pietate præfuit. Constituitur ergò ab Arnulpho Imperatore Episcopus etiam Constantiensis A. 891. unanimi totius cleri consensu, summo cum gaudio acceptus. Præfuit annis 29. & laudabiliter & utiliter. Impetravit non veterum solum ab Imperatoribus Privilegiorum Confirmationem, sed & nova Privilegia, præsertim à Conrado Saliquo. Erat procera corporis statura, formosâ facie, & optimis moribus præditus, mitis, clemens, benignus & hospitalis erga pauperes, facundus & eloquens, qui & ipse quoque sæpissimè è suggestu ad populum concionari solebat. Avaritia & superbia nunquam in eo animadversæ sunt. Urbem Constantiensem ampliavit & locupletavit. A. 914. à Bertholdo & Erchingero, Sueviæ Ducibus, captus, & in castrum Algoviæ Theobaldisburgum (cujus nominis mons Lindavio vicinus est) abductus. aliquandiu ibi detentus est: Quæ Tyrannis Seminarium fuit multorum dissidiorum & maximorum tumultuum, & aliqui Duces propterea capite truncati sunt jussu Conradi Saliqui, Romani Imperatoris. Valedixit tandem huic mortali vitæ & ad æternam concessit Anno redempti orbis 919. d. 6. Januar. Constantiæ sepultus cum maximo suorum omnium luctu. Hæc Bruschius. Hübnerus, Vir alias doctissimus, anilem fabulam pro veritate habens, de hoc Salomone III. refert, quod cùm Romæ fuisset, subitò ardenti desiderio captus, cultum divinum San-Galli frequentandi, mane horâ tertiâ Româ profectus, horâ nonâ vespertinâ eodem die San-Gallum pervenerit, & spatio sex horarum iter 120. Miliarium Germanicorum perfecerit.

Ejus virtutes,

Captivitas,

Mors.

Legenda, vel fabula de illo.

Notingus, Comes de Veringen, vel de Möringen.

NOTINGUS, ex Familia Comitum de Vehringen, non verò uti quidam scribunt, de Möringen: verba hæc sunt sæpius jam allegati Hasneri, Bruschio contradicentis, quo fundamento, judicium sit penes Lectorem; Bruschius enim de hoc Notingo ita scribit: Notingus, quem aliqui Comitem Veringensem fuisse autumant, quorum opinioni tamen adversatur Insigne Notingi, Veringensibus Comitibus sanguine conjunctus fuisse creditur; Is concordibus totius cleri Constantiensis suffragiis è San-Gallensi Monasterio, ad Episcopatus gubernationem evocatus est. Præfuit 15. annis optimè ac utilissimè. Erat Episcopus eximie doctus, qui & soluta & ligata Oratione plurima scripsit, & omnes Evangelistas Comtnentariis illustravit. Fuit idem etiam multarum insignium Cantionum Author, quarum usus Bruschii tempore fuit in Constantiensi Ecclesia. Fuit Pædagogus sequentis Episcopi S. Conradi. Obiit tandem Anno incarnati verbi 935. sepultus in summa Basilica.

Episcopus doctus, S. Scripturæ peritus & variorum hymnorum Spiritualium Author.

S. Conradus, Comes Altorffensis.

S. CONRADUS, teste Haffnero, ex principali Familia Guelphorum otiundus, RUDOLPHI, Comitis Altorffensis, Filius. Bruschius verò illum habet pro filio Henrici, Comitis Altorffensis; Notingus Episcopus eum educavit & liberalissimè instituit. Post Præceptoris sui mortem unanimi totius cum cleri, tùm populi Constantiensis Consensu postulatus, & electus fuit A. 925. in Episcopum. Præfuit summa cum laude annis 41. quibus Constantiam pluri-

mis

mis præclaris ædificiis ac templis egregiè illustravit. Pro pauperibus & peregrinis magnificum construxit Xenodochium. Ter profectus est ad terram sanctam more ejus temporis. Fuit ei arctissimum necessitudinis & amicitiæ vinculum cum S. Ulrico, Episcopo Augustano. Ædificavit extra & paululùm infra urbem ad Rhenum Castrum Gottlieben, in cujus confinio Joannes Hussus, sanctissimus Martyr, DEOque CHARISSIMUS, combustus fuit. Tandem plenus dierum S. Conradus obiit A. 976. Othone secundo Imperio Romano præsidente. Videatur de eo Bruschius lib. cit. de Episcopis Germaniæ. Hübnerus de S. Conrado memorat, illum Episcopalem dignitatem recusasse, tandem precibus S. Ulrici, Episcopi Augustani, commotum, huic oneri se submisisse.

Pauperum Pater.

Martyrii Joannis Hussii locus memorabilis.

GAMINOLPHUS successit S. Conrado, præfuit bene & laudabiliter 4. annis, & valedixit vitæ mortalium Anno Christianæ Salutis 980.

Gaminolphus.

S. GEBHARDUS II. aliis Eberhardus dictus, Comes Brigantinus, Othonis ex Domina Dietburga Filius, post mortem Matris ex utero cæsus, vir doctus, pius, ac facundus, electus A. 980. præfuit laudabiliter annis 16. obiit A. 996. sepultus Petershusii in monasterii Benedictini à se fundati Templo. Fundavit etiam Collegium Canonicorum Zurzachii suis sumptibus.

S. Gebhardus, Comes Brigantinus, Fundator Monasterii Petershusani, & Collegii Zurzachensis.

LAMBERTUS, Monachus Petershusanus, juxta Bruschium religiosus & honestus, eligitur Episcopus Constantiensis uno omnium Canonicorum ore A. 996. præfuit prudenter et utiliter 13. annis. Obiit A. 1009. Hujus Lamberti temporibus vixitin San-Gallensi Cœnobio Hermannus Contractus, Comes Veringensis, Wolferadi ex Hiltrude Filius, Monachus eximiè doctus, Poeta, Orator, Astronomus, Musicus & Chronographus insignis, cujus ossa Bruschio ostendit Joannes Wernherus à Rischach, ordinis Teutonicorum Provincialis commendator per Baliviam Alsatiæ, Alschenhusii in Suevia habitans, & omnis generis Optimos libros summo studio cognoscens.

Lambertus. Hermanni Contracti, Comitis Veringensis, & I. W. à Rischach Eruditio.

RODHARDUS, aliis RICHARDUS, successit Lamberto, electus à toto Clero Constantiensi. Præfuit 4. annis, S. Henrico Imp. tam charus, ut illum fere semper secum haberet in aula sua. Cùm autem imperator Saracenos in Italia ingenti prælio vicisset, ex omnique Italia ejecisset, & cum Rodhardo, Episcopo Constantiensi, in Germaniam redire statueret, correptus est exercitus Imperatoris dira peste, quæ cum late grassaretur, nec cuiquam parceret, Rothardus etiam Episcopus, & Burckardus Abbas San-Gallensis, qui apud Imperatorem erant, è medio sublati, & Imperatoris justu in Italia honorificè humati sunt A. 1013.

Rodhardus, S. Henrico Imp. charus, Peste moritur.

HAYMO eligitur statim post auditam mortem Rodhardi, præfuit, Bruschio memorante, laudabiliter & piè summâ cum prudentia Annis 13. Obiit paralysi A. 1026. d. 18. Mart. Is post mortem Henrici Claudi Electores Imperii in eligendo novo Rege vehementer discordes, quosdam alios etiam graviter tumultuantes, ad pacem & tranquillitatem exhortatus, authoritate sua facile etiam persuasit.

Haymo, pacificus & pius Episcopus.

Warmannus, Comes Dillingenſis, Eruditione clarus.

WARMANNUS, Comes Dillingenſis, & Kiburgius, Divitis Augiæ Monachus, ſubſtituitur mortuo Haymoni A. 1026. Erat juxta Bruſchium inſigni doctrina & ſapientia præditus, ita ut commendaretur ei erudiendus Hermannus, Dux Sueviæ. Præfuit Epiſcopatui ſapienter & utiliſſimè 8. annis, deceſſit ex hac vita A. 1034.

Eberhardus, Comes Dillingenſis.

EBERHARDUS, Comes à Dillingen & Kiburg, Germanus Frater Epiſcopi Warmanni, præficitur Epiſcopatui A. 1034. bene & laudabiliter, teſte Bruſchio, præfuit annis 12. Sub ejus Epiſcopatu Comitia habita ſunt Conſtantiæ ab Henrico III. Conradi Saliqui Filio A. 1044. In his Comitiis pax conſtituta eſt inter omnes Imperii Principes ac Status. Secutus eſt Eberhardus, Epiſcopus Conſtantienſis, A. 1047. Henricum Imp. proficiſcentem in Italiam, ut Schisma inter tres Pontifices ortum tolleret & componeret, quod cum ita factum eſſet, & Imperator Swigesum, Epiſcopum Bambergenſem, Romanæ Eccleſiæ præfeciſſet, isque Henricum Imperatorem, ejusque Conjugem, Agnetem, in Natali Domini coronaret, eodem die Epiſcopus Eberhardus ſubitanea morte obiit, ſub S. Petri porticu honorifice ſepultus. Denuò

Celebratur iterum Candor Bruſchii.

laudari meretur Candor & integritas Bruſchii, cordatè commemorantis, Henricum III. Imp. jus ſuum circa Sacra Majeſtaticum ab ipſo DEO ſummis Imperantibus conceſſum, etiam Romæ exercuiſſe, & Epiſcopos Germaniæ meliores illum ſtrenuè adjuviſſe.

Theodoricus, ab Henrico III. Imp. confirmatus.

THEODORICUS, Cancellarius prius, & Archi-Sacellanus Henrici Imperatoris, Præpoſitus item Aquisgrani & Spiræ, poſt fata Eberhardi electus A. 1047. ab Imp. Henrico III. confirmatur, & hoc rectè, non, ut hodie minus recte fit, à Pontifice Romano, ſed ab Imperatore Auguſtiſſimo Henrico III. cui longe chariſſimus erat, & incumbebat Eccleſiarum Germanicarum paternam curam habere, confirmatus fuit. A. 1051. obiit.

Rumoldus, Epiſcopus contentioſus.

RUMOLDUS, alibi GRIMOLDUS, Præpoſitus antea Goslarienſis in Saxonibus. Juſſu Imp. Henrici, Jura ſua Majeſtatica ſtrenuè vindicantis, electus A. 1051. præfuit annis 17. Erat homo, juxta Bruſchium, paulò contentioſior. Lites enim habuit cum Abbatibus, Richenovienſi & Sanctgallenſi, cruentas, quia tandem ad arma deventum eſt. Sopita ſunt hæc diſſidia per Rudolphum, Sueviæ Ducem, Henrici III. Imp. Generum ex unicâ filiâ, quam Imperator in teneris annis Rumoldo Epiſcopo erudiendam & educandam dedit. Sub hoc Epiſcopo concidit A. 1052. ſummum templum Conſtantienſe, quod à Rumoldo fortius & pulcrius, quàm antea inſtauratum eſt. Obiit A. 1069. Sub hoc Epiſcopo obiit A. 1051. *Hildrudis, Wolfenradi, Comitis Veringenſis, Conjux, Hermanni Contracti, Hiſtoriographi celeberrimi, Mater, quam filius hic, eruditione inclytus, qui A. 1054. deceſſit, mox ſecutus eſt.*

Mors Hermanni Contracti.

Carolus, Epiſcopus conſtituitur ab

CAROLUS, gente Thuringus, Canonicus Magdeburgenſis, ab Henrico IV. Imp. Jura ſua Majeſtatica etiam fortiter contra Pontifices Romanos exercente, conſtituitur A. 1069. Is initio ſuis Canonicis charus erat.

at, nam insigni sapientia & morum suavitate, egregia etiam corporis statura ac vultus gratiâ, teste Bruschio, præditus fuit; Sequentibus annis, cùm nimis avarus Simoniacis negotiationibus sua potius, quàm Ecclesiæ suæ commoda quæreret, accusatus à Canonicorum suorum Senatu Romæ apud Pontificem Alexandrum II. jussu ejus Moguntiam vocatur, ubi in congregatâ Synodo præsente Henrico IV. Imperatore exauthoratus est, cùm præfuisset Episcopatui 2. annis. Id factum est A. 1071. Mense Augusto: Reversus igitur Magdeburgum mœrore animi consumtus, ex hac vita emigravit. Ejus etiam meminit Lambertus Schaffnaburgius in explicatione Anni 1071.

Henrico IV. Imperatore,

ob avaritiam depositus, ex mœrore moritur.

OTHO, Canonicus Goslariensis, in hac ipsa Synodo Moguntina, exauthorato Carolo ab Henrico IV. substituitur. Ordinatur igitur, confirmatur & consecratur mox in præsentia Regis, vel Imperatoris Henrici IV. & convocatorum Episcoporum à Sigefrido, Archi-Episcopo Moguntino. Præfuit Episcopatui 3. annis, Gregorii VII. Pontificis mandato depositus, eò quod Henrico IV. Imp. fideliter adhæreret, & quod se eidem Pontifici opposuisse in asserendo ac defendendo Sacerdotum conjugio. Deturbatus itaque & ejectus per Rudolphum, Sueviæ Ducem, ut Bruschius memorat, Basileam concessit, ibi defunctus & sepultus. Ei exulanti Henricus IV. Imperator Episcopatum Cilimbrensem dedit, quem tamen nec vidit, nec possedit. Constantiam verò milit idem Imperator primò Rupertum quendam, postea Bertholdum, Sacellanos suos, ad gubernandum Episcopatum, sed clerus neutrum horum agnovit. Sex annis tamen sibi invicem succedentes, aliqua Episcopatus parte potiti sunt, postea iterum ejecti, non quod clero Constantiensi adeò invisi essent, ut Bruschius bene annotat, sed propter inimicitias & intestina bella, quæ erant inter Imp. Henricum IV. & Gregorium VII. Pontificem.

Otho ab Henrico IV. Imp. Episcopus constituitur, à Papa Gregorio VII. deponitur.

GEBHARDUS III. Dux Zaringensis, & Monachus in celeberrimo Monasterio Hirsaugiensi, Senatui Canonicorum Constantiensium ab Abbate Hirsaugiensi Guilielmo, sub quo diu, teste Bruschio, sanctissime vixerat, & à Bertholdo, Duce Zaringensi, Fratre suo, ita diligenter commendatus fuerat, ut assumeretur & eligeretur in Episcopum Constantiensem A. 1082. Præfuit in summis periculis ac difficultatibus Episcopatui annis decem, multùm vexatus ab Othone, Antecessore suo, depositio Episcopo, & quia à partibus Pontificis steterat, Imperator contra illum copias suas emisit, ut Ulrico, Abbati San-Gallensi, Charinthiæ Ducis filio, Constantiam obsidenti, cogeretur loco cedere, & Episcopalem sedem relinquere, à qua exulavit 13. annis, præsidente interim Arnoldo, Comite Heiligenbergensi, quem Imp. Henricus IV. constituit. Subsidentibus autem paulatim Germaniæ tumultibus, Gebhardus auxilio Theodorici, Abbatis Petershusani, ad Episcopatum suum rediit A. 1105. & tranquilliore vita per annos 11. usus est, quibus Templum, à Rumoldo Episcopo reædificari cœptum, feliciter absolvit & consecravit. Hübnerus memorat, quod saltem per 5. annos tranquille vixerit, & quod invitus ad Episcopatum pervenerit, utpote turbas & varias miserias, quibus tùm Germania ob triste inter Cæsarem & Papam

Gebhardus III. Dux Zaringensis.

Per aliquot annos Exul, restituitur.

In pace moritur.

Schisma vexabatur, prævidens. Obiit A. 1116. juxta Bruschium, juxta Hübnerum, A. 1110.

Ulricus I. Comes Dillingensis à Cæsare Henrico V. constituitur Episcopus Constantiensis, condit & dotat Monasterium Creuzlingense, pauperes amat, moritur.

ULRICUS I. Comes à Dillingen & Kiburg, propinqua consanguinitate conjunctus S. Ulrico, Episcopo Augustano, singulari clementiâ & favore Imp. Henrici V. pervenit ad Episcopatum Constantiensem, consentiente tamen etiam & clero & populo Constantiensi, confirmatum à Pontifice investivit Archi-Episcopus Mediolanensis. Teste Bruschio, summa prudentia præfuit Episcopatui decem annis, de suo patrimonio primus construxit ac dotavit Monasterium Canonicorum Regularium S. Augustini Creuzlingense, extra Muros Constantienses in Thurgovia situm. Renovavit item & instauravit iterùm pene collapsum Xenodochium pauperum, à S. Conrado olim constructum, ac liberalissimè dotatum. Ejus desiderio canonisatus est laudatus Conradus A. 1120. Incidit tandem Episcopus Ulricus in gravissimum morbum Comitialem, vel Epilepsiam, & obiit juxta Bruschium atque Hübnerum A. 1127. juxta Haffnerum A. 1128.

Ulricus II. Baro de Castellis, à suis Canonicis diuiue habitus, Episcopatui sponte renunciat & ad Monasterium S. Blasii redit.

ULRICUS II. Baro de Castellis, Monachus apud S. Blasium in Hercynia, unanimi consensu Canonicorum electus successit Ulrico Dillingensi A. 1128. Memorante Bruschio præfuit utiliter ac laudabiliter annis undecim. Ac etsi variè premeretur à vicinis quibusdam, tamen istas calamitates & adversitates summa prudentia exuperavit, quod diu haberet propitium sibi ac consentientem Canonicorum Senatum. Cum autem ille seditiosus in Dominum ac Caput suum ob leviculam causam dejecti castri alicujus, quod obsessæ, aut obsidendæ urbi Constantiensi nocere potuisset, Ulricum Episcopum coram Cæsare & Pontifice graviter accusaret, Episcopus Ulricus cessit patienti animo, & Episcopatum liberè resignans, ad Monasterium suum Blasianum rediit, ubi sanctè vivens, reliquum vitæ spatium in quiete absolvit. Paucis septimanis ante illam discordiam, juxta Manuscriptum quoddam Historicum de Episcopis Constantiensibus, etiam ob severitatem & strictam disciplinam, inter Episcopum Ulricum, & ejus Capitulum, severioris disciplinæ impatiens, exortam, corruit altior turris templi majoris Constantiensis, ex quo casu omnes campanæ confractæ sunt. Resignatio hæc Episcopatus memorabilis incidit in A. 1138.

Hermannus, Baro de Arbona, Corrivalem habet Brungundum in Episcopali dignitate. Ejus Magnificentia humani-

HERMANNUS, Baro de Arbona, eligitur à toto Collegio Constantiensi, confirmatus ab Innocentio II. Pontifice Romano A. 1139. Contradicente Conrado III. Imp. Brunigundum, Sacellanum suum, Hermanno oppositum, sed nihil obtinuit. A Friderico Barbarossa Imp. Hermannus Episcopus impetravit confirmationem donationis ac Bullæ Regis Galliarum Dagoberti A. 1155. Commendatur à Bruschio propter humanitatem, qua omnium animos sibi conciliaverit. Supra laudatum Manuscriptum Historicum de illo memorat, quod non tantùm Aquisgranum in Hegovia, sed & Mühlhutium & Wolffingen Episcopatui adjecerit, & 300. Marcas auri illustrationi summæ

Basil-

Basilicæ impenderit, omnemque suam substantiam Episcopatui sub ingressum suum obtulerit, & collapsum Monasterium Constantiense, quod Scotorum vocant, A. 1142. reparaverit. Defunctus est A. 1165. *tas & obitus,*

OTHO II. Comes Habspurgius, etsi sint, scribente Bruschio, qui Zäringensem Ducem fuisse affirmant, cui sententiæ adstipulatur Salemitani Monasterii Abbatum Catalogus, ubi secundus ejus loci Abbas Godefridus dicitur electus sub Othone isto Episcopo, Duce Zäringensi. Fuit ante acceptam dignitatem Episcopalem Præpositus Augustæ ad S. Mauritium, juxta Bruschium, vir summa prudentiâ & optimis moribus conspicuus, at valdè infirmus. Factus est Episcopus A. 1165. præfuit Episcopatui 4. annis, semper fere languens, obiit A. 1169. *Otho II. Comes Habspurgius, secundum alios Dux Zäringensis. Ejus Elogium & Mors.*

BERTHOLDUS, Baro de Busnang, Thurgoviensis, vel, ut alii volunt, Küssnacensis, & Dux Zäringiæ, ex Ergovia oriundus, fit Episcopus clero unanimiter consentente, teste Bruschio, VIR eximia prudentia ac virtute præditus, post decennalem Episcopiam obiit A. 1179. d. 20. Maj. *Bertholdus, Baro de Busnang juxta alios Küssnacensis, ejus Encomium & Obitus.*

HERMANNUS II. Nobilis à Fridingen, ex Hegovia oriundus, factus est Episcopus A. 1179. pacis & tranquillitatis, juxta Bruschium, ut amantissimus, ita custos etiam diligentissimus, omnibus suis Vir ex animo charus. Illo Episcopali munere fungente, Imp. Fridericus Barbarossa omnibus Imperii Principibus ac Statibus Constantiam convocatis, statuit & sanxit ibi publicam pacem per totum Imperium sanctè conservandam A. 1183. Hæc pax Constantiensis vocata fuit, quam publicis literis comprehensam Baldus, Jurisconsultus, Commentariis illustravit. Septennio post Episcopus Hermannus obiit A. 1191. cum præcedente anno Imp. Fridericus Barbarossa in quodam Armeniæ fluvio periisset. *Hermannus II. Nobilis à Fridingen, pacificus. Fridericus Barbarossa Imp. in Constitutis Constantiæ habitis, pacem publicam in Imperio sancit.*

DIETHELMUS, Baro de Wyssenburg, & Dominus in Krenchingen, antea à Friderico Barbarossa Imperatore Abbas Divitis Augiæ designatus in Comitiis Spirensibus, cum isti cœnobio sapienter ac utilissimè præfuisset, unanimi totius Cleri ac populi Constantiensis consensu factus est Episcopus Constantiensis A. 1193. juxta Bruschium, & memoratum Manuscriptum Historicum, juxta Hübnerum verò A. 1188. munere suo per 12. annos, tite defunctus, obiit A. 1205. d. 12. Aprilis. Fuit simul Abbas Richenovienſis. *Dietbelmus, Baro de Wyssenburg,*

WERNERUS, Baro à Stauffen, à toto Senatu Capituli Constantiensis electus A. 1205. quatuor annis Episcopia functus, decessit. A. 1210. *Wernerus, Baro à Stauffen.*

CONRADUS II. Nobilis Comes de Andechs & Degenfeld, juxta Bruschium præfuit & profuit Ecclesiæ Constantiensi annis 24. Obiit A. 1234. *Conradus, Comes de Andechs.*

HENRICUS, Nobilis de Thanneck, aut, ut aliqui volunt, de Thannen Waldburg & Khuffenberg, fit Episcopus Constantiensis A. 1234. ab Henrico & Godefrido, Niffensibus Baronibus, lacessitus, utrumque vicit *Henricus, Nobilis de Thanneck,*

victor Baronius Nissenſium.

& cepit, vinculisque incluſos Conſtantiam duxit, ac aliquandiu ibi in cuſtodia ſervatos, certis tandem conditionibus iterum dimiſit. Mortuus eſt A. 1248. Stumpfius in Chronico Helvetiæ hunc Henricum ante Conradum Epiſcopum fuiſſe autumat.

Eberhardus II. Dapifer à Waldpurg, Epiſcopatum Conſtantienſem ampliavit.

EBERHARDUS II. Dapifer à Waldpurg, à clero Conſtantienſi electus, præfuit, teſte Bruſchio, ſummâ prudentiâ & curâ Epiſcopatui 26. annis. Vir humanus & mitis, idcircò omnibus eximiè charus. Ampliavit & ditavit Epiſcoparum: Emit oppidum Klingen arcemque Batenhuſium, obiit A. 1274. d. 19. Febr.

Rudolphus II. Comes Habſpurgius bella geſſit infelicia cum propinquo ſuo Alberto Auſtriaco.

RUDOLPHUS II. Comes Habſpurgius, Imperatoris Rudolphi Habſpurgii Patruelis, Canonicus Baſileenſis prius & Conſtantienſis, fit Epiſcopus A. 1274. præfuit Epiſcopatui 20. annis. Reliquit Epiſcopatum in maximis debitis propter geſta bella cum Alberto, Rudolphi I. Imp. filio. Sub eo frigoribus concretus eſt ampliſſimus Lacus Acronius totus A. 1277. obiit A. 1294. Sigismundus de Bircke in Speculo Gloriæ Auſtriacæ memorat lib. I. cap. 13. pag. 115. hunc Rudolphum, Epiſcopum Conſtantienſem Propinquis ſuis, Rudolpho I. Imperatori ejusque filio Alberto invidiſe honores Imperiales, & hinc cum aliis Statibus Imperii, non minus æmulantibus, eis ſuo eum damno bellum intuliſſe.

Fridericus, Comes à Zollern, Epiſcopus factus in Electione diſcordi, cedit amore pacis potentiori.

FRIDERICUS, Comes à Zollern, Præpoſitus majoris Eccleſiæ Auguſtanæ, electus à majori parte Collegii Conſtantienſis, ut ſuccedat Rudolpho Epiſcopo, ſanguinis etiam neceſſitudine ſibi conjuncto: At contra hunc, memorante Bruſchio, à paucis quibusdam ſummi Collegii Canonicis eligebatur Henricus, Nobilis à Klingenberg, Legum Doctor, & Rudolphi Imp. Cancellarius, Vir valdè doctus & prudentiſſimus. Hoc ſchisma fuiſſet maximè perniciosum Epiſcopatui Conſtantienſi, niſi Fridericus tantâ morum lenitate & animi manſuetudine præditus, tamque pacis ac tranquillitatis ſtudioſus, de ſuo jure potius cedere voluiſſet, quàm author & adjutor eſſe exhauriendi, aut annihilandi Epiſcopatus, cui videbat tam perniciosum fuiſſe, & tam infeliciter ceſſiſſe diſcordiam Anteceſſoris ſui cum Conſanguineis, Auſtriæ Principibus. Movebat eum & hoc, quod Henricus, Alberti Imp. præcipuus Conſiliarius, non quieturus eſſet, ut qui & ſapientia & præſidiis ad retinendum Epiſcopatum ipſum prævaleret: Reſervatâ igitur annuâ penſione poſt annos quatuor ab electione præteritos Henrico Klingenbergenſi Epiſcopatum plene reſignavit, defunctus A. 1304. Bucelinus ſtatuit, Fridericum hunc unius tantùm menſis ſpatio fuiſſe Epiſcopum.

Henricus II. Nobilis Regulus à Klingenberg.

HENRICUS II. Nobilis Regulus à Klingenberg, electus eſt eo die, uti jam memoratum, quo Fridericus, Comes à Zollern, diſcordi Electione nuncupatus fuit Epiſcopus. Cùm autem ei potentiori Fridericus prudentiſſimè ceſſiſſet, confirmatus & inveſtitus eſt ab Archi-Epiſcopo Moguntino, Gerhardo ab Eppenſtein, A. 1294. Erat Hiſtoriarum inprimis Auſtriacarum peritiſſimus, qui

Digitized by Google

qui libellum etiam de Comitibus Habſpurgenſibus in gratiam Rudolphi I. Imper. (cui chariſſimus ſemper fuerat) ſcripſit. Nigromantiæ verò ſtudio ſupra mediocritatem addictus fuit, mortuus A. 1306.

Eberhardus III. vel Gerhardus, à Papa intruſus.

EBERHARDUS III. aliis Gerhardus, uti Bruſchius memorat, Haffnerus eum appellat Gebhardum, ex Avenione Gallus, Vir, Bruſchio Scriptore, in ſacris ac prophanis eximiè doctus, intruditur & obtruditur à Rom. Pontifice, Clemente V. mox poſt obitum Henrici Epiſcopi. Præfuit Epiſcopatui 12. annis, obiit A. 1318. Hujus temporibus periit major pars Urbis Conſtantienſis, lugubri ac miſerrimo incendio A. 1314. menſe Majo, die crucis. Id incendium, ut Bruſchius memorat, in Judæi cujusdam ædibus natum, facile reſtingui initio potuiſſet, niſi Judæus ille nequam tantæ calamitatis potius ſpectator, quam Sabbathi ſui transgreſſor eſſe voluiſſet.

Incendium ferale majorem partem Conſtantiæ abripit.

Rudolphus III. Comes Montfortius incurrit in odium & Excommunicationem Papæ, quia Ludovicum Bavarum defendit.

RUDOLPHUS III. Comes à Monteforti, Vir, juxta Bruſchium, inſigni ſapientiâ præditus, ſit Epiſcopus unanimibus totius Canonicorum Senatus ſententiis A. 1318. Præfuit Sedi Conſtantinæ laudabiliter & utiliter annis 14. egregie eam & augens & illuſtrans. Erat in tanto odio apud Pontificem Romanum, quod Ludovico Bavaro conſtanter ac fideliter adhæreret, ut etiam excommunicaretur. Poſtulatus eſt etiam ad Churenſis Epiſcopatus adminiſtrationem A. 1313. obiit juxta Bruſchium A. 1332. juxta Hübnerum A. 1333. & quia in Pontificio Anathemate deceſſit, non loco ſacro, ſed prophano humatus eſt, precibus tamen & indeſinenti ſuorum interceſſione poſt viginti annos iterùm effoſſus, honorificè ſepultus fuit.

Nicolaus, Nobilis à Kenzingen, per Schisma factus eſt Epiſcopus.

NICOLAUS, Nobilis à Kenzingen, & Frauenfeld, Magiſter Curiæ nominatus, eligitur per Schisma, & tamen à majori parte Senatus Canonicorum, confirmatus à Rom. Pontifice Johanne XXII. Contra illum eligebatur à quibusdam Canonicis Comes Albertus de Hohenberg, patre Rudolpho, furioſo homine natus. Hi duo cruentis etiam bellis de poſſeſſione Epiſcopatus certarunt, nec Chriſti, nec Apoſtolorum veſtigia prementes. Nicolaus tandem Epiſcopatum obtinuit, auxiliis Friderici Auſtrii, contra Imperatorem Ludovicum electi, ſuffultus. Præfuit Epiſcopatui per undecim annos, in eo laudandus, quod in ſumma Annonæ difficultate liberaliſſime ſingulis diebus trium vel quatuor millium pauperem turbam aluit: Hinc ſummo cum luctu & planctu pauperum obiit A. 1344. Feria S. Jacobi, pauperes ejus funus ad tumulum portarunt: Miniſtro cuidam avaro liberalitatem & beneficentiam ſuam erga pauperes culpanti, reſpondiſſe fertur: Et tu maledicte, opinaris, me Epiſcopum Conſtantienſem tam rerum omnium indigum eſſe, ut ſi deſint alimenta, pecuniæ non ſuppetant fructibus emendis?

Evergeta Pauperum.

Ulricus III. dictus Pfefferhardt.

ULRICUS III. Pfefferhart dictus, ex veteri & honeſtiſſima quadam Conſtantienſis Urbis familia prognatus, Cathedralis Eccleſiæ prius Decanus, ſubrogatur concordibus totius Capituli ſuffragiis Nicolao Anno 1344.

Fuit

Fuit pecuniarum collector & coacervator diligentissimus. Quæsitus, cur tanto studio colligeret pecunias? respondit: ut ingruentibus tempestatibus bellicorum tumultuum, vel defendere & tueri suos, vel pacem saltem suis emere posset, sed præstant æterna caducis, quærite Regna DEI certi de sponte secundis. Sub eo multi Judæi combusti sunt, quod dicerentur infecisse fontes per totam Germaniam. Eodem tempore, nempe Anno

Ordo Flagellatorum ab ipso Clemente VI. P. R. damnatur.

1349. Ordo Flagellatorum catervatim per urbes miris clamoribus ambulantium & populo mira quædam paradoxa concionantium, innotuit: is tamen mox à Clemente VI. damnatus est. Obiit Episcopus Ulricus A. 1351. d. 6. Nov.

Johannes de Windeck à Conrado ab Honburg, ejusque consortibus inter cœnandum trucidatur.

JOHANNES III. de Windeck, vel Windlow, Scaphusæ natus, eximiè doctus & sapientissimus Vir, secundum Bruschium, Cancellarius Austriæ Ducis, Alberti Claudi, cujus precibus obtinuit confirmationem ab Innocentio VI. Pontifice: Præfuit Episcopatui annis 5. Habebat publicum hostem, Conradum ab Honburg, Equitem auratum, qui oppidum Marckdorff meliore titulo arbitrabatur sibi deberi, quàm Episcopo, cum tamen Episcopus id consensu ac confirmatione Caroli IV. Imp. possideret: Honburgius igitur plenus indignatione ad Cainica consilia se totum convertit, & die Agnetis A. 1356. cum aliquot aliis sui similibus Centauris, non sine consensu quorundam etiam Canonicorum in urbem irruens, Episcopum cum paucis aliquot amicis Sacerdotibus in palatio Constantiensi ad instructas mensas sedentem & cœnaturientem, nihilque insidiarum, aut mali metuentem, armata manu adgreditur, ac crudeliter trucidat, fugâ sibi factâ cæde scelestissimâ consulens. In sæpius memorato Manuscripto inter Complices horrendi hujus facinoris ponuntur Wilhelmus & Waltherus de Stoffeln, Eques Eggli de Ens, Ulricus de Rogwyler, Bosmundus de Streckborn, Ulricus Goldast, & cives quidam Constantienses. Factum hoc est A. 1356.

Ulricus IV. Nobilis de Fridingen, Episcopatui studio pacis renunciat.

UDALRICUS IV. Nobilis de Fridingen, electus in Episcopum à toto Capitulo propter insignes animi virtutes, nihilominus confirmationem Pontificiam impetrare non potuit: Namque Pontificis animum occuparat alius quidam, Henricus videlicet à Brandis; Cardinalium etiam favorem sibi concilians. Udalricus, verus & genuinus Nobilis de Fridingen, id est pacis amans, noluit contra stimulum calcitrare: Hinc tranquillitatis conservandæ studio, sponte Episcopatui renunciavit, gratias agens Senatui Canonicorum pro oblato sibi honore Episcopali, quo prorsus carere, quàm Episcopatui turbis nocere maluit. Stumpfius in Chronico Helvetiæ hunc Ulricum Episcopum non habet, sed ejus loco mentionem facit Luitpoldi, quem Carolus IV. A. 1355. invito Capitulo Episcopum constituit, sed decem tantum mensium spatio Episcopus fuit. Bruschius illum præterivit, quia ejus nomen in Catalogis Constantiensibus non invenit.

Luitpoldus à Carolo IV. Imp. Episcopus constituitur.

Henricus III. Baro à Brandis lar-

HENRICUS III. Baro à Brandis & Abbas Einsidlensis, consecutus est Episcopalem dignitatem non per legitimam Canonicorum Electionem, sed largitionibus cum maximo & Abbatiæ Einsidlensis & Episcopatus Constantien-

ſtantienſis detrimento: Corruperat enim Cardinales quosdam Romæ, teſte Bruſchio, qui ei confirmationem apud Innocentium VI. facile impetrabant A. 1356. d. 15. Maj. Præfuit Epiſcopatui 26. annis, cum Urbi Conſtantiæ inviſus, quia ſummè ei moleſtus erat & injurius, tùm Canonicis etiam non admodum gratus. Obiit A. 1383. apud Klingenovium die S. Ceciliæ. Addit Bruſchius, illum non modo non præfuiſſe, ſed obfuiſſe plurimùm Epiſcopatui. Ejus tempore Cives Conſtantienſes contra Nobiles ſive Patritios Conſtantienſes magno tumultu inſurgentes, omnes domos Patriciorum ſpoliarunt. Elapſo biennio ſopitæ ſunt hæ turbæ ita, ut patricii in multis debuerint cedere Civibus. Hic Henricus III. memorante Haffnero, A. 1374. Papales decimas collegit, hinc in promptu cauſa eſt, cur Papæ Innocentio VI. placuerit.

gitionibus venit ad Epiſcopatum cui magis obfuit quàm præfuit.

Seditio Conſtantienſis mox iterum ſopita.

MANGOLDUS, Baro de Brandis, Abbas ſimul Richenovienſis, Henrici Epiſcopi, Anteceſſoris ſui, ex fratre nepos, Epiſcopus factus d. 27. Januarii A. 1384. Suffragia ei dederunt novem Canonici, reliquis Nicolao à Ryſenburg ſuffragantibus. Confirmavit Mangoldum Adolphus, Archiepiſcopus Moguntinus; Nicolaus verò à Pontifice, Urbano V. confirmationem conſecutus, & Conſtantiam ingreſſus, ibi ſedem ſuam habere cœpit. Mangoldus, ut Bruſchius memorat, conſcripto foris exercitu tumultuatur, & armis viam ſibi plenam ad Epiſcopatum aperire ſtatuit. At cum plerumque nobis proponentibus aliter DEUS diſponat, obiit Mangoldus ſubitaneâ morte apud forum Tiberii, ſive Cæſaris Solium, Käyſers-Stuhl/ in Ergovia, cum jamjam Equum vellet conſcendere. Sic Schisma, cum duraſſet annum & 24. dies, ceſſavit. Sunt, qui eum veneno affirmant ſublatum eſſe.

Mangoldus, Baro de Brandis, Epiſcopus fit per Schisma.

Gladium ſumens, gladio perit.

NICOLAUS II. Nobilis à Ryſenburg, ut ſupra dictum, diſcordi Electione Mangoldo opponitur & præponitur A. 1384. Præfuit Epiſcopatui 4. annis, at valdè inutiliter. Reſignavit Epiſcopatum d. 4. Maj. 1388. ſpe amplioris dignitatis, ambiens Epiſcopatum Olmützenſem in Moravia, eò profectus, ſerò venit, alio jam in vacantem locum ſubſtituto. Interim Capitulum Conſtantienſe novum elegit Epiſcopum: Nicolaus II. Conſtantiam reverſus non Epiſcopatum, ſed Præpoſituram Conſtantienſem accepit.

Nicolaus II. Nobilis à Ryſenburg, ſpe amplioris dignitatis fruſtratus, ex Epiſcopo fit Præpoſitus Conſtantienſis.

BURCARDUS, Baro Höwenſis, & Præpoſitus Summi Collegii Conſtantienſis, ſucceſſit Nicolao II. concordi Canonicorum Electione. Præfuit Epiſcopatui annis decem. Profectus eſt Romam pro obtinenda confirmatione, ſed impetrare illam ab Urbano Pontifice aliter non potuit, quàm hac conditione, ut Nicolaum Anteceſſorem ſuum Præpoſituræ dignitate inveſtiret, quod ſe illico facturum promiſit. Memor mortis & æternitatis ſepulturam ſibi ipſi in ambitu Summi Templi conſtituit & elegit. Defunctus eſt A. 1398.

Burcardus Baro de Heuwen.

mortem piè & æternitatem meditatur.

Fridericus II. Comes à Nellenburg.

FRIDERICUS, Comes à Nellenburg, electus fuit ab universo capitulo in successorem Burcardi A. 1398. die S. Galli, moxque in præsentia Patris, Comitis Conradi à Nellenburg magnâ pompâ investitur. Admodum lætus primò ad Episcopatum accessit, & concors electio ei valdè placuit, sed cum perciperet, Episcopatum adeò esse exhaustum, & ære alieno gravatum, ut difficillimè ei consuli, aut subveniri possit, decimo anno statim sponte resignavit, suis Canonicis gratias agens maximas pro tanto sibi honore exhibito, ut Stumpffius memorat ipso die Inaugurationis suæ.

sponte Episcopatui renunciat.

Marquardus, Nobilis à Randeck. San-Gallenses & Appencellenses frustra oppugnat.

MARQUARDUS, Nobilis à Randeck, Suevus, ex Familia illorum, quos vulgò Neidlingos vocant, cujus Patruus Episcopus fuit Augustanus, & Patriarcha tandem Aquilegiensis designatus est. Præfuit Episcopatui decem annis, cum Nobilitate Suevica San-Gallenses & Appencellenses, sed frustra, oppugnavit, illis enim strenuè se defendentibus, cedere coactus est. Obiit juxta Bruschium & memoratum Manuscriptum Historicum A. 1408. juxta Haffnerum A. 1400. secundum Hübnerum verò A. 1407.

Albertus Blaurerus de Girsperg, valde prudens, bonus Oeconomus, resignat. Ambrosius Blaurer, Episcopi hujus Propinquus, reformavit Ecclesiam Wirtenberg.

ALBERTUS BLAURERUS de Girsperg, ex honesta ac antiquissima familia Reipublicæ Constantiensis, optimisque Parentibus natus, primò fuit Præpositus summi Templi, A. 1408. ob insignem suam prudentiam Episcopus factus. Teste Bruschio præfuit Episcopatui laudabiliter & utiliter tribus annis, quibus aliquo modo restituit Episcopatum pristinæ dignitati, fideli videlicet & prudenti Oeconomiæ administratione. A. 1411. totius Canonicorum Senatus consensu resignavit, & cessit Episcopatum Othoni sequenti, reservata sibi per omnem vitam annuâ mediocri pensione. Hujus Blaureri Gentilis & propinquus fuit Ambrosius Blaurerus, Constantiensis, cui Wirtenbergia, dulcissima patria nostra, multum debet ob beneficium Reformationis, & pure prædicati verbi Divini.

Otho III. Marchio de Hochberg, ejus tempore habitum fuit Concilium Constantiense, ob infirmitatem corporis resignavit.

OTHO III. Marchio de Hochberg & Rôttelin accepit baculum pastoralem à resignante Alberto Blaurero, consensu totius cleri Constantiensis A. 1411. Præfuit Episcopatui 23. annis. Hujus Episcopi tempore habitum fuit magnum illud Concilium Constantiense sub Imperatore Sigismundo, qui Reformationem Ecclesiæ jam tùm desideravit, sed obtinere, quod pie optavit, non potuit. Ingravescente senio Episcopus Otho Epilepsiam, seu morbum Herculeum, ut vulgò vocant, incidit. Cùm ergò infirmitatem suam satis sentiret, Episcopatum cum bona voluntate totius Cleri resignavit, & Friderico, Illustri Comiti de Zollern, Canonico Constantiensi & Argentinensi, retentâ & reservatâ sibi exigua pensione, cessit. Caducæ huic & momentaneæ vitæ, ut piè scribit Bruschius, valedixit d. 15. Novemb. Anno 1433.

Fridericus III.

FRIDERICUS III, Comes à Zollern, consecutus est munus Episco-

pi

pi Conſtantienſis per liberam reſignationem Epiſcopi Othonis, de quo Stumpfius ſcribit, quod poſt biennalem Epiſcopiam Friderici Zollerenſis ad Epiſcoparum redierit, & adhuc per 12. annos Epiſcopatui præfuerit, Anno 1439. demùm mortuus. Fridericus Epiſcopus juxta Bruſchium obiit A. 1436. d. 31. Jul. Ejus tempore numerata ſunt in Diœceſi Conſtantienſi 350. utriusque ſexus Monaſteria, 1760. Eccleſiæ Parochiales, Sacerdotum verò capita ſupra ſeptendecim millia. *Comes à Zollern,*

HENRICUS IV. Baro Heuwenſis, Præpoſitus Conſtantienſis, & Decanus Argentinenſis, ab univerſo Clero Conſtantienſi in Epiſcopum eligitur A. 1436. d. 4. Aug. Ingreſſus eſt Conſtantiam quingentis Equis in vigilia Natalis Dominici, qua Chriſtianus Orbis humilimam Nativitatem Salvatoris JESU CHRISTI, paupertimi noſtri Atchiepiſcopi, celebravit. Præfuit Epiſcopatui annis 36. Etat, teſte Bruſchio, homo ſplendidus, pomparum amantiſſimus, Oeconomus non admodum bonus. Obiit A. 1471. relinquens Epiſcopatum in maximis debitis. *Henricus IV. Baro Heuwenſis.* *Ejus navi.*

BURCARDUS II. Nobilis à Randeck, ex Hegovia, Vir humilis, ſolicitudinis & tranquillitatis ſtudioſiſſimus, optimus Oeconomus, teſte Bruſchio: Factus eſt Epiſcopus A. 1472. Præfuit Epiſcopatui tribus annis & aliquot menſibus ſapienter & utiliter, obiit A. 1375. Stumpfius, Haffnerus, Bucelinus & Hübnerus illum jam Anno 1466. obiiſſe ſcribunt. *Burcardus II. Nobilis à Randeck, ejus elogium.*

HERMANNUS de Lato Landenburgo, antea Decanus Summi Templi. Præficitur juxta Stumpfium & Hübnerum A. 1466. juxta Bruſchium A. 1475. Cathedræ Conſtantienſi. Haffnerus illum vocat VIRUM DEO & hominibus amabilem. Bruſchio memorante, fuit mirè religioſus, humanus, mitis, munificus in pauperes. Erat ſenio confectus, & plurimis ægritudinibus atque infirmitatibus affectus, ac valetudine admodum afflicta, idcirco aſſumpſit è Canonicorum Collegio quendam Coadjutorem Ludovicum, Nobilem à Friberg, Doctorem, Virum prudentem ac valde verſutum. Is clandeſtinis machinationibus contra Epiſcopum Hermannum & totum Canonicorum Collegium Romæ confirmationem à Pontifice Xiſto IV. impetravit: non quod aliquid mali contra Hermannum Epiſcopum meditaretur, ſed quod poſt ipſius mortem Epiſcopatus poſſeſſionem facilius ſe hoc pacto retinere poſſe arbitraretur. Hoc callidum conſilium Coadjutoris ſui tam impatienter tulit Hermannus, ſenex Epiſcopus, ut poſt pauculos dies ex hac vita emigraverit, quia Senatui Canonicorum jam erat ſuſpectus hoc nomine factus, quaſi ipſe author, aut ſuffragator fuiſſet tam vafre contra Summi Collegii libertatem excogitati conſilii. Præfuit Epiſcopatui non integris duobus annis, obiit juxta Bruſchium, Haffnerum & Hübnerum A. 1477. juxta Stumpfium verò A. 1472. Hübnerus illum per undecim annos Epiſcopali munere defunctum fuiſſe ſcribit. *Hermannus de Landenberg,* *Ejus virtutes,* *obiit ex mœrore.*

LUDOVICUS, Nobilis à Freiberg, ejus Familiæ, quæ ſtellas geſtat in inſignibus ſuis, Doctor Legum, Vir eruditus, callidus, & multarum rerum, uti Bruſchius de eo ſcribit, experientiâ clarus, Canonicus Conſtantien- *Ludovicus, Nobilis à Freiberg,*

vir doctus, sed versutus.

sit, Hermanni Coadjutor factus, laboravit Romæ pro confirmatione, quam auro facile impetravit, uti Bruschius, Pontificius Author, candidè fatetur, adeò, testantibus ipsis scriptoribus cordatioribus Romano-Catholicis, erant Romæ Venalia quævis. Mortuo & animi mœrore consumpto Hermanno, non jam electionem aliquam expectare, sed plenè Episcopatui præesse incipiebat Ludovicus, fretus Pontificia confirmatione. At Canonicorum Senatus contemto Ludovico alium eligebat, Othonem videlicet, Comitem Solmonzanum, qui Constantiæ sedens plenâ ibi administrandi Episcopatus potestate poritus est. Ludovicus nec ipse cedere volens, in Rudolphi Cellâ sedem sibi elegit, & ibi suum etiam Senatum, suum Consistorium habuit. Romam dennò profectus impetravit apud Xistum, sive Sixtum IV. Pontificem, primo mandato inhærentem, ut jussu Pontificio discedere ex Episcopali munere juberetur Otho, quod nisi facturus esset, minitabatur ei Pontifex fulmen Excommunicationis. At Otho Constantiæ nihilominus permanens, misit Legatos Romam, qui certiorem facerent Pontificem de toto hoc negotio. Cumque alio pacto dirimi hæc Controversia non posset (neuter enim alteri cedere, nec Pontifex confirmationem suam invitam facere volebat) ad forenses disceptationes tandem ventum est, ut legibus dirimeretur, quod alia via dirimi non poterat. Cum autem hæ disceptationes in longum, ut fit, protrahetentur, incidit interim Ludovicus in periculosam morbum, quo consumptus Romæ obiit, ubi magnifice sepultus est: duravit hoc Schisma per integrum septennium, A. 1484. Haffnerus de hoc Ludovico scribit, quod fuerit Vir ambitiosus, quo gratior Romæ, eò despicatior Constantiæ. Cum videret, ipsum contra Othonem parùm valere, Romæ Abbatiam Imperialem Wingartensem, in superiori Suevia sitam, petiit, cui petito Cæsar se fortiter oppositum. Juxta Haffnerum jam A. 1480. obiit.

A Capitulo Constantiensi reficitur, hinc lites & turbæ,

morte Ludovici sopita.

Otho, Comes à Sonnenberg.

OTHO, Comes à Sonnenberg, ex Illustri Familia Comitum Suevorum, Dapiferorum, seu Truchsessiorum de Waldburg, electus contra Ludovicum, confirmationem Pontificiam aliter impetrare non potuit, quam solutis expensis durante memorato Schismate factis. Episcopatui octo annis præfuit, defunctus A. 1491. Sepultus in Sacello prope Templum primarium, quod ipse sibi vivus construi ac adornari curavit.

Thomas Perloverus, Hungarus, Vir doctus, Maximiliani I. Imp. Præceptor.

THOMAS PERLOVERUS, ex Cilienſi Pannoniæ inferioris oppido natus, utriusque Juris Doctor, Vir, juxta Bruschium, eximiè eloquens, prudentia verò, virtute ac rerum usu longe maximus, Friderici III. Imp. Orator ac Consiliarius intimus, Maximiliani I. Imp. in juventute Præceptor, qui Maximilianum, Friderici Filium, ita in Latinis literis instituit, ut ille cum omnibus Legatis latinè loqui posset: Primum Præpositus Collegii Constantiensis designatus, ita sese in hoc munere gessit, ut postea mortuo Episcopo Othone, d. 12. Mart. A. 1491. unanimi totius Collegii consensu in Episcopum Constantiensem eligeretur, Episcopatui quinque annis præfuit, illum medioc iter restituens ac instaurans. Obiit A. 1496. d. 20. April.

HUGO

HUGO, Nobilis Heros à Landenberg, Decanus Summi Collegii, Vir ita proceræ ſtaturæ, ut nullus eſſet Princeps eo tempore in Germania, qui heroica ſtatura corporis illi conferri potuiſſet. Erat autem & prudens, humanus, ac omnium eruditione aliqua præſtantium hominum amantiſſimus, etſi ipſe non admodum doctus, ut de eo Bruſchius ſcribit. Concordibus ſuffragiis Capituli factus eſt Epiſcopus A. 1496. Præfuit Epiſcopatui 33. annis. Petershuſanum Monaſterium ita juvit, & liberaliter donavit, ut ejus ſecundus fundator dici poſſit. Hujus Epiſcopi tempore Comitia habita ſunt Conſtantiæ à Maximiliano I. Imp. A. 1507. quibus omnes Imperii Status interfuerunt, quæ durarunt per integrum anno m. Habitæ ſunt ibi deliberationes, uti antea etiam in Wormatienſibus Comitiis de conſtituendo in Germania Imperiali judicio, quod illo anno conſtitutum & inchoatum eſt. Difficultate ſuorum temporum territus Epiſcopatum A. 1538. libere reſignavit, & ſibi quietem quærens una cum toto capitulo Balthaſarem ſucceſſorem ſibi conſtituit.

Hugo à Landenberg. Amator Eruditorum.

Reſignavit.

BALTHASAR MERCKELIUS, juxta Bruſchium, tenuis fortunæ Parentibus, at honeſtis & probis natus in Waldkirchen, Hercyniæ oppido ſub Friburgo Brisgojæ ſito: Homo ambitioſus, & qui ſemper illud cogitavit, quod eſt apud veterem Poetam

Balthaſar Merckelius.

Tentanda via eſt, qua me quoque poſſim
Tollere humo, Victorque Virûm volitare per ora.

In Studiis literarum diligenter verſatus, Doctor Legum & Canonicus Conſtantienſis deſignatus eſt. Maximiliani I. Imp. intimus fuit Conſiliarius, & Imp. Caroli V. Vice-Cancellarius in Hiſpaniis. Totius etiam Imperii negotia expediunda ſubivit, & magna diligentia expedivit. Cum de eo Hugo, Epiſcopus Conſtantienſis, audiviſſet, hunc ſuum Canonicum ad tantos honores eſſe evectum, exiſtimavit in iſta temporum difficultate, Epiſcopatui Conſtantienſi non melius poſſe conſuli, quam ſi Epiſcopatus Adminiſtratio ad eum deferretur, perſuaſit igitur Canonicis, ut miſſa honeſta legatione eum ad officium Epiſcopale vocarent. Interim accidit, ut eidem a Cæſarea Majeſtate in Germaniam ad Electores quosdam Imperii miſſo, Johannes Epiſcopus, Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ Dux, reſignaret Epiſcopatum Hildeſianum in Saxonia. Utroque igitur Epiſcopatu accepto A. 1530. in Auguſtanis Comitiis, quibus ſanctiſſima fidei Evangelicæ Confeſſio Auguſtiſſimo Cæſari V. oblata fuit, ab Alberto, Cardinale & Archi-Epiſcopo Moguntino, inſigni pompa, præſentibus omnibus Imperii Statibus inveſtitus fuit. Epiſcopatui autem tantùm 15. menſibus præfuit; quippe in arduis Cæſareæ Majeſtatis negotiis in inferiorem Germaniam iter facturus, cum in antiquiſſima urbe Electorali Trevirenſi pernoctaſſet, & mane equum conſcendere vellet, ſubitanea morte deceſſit in ipſo Feſto Pentecoſtali A. 1531. Hoc nuncium cum Conſtantienſibus Canonicis afferretur, revocarunt unani-

Magnus prius maximorum Cæſarum Maximiliani I. & Caroli V. Miniſter.

Fuit Epiſcopus Hildeſienſis & Conſtantienſis.

repente moritur.

Ei ſuccedit

Anteceſſor Hugo, ſecundâ vice Epiſcopus.

mi conſenſu priorem Epiſcopum, Hugonem à Landenberg, qui ſecundâ vice Epiſcopatui præfuit, ſed brevi tempore, nempe undecim menſibus, obiit A. 1532. d. 7. Januar.

Johannes V. Comes à Lupffen.

JOHANNES V. Comes à Lupffen in Hegovia, conſentiente toto clero factus Epiſcopus concordi Electione, invitus hanc Dignitatem Epiſcopalem ſubivit, teſte Bruſchio, ſciens nempe, Epiſcopatum eſſe valdè exhauſtum, tamen petenti non ſolùm Clero, ſed & circumjacentis provinciæ Nobilitati tandem annuit. Epiſcopali munere per ſex annos defunctus, vidit Epiſcopiam habere plurimùm laborum, curarum & ſolicitudinum, ſponte ergò reſignavit A. 1537. Canonicatu ſuo contentus reliquum vitæ ſuæ abſolvere in quiete, quam tot & tantis curis immerſus eſſe voluit: Hinc receſſum fecit in ſuam & majorum ſuorum Arcem, Engeniam in Hegovia.

ſponte reſignat.

Johannes VI. de Weza, valdè doctus & multarum linguarum peritus, Præceptor Haredis Daniæ.

JOHANNES VI. de Weza, Nobilis de Gülch, ex inferiori Germania, Juliæ videlicet Ducatu oriundus, juxta Bruſchium doctrinâ, prudentiâ, multarum rerum uſu, & plurimarum linguarum cognitione inſignis, & idcirco Carolo V. Imp. ejusque Fratri Ferdinando I. inprimis charus. Deſignatus primò à Romano Pontifice Archi-Epiſcopus Lundenſis in Regno Daniæ, ubi à Chriſtierno II. Rege Caroli V. Sororio, in tanto habitus eſt pretio, ut ille ei unicum ſuum Filium traderet erudiendum. Cum autem Rex Chriſtiernus in Tyrannum degeneraret, relicto Archi-Epiſcopatu ſuo in Germaniam rediit, & Carolo V. fuit à legationibus & conſiliis. In ipſa ablegatione ad Ferdinandum I. A. 1538. Regis Ferdinandi Conſiliis & auxiliis factus eſt Epiſcopus Conſtantienſis. Epiſcopatui Cœnobium Benedictinum Divitis Augiæ & Præpoſituram Oeningenſem, ad Lacum Venetum ſitam, adjecit. Abbas etiam fuit in præpotenti Nariſcorum terræ Cœnobio Waldſaſſen, ad Wonderam amnem ſito. Plurimis intervenit Statuum Imperii diætis, præcipuè verò illis, quæ Carolus V. Imp. Auguſtæ Vindelicorum finito bello Germanico A. 1547. & 1548. habuit, in quibus repentina morte deceſſit Menſe Majo, cum aliquoties Jacobo Metgellio, Doctori, & Canonico Conſtantienſi ſpontaneâ Reſignatione Epiſcopatum voluiſſet cedere, præſagiens forſan ſibi ipſi, inſtare ultimam & decretoriam illam mortis horam.

repente moritur.

Chriſtophorus Mezlerus de Andelsberg.

CHRISTOPHORUS MEZLERUS de Andelberg, patriâ Feldkirchianus, Rhætus, unanimi & concordi Electione Epiſcopus factus A. 1548. Tredecim annis præfuit Epiſcopatui. Obiit A. 1561.

Marcus Sitticus Comes de Hohen-Embs, reſignavit.

MARCUS SITTICUS, Comes de Hohen-Embs, Cardinalis, Pii IV. Pontificis ex Sorore nepos, reſignavit A. 1589. uti Bucelinus memorat, vel A. 1590. juxta Stumpfium. Erat primò Dignitatis Epiſcopalis cupidiſſimus, & mortuo Chriſtophoro ſtatim Romam profectus, ab Avunculo ſuo Pontifice Pio IV. Epiſcopatum hunc vacantem petiit & obtinuit, ejus tandem pertæſus & quietis amans, Andreæ, Cardinali, Archi-Duci Auſtriæ, Epiſcopa-

Digitized by Google

tum ceſſit. Fratres ſuos, Hannibalem de Ems & Gabrielem de Rosley, ex pauperibus Nobilibus Comites fecit.

ANDREAS, Archi-Dux Auſtriæ, Ferdinandi, qui frater fuit Maximiliani II. Imp. ex Philippina Welſeria Filius, Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Regii Belgii Hiſpanici Gubernator, ſæpe abſens Coadjutorem ſibi habuit Balthaſarum Wuchrerum, A. 1599. rediit Conſtantiam. A. 1600. ad Jubilæum Romam profectus, ibi d. 12. Novemb. obiit undecimo anno Epiſcopatus ſui. Fuit etiam Epiſcopus Brixenſis, Amator Eruditorum. Hübnerus de ejus morte memorat, ipſo die emortuali hujus Epiſcopi ſummum Templum Conſtantienſe fulmine tactum fuiſſe, & Johannem Georgium de Hallweil, tùm temporis Decanum, mox Epiſcopum & Andreæ hujus Succeſſorem, attonitum exclamaſſe: DEUS miſereatur etiam ſucceſſoris ejus, qui poſt duos annos, & dimidium morte illum ſequetur.

Andreas, Archi-Dux Auſtriæ, Cardinalis, Romanæ dotatus, Romæ obiit.

Notabile ſequentis Epiſcopi Prognoſticon.

JO. GEORGIUS de Hallweil, juxta Haffnerum vir ſanctioris vitæ, qui, teſte Hübnero, ſupra memoratum notabile Prognoſticon elocutus, ejus veritatem expertus eſt, obiit enim tertio anno Epiſcopalis muneris Anno 1603.

Jo. Georgius de Hallweil.

JACOBUS FUGGERUS Comes, Baro de Kirchberg & Weiſſenhorn, in juventute juxta Hübnerum male moratus, ut Epiſcopus chori Balthaſar loco Gratulationis ita illum, cum Cathedræ Conſtantienſi præficeretur, alloqui haud dubitaverit: Nunquid, Illuſtriſſime Princeps, alius deinceps eris, quàm fuiſti? Reſpondit omninò & vitam emendavit. Ab A. 1604. usque ad A. 1626. Epiſcopatui præfuit.

Jacobus Fuggerus Comes vitia Juventutis agnoſcit.

SIXTUS WERNHERUS de Prasberg, cognomento Vogt de Altenſummerow / juxta Manuſcriptum ſæpe jam memoratum & Haffnerum unius anni ſpatio, juxta Hübnerum verò per duos annos Epiſcopus fuit, repentinâ morte ex hac vita avocatus A. 1627. vel 1628.

Sixtus Werner de Prasberg, repente moritur.

JOHANNES VI. Comes & Truckſeſſ de Waldburg, ejus tempore Sueci Conſtantiam fruſtra obſederunt A. 1633. obiit A. 1644.

Iohannes VI. Comes de Waldburg.

JOHANNES FRANCISCUS de Prasberg, cognomento Vogt de Sommerow / Sixti Werneri Pro Anteceſſoris ſui, ex Fratre nepos, obiit A. 1689. d. 7. Mart. per quadraginta quinque integros annos Epiſcopus, pacis & belli temporibus multa expertus.

Johannes Franciſcus de Prasberg.

MARQUARDUS RUDOLPHUS, genus ducens ex Equeſtri Familiâ Suevicâ Baronum de Rodt, obiit A. 1704. menſe Junio.

Marq. Rud. Baro de Rodt.

JOHANNES FRANCISCUS, ex Illuſtri Familia Baronum de Stauffenberg, hodie præeſt Epiſcopatui Conſtantienſi, Coadjutor ſimul Epiſcopatus Auguſtani.

Jo. Franciſcus, Baro de Stauffenberg.

DE EPISCOPATU AUGUSTANO IN SUEVIA & Epiſcopis Auguſtanis.

DE Pervetuſto hoc & celeberrimo Epiſcopatu ſupra laudatus Imhofius ſequentia habet: Prima Chriſtianæ Religionis Semina in Vindelicia à Narciſſo Epiſcopo, ejusque Diacono Felice, poſtea Gerundæ Tarraconenſis Hiſpaniæ Urbe Martyrium paſſis, ſparſa eſſe, vulgaris eſt traditio: Hos enim illa tempeſtate, qua Diocletiana perſecutio, quæ in tertium ſeculum incidit, fervebat, profugos & Auguſtam delatos fortuna apud fœminam quandam Afram, è Cypro oriundam, & meretricis Veneris myſteriis cum puellis ſuis iniriatam, iisque gnaviter litantem, divertiſſe, illamque cum tota familia ad pietatis verique DEI cultum perduxiſſe, & Sozimum Hilariæ, quæ Aſtæ mater erat, Fratrem, indito ei in Baptiſmate Dionyſii nomine, primum in Vindelicia Epiſcopum conſtituiſſe ferunt. Verùm etſi hanc Aſtæ converſionem nemo facile in dubium vocaverit: ante ipſam tamen Chriſtianos Auguſtæ fuiſſe, & jam olim Lucium quendam Rhætos Evangelium docuiſſe, atque ex illis, quos Auguſtæ Sacræ fidei adjunxit, Campeſtrii, Viri Primarii nomen ſuperare, Marcus Velſerus, egregius Antiquitatum patriarum vindex, edocuit in luculento ad Hiſtoriam converſionis S. Aſtæ Commentario: ubi neque id extra omnem dubitationis aleam poſitum arbitratur, quod Dionyſius ille à Narciſſo Epiſcopus Eccleſiæ Auguſtanæ, isque primus fuerit conſtitutus: id enim adverſari Canonibus Apoſtolicis, qui Epiſcopum à tribus aut duobus Epiſcopis, non ab uno duntaxat, ordinandum eſſe, caverint; ne tamen traditionem antiquam Auguſtanæ Eccleſiæ elevet, Dionyſium à Narciſſo Presbyterum deſignatum, poſtea Canonicè in Epiſcopum promotum eſſe, & ideò primum dici, quod nullius anterioris memoria ſuperſtes ſit, licet reapſe primus in hac ſede non ſederit, largitur. Hunc ipſum autem Dionyſium Sozimum ante Baptiſmum dictum fuiſſe ægrè concedit, ſicque ſentit: ſi Sozimus aliquis Auguſtæ Epiſcopus fuit, vel circa hæc tempora, vel multis poſt ſeculis ſub Regibus Francorum, ut nonnulli ſcripſerunt, eum omnino diverſum à Dionyſio fuiſſe, neque cauſam eſſe, cur confundantur.

Inter Succeſſores Dionyſii Simpertus numeratur, ex Ducibus Lotharingiæ, Sorore Caroli M. editus, hunc Auguſtanam Diœceſin Noricorum finibus auxiſſe, ac Novoburgenſem juriſdictionem ei adjeciſſe, Annalium monumentis teſtatum eſt. Seculi ſpatio remotus ab iſto erat Udalricus Epiſcopus, Hupaldi I. Comitis Kyburgenſis, & Ditpergæ, Burckardo I. Sueviæ Duce Prognatæ, filius, in ſanctorum claſſem poſt obitum relatus, cui inter alia beneficia, quæ Epiſcopatui exhibuiſſe perhibetur, id etiam adſcribitur, quod glires è tota Diœceſi exterminaverit, adeò ut nec hodie aerem Auguſtanum tolerare valeant, uti Zeilerus è Strengelio refert. Ulrico ſancto ſucceſſit Heinricus, Comes de Geiſenhauſen, qui, quod ultimus ſuæ ſtirpis fuerat, integrum Comitatum avitum Epiſcopatui dona-

donavit. Pari titulo Udalſcalcus, Epiſcopus, Comes Eſchenlöenſis, A. 1102. mortuus, caſtrum Eſchenlöe, præterea Kulſingen & Eringen, cum arce Trailenried, Eccleſiæ adjecit. Inter omnes verò optimè de ea meritus eſt Hartmannus Præſul, ultimus Comitum Kyburgenſium & Dillingenſium, quiCivitatem & arcem Dillingenſem, nec non Comitatum Witislingenſem & omnes fere pagos, usque ad Werdeam Suevicam ſitos, ei contulit. Obiit ille A. 1186. Hoc denique Seculo Heinricus à Knöringen, qui annum ſextum & quadrageſimum vitæ ſupremum habuit, Dynaſtiam Otilienberg in Algoja cum adjunctis pagis, caſtris & decimis, emtionis titulo acquiſivit, & Epiſcopatui incorporavit.

SERIES EPISCOPORUM AUGUSTANORUM.

Sozimus.

SOZIMUS, juxta Hübnerum Epiſcopus Auguſtanus ab Anno 590. usque ad A. 608.

Berwelphus, pius Epiſcopus.

BERWELPHUS, aliis Wernolphus, Suevus, præfuit Epiſcopatui Auguſtano ab A. 614. usque ad A. 630. Bruſchius de illo memorat, quod veris pii Epiſcopi officiis quinque annis præfuerit, ſed, quando ad Epiſcopatum pervenerit, & quando obierit, ignorari. Hübnerus exiſtimat, illum ab A. 608. ad A. 614. Epiſcopatui præfuiſſe.

Tagenbertus vel Dagobertus, VIR ſanctus.

TAGENBERTUS, aliis DAGOBERTUS, Bruſchio teſte, pius ac ſanctus DEI VIR, Veritatis Chriſtianæ diligentiſſimus Doctor & Aſſertor, præfuit Auguſtanis concionando ac docendo, baptizando, ac aliis Chriſtianæ pietatis officiis defungendo annis ſedecim. Poſt ejus mortem propter ſummam Eccleſiarum Chriſtum profitentium perſecutionem iterùm aliquandiu ſine Epiſcopo fuit Eccleſia Auguſtana.

Manno, bonus Epiſcopus.

MANNO, gente Suevus, juxta Bruſchium fideliter præfuit Auguſtanæ Eccleſiæ, purè docendo Chriſtianos annis 19. Quando autem ὑποκοπῶν Eccleſiæ inceperit? & quando pedum Epiſcopale depoſuerit? non conſtat.

Wicho,

WICHO præfuit Epiſcopatui Auguſtano, ut Bruſchius memorat, octodecim annis.

Brico Arianiſmo ſe opponit.

BRICO, aliis Petichus, Comes Brigantinus, ſummo ſtudio Arianam hæreſin impugnavit docendo & concionando; Miſerrimus tùm erat Status Germaniæ, quam Arianiſmus fere totam infecerat. Juxta Hübnerum hic Brico, vel Bricho. ab A. 667. usque ad A. 687. Epiſcopus Auguſtanus fuit.

Zayſo.

ZAYSO præfuit Auguſtanæ Eccleſiæ annis 21. teſtibus Bruſchio & Hübnero. Hic memorat, ejus tempore Patriarcham Aquilegienſem Epiſcopatum Auguſtanum ſibi vindicaſſe, ſed nihil obtinuiſſe. Inchoavit hic Zayſo, uti Bruſchius

ſchius refert, ſummum Auguſtæ Templum condere. Poſt ejus mortem Eccleſia Auguſtana iterùm vacavit juxta Bruſchium, Hübnerus verò non interrupta ſerie annorum poſt hunc Zaiſonem ponit ſucceſſorem, qui fuit

Marcomannus. MARCOMANNUS, teſte Hübnero, Epiſcopus Auguſtanus, ab Anno 708. usque ad A. 738. juxta Bruſchium Epiſcopali munere 29. annis docendo & concionando functus eſt. Poſt illum aliqui Scriptores ponunt tres Epiſcopos Auguſtanos, Fortunatum ſcilicet, Philippum & Cyriacum, quos Bruſchius non agnoſcit: Fortunatum in Galliam peregrinatum ad S. Martinum, Epiſcopum Thuronenſem paucis diebus Auguſtæ fuiſſe, Philippum Auguſtæ Martyrii coronam accepiſſe, de Cyriaco nihil

Ambroſii, Epiſcopi Mediolanenſis, cura pro ſalute Eccleſiæ Auguſtanæ. proiſus certi conſtare: Ante verò iſta tempora circiter Annum 400. memorante Bruſchio, S. Ambroſius magni nominis Epiſcopus Mediolanenſis, S. Albanum ac Epiſcopum quendam Philippenſium Theoneſtum Auguſtam Vindelicorum ad extirpandum ibi Arianiſmum ablegavit, uti jam ſupra memoratum eſt pag. 6.

S. Victerbus, Epiſcopali munere piè defungitur. WICTERBUS, vel S. VICTERBUS, juxta Bruſchium primò Monachus ac Monachorum Pædagogus, poſtea Abbas Cœnobii Elefancenſis, ab Hariolfo, quodam Lingonenſi Epiſcopo, fundati, electus eſt in Epiſcopum Auguſtanum à Rege Galliarum Pipino. Egit, quod pium Epiſcopum decet, ſummo, ut Bruſchius memorat, Chriſtianæ pietatis promovendæ & ampliandæ ſtudio ſedecim annis laudabiliter Epiſcopatui præfuit. Ad hunc Victerbum venit Sanctus Magnus, S. Galli diſcipulus, petens ab eo veniam ædificandi pro ſe ac diſcipulis ſuis Cœnobii, quod ſumptibus Regis Pipini & hujus Epiſcopi auxiliis conſtruxit magnificum, ad Lycum amnem in Alpium Sueviæ faucibus, unde Fauceaſe nominatum. Obiit Victerbus d. 18. April. A. 752.

S. Thoſſo. S. THOSSO, Auguſtanæ Eccleſiæ Præſes, à Pipino Galliarum Rege, S. Magni precibus ac commendationibus moto, conſtituitur, uti Bruſchius memorat. Juxta Hübnerum Epiſcopus fuit Auguſtanus ab A. 755. usque ad A. 768. Bruſchius verò illum d. 16. Januarii obiiſſe exiſtimat, qui ſimul memorat, poſt hunc Thoſſonem diu vacaſſe ſedem Auguſtani Epiſcopatus propter varios tumultus, qui tùm inter Germaniæ Principes ac Reges, Odilonem ac Thaſilonem, Bavaros, Godefridum Suevum, & Carolum Magnum, aliosque exarſerant.

S. Sympertus, Dux Lotharingiæ, pietate claruit. S. SYMPERTUS, Dux Lotharingiæ, Patre natus Amberto, Matre verò Symphoriana, Caroli M. Imp. Sorore, religioſiſſimis, uti Bruſchius ſcribit, parentibus. Pietatis & literarum fundamenta jecit in antiquiſſimo Alſatiæ Cœnobio Murbacenſi, inſtituti Benedictini, cujus loci tandem factus eſt Abbas: ubi ita piè vixit, ut toti ſuo Clero innocentiâ & ſanctitate vitæ præluxerit. Tandem, cùm multis jam annis Auguſtanus Epiſcopatus propter civilia bella Bavariæ & Sueviæ Ducum vacaſſet, his turbis ſopitis, & potentiſſimis hiſce Principibus devictis, Carolus M. Imp. tùm adhuc Rex Galliarum, non ſolùm cœpit Auguſtam Vindelicorum ampliare, ſed & de reſtaurando Epiſcopatu ſeriò cogitare. Evocato igitur ac

ſ.

ſe è Murbacenſi Abbatiâ S. Symperto, Nepote ſuo, conſtituit eum Auguſtanæ Eccleſiæ Epiſcopum A. 779. Hübnerus putat, illum demùm A. 788. ad Epiſcopalem dignitatem perveniſſe. Obiit juxta Bruſchium d. 13. Octob. A. 809. juxta Hübnerum A. 818.

Hanto, vel Hauto.

HANTO, vel HAUTO, Comes de Andechs Bavarus, juxta Bruſchium maximus Epiſcopatus Auguſtani locupletator. Hübnerus ſcribit, illum ab A. 818. usque ad A. 864. per 47. integros annos præfuiſſe Epiſcopatui, ſed Bruſchius nullum certum annorum numerum ponit. Fratrem habuit hic Epiſcopus, teſte Bruſchio, religioſiſſimæ vitæ, Ruthardum Canonicum, qui Damaſiani inſignis Monaſterii apud Bavaros fundator eſſe legitur.

Waltherus.

WALTHERUS, uti Bruſchius ſcribit, Hantoni ſucceſſit. Hübnerus hunc Waltherum non pro Epiſcopo, ſed pro Coadjutore habet. Secundùm Bruſchium Epiſcopali munere per decem annos laudabiliter defunctus, optime meruit de Imp. Lothario, cui cùm à Legationibus, tùm à Conſiliis fuit intimis. Legitur in concordiam redegiſſe acerrimè inter ſe de prædiorum quorundam poſſeſſione certantes Odogarium, Archi-Epiſcopum Moguntinum & Abbatem Hirsfeldenſem. Quando autem mortali huic vitæ valedixerit, Bruſchius ignorat.

Adelgerus.

ADELGERUS ex ſententia Bruſchii ſucceſſit Walthero, & Epiſcopatui annis ſedecim laudabiliter præfuit & A. 854. obiit. Hübnerus etiam hunc Adelgerum non pro Epiſcopo, ſed pro Coadjutore habet.

Nitgarus.

NITGARUS, vel Neodegarius, juxta Bruſchium Vir Sanctæ & innocentiſſimæ vitæ. Fuit primò Monachus, poſtea Abbas Monaſterii Uttenburrhani, à Silacho, Francorum Duce, ac Ilergoviæ Comite, ejusque Conjuge Ermenvinda fundati. Obiit A. 869. Hübnerus de illo memorat, quod ab A. 864. usque ad A. 869. Epiſcopus fuerit.

Lantho.

LANTHO, aliis Dancko, vel Lancko, juxta Bruſchium Epiſcopus Auguſtanus fuit per 6. annos. Obiit A. 877. Hübnerus dubitat, an Epiſcopus fuerit: videtur, inquit, illum Anteceſſoris ſui Suffraganeum fuiſſe.

Udelmannus.

UDELMANNUS, nobiliſſimis Parentibus in Suevia natus, juxta Bruſchium A. 880. in Epiſcopum Auguſtanum electus. Ex Hübneri ſententia ab A. 869. usque ad A. 876. Epiſcoparui Auguſtano præfuit, & quidem ſecundùm eundem ante Lanthonem. Bruſchius hunc Udelmannum A. 888. deceſſiſſe ſcribit.

Widgarius, Helvetiorum Apoſtolus.

WIDGARIUS, vel WIDOGERUS, Abbas primò Monaſterii Ottenburani, teſte Bruſchio, eximiè doctus & humaniſſimus; Helvetiorum Apoſtolus dicitur, quia A. 898. ad Helvetios, ut eos ab erroribus Idolomaniarum Gentilitiarum in viam Chriſtianæ veritatis ac fidei juris Concionibus ac monitis abduceret, iter fecit. Epiſcopatui Auguſtano juxta Hübnerum præfuit ab A. 876. usque ad A. 887. Bruſchius verò illum demùm A. 902. obiiſſe ſcribit.

S. Adalberus.

S. ADALBERUS, Comes à Dillingen, genere quidem egregiè nobilis, ſed virtute, ſapientiâ & vitæ morumque integritate, juxta Bruſchium, longè nobilior, factus eſt ex Monacho Elfangenſi Epiſcopus Auguſtanus, & Abbas Elfangen-

genſis A. 904. præfuit tùm Epiſcopatui, tùm Abbatiæ annis 17. obiit ex ſententia Bruſchii A. 912. juxta Hübnerum A. 909. Fuit Arnolpho Imperatori chariſſimus, baptizavit, & poſtea etiam pietate, literis ac bonis moribus erudivit filium ejus, Regem Ludovicum: Fuit Vir eximiè doctus, excellens Muſicus, San-Gallenſis Monaſterii Evergeta maximus, S. Ulrici Informator & Nutritius. Aſſumpſit ſex annis ante mortem Coadjutorem Hildinum, eximiâ virtute ac vitæ integritate præſtantem Virum, uti Bruſchius illum deſcribit.

Hildinus. HILDINUS multa ab Hunnis perpeſſus eſt, illi enim A. 911. usque in Sueviam penetrarunt. Juxta Hübnerum ab A. 909. usque ad A. 923. juxta Bruſchium verò ſaltem per 15. menſes Epiſcopatui præfuit.

S. Ulricus, Comes Dillingenſis. S. ULRICUS, Comes Kyburgius & Dillingenſis, natus patre Hugobaldo, Comite Dillingenſi, Matre verò Gerbirgâ, vel Dietbergâ, Comitiſſâ Veringenſi. A Wanningo, eximiæ doctrinæ & ſapientiæ Monacho in Monaſterio San-Gallenſi tùm in ſtudiis, tùm in S. literis bene fuit inſtitutus. Poſtea S. Adalbero, Epiſcopo Auguſtano, commendatus, illi à Legationibus & Conſiliis fuit, uti Bruſchius de eo memorat, ab illo Romam miſſus ad Pontificem Marinum, ita ſe ei ſapientiâ doctrinâ & virtute ſuâ commendavit, ut ſtatim eum ſucceſſorem Adelberi, cum hic adhuc eſſet in vivis, declaraverit, quem honorem ſummâ humilitate deprecatus eſt. Domum reverſus, apud Parentes piè vixit; A. 923. ab Imp. Henrico Aucupe conſtitutus eſt Epiſcopus Auguſtanus. Epiſcopatui pie ſapienter, fideliter ac utiliſſimè per quinquaginta annos præfuit; Anno 954. adſuit devotis precibus Othoni Magno Imp. contra Hunnos pugnanti. Iſti Barbari jam totam Bavariam incendiis ac rapinis vaſtarant. Tandem Auguſtam Vindelicorum obſederant. Hübnerus memorat, quod Hunni bis in urbem Auguſtanam impetum fecerint, primò A. 924. & ſecundâ vice A. 955. Cùm Hunni, ſive Hungari, primum impetum facerent in hanc urbem, S. Ulricus Epiſcopus teneriſimos infantulos ex cunis, aliosque parvulos in Templum ferri curavit: Hoſce irato DEO ſupplex obtulit, ſuisque & parvulorum precibus ac gemitibus tantum obtinuit, ut Barbari re infecta diſcedere debuerint. Cùm autem A. 955. numeroſiſſimo exercitu redirent, cæſi ac profligati ſunt Hunni ab Othone M. Imp. ipſo die Laurentii, d. X. Auguſti. Captus fuit ipſe Rex Hunnorum Stephanus, qui Chriſto nomen dedit, baptizatus ab Epiſcopo Ulrico ipſo pugnæ loco, ubi ab Ulrico in memoriam S. Stephani Templum conditum eſt & Cœnobium Monialium, cujus prima Abbatiſſa fuit Eleyſinia, Comitiſſa Dillingenſis, propinqua Ulrici Epiſcopi, cujus Frater Theobaldus, aliis Reginobaldus, fortiſſimè pugnans, in acie glorioſâ morte obiit. Poſtea S. Ulricus urbem Auguſtanam ampliavit, includens mœnibus Templum S. Afræ ab Hunnis miſerè vaſtatum, ibique ſibi vivus adhuc ſepulcrum elegit. Supereſt hoc Templum, longè maximum & auguſtiſſimum, hodieque Templum S. Ulrici vocatur. Liberatus ab Hunnis S. Ulricus cum Imp. Othone M. A. 964. Romam iter fecit, ſed nec Cæſar, nec Epiſcopus, vivus in Germaniam rediit, ſed uterque A. 973. Romæ obiit.

HEN

HENRICUS, Comes à Geysenhausen, ultimus suæ gentis, hinc Comitatus Gaysenhausanus post ejus mortem ad Episcopatum Augustanum pervenit. Patrem habuit Burcardum, Matrem verò Adelheidem, Othonis M. Imp. ex fratre Henrico, Bavarorum Duce, neptim; Othonis hujus primi & Magni Imp. Cognati sui favore constitutus est Episcopus Augustanus. Cum Othone II. Imperatore iter fecit in Apuliam & Calabriam, atque depositâ stolâ sagum induens, contra Saracenos pugnavit, sed infeliciter: Namque cum aliis multis Germaniæ Principibus in acie cecidit, Othone II. Imp. capto, mox autem beneficio Linguæ Græcæ, quam calluit, liberato & fugâ elapso. Episcopatui hic Henricus præfuit annis 8. Mortuus juxta Bruschium A. 982. juxta Hübnerum A. 981. *Henricus, Comes à Geysenhausen.*

EUTYCHUS, vel Etichus, sive Ethico, Comes ab Altorff, ex celeberrimâ Guelphorum familiâ natus. Episcopali munere 5. annis defunctus, obiit A. 988. Hübnerus de eo memorat, quod per septem annos Episcopatui præfuerit. Fratrem habuit Conradum, Episcopum Constantiensem. *Eutychus, vel Ethi co Comes ab Altorff.*

LUITHOLPHUS, aliis Luitholdus, sedit in Cathedra Episcopali annis septem. Ejus desiderio Ulricus, Episcopus Augustanus, canonisatus fuit à Johanne XV. Pont. Rom. Obiit A. 996. d. 27. Jul. Basilicæ D. Virginis ope Adelheidis, Othonis M. Imp. Viduæ; Burgundionum Reginæ, restauratoris. *Luitholdus,*

GEBHARDUS, Comes ab Ammerthal, S. Ulrici, Episcopi Augustani, Sacellanus, & Summi Canonicorum Collegii Præpositus, Author & Scriptor Vitæ S. Ulrici, ex Abbate Monasterii Elefancensis, in Rhiesa sui, factus est Episcopus Augustanus. Obiit A. 1002. d. 7. Jul. juxta Bruschium, A. 1000. juxta Hübnerum. *Gebhardus, Comes ab Ammerthal.*

SIGEFRIDUS, obiit A. 1009. uti Bruschius memorat. In Catalogis Augustanorum quidem non laudatur, Epitaphium verò ejus extat in Basilica Cathedrali de Virginis prope veterem chorum, ubi hæc leguntur: *Sigefridus.*

Omnia subsidunt, alter cinis omnia fiunt,
Omnia nata ruunt, omnia prætereunt.
Ecce Luitholphum, Gebhardum, tùm Sigefridum,
Non vetuere mori forma genusque sui.
Urbis Prælati requiescunt hic tumulati,
Qui docuere greges, Ordine Pontifices.
Mundo sublati vivant in pace beati,
Qua sine nocte dies, qua sine fine quies.

BRUNO, Dux Bavariæ & Saxoniæ, Germanus Frater Henrici II. Imp. cognomento Sancti fundatoris Episcopatus Bambergensis, Filius Henrici, Ducis Bavariæ. Hübnerus de illo memorat, quod Fratri suo Henrico II. Imp. se opposuerit, ejusque hostibus se associaverit, cùm illis id agens, ut Fratrem de Throno dejiciat. A. 1005. cum Fratre reconciliatus, ei se submisit, & haud multò post Episcopus Augustanus constitutus est. Hoc non obstante Fratrem Imperatorem *Bruno, Dux Bavariæ & Saxoniæ.*

denuò laceſſivit, & Epiſcopatum Bambergenſem, à Fratre Imperatore fundatum, & in maximo pretio habitum, abolere voluit, ſed non potuit, utut Conradi II. Imp. Conjux Giſela à partibus ejus ſteterit. A. 1026. Conrado II. Imp. qui Brunonem Epiſcopum ſingulariter amavit, in Italiam profecto, Guelphus, Dux Bavariæ, Brunoni Epiſcopo Filium Imperatoris Henricum III. ſecum habenti & erudienti, bellum intulit, Auguſtam Vindelicorum obſedit, obſeſſam expugnavit, expugnatam ſpoliavit. Sed Imperator ex Italia reverſus, Guelphum ad reſtitutionem omnium bonorum, Auguſtanæ urbi & Eccleſiæ ſublatorum, compulit, uti Bruſchius ſcribit: Hübnerus addit, Guelphum pœnitentem non tantum ablata reſtituiſſe, ſed etiam Epiſcopatum Auguſtanum largiter dotaſſe. Obiit Bruno Epiſcopus d. 8. Maj. A. 1031. Ratisponæ in Comitiis, ab Imp. Conrado II. celebratis. Hübnerus putat, hæc Comitia Noribergæ habita fuiſſe, & Brunonem A. 1029. obiiſſe.

Eberhardus. EBERHARDUS, ab alii EPPO, à quibusdrm Gebhardus dictus, juxta Hübnerum Epiſcopus fuit ab A. 1029. usque ad A. 1047. juxta Bruſchium ab A. 1031. usque ad A. 1048.

Henricus II. HENRICUS II. ex Cancellario Henrici III. Imp. factus eſt Epiſcopus Auguſtanus. Vir eximiè doctus, robuſtus & formoſus, teſte Bruſchio. Quàm charus autem fuit Henrico III. Imp. tam inviſus erat Henrico IV. Cæſari Romano, & Epiſcopis omnibus, eò quod Agneti Imperatrici Henrici III. Conjugi non ſine adulterii ſuſpicione ab intimis eſſet conſiliis, & quod ſuperbe ſe gereret. Male ſibi conſcius aufugit, & in arcem ſuam Falckenſteinenſem valde munitam ſe recepit, mox ab Henrico IV. oppugnatus, tandem Imperatori arcem cedere debuit. Vitam cum morte commutavit A. 1063. die S. Barbaræ, juxta Hübnerum obiit A. 1064.

Embricus. EMBRICUS, Imbricus, vel Enſicho, Comes à Leiningen, Præpoſitus Summi Templi Moguntini, ab Henrico IV. Imp. factus eſt Epiſcopus Auguſtanus. Fuit, uti Bruſchius de illo memorat, munificentiſſimus Pater pauperum, orphanorum & viduarum: Imperator Henricus IV. illum ſingulariter amans ſingulis annis ſemel viſitavit. Diſcordiarum & Controverſiarum inter Principes Germaniæ ſuo tempore ortarum diligentiſſimus erat transactor, & feliciſſimus arbiter. Ablegatus aliquando ab Imperatore ad Longobardos, ibique captus, eloquentiâ ſuâ ſe facile ipſe liberavit. Mortuus eſt d. 3. Aug. A. 1077. Tum temporis Rudolphus Anti-Cæſar, Dux Sueviæ, ſuo damno Germaniam turbavit.

Sigefridus II. SIGEFRIDUS II. Comes à Dornberg, ſecundùm alios Marechallus à Dornſperg, à majori parte Capituli Auguſtani electus adverſarium habuit Wigoldum, quem Sigefridus I. Elector Moguntinus à Gregorio VII. in odium Henrici IV. Imp. confirmatum inveſtivit. Sigefridus Auguſtæ, Wigoldus in oppido Füſſen reſidebat: Uterque auxilia & præſidia vicinorum Principum quærebat: Sic per ſeptennium cum maximo Epiſcopatus damno inter hoſce Epiſcopos diſceptatum fuit. Leopoldus, Auſtriæ Marchio, adjutus Hermanno, Suevorum Duce, occupatâ Auguſtâ Vindelicorum Sigefridum ejecit, urbem Auguſtanam per proditionem, cùm Henricus IV. Imp.

in

Digitized by Google

in Italiam eſſet profectus, captam ſpoliavit, & magnam ejus partem incendiis vaſtavit, nec Epiſcopali palatio, nec Templis parcens. Leopoldo Auſtriaco cum ſuis diſcedente venit Wigoldus, reſidua quævis abripiens: Sæviit etiam in Canonicos, qui Sigefridum ipſo poſthabito elegerant. Cùm Henricus IV. Imp. in Germaniam ex Italia rediret, dederunt poenas graſſatores illi Principes. Imperator cum Epiſcopo Sigefrido Auguſtam veniens, Sigefridum reſtituit. Reſtitutus Epiſcopus Sigefridus collapſa & vaſtata reſtauravit. Sed non diu quietus manſit, Guelphus enim, Bavarorum Dux, maximâ vi Auguſtam oppugnavit, & cum fortitudine eam expugnare non poſſet, inſidiis tandem & proditione penetravit, captam urbem expilavit, igne delevit, muros dejecit, ac ſolo æquavit, ipſo etiam Epiſcopo Sigefrido Ravenſpurgum abducto, & in carcerem detruſo. Habebat, memorante Bruſchio, Epiſcopus apud ſe fidelem quendam Miniſtrum, Virum Nobilem Udalricum, Pincernam de Blanckenberg, is defenſurus Dominum ſuum, & ſe hoſti pro eo obiiciens, ut Clytus olim pro Alexandro, à Duce Guelpho trucidatus eſt: In ſumma Baſilica D. virginis terræ mandatus, poſtea ab Epiſcopo Sigefrido Auguſtam reverſo tali monumento donatus eſt:

Pontificis fidi vitam tego dùm Sigefridi;
Udalricus ego, ſic tibi notus ero.
Welpho ferens aciem gladio me ſtravit inermem,
Ne patiar, gladios tu pete, Tartareos.

Captus fuit Sigefridus à Guelpho, Bavarorum Duce, quia Guelphos pro Advocatis ac defenſoribus Epiſcopatus Auguſtani habere noluit: Antecеſſores enim Epiſcopi Advocatum ſuo arbitratu ſibi conſtituerunt, quem voluerunt, captо autem Sigefrido Wigoldus Auguſtam venit, & Guelphum pro Advocato habere promiſit. At cùm videret, urbem miſerrimè vaſtatam ac deſolatam, Füſſenium rediit, ubi animi mœrore confectus, poſt pauculos menſes obiit. Wigoldo vivis exemplo Guelphus, Dux Bavariæ, *Wernerus.* Wernerum quendam Epiſcopum Auguſtanum conſtituit, ſed hic obiit, antequam Auguſtam venit. Huic à Duce Guelpho ſucceſſor datus eſt Eckenardus, Abbas Richenovienſis & Comes Nellenburgenſis, quem Hübnerus Eckardum vocat. *Eckenardus Comes Nellenburgenſis.* Cum Abbatiæ Richenovienſi per 17. Annos laudabiliter præfuiſſet, Auguſtam ad capeſſendam dignitatem Epiſcopalem profectus, in ipſo itinere (adeo fragiles & caduci ſumus) repentino morbo proſtratus, ad Monaſterium ſuum rediit, poſt paculos dies deceſſit. Guelphus Dux nondum videns divinitus repeti ad Epiſcopatus Auguſtani adminiſtrationem injuſtè depoſitum Sigefridum, tertium quærit, quem vacanti Eccleſiæ Auguſtanæ præficiat. Is fuit, ſecundum Bruſchium, Abbas, juxta Hübnerum verò Abbas Campidonenſis, cujus nomen non conſtat, qui apud Cæſarem & Pontificem pro obtinendo Epiſcopatu laboravit, ſed ſingulari fato divino & ipſe in via mortis telo percuſſus repente obiit. Tandem Sigefridus ſoluta Guelpho Duci magnâ pecuniæ ſummâ, Auguſtam rediit, & poſt tot miſerias quinque adhuc Annis Epiſcopatui præfuit. Mortuus eſt A. 1096. Die S. Barbaræ, d. 4. Decemb.

HER-

Hermannus, Comes à Wittelsbach.

HERMANNUS, Comes à Wittelsbach, cognomine Luscus, aliis Monoculus dictus. Referente Bruschio & Hübnero non legitimè fu t electus, sed per dativum, id est, per largitiones & Simoniacas artes auxilio Fratris, Ulrici, Comitis à Wittelspach, ad Episcopalem dignitatem pervenit. Tres illum Pontifices, nempe Paschalis II. Gelasius II. & Calixtus II. excommunicaverunt. Cum autem Romæ Calixto II. Pontificio se sisteret & submitteret, ab Anathemate liberatus, veniam delictorum accepit. Annis 38. sed non admodum laudabiliter, uti Bruschius de eo memorat, Episcopatui præfedit. Ejus tempore tria Monasteria in Suevia fundata sunt, Ursperg um, Anhusium & Laureacum. Obiit A. 1133.

Walitherus, Comes Palatinus Tubingensis.

WALTHERUS, Comes Palatinus Tubingensis, Concordi & unanimi electione capituli factus est Episcopus A. 1134. d. 19. Aprii. duorum Monasteriorum Pater & Fundator est. Namque statim initio Episcopalis sui muneris cum Fratre suo, uti supra jam suo loco memoratum fuit, Cœnobium Benedictinum Anhusanum condidit, & A. 1135. Monasterium S. Georgii Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini intra muros urbis Augustanæ situm, fundare incepit, idque A. 1142. perfecit. Quietis amans sponte Episcopatum A. 1150. resignavit, & in Cœnobio Selgenstadiensi Francnico ex hac vita A. 1153. d. 9. Septemb. decessit.

Conradus, Comes à Lüzelstein.

CONRADUS, Comes à Lüzelstein, ex Alsatia oriundus, secundo demùm anno post abdicationem Waltheri per unanimia vota Canonicorum Augustanorum factus est Episcopus A. 1152. Tertiâ vice ad Pontificem Romanum in Italiam profectus, in ultimo itinere A. 1167. peste correptus, obiit.

Hardovicus, à Lierheim.

HARDOWIGUS, vel Hardovicus, Nobilis Heros à Lierheim, Suevus. Per 17. annos inter perpetuos tumultus Episcopali munere functus est. Causa rixarum & motuum fuit Advocatia Episcopatus Augustani à Guelphis post mortuos Comites à Schwabeck ad Fridericum Barbarossam Imp. studio Hardovici devoluta. Defunctus est A. 1184. d. 25. Januar.

Udalscalcus, Comes ab Eschenlohe, vel Tennenlohe.

UDALSCALCUS, juxta Hübnerum ultimus Comes ab Eschenlohe, Bruschius illum vocat Comitem à Thennenlohe: Fuit primò Præpositus Ecclesiæ Augustanæ, d. 26. Januar. statim post obitum Hardovici electus est in Episcopum. Bruschius de illo memorat, quod Episcopatui laudabiliter ac utilissimè per 18. annos præfuerit. Ex hac vita migravit A. 1201. Calendis Junii.

Hardevicus II.

HARDEVICUS II. concordibus quidem suffragiis Canonicorum electus est in Episcopum, sed certantibus pro coronâ Imperiali Philippo, Sueviæ Duce, & Othone, Duce Brunsvicensi, non confirmatus fuit. Sex tamen annis, teste Bruschio, Episcopatui prudenter & laudabiliter præfuit, mortuus A. 1208. Feriâ Philippi & Jacobi.

Sigefridus III. à Rechberg.

SIGEFRIDUS III. Nobilis à Rechberg, ex Præposito Augustano Episcopus. Erat, referente Bruschio, Imperatori Philippo eximiè charus, in cujus aula habebat fratrem Hildebrandum à Rechberg, strenuum virum, & ut Imperatori fidelissimum, ita etiam charissimum, qui Bambergæ eâ ipsâ horâ unà cum Dapi-

Digitized by Google

Dapifero quodam à Walburg, & alio Nobili Viro à Caladin (à quo Marechalli à Pappenheim descendere dicuntur) apud Imp. Philippum præsens fuit, &, ut cæteri, inermis, cùm irrueret in Imperatorem Otho Palatinus à Wittelsbach, quem seditiosum parricidam paucis diebus post Nobilis ille Heros à Caladin sibi obvium factum interfecit. Multùm etiam valuit Episcopus Sigefridus III. cum Fratre suo Hildebrando apud Fridericum II. Imp. quem Hierosolymam proficiscentem secutus est, sed in itinere Brundusii in Italia morte præventus, obiit A. 1227.

Sibotho de Gundelfingen.

SIBOTHO, juxta Bruschium Baro, juxta Hübnerum verò Comes de Gundelfingen. Episcopus fuit ab A. 1227. usque ad A. 1252. memorante Bruschio, Vir eximiâ virtute & vitæ integritate præditus. Anno 1252. sponte Episcopatui renunciavit, & in Monasterium Cæsariense (Käysersheim) ubi Fratrem habuit, Henricum de Gundelfingen, secessit, ex hac vita avocatus A. 1262.

Hartmannus Comes à Kiburg & Dillingen.

HARTMANNUS, Comes à Kyburg & Dillingen, Patrem habuit Hartmannum, Comitem Dillingensem, Matrem verò Wilburgam, Comitissam à Kelmunz, Cœnobii Virginum Sessingensis fundatricem. Fuit hic Hartmannus gentis & Familiæ suæ ultimus: Dedit hinc Ecclesiæ Augustanæ Civitatem & arcem Dillingensem cum universo Comitatu Wittislingensi, Episcopus, teste Bruschio, mitis, benignus, clemens, & bonis omnibus charissimus. Xenodochium Augustanum ad S. Spiritum & Xenodochium Dillingense suis sumptibus fundavit. Ejus tempore Augusta Vindelicorum ab ultimo Sueviæ Duce, Conradino, varia Privilegia accepit. Defunctus est Hartmannus A. 1286. d. 4. Jul. Bruschius illum secundum Fundatorem Episcoparus Augustani vocat.

Sigefridus IV. Nobilis ab Elchrishausen.

SIGEFRIDUS IV. Nobilis ab Elchrishausen, ex Franconiâ oriundus, auxit Episcoparum emtione castri Pfersheim prope Augustam. Per duos tantùm annos Episcopus fuit, ex hac vitâ avocatus Anno 1288. mense Junio.

Wolhardus à Rodt.

WOLHARDUS, Nobilis à Rodt, Suevus, Antecessoris sui, Episcopi Sigefredi IV. Frater uterinus, factus est Episcopus d. 16. Aug. Anno 1288. Fuit valdè dives: quippe, cùm per multos annos Canonicus esset in Summo Collegio Moguntino, referente Bruschio, multa acquisivit, quæ non sibi servavit, sed Episcopatum Augustanum dotavit & locupletavit, multas arces, in Marchionatu Burgoviensi sitas, Episcopatui adjiciendo. Duodecim annis Munere Episcopali functus, obiit Anno 1300. Hübnerus illum Wolfardum, non Wolhardum vocat.

Degenhardus, Baro ab Hellenstein & Heydenheim.

DEGENHARDUS, Baro ab Hellenstein, & Heydenheim, Hartmanni, Episcopi Augustani & Comitis Dillingensis nepos è Sorore, Præpositus S. Mauritii, per septem annos Episcopatui Augustano præfuit, mortuus Anno 1307.

Fridericus I. vulgò Spät.

FRIDERICUS I. vulgò Spät à Vayhingen juxta Hübnerum; Bruschius illum Nobilem à Faymingen vocat, & de illo memorat, quod concordibus Canonicorum sententiis in Episcopum electus, quatuor Provisores Sum-

mæ Basilicæ Augustanæ constituerit, & hoc modo fortassis Canonicorum pigritiæ consuluerit. Per 22. duos annos Episcopali munere defunctus, obiit Anno 1330. Ejus tempore Schisma fuit in Imperio memorabile inter Ludovicum Bavarum & Fridericum Austriacum. Augusta Vindelicorum Ludovico Bavaro, vicino suo, adhæsit, & ab illo confirmationem Privilegiorum suorum accepit.

Udalricus II, à Schoneck. UDALRICUS II. Nobilis Heros à Schoneck, teste Bruschio, canonice & legitimè electus A. 1330. præfuit Episcopatui laudabiliter per sexennium. Stetit à partibus Ludovici Bavari, hinc Papæ Johanni XXII. minus gratus. Faventiorem habuit Benedictum XI. Pontificem Romanum, qui illum confirmavit. Ejus tempore 206. domus flammis absorptæ sunt Augustæ Vindelicorum. Obiit Anno 1336.

Henricus III. de Schöneck. HENRICUS III. de Schöneck, Antecessoris sui Frater, & ipse in odium Papæ, nempe Clementis VI. incurrit, quia Ludovico Bavaro adhæsit, per 12. tamen annos Episcopatui præfuit, tandem à Pontifice excommunicatus & exauthoratus Episcopatum, impetratâ annuâ pensione, cessit Marquardo, Nobili de Randeck. Obiit Gamundæ (ubi post resignationem in solitudine vixit) Anno 1348. Ejus ævo Judæi quidem, quod venena fontibus injecissent, combusti sunt.

Marquardus à Randeck. MARQUARDUS, Nobilis à Randeck, Neidlingus cognominatus, ex Suevia oriundus, rarò fuit Augustæ, hinc Capitulo minus gratus. Obtrusit illum & intrusit Clemens VI Pont. R. Frequentavit Aulam Caroli IV. Imperatoris, cujus in Italia Gubernator fuit. Anno 1357. à Mediolanensibus captus à Carolo IV. Imp. libertatem recepit. Anno 1368. factus Patriarcha Aquilegiensis, Augustanum Episcopatum prævia gratiarum actione Senatui Canonicorum resignavit. Patriarchatui præfuit annis 13. & ex hac vita decessit Anno 1381. Cùm paulò ante mortem suam perciperet, gravissimas esse lites inter Senatum populumque & Episcopum Augustanum ex unâ parte, & inter Duces vicinos Bavariæ ex altera parte, venit Augustam, & memorante Bruschio, post varias ibi habitas deliberationes felix Arbiter & Conciliator omnibus istis dissidiis compositis in gratiam & concordiam cum urbem & Episcopum, tùm Bavariæ Duces reduxit.

Walherus II. ab Hohenfchliz. WALTHERUS II. ab Hohenschliz, Matrem habuit Illustrem, Dominam à Randeck, ope Marquardi, Antecessoris & Consanguinei sui, ad Episcopalem Dignitatem pervenit, ejus etiam commendatione gratiâ Caroli IV. Imp. potitus, per aliquot annos Cæsaris Gubernator vicarius fuit in Italia. Infaustas habuit lites cum Duce Teccensi propter oppidum & castrum Mindelheim, quod propinquis suis ab Hohenschliz vi ereptis voluit vindicare. Sed, cum positis ad Mindelhemium castris, incautius obambularet, tactus lethali telo ab Alberto, Comite Werdenbergensi, ex obsessa urbecula emisso, statim occubuit Anno 1369. die Francisci. Ejus tempore Regimen Augustanum Aristocraticum in Democraticum transmutatum est.

Johannes I, cognomento Schadland. JOHANNES I. cognomento Schadland, fuit etiam Episcopus Hildesiensis & Wormatiensis, SS. Theologiæ Doctor, Hildesiano Episcopatui per duos annos præfuit, ab illo decedens, quod esset contentionum ac peri-

periculorum plenissimus, Romam iter fecit, ubi Anno 1368. & Augustanum & Wormatiensem Episcopatum accepit. Tempore hujus Johannis Episcopi Eberhardus III. Comes Wirtenbergiæ, quem Hübnerus per errorem Ducem vocat, cum Civitatibus Imperialibus in Suevia sitis, cruentum habuit bellum, & adjutus à confœderato Duce Bavariæ contra illas acerrimè pugnavit. Johanne Episcopo Anno 1371. defuncto, Johannes Fuggerus Textor è pago Göggingen Augustam cum Familia sua profectus, sedes ibi fixit, cujus nepotes & posteri tantas opes acquisiverunt, & de Imperio tam præclarè meruerunt, ut Comitum Imperii honores & titulos acceperit.

Burcardus de Ellerbach.

BURCARDUS, ex Illustri Familia de Ellerbach oriundus, unanimi quidem & concordi electione ad Episcopalem dignitatem pervenit, sed cum Utbe Augustana gravissimas habuit lites, ita ut utrinque flammis & ferro sævitum fuerit. Tandem post acceptas mutuas clades animi dissidentium pacati sunt. Obiit Burcardus, triginta annorum periodum in Episcopali munere emensus A. 1404. Sub ejus Episcopatu A. 1382. dimidia pars incolarum Augustæ horrenda peste absumta est.

Eberhardus Comes à Kirchberg.

EBERHARDUS, Comes à Kirchberg, per unanimia Canonicorum Summi Collegii suffragia Episcopus factus, non Augustæ, sed Dillingæ sedem suam habuit. Bruschius de illo memorat, quod per 7. annos non admodùm utiliter Episcopatui præfuerit. Ex hac vita decessit Anno 1411. Sepultus in Cœnobio Wiblingensi, Ordinis Benedictini, prope Ulmam sito ad Ilerum, & Anno 1069. ab Othone & Hartmanno, Fratribus Comitibus à Kirchberg fundato, & largissimè donato.

Anshelmus à Nenningen.

ANSHELMUS, Nobilis Heros à Nenningen, ex Suevia oriundus, ex custode Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ in Episcopum unanimiter electus, Senatui Augustano displicuit, ut ejus interceßione Sigismundus Imp. Fridericum à Graveneck Episcopum Augustanum constitueret, quem Cæsari valdè charum, & Ungarici cujusdam Cœnobii Abbatem Papa Bonifacius IX. confirmavit, sed litigandum ipsi fuit per 9. annos cum Anshelmo. Tandem uterque cessit jussu Pontificis Martini V. Comitis de Columna, in Concilio Constantiensi electi. Anshelmus Blabyræ, Fridericus verò in Ungaria obiit. Quidam putant, illum factum esse Episcopum Brandeburgensem.

Petrus à Schaunberg, eximiè doctus.

PETRUS à Schaunberg, Nobilis Francus, ex Canonico Bambergensi ac Herbipolensi, constituitur Episcopus Augustanus à Martino V. Pontifice Romano A. 1420. sed demùm A. 1424. confirmatus & investitus: Eximiâ fuit eruditione conspicuus, Vir eloquentissimus & prudentissimus. Studia sua tractavit in antiquissima Academia Bononiensi. Interfuit Concilio Basilienſi, quo decretum fuit, Papam esse infra Concilium: Ex quo constat etiam Sueviæ Episcopos & proceres jam tùm Dominatum Pontificis improbasse. Fridericus III. Imp. hunc Episcopum Petrum singulariter æstimavit, & per illum maxima in Imperio negotia expedivit. Tandem factus est Cardinalis, & ipse sibi Coadjutorem adjunxit. Referente Bruschio, disceptantes inter se Galliæ & Angliæ Reges ac Burgundiorum Ducem missus à Friderico III.

Pauperum Pater.

Imp. reconciliavit. Bavariæ etiam Ducum lites & diſſidia feliciter diremit. Erga pauperes liberaliſſimus fuit, ut egenorum Pater dici mereatur. Hübnerus de illo refert, quod per 48. annos Epiſcopatui præſederit, ſecundum Bruſchium verò Epiſcopatum per 45. adminiſtravit, poſt mortem, quæ in Anno 1469. incidit, hoc ornatus Epitaphio

Petrus eram Schaunberg quondam de ſtirpe creatus,
Pilea rubra tuli, quæ mihi Roma dedit.
Cardineos titulos Sancti Vitalis habebam,
Vindelicam rexi Præſul hic Eccleſiam.
Quadraginta & quinque illic præſedimus annis,
Cardineos titulos geſſimus octodecim.

Ejus tempore omnes Judæi Auguſtâ in perpetuum relegati ſunt.

Joannes, Comes à Werdenberg.

JOHANNES, patrem habuit Comitem à Werdenberg, Matrem verò Comitiſſam Wirtenbergicam, primò Coadjutor fuit Anteceſſoris ſui, poſt ejus mortem unanimi conſenſu electus eſt in Epiſcopum Auguſtanum. Nimis Magnificum pro Epiſcopo & præcone crucis Jeſu Chriſti Auguſtæ habuit ingreſſum, intravit enim cum mille & octingentis Equitibus d. 17. Jun. A. 1470. Reparavit arcem Dillingenſem, ubi fere ſemper habitavit Anno 1486. d. 20. Januar. obiit in Comitiis Francofurti ad Mœnum habitis, quibus Maximilianus I. in Imperatorem Romanum electus eſt.

Fridericus III. Comes à Zollern.

FRIDERICUS III. natus Patre Comite Zollerenſi, Matre verò Comitiſſa Werdenbergenſi, Anteceſſoris ſui Sorore. Decanus fuit Capituli Epiſcopalis Argentoratenſis, utrique Imperatori Friderico III. & Maximiliano I. Patri atque filio chariſſimus, & Capitulo commendatus, concordi electione totius Cleri factus eſt Epiſcopus Auguſtanus. Epiſcopatui præſedit annis 19. vir mitis, teſte Bruſchio, pius ac caſtus, omnibus virtutum cultoribus longè chariſſimus, Epiſcopatus ſui Ampliator & Dotator, beneficentiſſimus Eleemoſynarum diſtributor. Tandem mutatus ab illo tenax & avarus inſolitis exactionibus Epiſcopatum oneravit, & grave ei accerſurus fuit bellum, niſi, quicquid erat diſſidii inter Epiſcopum & urbem Auguſtanam, à Comite quodam Montis fortis compoſitum eſſet. Arcem Zollerenſem, Majorum ſuorum acropolin, egregiis ædificiis illuſtravit, Burladingum ex imis fundamentis inſtauravit, & Hechingum etiam reparavit. Vivere inter mortales deſiit A. 1505. d. 8. Mart. Ejus tempore Conradi Peutingeri, Patricii Auguſtani, Filia quadriennis, Maximilianum I. Imp. Latino Sermone compellavit: Et divites Textores Fuggeri Imperatori ſeptuaginta millia florenorum mutuò dantes, pro Hypotheca Comitatus Weiſſenhorn & Kirchberg acceperunt. Defunctis Comitibus à Weiſſenhorn & Kirchberg ſine maſcula prole Anno 1530. utriusque Comitatus hæredes facti, pro ſe & poſteris titulos atque honores Comitum à Weiſſenhorn & Kirchberg acceperunt.

Henricus IV. à Lichtenau.

HENRICUS IV. ex Illuſtri Familia de Lichtenau oriundus, ultimus ſuæ gentis, utriusque Juris eximius Doctor, memorante Bruſchio, Vir eximiæ Sapien-

ſapientiæ & virtutis laude conſpicuus, pacis ac tranquillæ vitæ ſtudioſiſſimus, Capituli Auguſtani Canonicus ac Vicarius, unanimi totius Collegii ſupremi conſenſu in Epiſcopum electus, laudabiliter Epiſcopatui præfuit 12. annos. Cum ſenio confectus languere inciperet, ipſe cogitavit de Succeſſore, & cum conſenſu totius Capituli Coadjutorem conſtituit Chriſtophorum à Stadion, Senatus Canonicorum Epiſcopalium Decanum. Obiit Anno 1517. plenus dierum ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo ſeptimo d. 12. April. ipſo Feſto Paſchali, cùm rationis optimè compos omnibus ac ſingulis Conſiliariis potrectâ manu valedixiſſet. Arcem Dillingenſem ab Anteceſſoribus ſuis non plenè conditam abſolvit. Ejus tempore ita creverunt opes Familiæ Fuggerianæ, ut tres naves cum omnibus requiſitis Antwerpiâ in Americam ſuis ſumptibus miſerint.

Chriſtophorus à Stadion.

CHRISTOPHORUS à Stadion, Anteceſſoris ſui Coadjutor primò, mox poſt ejus mortem concordibus ſupremi Collegii ſuffragiis in Epiſcopum electus. Ejus tempore Cardinalis Cajetanus Auguſtæ Vindelicorum cum Luthero Colloquium Religionis cauſâ memorabile habuit, in quo beatus Confeſſor fortiter ſtetit, & veritates divinas maſculè defendit, uti Sleidanus & Seckendorfius ad An. 1518. pluribus accurate recenſent. An. 1525. Auguſtani plerique papismo renunciantes, puram doctrinam Evangelicam profeſſi ſunt. Anno 1530. Electores Principes & Status Imperii illibatæ doctrinæ Evangelicæ addicti, Confeſſionem fidei ſuæ Cæſari Carolo V. in ſolennibus Comitiis obtulerunt, uti ſupra jam memoratum fuit. Vitam cum morte commutavit Epiſcopus Chriſtophorus in Comitiis Noribergenſibus A. 1543. poſtquam Epiſcopatui per 26. annos præfuiſſet. Bruſchius illum commendat à beneficentia erga pauperes, & ab eruditione ſingulari: Fuiſſe eum Jurisutriusque Doctorem, & omnium eruditorum incomparabilem Fautorem, diſcordiarum etiam ac diſceptationum inter Principes Imperii ortarum ſolertiſſimum ac feliciſſimum Arbitrum.

Otho, Comes à Waldburg, Tubingæ ſtudiis incumbit.

OTHO, Comes & Dapifer de Waldburg, qui ſub Præceptore Luca Landiſtrato, Legum Imperialium eximio Doctore, uti Bruſchius refert, fundamenta bonarum literarum in Academia Tubingenſi feliciter jecit, & in Univerſitate etiam Patavinâ ſtudia excoluit, Papiæ tandem abſolvit, electus ibi in Rectorem Academicum, ut Alciati, Magni Juris Conſulti Oratio teſtatur. In Germaniam reverſus concordi electione conſtitutus eſt Epiſcopus Auguſtanus. Anno 1544. galerum Cardinalitium accepit, Epiſcopus Carolo V. & Ferdinando I. Imperatoribus chariſſimus. Ejus tempore Aurea Pax Religioſa, ſed invito hoc Epiſcopo, Anno 1555. inita fuit: Hinc indignabundus Romam conceſſit, Theologis Evangelicis, inprimis Auguſtanis, opponens Jeſuitas, qui Anno 1563. in Academia Dillingenſi, Anno 1549. fundatâ, docere inceperunt. Obiit Epiſcopus Otho Anno 1573.

Johannes Egolphus à Knöringen.

JOHANNES EGOLPHUS, à Knöringen, Vir doctus, Ingolſtadienſi Academiæ numeroſiſſimam & ſelectiſſimam Bibliothecam procuravit. Cum Auguſtam Vindelicorum ingrederetur, attractavit illum mulier quædam ſuſpecta, ab illo tempore languidus fuit, & biennio poſt Electionem ſuum mortuus eſt Anno 1575.

Marquardus II. Nobilis à Berg.

MARQUARDUS II. ex Illuſtri familia Suevica Bergenſi oriundus. Symbolum ejus fuit valdè memorabile & Epiſcopo dignum: Fiat Juſtitia & pereat mundus.

Johannes Otho à Gemmingen.

JOHANNES OTHO à Gemmingen, factus eſt Epiſcopus An. 1591. calculo obiit A. 1598. Sub ejus Epiſcopatu Arx Dillingenſis flammis abſorpta eſt, ut Hübnerus memorat, illum etiam ex mœrore obiiſſe.

Henricus V. à Knöringen.

HENRICUS V. à Knöringen, Epiſcopatum valdè auxit, eique eximiam Dynaſtiam Otilienberg cum multis pagis adjecit. Ejus tempore celeberrimus & doctiſſimus Patricius Auguſtanus, Marcus Velſerus, obiit, & funeſtiſſimum bellum tricennale incepit, de quo in Theatro Europæo & Hiſtoria Guſtaphi Adolphi, Regis Suecorum, à Pufendorffio ſcripta, ex profeſſo agitur. Obiit Henricus Epiſcopus Anno 1646. poſtquam per integros 48. annos Epiſcopatui præfuiſſet.

Sigismundus Franciſcus, Archi-Dux Auſtriæ.

SIGISMUNDUS FRANCISCUS, Archi-Dux Auſtriæ. Ejus tempore pax Weſtphalica Anno 1648. inita, Germaniam bello exhauſtam refocillavit. Ducta Uxore Epiſcopatum reſignavit Anno 1665.

Johannes Chriſtophorus à Freyberg.

JOHANNES CHRISTOPHORUS, Baro à Freyberg, electus in Epiſcopum Anno 1665. Sub ejus Epiſcopali munere Fœdus contra Gallum Auguſtiſſimus Imperator Leopoldus ſancivit cum Rege Hiſpaniarum & Confœderatis Belgis, quod Fœdus Auguſtanum vocatur. Obiit Anno 1690.

Alexander Sigismundus, Comes Palatinus Rheni.

ALEXANDER SIGISMUNDUS, Comes Palatinus Rheni, ex Coadjutore Auguſtano fit Epiſcopus Anno 1690. quo anno ejus ex Sorore Nepos Auguſtiſſimus JOSEPHUS electus fuit in Regem Romanorum. Multùm ſub hoc Epiſcopo Auguſta Vindelicorum & univerſa Suevia in Bello Bavarico atque Gallico ſuſtinuit, ſed victoria Hochſtadienſis collapſam reſtituit rem. Datus eſt haud ita pridem huic Epiſcopo Coadjutor Johannes Franciſcus, Epiſcopus Conſtantienſis, natus Baro à Stauffenberg.

Recenſitis breviter & concinne Epiſcopis Conſtantienſibus & Auguſtanis, dicendum etiam aliquid eſſet de Epiſcopatu Curienſi, qui olim cuam ad Sueviam pertinuit, ſed quia Epiſcopi Curienſes a multis annis non amplius in Diætis Circuli Suevici comparent, pergimus ad alia. Nempe ſupereſt, ut paucis aliquid in genere commententur de Originibus Chriſtianiſmi in Germania, & præcipuis Europæ Regnis, poſtquam Origines Chriſtianismi, in Suevia & Wirtenbergia plantati, ſatis deſcripſimus.

DE

De CHRISTIANÆ RELIGIONIS IN GERMANIA ORIGINIBUS.

HAud inanis fama, dicente Hachenbergio, tenet, Maternum Divi Petri jussu venisse in Germaniam, novisque sacris populum alligasse, cujus proinde monumentum apud Hellum, tribus milliaribus a Seleſtadio distans, ostenditur, vid. B. Rhenan. lib. peculiari de rebus Germanicis.

Id autem satis ex Iræneo, vetustissimo inter Christianos scriptore constat, mature Germaniam ad Christum fuisse conversam, vid. Centuriatores Magdeburgenses, ubi Centuria III. IV. V. VI. VII. purissima seculorum istorum doctrina apud Germanos etiam vigens proponitur. Sed Bonifacius Moguntinus Archi-Episcopus Purgatorium primus in Germaniam intulit. Accepta autem fuit avide a Germanis doctrina hæc, quum facillima libertatis via grassari se ad Cœlum posse intelligerent, & quantovis pretio redimendas purgatorii ustulationes judicarent. Qui ipse Bonifacius eruditione & facundia sua pollens, utique majori nobis laude dicendus esset, nisi serviliter Pontifici addictus, Germaniam ad ritus traditionesque Ecclesiæ Rom. traduxisset, ordinemque & ceremonias potius, quam Christianismum introduxisset. Carolus M. Imperator in multis repurgavit Ecclesiam Germanicam Concilio inprimis Francofordiensi Anno 994. habito, in quo cultus & adoratio imaginum damnata fuit. Hujus Synodi meminerunt Walafridus Strabo Adovennensis, Regino, Hermannus Contractus, omnium autem fidelissime Hincmarus Remensis Archiep. Nec in cæteris Religionis momentis, quæ jam a Christi sententia secesserant, sanctissimus Princeps curam suam deesse passus est, cuncta ad D. Augustini doctrinam retrahens, cujus libris, ut ait Aventinus lib. IV. impense delectatus est. Hachenberg. p. 296. 297. seqq. De primo Christianismo in Thuringia videantur Casp. Sagittarii antiquitates Gentilismi & Christianismi Thuringici. Jenæ 1685. De Originibus Christianismi in Ducatu Gustroviensi Mecklenburgico videantur Annales Pomeranici, ut & Thomas Rantzovius, Scriptor Integerrimus, Ducis Philippi I. olim Secretarius, qui Anno 1542. reliquit chronicon Pomer. Mſc. cui Cramerus & Micrælius plurima debent. De Initio Christianismi in Bavaria videatur Matthæus Raderus in Bavaria sancta.

De Origine Christianismi in Saxonia vid. Casp. Calvori Gen. Superint. & Consil. Consist. Brunsvic. Hanoverani in Cornwall recentissimus Tractatus, cujus titulus: Saxonia inferior antiqua Gentilis & Christiana, d. i. das alte Heydniſche und Chriſtliche Nider-Sachſen/ darinn vorgeſtellt wird/ waß es vor eine Beſchaffenheit mit dem alten Nider-Sachſen/ zuvorderſt was das Religions- und Kirchen-Weſen betrifft/ in dem erſten

erſten Millenario, oder Jahrtauſend nach Chriſti Geburt gehabt/ Goslariæ, Anno 1714. in fol.

De Eccleſiarum Germanicarum Origine & progreſſu ab Adſcenſione DOMINI usque ad Carolum M. elegantiſſimum ſcripſit Compendium Hiſtoricum Jo. Henricus Urſinus, Superintendens Ratisponenſis, Norimberg. Anno 1664.

De Initio Chriſtianismi in Auſtria vid. Bruſchius in tractatu de Patavio; Lazius l. VI. migrationum.

B. Hülſemannus in aureo Tractatu de Auxiliis Gratiæ cum aliis noſtris Theologis contra Reformatos docet: DEUM ex merâ gratiâ omnibus hominibus lapſis, & ad reſurgendum impotentibus media communicare velle, per quæ reſurgant, eâque benevolentiâ DEUM omnes proſequi, qui redemti ſunt Eph. 1. 9. Hanc ſuam benevolam intentionem deducit DEUS in actum, univerſaliter quidem adminiſtrando omnibus hanc menſuram cognitionis, quâ poſſunt ad viſibilem Eccleſiam pervenire, particulariter, mittendo vel conſervando huic & illi Genti prædicationem Evangelii. Si Gratiam DEI à verbo auſpicamur, certum eſt, & de fide, DEUM omnibus Auditoribus dare ſufficientem gratiam, non immediatè ad perſeverandum, aut coronationem obtinendam, ſed ſufficientem ad poſſe reſiſtere, poſſe credere. Quod conſtat ex claris illis dictis, Jeſai, 5. 3. Jer. 9. 15. Ezech. 3. 6. c. 12. 2. Matth. 11. 23. Luc. 7. 30. Act. 7. 51. Rom. 10. 21. Apoc. 3. 20. Hæc Gratia præveniens ad recipiendam Gratiam majorem ſufficiens eſt: inſtituto enim DEI ſic ordinatum eſt, ut ſucceſſivè detur habenti, quò plus obtineat Marc. 4. 25. non enim, aut certè raro DEUS plenum gratiæ cadum ſemel effundit in convertendos, nec Latronis, aut Pauli menſuram quivis infidelium ex primo Bibliorum aut prædicatoris obtuto polliceri ſibi poteſt: Sed gradatim DEUS movet, hunc tardius, illum velocius, pro benevolâ ſuâ voluntate, Luc. 17. 6. 7. ſeqq. ut Confeſſio Auguſt. Art. 5. profitetur: per verbum & Sacramenta, tanquam per inſtrumenta datur Spiritus S. qui fidem efficit, ubi & quando viſum eſt DEO, in iis, qui audiunt Evangelium. Atque hoc cogitur ipſe Bellarminus fateri, cum ait, lib. 2. c. 8. p. 536. non quidem omnibus adeſſe auxilium, quo poſſint immediatè credere, nulli tamen deeſſe auxilium ſufficiens, quo poſſit mediatè fidem concipere. Aliqui etiam ex Reformatis non poſſunt diffiteri, tantùm gratiæ Deum ſingulis admetiri, quo poſſint ad agnitionem veritatis devenire: Ita Bullingerus in cap. 1. Rom. fatetur: Gratiam DEI gentibus non defuiſſe ad cognoſcendam veritatem & religionem, ſi modo uti eâ voluiſſent. Idem ad verba v. 24. ubi Gentiles dicuntur traditi in reprobum ſenſum, ita commentatur; comperies, ſi iſtis conferas alios ſcripturæ locos, DEUM neminem tradidiſſe in reprobum ſenſum, niſi prius ei ſeſe prorſus manifeſtarit, imò nihil omiſerit, quomodo ad ſalutem ſpectare videbatur. Pergit B. Hülſemannus, & probat ex Col. I. 23. prædicatum eſſe Evangelium omni creaturæ ſub cœlo, cui nempe Chriſtus prædicari mandaverat, Marc. 16. 20. Quo non venit pes Apoſtolorum, eò venit ſonus Evangelii, ut adeò ſingulis etiam individuis ratione utentibus innotuerit aliquando per prædicationem Apoſtolorum ſaltem fama de Chriſto, vel etiam notitia, ex ipſa prædicatione, cominus factâ. Etiam in Americâ reperta ſunt rudera Evangelicæ prædicationis, ſecundùm

Benzo-

Benzonis & Lærii teſtimonia, ubi fatentur: In utraque Indiâ reperta eſſe quædam indicia extincti apud Barbaros veri DEI, quam primùm Columbus & ejus ſequaces eò penetrarint. Hiſt. novi orbis lib. 1. c. 8. & Navig. in Braſiliam c. 16. p. 223. Habuiſſe illos notitiam de diluvio, de mundi interitu, de reſurrectione corporum. Petrus Larricus, etſi multa mentiatur pro Jeſuitis ſuis, fatetur tamen Tom. I. Theſauri rerum Indicarum lib. 2. c. 17. quod per univerſam Indiam Orientalem primi Luſitani invenerint non ſolùm manifeſta indicia Chriſtianitatis, ſed etiam profeſſione Chriſtianos Thomæos, Templa, tabulas æneas, quibus dicta & facta S. Thomæ, aliorumque Martyrum fuerint inſcripta. Tom. II. lib. 2. c. 20. idem fatetur de Chinenſi regno. Tom. III. l. 1. c. 54.

Nulli unquam populo, aut individuo, ſubtracta eſt prædicatio ſemel collata, niſi per voluntariam & evitabilem contumaciam repudiata fuerit. Matth. 21. 41. 43. c. 23. 38. Apoc. 2. 5. Hæc B. Hülſemannus in alleg. libro p. 142. ſeqq.

ORIGINES CHRISTIANISMI IN GALLIA

ILluſtriſſimus Pariſienſium Archi-Epiſcopus, Petrus de Marca, qui orbi erudito eximio libro de Concordia Sacerdotii & Imperii, ſeu de libertate Eccleſiæ Gallicanæ, Francofurti A. 1708. noviter editò, innotuit, Origines Chriſtianismi in Gallia egregiè deſcripſit. Sequitur ergò:

Petri de Marca Epiſtola ad Clariſſ. Virum, Henricum Valeſium, de tempore, quô primum in Gallis ſuſcepta eſt Chriſti fides.

Petrus de Marca, Archiepiſcopus Toloſanus,
Clariſſ. & Eruditiſſimo Viro, H. Valeſio,
S. P. D.

GRatulor tibi & Eccleſiæ univerſæ ob eam, quam in vertenda & ornandâ Euſebii Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ operam poſuiſti, juxta Cleri Gallicani deſiderium. Illam quippe acris ingenii ſolertiam, maturioriſque judicii vim, cum ſummâ eruditione conjunctam, quam in Editione Ammiani & Excerptorum Polybii Senatui literatorum olim probaveras, nunc felicius exeruiſti in majoris momenti Hiſtoriâ, tùm à vitiis Lectionum, tùm ab Interpre-

terpretum hallucinationibus purganda, egregiis denique in difficiliores locos adhibitis Commentariis illuſtranda. Rerum Eccleſiaſticarum origines indefeſſâ diligentiâ perquiſitas deſcripſit Euſebius; Sed uſus quandoque Orationem ex Genio Orientalium perplexâ, aliquando verò propter linguæ morumque ignorationem minus intellectâ, quem ſingularis Eruditionis Tuæ luce, apertis vetuſtatis Eccleſiaſticæ Arcanis, civilis quoque, quando res exigebat, patefeciſti. Ex quo voluptatem cepi maximam, non ſolùm propter illam, quæ mihi communis futura eſt cum probis & eruditis Viris, ex eâ lectione hauriendam doctrinæ copiam; ſed quod ſtudio deceſſoris mei Caroli de Montchal, Archiepiſcopi Tholoſani, Viri pietate & Eruditione quondam Celeberrimi, ad hoc opus arduum perficiendum Te accinxiſti, cujus ſedem cum poſſideam, reddendarum Tibi gratiarum nomen, quod ſucceſſione contraxi, his literis ſolvere neceſſum putavi.

I.

Ceterùm ante, quàm ultima manus ponatur Editioni, quæ nunc ſub prelo fervet, monendum te duxi, in diſſertatione noſtrâ de primatu Lugdunenſi, quæ in Appendice ad Concilium Claromontanum Tomo XXVI. conciliorum edita eſt, nos quædam adnotaſſe numero CV. CVI. & CVIII. illius Exercitationis ad Epiſtolam Lugdunenſium Chriſtianorum, quam exhibet Euſebius Lib. V. Hiſt. cap. I. Παραίνεσιν enim illam, quæ Lugduni habebatur, quando ſupplicia ſunt à Martyribus exacta ſub Antonino, de Conventu trium Galliarum intelligendam ſcripſi; quem ex ſexaginta populis conflatum docuit *Strabo*, cujus mentem explicui num. CIII. eumque cum loco Taciti emendato compoſui. Tentavi quoque Gregorii Turonenſis teſtimonium de Martyribus Athanacenſibus cum illâ apud Euſebium narratione conciliare. Denique lapſu Ruffini & Chriſtophorſoni obſervato, locum Epiſtolæ illius inſignem, deprehenſione Martyrum & de interrogatione factâ à Tribuno cohortis, quæ tendebat Lugduni, una cum urbis Magiſtratibus non infeliciter, ut puto, interpretatus ſum. Quæ tamen ſeveriori judicii Tui cenſuræ ſubmitto.

II.

Finem faciebam huic Epiſtolæ, quando me patriæ & tuendæ veritatis amor, Lugdunenſium Martyrum occaſione, pupugit & adegit, ut apud te paucis conquererer de injuriâ Gallis factâ, non ab exteris quidem, ſed à noſtratibus; qui reconditioris & à vulgo ſemotioris, qua pollent, doctrinæ cupidine illecti, veritatem, quæ in propatulo eſt, velut in puteo latentem ſibi quærendam putarunt. Galliis quippe detrahunt, quam Æthiopibus & Indis ſciunt ab Apoſtolis ipſis exhibitam Evangelii prædicandi curam; ac ſi florentiſſimæ & vicinæ nationes Capiti Gentium Romæ, quam ſanguine ſuo Petrus & Paulus conſecrarunt, remotiſſimis illis extraque Romanum Imperium ſitis regionibus poſthabitæ fuiſſent. Alia fuit mens Apoſtolorum, qui Gallias in fide erudiendas ſtatim poſt adventum in Italiam ſuſceperunt. Beatus quippe Lucas, à Pauli comitatu diſcedens, magiſtri ſui mandato ſe contulit in Gallias, ubi præcipuum fidei prædicandæ ſtudium impendit. Deinde per Italiam & Dalmatiam in eodem opere induſtriam ſuam præſtans, in Macedoniam, eodem functurus officio, ſe recepit. Auctorem habemus locupletem hujus narrationis Epiphanium, qui hæreſi LI. quod diximus, de Luca teſtatur, uno ex LXX. diſcipuli,

pulis, cui munus Evangelii prædicandi creditum ait : Κηρύττ πρῶτον ἐν Δαλματίᾳ καὶ ἐν τῇ Γαλλίᾳ: idque ipſe primùm in Dalmatiâ, Galliâ & Italiâ, ac Macedoniâ præſtitit, ſed in Gallia præ cæteris, vel ſi malis, principium verò in Gallia Principium feciſſe prædicationis in Galliâ, ſive potiorem ejus curam geſſiſſe, diſertiſſimè teſtatur. Duplici quippe ſignificatione hæc verba exponi poſſunt, ἀρχὴ καὶ ἐν τῇ Γαλλίᾳ. Quod autem primùm in Dalmatia prædicaſſe dicatur, ad ſolam Dalmatiam referendum non eſt, ſed ad Galliam etiam, atque Italiam, habitâ ratione Macedoniæ, in quâ erudiendâ demùm laboravit. Quæ dictio fortaſſe reſtituenda eſt in contextu, ut ſit, quod reſpondeat τῷ primùm, Sicque illud τὸ primùm non impediet, quin ſignificet ultimis verbis Epiphanius, principium operæ ſuæ Lucam poſuiſſe in Gallia. Excipiunt viri eruditi, neſcire ſe ab ullo veterum auctorum prodita, quæ ſcripſit Epiphanius. Scilicet. Sed non ideò minus ſunt vera, quæ geſta refert. Petivit ille ſuam narrationem ex vetuſtiori ſcriptore, quo, ut pleriſque aliis, caremus. Fortaſſe ex Hegeſippo illud hauſerat, qui in pandendis Eccleſiarum orginibus ſe exercuit. Extabat integrum opus Hegeſippi, non ſolùm Euſebii, ſed etiam Hieronymi temporibus, atque adeò Epiphanii. Superesat quoque Georgii Syncelli ætate, qui ejus Auctoris fragmentum profert in Chronico, aliud à fragmentis, quæ recitat Euſebius. Gravius doleo de Viri illius eruditiſſimi, tibique ac mihi quondam amiciſſimi, gloſſemate, qui in animadverſionibus ad eum Epiphanii locum vim teſtimonii illius nobis adimere conatur. De Galliâ enim Ciſalpinâ loqui Epiphanium notat. Scilicet apud illum auctorem Ciſalpinam Galliam intelligimus, quæ nulla tunc erat ab ipſis Auguſti temporibus, qui novam Provinciarum Imperii diviſionem inſtituit. Amovit ab Italia nomen Galliarum, quas objectu Alpium terminavit, Italiam ſolidam in regiones XI. partitus, Galliis in quatuor Provincias, Narbonenſem, Lugdunenſem, Belgicam & Aquitanicam ſectus, ut docent Strabo, Mela & Plinius. Quam rationem quoque ſecutus eſt Ptolemeus in ſuis tabulis, ut & Ammianus, ac reliqui, quos de Galliis & Italiâ diſſerere occaſio coegit. Itaque non alia eſt apud Epiphanium Gallia, quàm quæ poſt Chriſtum natum ab omnibus auctoribus vocatur Gallia, juxta limites ab Auguſto inſtitutos.

III.

Non ſolùm autem Lucam adhibuerunt Apoſtoli ad informandas in Religione Gallias, ſed etiam Creſcentem. Ejus rei teſtis ipſe Paulus 2. Tim. 4. qui miſſum fuiſſe docet Creſcentem in Galliam. Certum quidem eſt, variam fuiſſe hujus loci Paulini lectionem, etiam apud veteres. Etenim Chryſoſtomus & Theodoretus apud Græcos, vulgatus interpres & Ambroſiaſter apud Latinos, legerunt Galatiam, non autem Galliam. Sed vetuſtioris & verioris lectionis vindicem habemus Epiphanium, qui conſtanter ſcribit in hæreſi LI. eos errare, qui hoc loco Pauli Galatiam legunt, cum ſcribendum doceat Galliam: ὑ γὰρ ἐν τῇ Γαλατίᾳ, ὥσπινες πλανηθέντες νομίζουσιν, ἀπὸ ἐν Γαλλίᾳ. Eodem modo cæteris antiquior Euſebius tuus legit in Codice Pauli *Galliam*, quemadmodum Epiphanius; ſi rectè verba ejus expendantur, & vera apud auctorem illum lectio retineatur ex Rufino & omnibus Codicibus Manuſcriptis, ut tu diſertè monuiſti. Theodoretus ſanè, qui Galatiæ dictionem in contextu Pauli retinet, licet de Galatiâ Aſiaticâ potuiſſet illam accipere, ma-

fuit ad Galliam noſtram, id eſt, Galatiam occidentalem referre. Adeò certa erat apud omnes veteres Creſcentis in Gallia prædicatio. In quo cum veteribus Vivardi & Adonis Martyrologiis conveniunt, qui poſt fidem à Creſcente in Galliis promulgatam meminere reditus illius in Galatiam Aſiaticam.

IV.

Enim verò quid vetat, quin Lucæ & Creſcenti, aſſiduis Pauli Comitibus, adjungamus & Paulum ipſum Apoſtolum; qui teſtibus Græcis, Athanaſio, Epiphanio, Chryſoſtomo, ac Theodoreto, & è Latinis, Hieronymo, poſt primum adventum ſuum *in urbem*, ubi biennium exegit, à Lucâ memoratum, (quo temporis intervallo fortean Lucas in Gallia prædicationem Evangelii auſpicatus eſt) Hiſpanias adivit, ad promulgandam illis in regionibus Chriſtianam fidem. Atqui Hiſpanias petenti pergendum fuit per celeberrimam apud veteres viam illam publicam, quæ ab Italia per Gallias in Bæticam ipſam ducit. Ejus deſcriptionem exhibet non ſolùm Antonini Itinerarium à Nicæa per Arelatem, Narbonem, Summum Pyrenæum, Juncariam Barcinonem, & reliqua loca, ſed etiam Strabo, qui ſedulò ſe habuit in viæ illius explicatione, quam in plerisque capitibus minus ab interpretibus intellectam nos patefacere conati ſumus libro Cataloniæ illuſtratæ, cujus Editionem maturamus. Non iners fuit Paulus in Galliis erudiendis, qui gentium ſalutem ſibi ſpecialiter commiſſam, tam flagranti ſtudio peragratis regionibus, undequaque procurabat, qua de re ſtatim uberius agemus.

V.

Poſſumus quoque Philippi Apoſtoli operam Gallis vindicare, *ipſiſque* Britannis ex Iſidoro Hiſpalenſi Lib. de vita & morte ſanctorum. Cap. LXXIV. Philippus Gallis prædicat Chriſtum, barbarasque gentes vicinasque tenebris, & tumenti oceano conjunctas, ad ſcientiæ lumen fideique portum deducit; addidque, hoc munere perfectum Philippum in Phrygiam migraſſe, ubi Hierapoli occubuit. Sed quoniam hunc Apoſtolum Gallis quoque tum Baronius, tum eo duce alii ſubtrahere conantur, narrationem iſtam ad Galatas Aſiaticos traducendo, *non* pigebit viri eruditiſſimi, *licet* è Novatorum grege, Uſſerii Armachani, verba hic tranſcribere è capite ſecundo de Antiquitatibus Eccleſiarum Britannicarum: Quod autem de Philippi in Galliis apoſtolatu habet Freculfus à Malmesburienſi citatus, ex Iſidori libro de Patribus utriusque Teſtamenti cap. LXXIV. ad verbum expreſſit. Apud utrumque enim legimus, Philippum Gallis prædicaſſe Chriſtum, barbarasque gentes, vicinasque tenebris, & tumenti oceano conjunctas, ad *ſcientiæ* lucem fideique portum deduxiſſe. Neque hic mihi Baronii conjectura placet, Iſidori iſta à Gallis noſtris ad Galatas Aſiaticos traducentis; multoque minus nuperi operum Iſidori editoris Jacobi Breulii temeritas, Galatis pro Gallis in ipſo textu (ſine ulla veteris lectionis commemoratione) reponentis. Nam præterquam, quod Iſidorus in hoc ipſo opere cap. LXXXII. & in officio Toletano, (quod Gothicum & Mozarabum vulgo appellatur) itemque Julianus Toletanus, Archiepiſcopum in Nahum Prophetam ſcribens, & Beda, (vel quicunque author fuit Collectaneorum & Florum) Philippo Galliam aſſignant, idemque Gallis prædicaviſſe Chriſtum legitur in libello de Feſtis Apoſtolorum, qui in Hieronymiano

miano martyrologio M. S. habetur, (ex quo pleraque omnia in librum ſuum de Patribus novi Teſtamenti tranſcripſit Iſidorus) illa barbararum gentium oceano conjunctarum mentio Europæos Gallos, non Gallo-Græcos, ab Iſidoro intellectos eſſe, ſatis evincit.

VI.

His adjungendum putavi teſtimonium veteriſſimi codicis manuſcripti ex Bibliotheca Sancti Germani Pariſienſis, in quo iſte tractatus Iſidori ante octingentos annos adſcriptus, una cum aliis ejusdem auctoris libris continetur; ubi antiqua lectio diſertiſſime præfert, Philippum Gallis prædicaſſe, quemadmodum cap. LXXXII. habetur, Galliam illi fuiſſe aſſignatam. Nec diſſimulandum eſt, in eodem codice legi, Hiſpaniam Jacobo Apoſtolo datam, eumque Hiſpanis fidem prædicaſſe. Quæ veteris Codicis Auctoritas à quibusdam conceptam ſuſpicionem eximere debet vitiatæ fortean loco in illo lectionis in prioribus Editionibus ab aliquo Hiſpaniarum partium Studioſo. Diſceptatur quidem apud eruditos de Jacobi in Hiſpaniam adventu, ex eo præcipuè capite, quod Apoſtoli nondum à Judæa, fortibus ſibi apud Gentes prædicandi diſtributis, receſſiſſent. Sed quemadmodum auctoritate Iſidori, qui ſua ex prioribus haurire potuit, ſe tueri poſſunt Hiſpani adverſus opinionis convictæ novitatem, quæ illis opponi ſolet, ita nobis de Philippo diſſerere licet, eò tamen ſecurius, quod illius prædicatio apud Gallias, cum incidat poſt ſortitionem Provinciarum, ab Apoſtolis factam, libera eſt ab eo telo, quo prædicatio Jacobi apud Hiſpanos impeti ſolet. Cæterùm illud fuit Apoſtolorum propoſitum, ut quaquaverſum orbis patet, Evangelium diffunderent, ex mandato Chriſti. Quare (ut optimè adnotavit Euſebius lib. III. demonſtr. Evang. cap. V.) non ſolùm Romam caput Imperii, atque Romanas Provincias, ſed etiam alia Regna, tùm Parthorum, tùm Armeniorum, Scytharum, Indorum, Æthiopum, ipſimet prædicationibus ſuis inſtituerunt, adeò, ut, quemadmodum ſubjungit Euſebius, ipſis quoque Britannicis Inſulis, Oceanum prætervecti, fidei lumen intulerint. Sanè neminem puto tam inſipidum, qui ſibi perſuadeat, de diviſis toto orbe Britannis ſollicitos Apoſtolos, negligentiores fuiſſe in Galliis, per quas iter eſt ad Britannias, per ſe aut per legatos veritate imbuendis. Quod egregiè illi præſtiterunt per Philippum, unum ex eorum Collegio, Lucam, Creſcentem, Trophimum, Paulum, Martialem, alioſque in tabulis Eccleſiaſticis adnotatos; & perfecit Clemens per Dionyſium, Saturninum, Europium Sartonenſem, Urſinum Bituricenſem & alios.

VII.

Neque ſane infrugifera fuit Philippi, Lucæ, Creſcentis, & reliquorum, quam in Galliis ſparſerant, Chriſtianæ fidei ſementis Dei clementia, qui reliquas orbis regiones fovebat, Gallias non deſtituente. Dicit pro nobis Irenæus, qui circiter anno CXC. ſcripſit in Lib. I. Cap. 3. veram fidem probari ex ejusdem doctrinæ profeſſione, quæ in variis Eccleſiis, per univerſum orbem conſtitutis, conſtanter traditur, tum in Oriente, in Ægypto & Lybia, tum in Germania, apud Hiſpanos & Gallos, atque alibi. Nam etſi, inquit, in mundo loquelæ diſſimiles, ſed tamen virtus traditionis una & eadem eſt; Et neque hæ, quæ in Germania fundatæ ſunt, Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hæ, quæ in Iberis ſunt, neque hæ, quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ,

quæ in Ægypto, neque hæ, quæ in Libya, neque hæ, quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ. Sed ſicut Sol, creatura Dei, in univerſo mundo unus & idem eſt, ſic & lumen & prædicatio veritatis ubique lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad Cognitionem veritatis venire. Illa tempeſtate Germaniæ quidem & Hiſpanis ſuas Eccleſias noſtri liberaliter absque ulla reſtrictione concedent; ſed digladiabuntur de Celtis contra Irenæum: qui generaliter cum ſit locutus de Celtis, ejus ſententiam ad ſpecialem tractum Lugduno vicinum invidioſe coercebunt. Abſit livor iſte à Gallorum pectoribus; neque gentis honori manus violentas inferant, cui exteri parcunt; ſeque multum venditant eo nomine, quod paria nobiscum faciant in fidei ſuſceptæ initiis. Sane quo in ſtatu eſſet, Irenæi ætate, fides Chriſtiana apud Gallos, ille facile conjiciet, qui Tertullianum 30. poſt annis diſſerentem expenderit de recepto Evangelio per omnes Orientis tractus; quibus mox ſubjunguntur ab auctore Gentulorum varietates, & Maurorum multi fines, Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diverſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto vero ſubdita, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & Provinciarum & inſularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare non poſſumus. Per Galliarum diverſas nationes Tertullianus 4. Galliarum Provincias eſſe divitione Auguſti, Narbonenſem, Lugdunenſem, Belgicam & Aquitanicam intelligit: eſſe quibus corpus Galliarum tunc conflatum erat, quod poſtea in decem & ſeptem Provincias diſtributum fuit.

VIII.

Quare cum teſtimoniis veteriſſimis ac firmiſſimis nitatur exordium prædicatæ fidei in Galliis, ex Apoſtolorum delegatione, & ſuſceptæ à Celtis, ut loquitur Irenæus, ſeu à diverſis nationibus Galliarum, ut ait Tertullianus, ægerrimè fero quorundam in ſuam patriam acerbitatem, qui origines omnium Eccleſiarum Gallicanarum, præter Lugdunenſem, & alias paucas, ad medium tertii ſeculi derrudunt, affixo ex Gregorio Turonenſi paulo ante Decii & Grati conſulatum, id eſt, paulo ante annum ducenteſimum quinquageſimum, initio ſeptem ſociorum Epiſcoporum, Gratiani Turonenſis, Trophimi Arelatenſis, Pauli Narbonenſis, Martialis Lemovicenſis, Dionyſii Pariſienſis, Saturnini Tholoſani, & Stremonii Avernenſis, qui primi in illas Galliarum partes lumen Evangelii intulerunt, & in Eccleſiis à ſe conſtitutis ſtabili verunt.

IX.

Quin primi illi duces præcipui fuerint Chriſtianæ expeditionis in Provinciis Narbonenſi & Aquitanica, & in remotioribus partibus Lugdunenſis Provinciæ, à nemine dubitatur, conſentientibus tabularum eccleſiaſticarum monumentis & ſolennibus ſacris, quæ in eorum memoriam annuo ritu divino numini peraguntur in ſingulis Eccleſiis. Illarum autem antiquæ traditioni, Bedæ, Uſuardi, Adonisque martyrologiis & actis veteribus fultæ in temporis conſignatione cur derogari debeat, plane non video; Præſertim cum aliis quoque argumentis hæc veritas innitatur. Sumatur initium diſcuſſionis à Trophimo, & expendantur verba libelli, ab Epiſcopis Provinciæ Viennenſis Leoni Papæ oblati anno quadringenteſimo quinquageſimo. Omnibus Gallicanis regionibus notum eſt, inquiunt, ſed

ſed nec ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatenſis civitas miſſum à beatiſſimo Petro Apoſtolo ſanctum Trophimum habere meruit ſacerdotem, & exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei & religionis infuſum. Quem Gregorius ponebat ſub Decio Trophimum cœtus Epiſcoporum Provincialium, quibus perſpectus erat cenſus Eccleſiarum ſuarum, quique Gregorium centum & quinquaginta fere annis antecedebant, Trophimum à Petro miſſum docent, & ut rem omnibus perſpectiſſimam narrant; ſubjiciuntque exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei & religionis infuſum. Hoc ipſum ſignificat Zoſimus Papa epiſt. V. ad quam (Arelatenſem urbem) primum ex hac ſede Trophimus ſummus Antiſtes, ex cujus fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt; directus eſt. Porro hæc epiſtola Zoſimi, edita à V. C. Sirmondo, & laudata olim tam in Concilio Francofordienſi, quam etiam ab Uſuardo & Adone, cum ſcripta ſit anno quadringenteſimo decimo ſeptimo, Gregorii Turonenſis teſtimonio potior eſſe debet in ponenda Trophimi epocha, quam diſertiſſime Synodus Epiſcoporum Provincialium refert ad Petrum Apoſtolum: à quibus non diſcedit Zoſimus, cum doceat, primum in Galliis Trophimum fuiſſe conſtitutum Epiſcopum. Libelli ſupplicis ad ſe ab Epiſcopis miſſi rationem habuit Leo Pontifex reſcripto, quod ad eos ſtatim dedit, quo veterem Arelatenſis & Viennenſis Eccleſiæ de metropolitica dignitate contentionem Viennenſis Provinciæ diviſione componit.

X.

Neceſſe eſt, controverſiæ illius ſtatum compendio perſtringere; ut qui ſuborti ſunt ex eo non ſane percepto in eruditorum animis ſcrupuli, quod ad Trophimi antiquitatem ſpectat, facilius eximantur. Vienna civitas, metropolis erat Provinciæ Viennenſis in laterculo imperii. Unde, juxta Canones Nicænos, jus metropoliticum ad ſe pertinere in ordine Eccleſiaſtico contenderat olim Simplicius, civitatis illius Epiſcopus, adverſus Arelatenſem, in Concilio Taurinenſi, anno trecenteſimo nonageſimo ſeptimo. Qua in lite interlocuti ſunt patres, eam civitatem frui debere honore primatus, quæ doceret, ſe eſſe Provinciæ metropolim; dato interim ad fovendam concordiam Epiſcopis conſilio, ut quisque viciniores ſibi civitates ad ſuam curam revocaret. Peſſumdata erat hac interlocutione Arelatenſis Eccleſiæ dignitas, quæ in ordine civilis diſpoſitionis à metropoli civitate Viennenſi abſque dubio pendebat. Quare Zoſimus viginti poſt Synodum Taurinenſem annis interpellatus ab Arelatenſi Epiſcopo, Simplicii Viennenſis impudentiam damnat epiſt. VII. quod in eo Concilio poſtulaſſet, ut ſibi creandorum Sacerdotum in Provincia Viennenſi permitteretur arbitrium; quod ait eſſe contra ſtatuta Patrum, & Sancti Trophimi reverentiam; decernitque juxta preces Patrocli Arelatenſis, ut ejus civitatis Epiſcopus jam inde à Trophimo ordinationis ſeriem, temporibus roboratam, poſſideat, non ſolum in Provincia Viennenſi, ſed etiam in utraque Narbonenſi. Cujus prærogativæ rationem quóque reddit epiſt. VIII. ad Hilarium Narbonenſem, quoniam Trophimus Sacerdos quondam Arelatenſi urbi ab apoſtolica ſede transmiſſus ad illas regiones (ſc. utramque Narbonenſem & Viennenſem) tanti nominis reverentiam primus exhibuit, & in alios non immerito ea, quam acceperat, auctoritate transfudit. Totam ergo primatus metropolitici

cau-

causam ἐκ τῆς προνομίας, seu in priore vocatione ad fidem, & in vetustiore Episcopatus institutione apud Arelatem à Trophimo facta Zosimus disserte constituit.

XI.

Ceterum quoniam hæc Zosimi rescripta consuetudine quidem vetusta, ut ipse ait, ex relatione Patrocli nitebantur, sed disciplinam Ecclesiæ universalis à Synodo Nicæna decretam convellebant, quæ singulas Provincias suis commiserat Metropolitanis, non autem plures Provincias uni, hinc factum, ut Bonifacius Papa non exprobrarit quidem Patroclo Arelatensi Metropoliticæ potestatis usurpationem, sed potius integram illi relinquens in Provincia Viennensi, illius tamen temeritatem damnaverit epistola, data ad Hilarium Narbonensem anno CCCCXXII. quod scilicet in Lutubensi Ecclesia ordinationem Episcopi celebrasset in aliena Provincia, inquit, sc. in Narbonensi, quæ à Viennensi erat distincta. Illud autem factum pertendit contra Synodi Nicænæ constitutionem, quam describit; commonesque Hilarium, ut metropoliticæ jure munitus, & præceptionibus suis fretus, quæ facienda sunt in Lutubensi Ecclesia, præster.

XII.

Noluit Hilarius Arelatensis, Patrocli successor, fultus & Zosimi priori rescripto & consuetudine vetusta, parere decreto Bonifacii restringentis intra Viennensem Provinciam Arelatensis Episcopi potestatem. Quam ob rem, & propter Chelidonii causam, aliasque gravissimas rationes, iratus Hilario Leo Papa, quod minus colere Romanæ sedis Majestatem videretur, acerbe in eum invehitur in epistola, ad Episcopos Viennensis Provinciæ scripta anno quadringentesimo, quadragesimo quinto. Inter cætera illi objicit, quod projecto Episcopo infirmo & nescienti alium superposuisset Episcopum, idque in alienâ Provinciâ, scil. extra Viennensem. Quid sibi Hilarius quærit in aliena Provincia, inquit, & id, quod nullus decessorum ipsius ante Patroclum habuit, cur usurpat? cum & ipsum, quod Patroclo a sede Apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit meliore sententia mutatum. Quibus verbis Leo apertissime significat, priora Zosimi rescripta, & posterius Bonifacii decretum, quo potestas Arelatensis Episcopi intra limites Viennensis Provinciæ coercebatur, ut superius monui.

XIII.

Quæ autem exceptiones objicerentur adversus Zosimi rescriptum, in eo capite, quod ordinationes in utraque Narbonensi Patroclo concessas respicit, idem manifeste docet, si ejus verba juxta regulas juris expendantur. Scilicet obreptum Zosimo per falsam Patrocli suggestionem, qui referebat ad consuetudinem vetustam, quam ipse primus usurpabat, ordinandi potestatem in Provincia Narbonensi. Deinde significat ad summam præropativam illam à Zosimo ad tempus Patroclo concessam, intelligi debere. Denique utitur posteriore Bonifacii decreto, quod, juxta Canonum præscriptum, ambitiosum illud & per fraudem elicitum Zosimi rescriptum, duas Provincias uni Metropolitano concedens, rescinderat.

XIV.

Tandem præfracta Hilarii Arelatensis contumacia Leo Papa successus, abeque co-

Digitized by Google

gnitione cauſæ, inauditis illis, quorum intererat, jus omne Metropoliticum etiam in Provincia Viennenſi ademit Epiſcopo Arelatenſi, illudque Viennenſi adjudicavit, ac ſi ad eum ex jure civilis metropoleos juxta Canones pertineret, quemadmodum Simplicius in Concilio Taurinenſi a patribus olim impetrare tentaverat. Hanc injuriam Arelatenſi Eccleſiæ illatam, adverſus veteſtiſſimæ conſuetudinis ὁ τῇ πεντεκλησίᾳ fundatæ, & a Trophimo ductæ, auctoritatem Epiſcopi Provinciæ Viennenſis, hac novitate perculſi amovere curarunt, occaſione arrepta ex obitu Hilarii, & electione a ſe facta Ravennii, viri graviſſimi, & Leoni pergrati. Itaque libello ſupplici ad LEONEM dato, primatus Arelatenſis originem arceſſunt a Trophimo: qui miſſus a beato Petro, primus in Galliis Arelatenſem Epiſcopatum inſtituit, cujus quidem primævæ inſtitutionis ratio potior ſit habenda, quam civilis diſpoſitionis, quæ Viennæ jus metropoleos politicæ olim tribuerat. Quod telum, ex ordine civili petitum, ut repellant Epiſcopi, non dubitant, civilem quoque dignitatem, qua temporibus illis florebat civitas Arelatenſis, Leoni proponere, in ea nempe ſedem præfecturæ Galliarum, a Civitate Trevirorum eò translatam, conſiſtere, atque adeò urbem illam matrem omnium Galliarum eſſe. Quod dictum, ut opponatur Viennæ, quæ pro matre Viennenſis tantùm Provinciæ ſe gerebat. Addunt etiam, quicunque intra Gallias, ſcilicet jam inde à Conſtantino Maximo & Valentiniano, oſtentare voluit inſignia dignitatis, in hac urbe conſulatum accepiſſe & dediſſe, hoc eſt, Conſulatum Circenſibus celebraviſſe; quemadmodum egregie hunc locum interpretatur Vir eruditiſſimus Hadrianus Valeſius, literarum & ſanguinis germanitate frater tuus, o mihi chariſſime Henrice Valeſi, in libro octavo rerum Francicarum, quas doctiſſimis curis & ingenii ſui ſolertia illuſtravit.

XV.

Expenſis tandem rationum momentis, quæ libello Epiſcoporum Provincialium continebantur, auditis quoque allegationibus Epiſcopi Viennenſis, Leo Papa privilegii Arelatenſis rationem habendam cenſuit, reſtituendamque metropoliticam dignitatem illi Eccleſiæ, quæ vitio Epiſcopi ſui Hilarii antiquo jure in perpetuum privari non poterat. Itaque rem totam, juxta Concilii Taurinenſis conſilium, datum olim contendentibus duarum civitatum Epiſcopis, ſic temperavit, ut majorem partem Provinciæ Viennenſis reſtitueret Arelatenſi Eccleſiæ; ſolis quatuor Civitatibus penes Viennenſem Epiſcopum relictis, ne honorem metropolitieum, quem ipſemet conceſſerat, adimere per inconſtantiam, aut injuriam videretur; &, ut ipſe loquitur, ne Viennenſis, cui poteſtatem metropoliticam Hilario ablatam deputaverat, ſemetipſo factus videretur inferior. Sed tum de iſthac controverſia, tum etiam de dignitate civili Viennenſis & Arelatenſis civitatis, accuratam diſceptationem dabimus in ſecunda editione libri noſtri de Primatibus, quam adornamus.

XVI.

Ceterum hæc Trophimi antiquitas confirmatur epiſtola Cypriani ad Stephanum Papam, qua petit, ut ab eo ſcribantur literæ in Provinciam, (id eſt, Narbonenſem ſolidam, quam veteri Provinciæ nomine nuncupat) quibus Marciano Epiſcopo Arelatenſi alius in e-

jus locum ſubſtituatur; quoniam ſpretis collegarum monitis, Novatiani erroribus pervicaciter adhærebat. Neceſſum verò eſt, hanc Cypriani epiſtolam ſcriptam eſſe initio ſedis Stephani, quando duos inter illos Pontifices diſſenſio nondum ulla interceſſerat. Initium autem illud Stephani cum cadat in annum ducenteſimum quinquageſimum ſextum, ſequitur, Marciani exordia antecedere Decii Conſulatum. Unde rectiſſime colligitur, miſſionem Trophimi in anteriora promovendam, invito licet Gregorio Turonenſi, ſcilicet ad Petri ætatem, juxta libelli Epiſcoporum Provinciæ Viennenſis teſtationem. Sola falſi ſuſpicione ultro excogitata, tum adverſus Cypriani epiſtolam, tum adverſus Zoſimi reſcripta, & Epiſcoporum libellum, nollem, à manifeſtis illis probationibus ſe liberarent Gregorii fautores. Admiſſa quippe ſemel hac reſpondendi & præſcribendi ratione adverſus ſcripta, quæ ſtilo & veruſtorum codicum editionumque fide veterumque auctorum teſtimonio muniuntur, cadit omnis de quæſtionibus literariis diſſerendi ingeniorum delectatio. Interim omittendum non eſt, aſſertam Cypriano epiſtolam a Rigaltio in notis ad Cyprianum, diſcuſſis falſi argumentis a viro doctiſſimo allatis. Operam quoque non indiligentem poſuit Vir eruditus, Hugo Menardus, in refellendis argumentis, adverſus Cypriani epiſtolam, & Zoſimi reſcripta atque libellum ſupplicem adductis.

XVII.

Quæ teſtimonia licet ad vindicandam veritatem ſufficiant, non alienum erit ad traditionis antiquæ ſeriem comprobandam, Adonem Viennenſem teſtem laudare, cujus hæc ſunt verba in Martyrologio IV. Kal. Januar. *Apud Arelatem Natalis ſancti Trophimi Epiſcopi & Confeſſoris, Diſcipuli Apoſtolorum Petri & Pauli.* Idem uberius in libello de feſtivitatibus Apoſtolorum: *Natalis Sancti Trophimi, de quo ſcribit Apoſtolus ad Timotheum:* Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Hic ab Apoſtolis Romæ ordinatus Epiſcopus, primus ad Arelatem urbem Galliæ ob Chriſti Evangelium prædicandum directus eſt: ex cujus fonte, ut beatus Papa Zoſimus ſcribit, totæ Galliæ fidei rivos acceperunt; quæ apud eandem urbem in pace quievit.

XVIII.

Errore Gregorii Turonenſis in conſignanda Trophimi epocha diſpuncto, te imperabiliore utemur in probanda ſimilis ejusdem auctoris hallucinationis confutatione. Paulum Narbonenſem ad Decii tempora Gregorius dejicit. Cui opponemus locupletiſſimum teſtimonium veruſtiſſimi Martyrologii, a Rosweydo editi, quo Eccleſia Romana inter ſolennes ritus utebatur teſte Gregorio Magno Lib. VII. Epiſt. XXIX. Martyrologii illius hæc ſunt verba ad XI. Kal. Aprilis: Narbonæ, Sancti Pauli Epiſcopi, diſcipuli Apoſtolorum. En Paulum Epiſcopum Narbonenſem, diſcipulum Apoſtolorum, id eſt, ab ipſis Apoſtolis Chriſtianam fidem edoctum. Cauſa eadem, niſi conſtans ſit in eodem Martyrologio verbi illius, quam propoſui, ſignificatio; quæ alia certe eſſe non poteſt juxta proprium dictionis ſenſum, referam loca, ex quibus hæc ſignificatio verbi adſtruitur. Pridie Nonas Januarii. apud Cretam, Titi Apoſtolorum diſcipuli. III. Kal. Maji. apud Paphum, Tychici Apoſtolorum diſcipuli. VII. Kal. Junii. apud Athenas, quadrati Apoſtolorum diſcipuli. Pridie Nonas Auguſti. Ariſtarchi diſcipuli Apoſtolorum, IV. Kal. Decemb.

Decemb. Sosthenio Discipuli Apostolorum. VI. Kal. Jun. Trophimi Episcopi, Discipuli Apostolorum. Quare diserta est, ut dixi, Martyrologii veteris Romani testatio ad figendum Pauli Narbonensis Episcoparum in ipsis Apostolorum temporibus, quamvis Trophimi Episcopatu posteriorem. Celeberrimum quidem apud antiquos fuisse Pauli hujus nomen, docet Prudentius in Martyribus Cæsar augustanis.

Burcino claro Cucufate fulta.
Surget, & Paulo speciosa Narbo.

Sed temporis veram consignationem ex testimonio vetustissimo Romanæ Ecclesiæ supra laudato haurire debemus. Traditionis vero series petenda est tum ex Usuardo, & ex actis Vitæ Pauli Narbonensis, tum etiam ex Adonis Martyrologio, atque ex ejusdem libello de festivitatibus Apostolorum; cujus hæc sunt verba ad diem XI. Kal. Apr. Natalis Sancti Pauli, quem beati Apostoli ordinatum Urbi Narbonæ Episcopum miserunt; quem tradunt eundem ipsum fuisse Sergium Paulum Proconsulem, Virum prudentem, a quo ipse Paulus sortitus est nomen, quia eum fidei Christi subegerat; quique ab eodem sancto Apostolo, cum ad Hispanias prædicandi gratia pergeret, apud præfatam urbem Narbonam relictus, prædicationis officio non segniter impleto, clarus miraculis coronatus sepelitur.

XIX.

Hic duo quædam observanda sunt. Ac primo quidem, Paulum Narbonensi Ecclesiæ præfectum Episcopum ab ipsis Apostolorum temporibus, absoluta est auctoritas, cum eorum discipulus fuerit, ut dixi. Alterum respicit veterem famam, quæ Paulum illum cum Paulo Proconsule miscet, eandemque facit. Præterea docet, in possessione Episcopatus institutum a Paulo Apostolo, in Hispaniam proficiscente. Quæ quidem prudenter Ado non asseruit ut certa, sed ut fama vetustiore recepta: Cujus narrationis auctores Braulio, Leander, Julianus & alii veteres Scriptores Hispani proferuntur in literis Stephani Papæ, editis à Viris clarissimis & eruditissimis Guilielmo Catello, Senatore Tolosano, & Philippo Labbeo, Societatis Jesu Presbytero; quarum exemplar extat etiam in archivis Ecclesiæ Tarraconensis, quarumque fidem & sententiam expendimus in secunda editione libri nostri de Primatibus.

XX.

Quod attinet Martialem, illud unum habetur in Martyrologiis veteribus, eum Lemovicæ fuisse Episcopum. Veruntamen antiqua ejus vitæ acta, unum fuisse ex LXX. discipulum Domini, & a Petro Apostolo ad Aquitanos missum, docent, quam traditionem amplexa est Synodus Lemovicensis anno MXXXIV. in disceptatione, quæ de Martialis Apostolatu in Galliis habita est.

XXI.

Dionysii Parisiensis succedit vexata disputationibus gravissimorum Virorum epocha: His stantibus a Gregorio, & ad Decii tempora antistitem illum detrudentibus, quo spes omnis Parisiensium Dionysium eum Areopagita permiscendi abscindatur; illis vero contrario proposito, ad Clementem Romanum ejus missionem referentibus. Sane a Clemente in Gallias Dionysium missum fuisse, Beda & Usuardus docent in suis Martyrologiis: quam

traditionem eos hausisse certum est ex actis antiquis vitæ S. Dionysii, quæ dudum ex MSris Codicibus edidit Vir Cl. & eruditissimus, Franciscus Bosquetus, nunc meritissimus Episcopus Eccleſiæ Monspelienſis. Nomen auctoris illius vitæ deprehendi in Codice MS. Turonenſis Eccleſiæ, qui complectitur vitas Sanctorum aliquot, a Fortunato deſcriptas, & inter ceteras, Dionyſii Pariſienſis illam, quæ jam, ut dixi, edita eſt in publicum. Habemus ergo Fortunatum Pictavenſem Epiſcopum, æqualem Gregorii Turonenſis, qui Dionyſii Pariſienſis epocham ad tempora Clementis retrahit. Quam ſententiam ſecuti ſunt Epiſcopi Galliarum in Epiſtola ad Engenium Papam ſcripta anno DCCCXXIV, quæ habetur apud Baronium; a quibus Fortunato teſte adeo locuplete fultis diſcedere, piaculum eſſe puto.

XXII.

De Saturnino, Gatiano, & Stremonio mox agam, quoniam ſpecialis illorum eſt cauſa.

XXIII.

Non me latet, quid eruditos Viros ad deprimendam in poſteriora tempora ſeptem Epiſcoporum epocham veluti præcipites egerit, Severi Sulpitii nempe atque Gregorii Turonenſis auctoritas. Scripſit ille, ſub Aurelio Antonini viſa primum in Galliis martyria, DEI religione trans Alpes ſerius ſuſcepta. Unde tabulis Eccleſiaſticis fidem non eſſe habendam colligunt, quæ ſub Domitiano, vel ſub Trajano, aut Hadriano paſſos tradunt quosdam ex prioribus illis Pontificibus. Utinam maluiſſent, interpretatione ex illis Juris & rhetorum principiis ducta, Severum cum diptychis Eccleſiaſticis in concordiam adducere. Generi quippe per ſpeciem derogatur, ut docent Juris Conſulti. De martyriis generalibus loquitur Severus, ſcilicet de cæde tum Pontificum, tum plebis Chriſtianæ, per ſupplicia conſumptorum; ut accidit in Eccleſiis Viennenſi & Lugdunenſi ſub Antonino, quo ſolum reſpiciebat Severus; cui cladi ſimilis ante nulla contigerat in Galliis. Quod tamen non impedit, quia priores aliquot Epiſcopi pro Chriſto mortem obierint, abſque ulla tamen generali plebis Chriſtianæ ſtrage; ut factum poſtea ſub Decio, qui in ſolos Epiſcopos animadvertebat. Neque vero ſequitur, erraſſe Severum in pertexenda rerum ſerie, cum per compendium ſumma illarum capita attigerit, neque in ſe ſuſceperit Origines Eccleſiarum Gallicanarum, quas omnino intactas reliquit, & ſingulorum Pontificum eventus tradere. Quod autem ſubjungit ſerius trans Alpes ſuſceptam religionem, verum eſt, habita comparatione partium orientalium atque ipſius Italiæ, quæ prius imbuta eſt doctrina fidei, & fortaſſis cum uberiori & faciliori proventu, quam in Galliis, Gentilium ſuperſtitionum retinentioribus.

XXIV.

Depulſa ex Severo petita machina, liberi eſſe poſſumus a metu Gregorii. Docet ipſe duo quædam Lib. I. Hiſt. c. XXX. Alterum, ſeptem illos ſocios eodem tempore in Gallias perveniſſe, Eccleſias ſeptem ab eo commemoratas primas conſtituiſſe. Alterum vero, horum adventum referendum ad tempora Conſulatui Decii & Grati vicina, i. e. ad annum CCL. aut circiter. Quæ narratio manifeſte pugnat cum Irenæo, qui Sexaginta & amplius

Digitized by Google

amplius annis ante hunc Conſulatum Eccleſiarum apud Celtas fundatarum meminit. Pugnat quoque cum Tertulliano, qui triginta & amplius annis ante Decii epocham diverſas Galliarum nationes fidem Chriſtianam profiteri teſtatur: quæ cum ſit ex auditu, plane prædicantium miſſorum miniſterio diverſis illis nationibus infundenda fuit; qui quidem alii non ſunt præter eos, quos tabulæ Eccleſiaſticæ exhibent. Erravit ergo Gregorius, prætextu vitæ ſancti Saturnini, cujus verba laudat in Epocha Decii conſtituenda; quam ſcriptor ille cum ſoli Saturnino affigeret, Gregorius de ſuo ad alios extendit, ex recepta jam tum opinione de ſeptem illorum Societate. De ſuo addidiſſe dixi; quoniam in verbis actorum Saturnini, quæ Gregorius laudat, nulla fit ſeu Pontificum mentio, neque etiam in corpore actorum, quæ apud Surium extant; quæ plane ſunt eadem cum iis actis, ex quibus locum a ſe laudatum Gregorius decerpſit, cum iisdem omnino verbis ibi locus ille deſcriptus reperiatur. Porro acta illa interpoſita ſunt longo intervallo poſt obitum Exſuperii Toloſani, cujus meminere; ut recte obſervat Hugo Menardus. Deſtituitur itaque Gregorius ſui auctoris teſtimonio in ſex Pontificibus; adeo ut Epocha Conſulatus Decii ad ſolum Saturninum Epiſcopum ex illo auctorum ſcriptore referenda ſit.

XXV.

Quod autem ad Saturninum attinet, controverti non debet, quin Gregorii tempore duplex invaluiſſet opinio, & quin utraque ſola relatione niteretur. Altera eſt, quam ſequitur Gregorius hoc loco, paſſum eſſe Saturninum Decii Conſulatu. Illud autem Auctor ab eo laudatus hauſit, non ex vetuſtis Saturnini paſſionis actis, ſed ex fideli recordatione, ut loquitur. Vetuſta enim paſſionis acta, vel per incuriam tempore illo ſcripta non fuerant, vel ex Præſidum Decreto temporibus Decii igne perierant; ut de actis Martyrum generaliter teſtatur Prudentius. Altera ſententia, ſua quoque relatione fulta (cujus teſtis ipſe Gregorius L. I. C. XLVIII. de Miraculis) tradebat, miſſum Saturninum a diſcipulis Apoſtolorum, id eſt, plus quam centum & quinquaginta annis ante Decium. Adeo, ut in ancipiti poſitis liceat ultimam Gregorii ſententiam ſequi, quæ cohæret priori illi apud eum non controverſæ, de non divellendis adeo prolixa temporum intercapedine a ſe invicem prioribus Epiſcopis, qui a Petro & Paulo, & deinceps a Clemente Apoſtolorum diſcipulo, non longo intervallo miſſi, exordia fidei per Gallias propagarunt. Hinc factum, ut Ado in Martyrologio Saturninum ſcribat paſſum ſub Decio, juxta primam Gregorii opinionem; Rabanus autem in ſuo Martyrologio ſequatur ſecundam, uſurpatis quoque Gregorii verbis: Iſte vero, inquit, Saturninus martyr, ut fertur, ab Apoſtolorum diſcipulis ordinatus in urbem Toloſatum eſt directus. Quod intelligendum de Clemente, a quo miſſus dicitur Saturninus una cum Dionyſio in actis veteribus Sancti Dionyſii, compoſitis a Fortunato Pictavenſi, qui ſecundam Gregorii ſententiam diſertiſſime confirmat. Quanquam vetuſta ſancti Saturnini acta miſſum a Petro doceant, & in Eluſana urbe, Novempopulaniæ ſcilicet metropoli, deinde Pompelonæ, & in aliis Hiſpaniarum Gentibus Eccleſias conſtituiſſe; ut ex ſuis quoque tabulis fatentur auctores Hiſpani. Sed ſatius eſt, ut hæreamus relatæ a Gregorio traditioni; ſcilicet à diſcipulis Apoſtolorum ordinatum, id eſt, à Clemente juxta Fortunatum.

XXVI.

Eadem explicatio adhibenda eſt alteri loco cap. 8 de Gloria Confeſſorum, ubi tradit Bituricæ urbi verbum ſalutis prædicaſſe Urſinum Epiſcopum, qui à Diſcipulis Apoſtolorum in Gallias deſtinatus fuerat, ſcilicet à Clemente, ut ejus vitæ acta perantiqua teſtantur.

XXVII.

Speciales, quas adhibuimus, probationes pro fulcienda veteri Epocha quinque Pontificum Trophimi, Pauli, Martialis, Dionyſii, Saturnini, quibuscum par eſt cauſa plurium aliorum, qui Eccleſias in Galliis fundaverunt, generales probationes ex Irenæo, Tertulliano & Euſebio de vetuſtate Eccleſiarum, ut juvant, ſic mutuum quoque ex illis ſubſidium capiunt. Qua de re diligenter diſſeruit Juris utriusque celeberrimus Antecеſſor in Academia Toloſana, Antonius Dadianus Alteferra, Lib. IV. Rerum Aquitanicarum capite 9.

XXVIII.

Quod autem attinet ad Gatianum, Turonenſis Eccleſiæ Epiſcopum; cum ejus Succeſſor Gregorius, cui perſpecta erant Eccleſiæ ſuæ tabularia, docet conceptis verbis Lib. IX. Hiſt. Cap. XXXI. Gatianum anno Decii primo à Papa ſedis Romanæ transmiſſum, additis quoque aliquot ejus Epiſcopi geſtis, neque ulla nobis aliunde ſuppetat auctoritas, qua illum ad vetuſtiora tempora revocemus, temerarium cenſeo, adverſus Gregorium de propriæ Eccleſiæ ſtatu diſputare. Idem dicendum puto de Stremonii Arvernenſis Epiſcopi initiis; quæ Gregorium, utpote Patria Arvernum, atque adeo in ſuis non peregrinum, latere non poterant. Quæ fortaſſe fuit occaſio, cur negligentius ſe habuerit in aliarum Eccleſiarum inveſtigandis initiis: quibus exordia duarum ſibi curarum, Turonenſis & Arvernæ, æquari non poſſe cum videret, maluit ad harum tempora priorum quinque fundationes indiſcuſſas deprimere.

XXIX.

Quare cum apud Viros eruditiſſimos antiqua Eccleſiarum Gallicanarum diptycha, in quibus Pontifices fidei prædicatæ Anteſignani deſcripti ſunt, cum miſſionis Apoſtolicæ vetuſtiſſima Epocha, ex eo ſolo capite nutarint in temporis aſſignatione, quod cum Severo & Gregorio pugnare viderentur, religioſiſſimi Epiſcopi Collegæ noſtri poterunt intrepide in ſuis Eccleſiis deceſſorum ſuorum traditam aſſerere vetuſtatem, ſecuri de illa, quæ noſtris objici ſolet veterum Auctorum ignoratione aut contemptu, tum etiam de aliquo veritatis hiſtoricæ diſpendio, quæ alioqui laboraret, ſi actis antiquis fides ſua detraheretur. Itaque præter ceteros ſuperius memoratos, Clementem à Petro Apoſtolo miſſum, ſibi vindicabunt Metenſes ex actis, unde narrationem ſuam hauſit Paulus Diaconus, mediæ ætatis & non contemnendæ auctoritatis Scriptor. Ejusdem Apoſtoli curæ, & poſtea Clementis, plures populi acceptum quoque ferre poterunt ex veteribus actis & martyrologiis, primum Epiſcoporum ſuorum inſtitutionem. Quorum labores ſi ſuis Provinciis ex Auguſti inſtituto diſpoſitis, redduntur, Tertulliani ſententia quantopere vera ſit, de diverſis Galliarum nationibus Chriſtiana fide imbutis, patebit. Narbonenſis quippe Provin-

cia

cia non ſolum à Creſcente Viennenſi, ſed etiam à Trophimo Arelatenſi, à Paulo Narbonenſi, qui proxime ſecutus eſt Trophimum, & demum à Saturnino Toloſano exculta fuit. Aquitanica à Martiale Lemovicenſi, Urſino Bituricenſi, Frontone Petragoricenſi, & Eutropio Santonenſi, atque etiam à Saturnino in Novempopulania, quæ pars erat Aquitaniæ. Belgicam curaverunt Eucharius Trevirenſis, Clemens Metenſis, Xyſtus Remenſis, & Memmius Catalaunenſis. Quod attinet ad Lugdunenſem Provinciam; fidem in ea inſtituerunt Dionyſius Pariſienſis, Savinianus Senonenſis, Nicaſius Motomagenſis, Caraunus Carnocenſis, & Julianus Cenomunenſis.

XXX.

Supereſt, ut de Lugdunenſi Civitate quæramus: quæ quidem cum Principia Epiſcopatus debeat Pothino, qui paſſus ſub Antonino anno CLXXVII. nonagenario major, ſed inferior Trophimi Arelatenſis inſtitutione, non dubito, quin hujus ſtudio debeat primitias fidei. Siquidem, ut tradiderunt Epiſcopi in libello, oblato Leoni Papæ anno quadringenteſimo quinquageſimo, ex Trophimo, velut ex fonte, profluxerunt rivuli fidei in alias Galliarum partes, quod confirmat quoque Zoſimi Papæ Epiſtola. Quare cum Arelas Italiæ, Orientis & Africæ commerciis pateret, & ob eam rationem Lugduno, florentiſſimo Galliarum emporio, conjungeretur, obvium fuit Trophimo per ſe & per alios Legatos fidei Chriſtianæ ſementim ibi ſerere, quæ tandem in eum fidelium cœtum crevit, qui à Pothino Epiſcopo regi mereretur,

XXXI.

Non me latet, in quædam acta, quibus vitæ Pontificum illorum deſcribuntur, multa (quod attinet ad eorum res geſtas) irrepſiſſe, quæ manu medica egeant, ut repurgentur; quemadmodum de Actis hujuſce generis decreverat olim Concilium Francofordienſe anno ſeptingenteſimo nonageſimo quarto. Id tamen non officit miſſionis veritati; de qua ſola aſſerenda nunc agitur; omiſſis cæteris, quæ in quæſtionem adducuntur a Viris Eruditis, de quibus alias fortaſſe ſententiam meam aperiam.

XXXII.

Interim amicos noſtros obteſtor, ut boni conſulant, quæ, licet aliena ab eorum ſententia dixi, provocatus tuendæ veritatis deſiderio, ad reſtituendam Eccleſiæ Gallicanæ Majeſtatem, aliquo pacto imminutam, ex depreſſa Originis illius vetuſtate; qua in rebus ſacris non vulgarem venerationem conciliare ſolet, tum Eccleſiis, tum Imperiis Chriſtianis, in quibus ſunt conſtitutæ. Quare non evertendas ſed retinendas putavi, quæ vero nituntur traditiones noſtras, præcipue cum in Eccleſia Romana ac toto in Orbe Chriſtiano jam olim recepta fuerint, adeo ut non egeamus prava illa diligentia, quam adhibuerunt illi, qui etiam falſis atque confictis ſub nomine veterum Auctorum monumentis vetuſtatem Chriſtianæ Religionis ſibi arrogare nituntur, vel etiam receptam confirmare. Tu vero, Vir Clariſſime, pro ea, qua polles non ſolum eruditione, ſed etiam prudentia, de noſtro iſto conatu, prout par eſt, decernes, & dignitatem Eccleſiarum Gallicanarum robuſtius vindicabis. Vale, Lutetiæ Pariſiorum, Nonis Septembris, anno MDCLVIII. Ita Petrus de Marca Origines Chriſtianismi in Galliâ deſcribit, quibus addi

addi merentur ea, quæ Illustris Dn. de Franckenberg, sive Zechius, in eximio rerum Europæarum Commentario (Europ. Herold) de eodem argumento verbis Germanicis tradit. Clodovæo dem grossen König in Franckreich/ danckt gantz Franckreich die Befestigung deß Staats/ noch mehr aber die Christliche Religion. Denn er tödtete Anno 486. Syagrium, den Römischen Gouverneur, in dem übrigen Theile Galliæ, und brachte es durch Befestigung seines Throns dahin/ daß die Römische Kayser an Wiedererobe-rung der Gallischen Provintzien nicht weiter gedencken dürfften/ verstörte das Reich der Gothen in Languedoc, und machte sich dieselbe Gegend Landes auch unterthan/ bezwang einen feinen Theil Ober-Teutschlandes/ tilgte den Rest der Römischen Botmässigkeit auch in diesem Lande/ machte ihm die Burgunder tributbar/ und brachte auff Veranlassung seiner Gemahlin Chlotildis/ die eine Christin/ und aus Königlichem Burgundischen Geblüte entsprossen war/ sich selbst und durch sein Exempel die gantze Nation zum Christlichen Glauben. Dann als er Anno 499. denen Sicambris im Lande Jülich eine Schlacht lieferte/ thäte er ein Gelübde/ daß er sich/ dafern ihme der Christen GOtt den Sieg verleihen würde/ zum Christenthum wenden wolte: Da er nun das Glück deß Sieges erlanget/ begab er sich mit grosser Devotion zum Christlichen Glauben/ und liesse sich zu Rheims vom Bischoff Remigio, nebst Annehmung deß Nahmen Ludwigs/ tauffen/ dahero Rheims noch biß auff diese Stunde der Crönungs Ort derer Könige in Franckreich geblieben. Er war nach den Römischen Kaysern der erste unter allen Königen/ welcher die Christliche Religion annahm/ deßwegen ihm der Titul deß Allerchristlichsten und deß ersitgebohrnen Sohns der Kirchen beygeleget wurde/ aus welcher Titulatur die nachfolgende Könige in Franckreich sich deß Vorsitzes über andere Könige/ ausgenommen den Kayser/ angemasset. Bey der Tauffe soll/ in Ermanglung deß Oels/ eine Taube von dem Himmel kommen seyn/ und ein Gefäß mit Oel gebracht haben/ womit Clodovæus gesalbet worden; Inmassen denn die Könige in Franckreich mit diesem heiligen Oel aus der sogenandten Ampulla Rhemensi bey ihrer Crönung noch allemahl gesalbet werden; Dazumahl soll auch ein Engel einen Schild mit Lilien gebracht haben/ welcher noch zu Rheims/ als ein Heiligthumb/ aufgehoben wirdt/ worauff Clodovæus die 3. Kröten/ oder Binen/ aus dem Frantzösischen Wapen genommen/ und dargegen vorgedachte 3. Lilien hinein gesetzt haben soll.

So soll auch eine Fahn vom Himmel gefallen seyn/ welche die Frantzosen Oriflamme oder Auriflamma, weil sie von Gold/ und Feuerfarbener Seide gewesen/ insgemein aber die Standarte der Abbtey S. Dionysii nennen/ und welche die Könige in Franckreich vor diesem im Kriege gebraucht. Endlich soll auch dieser König zum erstenmahl die Heiligungs Krafft der Kröpffe empfangen haben/ wiewohl andere solches Clotario I. andere Ludwig IX. und andere Philippo VI. zuschreiben.

Sub Imperio Decii Dionysius & Martialis cum Collegis aliis in Galliam venerunt uti Gregorius Cæsaradunensis testatur. Dupinus p. 284.

ORIGI-

ORIGINES CHRISTIANISMI IN SUECIA.

BERO, vel Biorno III. primus fuit Christianus REX Sueciæ, ex sententiâ Johannis Loccenii, rerum Suecicarum peritissimi. Quippe Carolus M. Imp. pius & DEI amans Princeps, divino haud dubiè instinctu Exterorum & Borealium amicitias appetebat, ut illas à spissis errorum tenebris ad veram DEI cognitionem alliceret, aut saltem Christianos illos, qui sub eorum Imperio & persecutione degebant, quâ posset ope, sublevaret. Ab excessu Caroli M. Ludovicus pius, paternæ pietatis & amicitiæ erga Biornonem Hæres, Anscharium in Sueciam mittebat, qui Bircæ ad sesquiannum verbum DEI cum fructu docuit & propagavit. Cum Biornone autem fatis functo extinctus jacuit Christianæ Religionis ardor usque ad Stenchillum Regem: Etenim pagana superstitio tam altas radices egerat in animis hominum, ut ad eam extirpandam præsentiori luce opus esset. Ita scribit Johannes Loccenius, cui Frid. Gronovius magnificum dedit testimonium. Extat Loccenii Historia Suecica, Anno 1676. tertiâ vice cum Antiquitatibus Sueco-Gothicis edita Lipsiæ & Francofurti.

Huc pertinent, quæ Andreas Bureus, Suecus, in Regni Sueciæ Geographicâ & Politicâ descriptione de Originibus Christianismi in Suecia recensuit.

ANDREÆ BUREI, SUECI, RELATIO DE PROPAGATIONE RELIGIONIS per Sueciam, ejusdemque Reformatione tempore LUTHERI;

item Serie

Archiepiscoporum Upsalienſium.

IMperante Carolo Magno, anno DCCC. sacrosancta doctrina Evangelica primum ad Saxoniam, deinde ad Regna Aquilonaria, DEO misericorditer providente, pervenit. Siquidem is diu multumque laboravit, antequam *Caroli M. Imp. ſtudio doctrinæ E-*

vangelica ad Sueos pervenit.

Saxoniam â saxeis Diis & Idolis posset avertere. Sed tandem bello triginta annorum defatigata, quum abjectis Idolis verbum DEI accepisset, mox tot sanctissimi & doctissimi illi Viri in illâ emergere cœperunt; ut, quæ prius fœdos fœdæ Idololatriæ cultores genuisset, post illa Viros clarissimos, & Apostolicam vitam proferentes, ad vicinas & remotas terras ad lucrandum Christo animas, destinaret. Quippe, vivente adhuc Carolo Magno, complures magnæ sanctitatis Viri, & in lege Christi doctissimi ex Saxoniâ in Gothiam & Sueciam pervenerunt, atque in diversis ejus locis Idololatriam impugnantes, divini verbi semina sparsere. In quorum numero erat ille Herbertus, quem Ecclesia Lincopensis protopastorem suum recolit & veneratur. Verùm, quia nondum venerat plenitudo temporis, quod DEUS providerat de Suecis nostris, (quibus usque ad horam undecimam otiandum erat,) supervenit inimicus homo, & tenerum semen, ne in fructum erumperet, conculcavit. Consumptis enim verbi DEI nuntiis, partim naturali, partim violentâ morte, & persecutione, plerique Gothi ad Idololatriam reciderunt. Pius Imperator solicite interim laboravit, quomodo Regna Aquilonaria ad fidem reducerentur; duas Ecclesias cathedrales, Hamburgensem nempe, & Bremensem, erexit; ex quarum collegiis assumi possent Viri religione & doctrina præclari, qui per Regna Aquilonaria Evangelium Christi prædicarent. Verum, dum hæc urget, per mortem ad cœlestem patriam est evocatus. Optimo Patri filius optimus Ludovicus anno Domini 814. successit. Qui nihil â paternâ pietate degenerans, Christi Religionem toto viribus augere studuit; curamque præcipuam gessit de Regnis Aquilonaribus ad Christi fidem convertendis. Anno VI. Imperii ejus fundari cœptum est Cœnobium Corbejense, ad Visurgum fluvium in Saxonia, in Diœcesi Paderbornensi, translatis Patribus cum nomine de Corbeja Galliarum; (quæ in ripa Sommæ fluminis hodie apparet;) ut viri, sanctitate & prædicatione verbi DEI celebriores, ex eodem Cœnobio assumpti, in omnem terram Aquilonarem transplantari possent.

Relapsus Gothorum ad Idololatriam.

GOTHORUM PONTIFICES.

Ansgarius, primus Sueeorum & Gothorum Pontifex.

I. ANSGARIUS Suecorum Gothorumque primus Pontifex, in Gallia natus, vix puerilem ætatem egressus, relictis hujus mundi opibus, se in Monasterium Corbejense contulit. A cujus patribus benigne susceptus, & in lege DEI excellenter edoctus, in eum sanctitatis gradum ascendit, ut tandem omnia Aquilonaria Regna sanctimonia suâ & doctrina illustraret, factus eorum Apostolus, & præcipuus verbi divini prædicator. Venit autem in Sueciam circa annum Christi DCCCXVI. *Lupoldus* enim Bebenburgensis, in libro, quem conscripsit, de Zelo Christianæ Religionis veterum Principum Germaniæ, dicit, in historia Francorum contineri, quod *Ludovicus* Imperator, *Caroli M.* filius, convertit Sueeos ad fidem Christi per sanctum *Ansgarium*, anno Domini DCCCXVI. *Haraldum* verò, *Regneri*, Dano-

Danorum Regis competitorem, Moguntiæ una cum Conjuge & filiis baptizari fecit, anno Domini DCCCXXXII. ut idem *Lupoldus* ex Francorum historia affirmat. Sciendum ergò ex testimonio *Cranzii*, non semel, sed sæpius, *Ansgarium* ad Regna Aquilonaria ad Christi fidem plantandam transiviſſe; & quidem ipſum eo tempore, quo ſupra dictum eſt, prima vice in Sueciam perveniſſe. Cooperatores habuit *Giſſemarum* & *Wittmarum*: Illum *Haraldo* Regi in Dania reliquit: hunc ſecum in Sueciam adſumpſit. Ubi benigne â Rege *Berone IV.* ſuſcepti, in civitate Birchenſi verbum DEI publice prædicare permiſſi ſunt; totam civitatem Birchenſem, omnemq; in circuitu regionem ad verum Dei cultum converterunt; Idola deſtruxerunt; Eccleſias conſtruxerunt; multosque per annum integrum Chriſto ſunt lucrati. His in Suecia patratis, *Ansgarius* ad Hamburgenſem Eccleſiam (ubi Epiſcopus erat) ſe contulit; relinquens ſuo loco apud Bircham ſanctum Virum, *Simonem*, Pontificem, & *Nitardum* Presbyterum. Hi quum Chriſtianam doctrinam prædicarent, graviſſimas perſecutiones ab infidelibus ſuſtinuerunt, & tandem glorioſo martyrio vitam conſummarunt. Poſtquam ſanctiſſimus Vir *Ansgarius*, relicta Suecia, in ſuas terras rediiſſet, illud puſillo gregi Chriſtiano in Gothia accidit, quod in caulis ovium abſente paſtore & veniente lupo evenire ſolet. Quippe, occiſo ſanctiſſimo Epiſcopo *Simone*, & venerabili Presbytero *Nitardo*, magna Gothiæ pars ad idololatriam eſt relapſa. Hoc potiſſimum accidit ex eo, quia Rex *Ingellus* bellum ſuſceperat in avunculum ſuum *Beronem*, ex quo certamine immortalis Dei cultus, qui tenera radice ſubnitebatur, pene everſa eſt. Remanſit tamen aliqua pars populi in vero Dei cultu, ſed occulte. Mortuo *Erico Sergerſol*, ſucceſſit filius ejus *Ericus Aorſol*. Quo dæmoniis immolante, Pontifex, qui impiis ſacrificiis præerat, ſubita cæcitate percuſſus, coram Rege & tota populi multitudine concidit. Qui poſtquam diu & fruſtra auxilia Deorum ſuorum proſtratus imploraſſet, deſperato penitus uſu vivendi, in domum ſuam eſt reductus. Cui mater Jeſu (uti narrant) in ſomno ſe oſtendere dignata eſt, & ipſum filii ſui inimicum increpare cœpit; Noveris, inquiens, juſte tibi illatum eſſe, quod patieris, qui honorem & obſequium DEO & Jeſu Chriſto exhibendum, dæmoniis impendiſti. Nunc igitur, ſi ſanari vis, promitte, quod Idolorum cultu abjecto, de cætero fidem Chriſtianam firma mente conſervabis, ſervandamque omnibus prædicari curabis. Quod quum ille promiſiſſet, mox deterſa cæcitatis caligine, lumen mentis & corporis recepit. Hanc gratiam conſecutus Idolorum Sacerdos, mox Apoſtolica vice fungens, omne Regnum circumibat, mirabilia Dei prædicans, & annuntians, Chriſtum verum eſſe lumen, ad revelationem omnium gentium. Favit illi populus, miraculi novitate attonitus, ſeque ad ſuſcipiendam fidem Chriſti parat. Quo & ipſe Rex commotus, oratores miſit ad Bremenſem Archiepiſcopum pro viris doctrina & ſanctitate præclaris, qui reparandæ fidei Chriſtianæ eſſent idonei. Unde & Viri præclari miſſi ſunt, *Adalvardus*, & *Stephanus*: qui, ſubverſa Idolorum ſuperſtitioſa cultura, populo Chriſtianam Religionem ſedulò prædicarunt.

Giſſemarus & Wittmarus Ansgarii cooperatores.

II. ADALVARDUS itaque ſecundus poſt S. *Ansgarium* Epiſcopus fidem Chriſti in Suecia, præſertim circa Upſaliam, prædicans, ad mandatum

Adalvardus, Ansgarii Succeſſor.

Archiepiſcopi Bremenſis, ſecutus eſt oratores Regis Stonchilli. A quo humaniter exceptus, in civitate Sigtunenſi verbum DEI prædicavit, & Sacramenta diſtribuit. Sed populo ad Idola everſa fremente, ingens ſeditio orta eſt; & *Adalvardus* apud Upſaliam virgis cæſus, deinde ad civitatem Birchenſem reverſus, ibidem tandem vitæ finem & ſepulturam invenit.

Stephanus tertius Upſalienſis Epiſcopus.

III. STEPHANUS, qui una cum *Adalvardo* in Sueciam venerat, ipſi ſucceſſit, & non tam metu mortis, quam Zelo propagandæ religionis, relicta Upſalia, ad Helſignos ſe convertit. Huic genti non tam difficile fuit religionem perſuadere, adeo, ut innumerabilis populus quantocius prædicationi illius acquieverit. Tandem conſummato tam laudabili ſtudio, in terris Helſingorum, quorum primus & præcipuus Apoſtolus erat, martyrio coronatus eſt; ſepultus in Eccleſia & villa Norala, ad Auſtraliorem partem Helſingiæ. Poſt cujus obitum Eccleſia Upſalienſis ad aliquot annos à paſtoribus vacavit: donec *Olaus Skotkonungs*, Rex Sueciæ, Legatos mitteret ad *Eldredum*, Regem Anglorum, ut Viros aliquot in fide Chriſtiana eruditos ad ſe mitteret. Is miſit *S. Sigfridum*, Archiepiſcopum Eboracenſem; qui relicta patria ad Gothiam meridionalem pervenit, ubi nunc exſtat Eccleſia cathedralis Vexionenſis, quam erigendam curavit. Mox ad Regem ſe contulit; qui in fide eruditus ac confirmatus, ſtatim ſuſcepto per manus Pontificis baptismatis Sacramento, arcem regiam Huſabii in Eccleſiam conſecrari præcepit; in qua ſanctus Epiſcopus diuturniorem moram trahens totam Weſtro-Gothiam ad Chriſtum convertit & baptizavit. Demum multis miraculis clarus, labore defeſſus vitam finivit, & in Eccleſia Vexionenſi ſepultus, in ſanctorum numerum poſtmodum fuit relatus.

Olai, Regis Suecorum, cura pro Religione Chriſtiana.

Suerinus, IV. Upſalienſis Epiſcopus.

IV. SUERINUS, quartus Eccleſiæ Upſalienſis Epiſcopus; Hic intrepido animo deſtructis Idolis verbum DEI annunciavit; & tandem plenus dierum in Domino defunctus eſt.

Nicolaus, quintus Upſalienſis Epiſcopus.

V. NICOLAUS, quintus Eccleſiæ Upſalienſis Epiſcopus, magnæ eruditionis & ſingularis ſanctimoniæ, incidit in felicia tempora Ingonis, Regis Junioris, quum jam tota patria verum DEUM agnoſceret. Itaque ab optimo Rege liberaliter ſuſtentatus, libere fidem Chriſtianam prædicabat, Deoque & eidem Regi fideliſſimum populum efficiebat. Rege vero veneno extincto, optimus quoque paſtor ex animi mœrore piè in Domino vitam finivit.

Sueno ſextus Upſalienſis Epiſcopus.

VI. SUENO, ſextus Upſalienſis Epiſcopus, Eccleſiam à multis incommodis, quæ diſcordiam civilem comitari ſolent, prudenter præſervavit: Sedavitque domeſticum bellum inter Sueciam & Gothiam ob electionem Regis enatum; & electo demum *Suercbero* Rege, quietiora ſortitus eſt tempora. Quorum commoditate ita uſus eſt, ut magnum ubique animarum lucrum faceret. Inprimis ipſum Regem ad multa præclara opera pietatis induxit. Hic enim inter cætera ſuæ Regiæ magnificentiæ præclariora monimenta, monaſterium Alvaſtrenſe conſtruxit, in quo & ſepultus eſt. Epiſcopus quoque haud diu poſt illum ſuperfuit.

VII. D.

VII. D. HENRICUS, ſeptimus Upſalienſis Epiſcopus, totius Findlandiæ Apoſtolus & patronus; qui relicta patria, in qua natus erat, exemplo S. Sigfridi, in Sueciam veniens, *Erico R.* (qui poſtea Sancti nomen meruit,) auctor fuit, ut memorabilem illam militiam in Findlandos Idololatras pro dilatanda fide Chriſtiana ſuſciperet. Quos bello adortus, comitem habuit *Henricum* Epiſcopum; in pugna cruenta Findlandi ſuperati manus victori Regi porrexerunt. Relictus poſt victoriam *Henricus* Pontifex apud Findlandos, eos ad Chriſtum convertit & baptizavit anno MCLI; tandemque Rex glorioſo martyrio pro religione & juſtitia certans occubuit, & in Eccleſia Aboenſi eſt ſepultus. *Henricus, ſeptimus Epiſcopus Upſalienſis.*

VIII. COOPMANNUS, octavus Epiſcopus. Poſtquam S. Henricus, auctoritate ſummi Pontificis Adriani Papæ IV. anno MCLIV. ad diœceſim Aboenſem, quam nuper ad Chriſtum converterat, eſſet translatus, in locum ejus ſuffectus eſt; ſed poſt Regis Erici martyrium, vix duobus annis revolutis, in fata conceſſit. *Coopmannus octavus Epiſcopus Upſalienſis.*

Hactenus Suecia tantum Epiſcopos habuit; Carolus autem Rex, qui Erico ſucceſſit, ut ſuos ab extraneo jugo in ſacris eriperet, ab Alexandro III. Papa Rom. pallium Archi-Epiſcopale petiit, & haud difficulter impetravit.

ARCHI-EPISCOPI UPSALIENSES.

I. STEPHANUS, primus Upſalienſis Archiepiſcopus, ex Oſtrogothia ortus, in lege divina & humana excellenter eruditus, mundanæ felicitatis contemptor, eam monaſtico inſtituto ſub Regula divi *Bernhardi* in Monaſterio Alvaſtrenſi commutavit. Ex quo Monaſterio Rex Carolus, ob eximiam ejus eruditionem & vitæ ſanctimoniam, evocandum curavit. A Sueciæ & Gothiæ incolis, ut Pater Patriæ coli meruit, & ad maximum Pontificatum primus omnium in terris Suecorum ſublimatus eſt. *Alexander* autem Papa comperta Viri dignitate, miſſo ab urbe Roma pallio, Archi-Epiſcopali prærogativa ipſum tempore Friderici primi Imperatoris inſignivit; adjecta duplici cruce, auro & gemmis illuſtri, cui lignum ſanctæ crucis erat incluſum. Præterea & ſingulari dono librum Evangelicorum ei contulit: quo ipſum Legati munere apud externos & novellæ fidei populos inſtruxit. Obiit anno MCLXXXV. & Pontificatus ſui XXIII. translatus in Monaſterium Alvaſtrenſe, unde prius evocatus fuerat. *Stephanus, primus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.*

II. JOHANNES, ſecundus Archi-Epiſcopus Upſalienſis, *Stephano* ſuccedens, à *Lucio III.* Papa, tempore *Friderici II.* Imperatoris, confirmationem & pallium eſt conſecutus; ſed anno Pontificatus ſui tertio occiſus fuit à paganis Eſtonibus in propriis ædibus Almerſtok, anno Dn. MCLXXXVIII. & ſepulturæ traditus in Eccleſia Upſalienſi. *Johannes, ſecundus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.*

III. PETRUS, tertius Upſalienſis Archi-Epiſcopus, impetrato à *Clemente* Papa, ejus nominis tertio, circa tempora *Henrici* Imperatoris, pal- *Petrus, tertius Archi-*

Episcopus Upsalienſis. lio Archiepiſcopali, tanto feliciorem occaſionem propagandæ religionis Chriſtianæ ſortitus eſt, quanto nobilior tum Rex *Canutus*, nimirum filius *S. Erici*, imperaret. In tumultu domeſtico inter Sueronem Regem & proceres, quem Archipræſul ſedare moliebatur, exſtinctus eſt, & ſepultus Upſaliæ anno MCXCIIX, XVIII. Septembr.

Olaus, quartus Archi-Episcopus Upsalienſis. IV. OLAUS *Lamba-Tunga*, ab Innocentio, Papa III. (tempore Henrici VI. Imperatoris) confirmatus, & pallio Archiepiſcopali inſignitus, paucis annis præfuit, anno MCC, 3. Novembris, Upſaliæ ſepultus.

Valerius, quintus Upsalienſis Archi-Episcopus. V. VALERIUS, Olao ſurrogatus, quintus Upſalienſis Archi-Epiſcopus, brevi quoque tempore præfuit, obiitque anno MCCXIX. VII. Idus Aprilis, in Eccleſia Upſalienſi honorifice ſepulturæ traditus.

Olaus, ſextus Upſalienſis Archi-Epiſcopus. VI. OLAUS, ſextus Upſalienſis Archi-Epiſcopus, poſtquam ab Henrico Papa III. pallium accepiſſet, ſatis tranquillum Pontificatum principio habuit. Poſtea per diſcordiam Folchungorum diſturbatum eſt Regnum, ob mortem Regis *Johannis*, in cujus locum conſtitutus eſt *Ericus* cognomento Balbus. Et Præſul hic in fata conceſſit anno Chriſti MCCXXXIV, XIII. Cal. Aprilis.

Jerlerus, ſeptimus Upſalienſis Archi-Epiſcopus. VII. JERLERUS, â Gregorio IX. Papa fuit confirmatus. Hujus tempore *Ericus* Balbus Rex multa Privilegia, libertates immunitatesque Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis conceſſit. Conſtituit quoque in Eccleſia Upſalienſi duas inſignes Prælaturas, totidemque canonica Sacerdotia, quibus præpoſitus Archi-Diaconus & duo canonici honeſte foveri poſſent. Eo tempore Tavaſti armis ſuperati, ad fidem Chriſti & obedientiam Regis adducti ſunt. Quibus *Jerlerus Thomam* Epiſcopum Aboenſem antiſtitem dedit. Obiit anno Chriſti MCCLX, VIII. Cal. Septembris. Sepultus Sictunæ in Monaſterio prædicatorum. Quo tempore concilium â *Guilielmo* Cardinale Sabinenſi in Scheningia, vetuſtiſſimo Oſtrogothorum oppido, ſub Innocentio IV. fuit celebratum, & interdictum Sacerdotibus Suecorum matrimonium; quo ad ea tempora, more Græcorum, utebantur.

Laurentius, octavus Upſalienſis Archi-Epiſcopus. VIII. LAURENTIUS, monaſticæ vitæ ſub Regula *Franciſci* addictus; ſummo ardore & conſtantia fidem incolis Regni prædicavit; & vitæ curriculo abſoluto ſepultus eſt Enecopiæ apud fratres ſuos minores anno MCCLXVII. III. nonas Martij.

Falco, nonus Archi-Epiſcopus Upſalienſis. IX. FALCO, ex Archi-Diaconatu aſſumptus, â *Gregorio X.* Papa, conſecrationem & pallium conſecutus eſt. Hic Eccleſiam Upſalienſem magnifice conſtruxit: Archi-Epiſcopalem ſedem ex antiqua Upſalia in novam transtulit, & in ea ipſa metropoli octo canonica Sacerdotia conſtituit. Et, poſtquam omnia in Regno compoſuiſſet, in fata conceſſit. Sepultus Upſaliæ anno MCCLXXVII. V. nonas Martij.

Jacobus Erlandi, decimus X. JACOBUS ERLANDI, tempore Rudolphi Imperatoris Romanorum â *Nicolao III.* Papa conſecratus, multum in Pontificatu laborem & dolorem

lorem invenit. A quo conſumptus, diem obiit Upſaliæ, anno MCCLXXXI. ibique ſepultus eſt VIII. Cal. Novembris.

cimus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.

Deinceps metropolis Upſalienſis per annos XIV. vacavit: nam tres quidem ſucceſſive electi ſunt Archi-Epiſcopi; nempe *Johannes Odalphi*, *Magnus Boetij*, *Johannes* Epiſcopus Aboenſis: ſed quoniam pallium â ſede Romana non obtinuerunt, inter Archi-Epiſcopos communiter non numerantur.

XI. NICOLAUS ALLONIS, Anagnium ſe ſe, (quæ tunc erat curia Pontificis Romani) contulit, palliumque Archi-Epiſcopale facile impetravit. Inque patriam reverſus, & ſummo honore â Rege *Birgero* exceptus, poſt multa præclare acta ad patriam cœleſtem transmigravit, anno MCCCV. ſepultus Upſaliæ, XI. nonas Februarij.

Nicolaus Allonis undecimus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.

XII. NICOLAUS CATULLI, ob egregia in patriam merita dignus habitus fuit, qui Nicolao ſuccederet. Hic enim prius Epiſcopus Aroſienſis, pallium â Clemente V. circa tempora Henrici VII. Imperatoris obtinuit. Ericum & Valdemarum, fratres Regis Birgeri (eo quod Petrum Aroſienſem Epiſcopum in exilium egerant) excommunicavit; qui facta pœnitentia, calicem magni ponderis ex auro puriſſimi & alia donaria pretioſa, Eccleſiæ Upſalienſi contulerunt. Hinc Nicolaus ſtatim, poſtquam ad Archi-Epiſcopatum pervenit, obtinuit â Rege Birgero Privilegia & libertates pro tota Eccleſia Suecana, prout in literis Birgeri continentur. Optimus Pontifex, magnitudine doloris ob diſcordiam civilem obrutus, in fata conceſſit præmatura, anno MCCCXIV. III. Cal. Junij.

Nicolaus Catulli, duodecimus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.

XIII. OLAUS, Sapiens agnominatus, â Johanne Papa XXII. tempore Ludovici IV. Bavari, Imperatoris, confirmatus, & pallio Pontificiali decoratus eſt, anno MCCCXV; Hic incidit in ea tempora, quibus implacabile odium viguit inter Regem Birgerum & fratres ejus; ad quod compeſcendum, plurimum, verum fruſtra, laboravit. Tandem laboris pertæſus in Chriſto beate obdormivit, anno MCCCXXX. III. Id. Mart. Hujus *Olai* tempore Regnum poſt miſerum fatum Regis *Birgeri* vacavit. Suffectus autem Magnus *Smech*, *Ingebergis filius*, cum Conſiliariis, (tametſi minorennis) omnia Eccleſiaſticorum Privilegia confirmavit.

Olaus, decimus tertius Archi-Epiſcopus Upſalienſis.

XIV. PETRUS PHILIPPI, â *Johanne* Papa XXII, tempore *Ludovici* Imperatoris, in locum demortui Olai ſuffectus, & pallio Archi-Epiſcopali inſignitus eſt. Contemptis mundi illecebris & vanitatibus ſe totum divinæ religionis obſequio mancipavit; ſuſceptoque S. Dominici habitu, inſignem ſe divini verbi prædicatorem præbuit. Multos ſua patientia eo traduxit, ut humanius & mitius Clericos tractarent. Obiit anno MCCCXLI. Sepultus Sigtunæ apud fratres prædicatores.

Petrus Philippi, decimus quartus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.

XV. HEMMINGUS, â Benedicto XII. Papa, tempore Ludovici II. Imperatoris accepto pallio, meruit inter Archi-Epiſcopos numerari: antea Epiſco-

Hemmingus, decimusquintus Archi-E-

Digitized by Google

piſcopus Upſalienſis.

Epiſcopus Aroſienſis. Hujus tempore terra Scania graviſſima ſervitute â Teutonicis premebatur. In qua in libertatem vindicanda plurimum hic præſul laboravit; ad Vardbergum, oppidum Hallandiæ, medio Novembri, cum omnibus Epiſcopis ſuis, & Petro Archi-Epiſcopo Lundenſi, profectus: ubi conſentientibus & petentibus Rege Daniæ *Chriſtophoro*, totoque Danico Senatu, ingenti ſumma, nimirum 2000. librarum argenti puri, Holſatis ſoluta, Scania Imperio Suecico adjudicata eſt. Quam tamen anno MCCCXL. Valdemarus, Rex Daniæ ſibi vindicavit, abuſus ſimplicitate Magni Smech, ac dolo liberis ejus omnibus combuſtis. Poſt hæc & alia præclara in patriam merita, æterna dignus memoria, defunctus eſt, anno MCCCLI.

Petrus Gothus Schoningenſis, decimus ſextus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.

XVI. PETRUS GOTHUS SCHONINGENSIS, per Clementem Papam VI. tempore Caroli IV. Imperatoris, ab Eccleſia Lincopenſi ad Upſalienſem translatus, meruit Archi-Epiſcopali pallio decorari. Hic ab Infantia bonis literis & moribus â Parentibus ſuis in oppido Schoningenſi antiquiſſimo Oſtrogothorum fuit imbutus, unde multi ſancti Pontifices & Prælati originem traxiſſe memorantur. Hic bonus Pontifex plurima incommoda perpeſſus in aula Regis Magni Smech, eorum pertæſus tandem in Chriſto pie obiit, anno MCCCLXVI. XVIII. Octobris.

Birgerus Gregorii decimus ſeptimus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.

XVII. BIRGERUS GREGORII, ab Urbano Papa V. imperante Carolo IV. confirmatus, & pallio Archi-Epiſcopali in Viterbio decoratus eſt. Hujus, quanta fuerit in ſacris literis divinisque & humanis legibus ſcientia, ſatis oſtendunt Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quæ ab ejus fœcundiſſimo ingenio prodierunt. Hoc tempore miſſi ſunt in Sueciam fratres Dominicani & Franciſcani. Hic Birgerus anno Domini MCCCLXXVII. primo die Junij, in oppido Telgenſi, celebravit concilium Provinciale contra uſurarios & alios errores. Item Concilium Provinciale celebravit Upſaliæ. Idem cum Epiſcopis ſuis & omnibus Abbatibus Regnorum Sueciæ & Gothiæ ſcripſit Urbano & Gregorio II, & Urbano VI. pro canonizatione S. Brigittæ; prout in examine ejus inter acta producta, ſub eorum ſigillis, Romæ in hoſpitali ejusdem S. Brigittæ demonſtrari poteſt. Ab eodem anno MCCCLXXX. die XI. menſis Septembris, celebratum eſt Concilium Provinciale in oppido Telgenſi. Hic & legendam S. Brigittæ compoſuit, in qua continentur hæc verba: Beata Brigitta, in Regno Sueciæ oriunda, non ſolum juxta revelationem divinitus ſibi factam ex ſanctorum ibidem Regum progenie, qui ſuis ſanctis promeruerunt meritis, (en fermentum Papiſticum!) ut magnificaret Dominus miſericordiam ſuam cum illa, illuſtrem duxit originem; verum etiam de nobilibus devotisque progenitoribus & parentibus nata fuit. Poſt plurima præclara facta obiit hic Pontifex anno MCCCLXXXIII. V.to, Idus Martij.

Henricus, decimus octavus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.

XIIX. HENRICUS, ob excellentia animi dona vitæque probitatem ab Urbano VI. quo tempore Venceslaus imperare cœpit, pallio Archi-Epiſcopali meruit honorari, Margaretha imperium ſuper Sueones tenente. Multa ſalutaria conſilia contulit cum ſenatoribus, ut Stricum Pomeranum in Regem ſuaſu Margarethæ eligerent, â quo non parum moleſtiæ percepit, poſt-

poſtquam Margerethæ filius, filius adoptivus effectus eſt, una cum ea multis annis regnans: de proviſionibus quippe Eccleſiarum ſe ingerere nitebatur; ſed conſtantia & magnanimitate Pontificis repreſſus, minus audere cœpit; donec mortua Regina Margaretha pleniorem occaſionem deteſtabilis ſui propoſiti aſſequeretur; prius tamen Henricus requiem in cœlo nactus eſt, anno MCCCCVIII. XIV. Martij.

Johannes Gerichini, decimus nonus Archiepiſcopus Upſalienſis.

XIX. JOHANNES GERICHINI, natione Danus, â Gregorio XII. temporibus Roberti Bavari Imperatoris confirmatus, & pallio inſignitus, per aliquot annos majore uſus eſt licentia, quam Pontificem decebat. Temporalibus enim ſe ſe negotiis immiſcuit, Regalia tributa colligendo, & Clerum Diœceſeos ſuæ extorſionibus affligendo. Colonis item Eccleſiarum gravis & intolerabilis erat nimia hoſpitalitate & exactione. Conſiſtoriales ſuos contemptui habuit, tam in conſiliis, quam converſatione. Cum mulieribus nobilibus nimiam familiaritatem habuit: quare Conſiſtoriales tam ſcriptis, quam vivæ vocis oraculo, multipliciter eum ſunt adhortati, & fideliter monuerunt. Octaque tandem gravi infamia, Regis quoque animus contra eum graviter commotus eſt. Unde tam per Regem, quam per Capitulum impetratus eſt in cauſa ipſius judex delegatus Archi-Epiſcopus Rigenſis: qui propterea Holmiam venit: cauſaque cognita & relata ad Papam, privatus eſt Upſalienſi Præſulatu, & in carcerem Regis conditus. Elapſus autem è carcere venit Islandiam, factusque Epiſcopus Scalatenſis, â ruſticis Diœceſeos ejusdem crudeliſſime fuit interemptus.

Johannes Haquini, vigeſimus Archiepiſcopus Upſalienſis.

XX. JOHANNES HAQUINI, Gothus Vaſtenenſis, licet ante aſſumptionem Monachus eſſet, de ordine S. Brigittæ Vaſtenenſis, & vitæ ſanctimonia inſignis; tamen â patribus Eccleſiæ Upſalienſis nequaquam fuiſſet electus, niſi Rex Ericus mandaſſet, qui Pontifici Martino, V. Papæ tempore Sigismundi Imperatoris ſcripſit, & huic pallium Archi-Epiſcopale gratis impetravit, eâ conditione, ut depoſito habitu ordinis S. Brigittæ in poſterum uteretur habitu eorum, qui vocantur Canonici regulares Auguſtini. Fuit devotus, modeſtus ac prudens; remiſſus tamen in officio ſuo paſtorali Regem tempore ſuo pro magna parte conſiliis ſuis dirigebat. Ædificavit Upſaliæ domum lapideam novam in curia Archi-Epiſcopali, & tandem morbo lepræ infectus, obiit ſubito in negotio viſitationis, anno MCCCCXXXI, V.to Id. Februarij.

Olaus Laurentii, vigeſimus primus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.

XXI. OLAUS LAURENTII, Treudæ non procul ab Upſalia natus, primum domeſticis præceptoribus traditus, ſuper omnes coætaneos ſuos eruditione & moribus enituit. Deinde & miſſus eſt â Capitulo & Patribus Eccleſiæ Upſalienſis ad præclaram univerſitatem Pariſienſem, in qua brevi doctiſſimos Viros ingenio, facundia, prudentia, viſus fuit ſuperare. Quibus virtutibus ornatus, ſummo gaudio in patriam reverſus excipitur, & præpoſituræ dignitate omnium conſenſu honoratur. Igitur mortuo Johanne Haquini concorditer electus eſt in Archi-Epiſcopum; & difficillimo itinere per Finnoniam, Livoniam, Boruſſiam, Sileſiam profectus, Romam tandem appulit, & benevole ab Eugenio Papa (tempore Sigis-

mundi Imperatoris) consecrationem & pallium impetravit. Quo comperto Rex Ericus implacabili exarsit odio, & summo conatu hanc studuit electionem & consecrationem impedire, & hunc Olaum falso apud Papam accusavit. Durante hac discordia inter Regem Ericum & Olaum, substituit Rex alium Archi-Episcopum, nomine Arnoldum Clementis, Bergensem Norvegianum; qui â Deo protinus percussus crudeli morte expiravit. Huic Rex alium substituit Norvegianum, nomine Zorlacum, qui cognita dissensione in Regno fugam paravit. Sub hoc tumultu Olaus Regi est reconciliatus, & ad Ecclesiam Upsaliensem magna lætitia reductus; tandemque veneno extinctus periit, anno MCCCCXXVIII. VII. Cal. Julij.

Nicolaus Ragvaldi, vigesimus secundus Archi-Episcopus Upsaliensis.

XXII. NICOLAUS RAGVALDI, Gothus Vexionensis, post obitum *Olai* postulatus est Archi-Episcopus, Vir multæ eruditionis & prudentiæ. Talem se Regi & Patriæ præbuit, ut omnium aquilonarium Regnorum Pontifices præcellere putaretur. Nam unus ex omnibus electus, qui nomine Regis quatuorque Regnorum ad concilium Basilienſe mitteretur, â patribus summo honore fuit exceptus, & præ cæteris omnibus congregatis dignus judicatus, qui perplexam & diuturnam illam discordiam inter Regem Galliæ & Ducem Burgundiæ, una cum Archi-Episcopo Nicosiensi exstingueret; quod & prudenter & sedulo perfecit, â Principibus ipsis jam reconciliatis, donis magnificentissimis ornatus. Plurima præterea laude digna effecit, inter quæ hoc præcipuum, quod ad honorem patriæ, *historiam* de antiquitatibus, origine, progressu, victoriis & eminentia Gothorum pertexuit, & in publico omnium consessu ita peroravit, ut persuasum esset Patribus, Regi Gothorum nulla injuria primum deberi locum inter Reges & Principes Christianos. (Extat hæc oratio apud Johannem Magnum Lib. XVI. Cap. 28.) obiit anno Chr. MCCCCLIIX, XVII. Febr. & Upsaliæ sepultus est.

Johannes Benedicti de Sadelstade, vigesimus tertius Archiepiscopus Upsaliensis.

XXIII. JOHANNES *Benedicti de Sadelstade*, Vir nobilitate & literarum præstantia præclarus, communi patrum consensu post fata Nicolai ad dignitatem Pontificiam adscendere meruit. Er, quoniam eo tempore Schisma vigebat in Ecclesia Romana inter Felicem & Nicolaum, missi sunt solennes nuncii â capitulo Upsaliensi, qui confirmationem & pallium electo Pontifici suo impetrarent; plures item alii cum hujusmodi mandato, ut ab invicem diviſi, per diversas transirent nationes, diligenter inquisituri, uter haberetur pro indubitato Apostolico successore; quem autem cognoscerent pro vero haberi summo Pontifice, ab illo confirmationem & pallium postularent. Altera pars ad concilium Basilienſe, altera Romam se contulit ad Nicolaum, Papam V. Qui eidem electo Archi-Episcopo rescripsit, præcepitque, ut, damnati concilij Basilienſis confirmatione rejecta, â se unico & vero summo Pontifice acciperet confirmationem. Hic Præsul, incolis Regni enixe petentibus, ut se â tyrannide Regis Caroli liberaret, Regi bellum movit, eumque Stockholmiæ multitudine incolarum stipatus obsedit. Rex fugam capessere coactus, Gedanum se contulit. Archi-Episcopus autem cum paucis Consiliariis imprudenter Christiernum, Regem Daniæ, in Regnum accersitum, Stockholmiæ temere & absque Senatus

Regni

Regni conſenſu decretoque populi coronavit. Quod illius factum Chriſtiernus poſtea ſumma ingratitudine compenſavit, & Præſulem absque juſta cauſa ſecum captivum in Daniam abduxit, perpetuoque carceri mancipavit; donec Catillus, Epiſcopus Lincopenſis, collectis undique copiis, Chriſtiernianæ factionis homines ex Suecia ejecit, Carolum ex Boruſſia revocavit, Archiepiſcopumque e manibus & carcere Chriſtierni eripuit, eumque ad ſuam metropolim redire permiſit, Patria cum Rege & Pontifice in libertatem & tranquillitatem reſtituta.

XXIV. JACOBUS ULFONIS, quum Romæ intellexiſſet, Regem Carolum in locum defuncti Johannis Archi-Epiſcopi quendam Tondonem, Decanum Lincopenſem, capitulo invito, intruſiſſe, indigniſſime tulit eam Regis præſumptionem, quæ legibus divinis & humanis nimium repugnare ſibi videbatur: ideoque ſibi conſecrationem & pallium impetravit â *Paulo II.* Papa, (tempore Friderici III. Imperatoris, anno 1469.) & limina Patriæ ingreſſus, ſpectator factus eſt atrocis prælij, quod anno 1471. VIII. Octobr. juxta mœnia civitatis Holmenſis inter *Chriſtiernum*, ejus nominis primum, Regem Daniæ, & Stenonem Sture, Regni Sueciæ gubernatorem, commiſſum fuit. Senatorum enim rogatu in numerum Senatorum adſcriptus eſt; quod tamen ſtrenue recuſabat. Hic Pontifex multis injuriis laceſſitus atque defatigatus, circa quadrageſimum ſextum ſui Pontificatus annum, Archiepiſcopatum in manus *Leonis* Papæ X. in favorem *Guſtavi Trolle* reſignavit, & ſupervixit annis VIII. Tempore hujus Archiepiſcopi Jacobi erat in Suecia Bartholomæus de Camerino, quæſtor *Innocentii VIII.* qui maximum theſaurum è Regnis Aquilonaribus exportavit, ſub prætextu debellandi Turcam. Mors hujus Archiepiſcopi incidit in annum 1522. nec corpus ejus permiſſum eſt Eccleſiaſticæ ſepulturæ commendari ante annum 1526. quod tunc translatum fuit ex Monaſterio Carthuſianorum Gripsholmenſi, in quo obierat, & Upſaliæ honorifice ſepultum IV. Febr. ejusdem anni. Inter cætera ejusdem Præſulis egregie facta haud minimum eſt, quod ſumma cura & induſtria allaboravit, ut Academia inſtitueretur Upſaliæ, conſilio Cleri totius Regni in eum finem coadunato, & Regis conſenſu impetrato: è Synodo quoque Romam cum literis ablegatus eſt *Ragualdus Ingemundi*, Canonicus Upſalienſis, qui ea, quæ jam commonſtrari poſſunt, privilegia Sixti IV. Pontificis, anno CIↃCCCCLXXVI. III. Cal. Martij, in urbe Roma exarata, obtinuit; quibus Upſalienſi Academiæ eædem prorſus immunitates, quæ Bononienſi, conceduntur.

Jacobus Ulfonis, vigeſimus quartus Archiepiſcopus Upſalienſis.

XXV. GUSTAVUS TROLLE, patrem habuit *Ericum Trolle*, genere, eruditione, virtutibus nobiliſſimum; Huic confirmationem & pallium *Steno Sture* per literas petiit â *Leone X.* Papa, impetravitque anno CIↃIↃXV. munus Pontificiale ſumma difficultate peregit, una cum *Chriſtierno* Regno expulſus, & extra patriam mortuus.

Guſtav. Trolle, vigeſimus quintus Upſalienſis Archi-Epiſcopus.

XXVI. JOHANNES MAGNI, Gothus, Lincopiæ anno CIↃCCCLXXXVIII. *XIX.* Martii ex honeſtis parentibus natus, & eorum cura bonis literis mancipatus, laudabiles valde progreſſus in iis fecit non modo domi, ſed & in clarioribus Germaniæ, Galliæ & Italiæ Academiis.

Joannes Magni, vigeſimus ſextus Archiepiſco-

pus Upſalienſis. Juſſus quoque eſt à Stenone Sture, Regni Sueciæ gubernatore, ad Romanam curiam ſe conferre, ut doctiſſimorum Virorum inſtitutione & conſuetudine talis evaderet, qualem Respublica Suecana unicè flagitabat. Et poſtquam gradu Magiſterii in Gymnaſio Perufiano eſſet inſignitus, & Profeſſor Theologiæ factus, Romam ab Adriano VI. Papa fuit evocatus; eique legatio in cauſa periclitantis fidei Romano-Catholicæ in Suecia eſt deſtinata. Qui, quum in Sueciam veniſſet, comperit, Guſtavum à Proceribus Regni CIↃIↃXXIII. VI. die Junij, in Regem fuiſſe electum & coronatum. Qui adeo in religione reformata erat confirmatus, ut Legatus fruſtra in ipſo ab ea deducendo laboraverit. Nihilo ſecius à Rege & Proceribus Regni Capitulique Upſalienſis Archi-Epiſcopus, ſpecie recuſantis, electus eſt. Sed quum reformatam religionem amplecti nollet, fruſtratus eſt officio Archiepiſcopali, Romamque reverſus. Ubi tandem mortuus anno CIↃIↃXLIV. XXII. die Martij. Hic hiſtoriam Gothorum ſumma diligentia & fidelitate conſcripſit, item hiſtoriam metropoliſanæ Eccleſiæ Upſalienſis, Romæ editam CIↃIↃLX.

Hi præfati XXVI. Archi-Epiſcopi Romanæ religioni fuerunt addicti, & à Pontificibus Romanis confirmati, & pallio Archi-Epiſcopali inſigniti.

Laurentius Petri, vigeſimus ſeptimus Archi-Epiſcopus Upſalienſis.

XXVII. LAURENTIUS PETRI, *Gothus*, poſtquam Johannes Magni Romam eſſet regreſſus, & reformata religio ſecundum Confeſſionem Auguſtanam in Sueciam ſpargi & propagari cœpit, ad munus Archi-Epiſcopale, poſtulante Rege Guſtavo, & toto Capitulo Upſalienſi, electus eſt anno CIↃIↃXXXI. pallio Archi-Epiſcopali à Papa confirmari & decorari nolnit; ſed ſimplici ſuffraganeorum electione & trium Epiſcoporum ordinatione fuit contentus. Hic *Laurentius* fratrem Germanum habuit *Olaum Petri.* Qui circa annum Chr. CIↃIↃXX. Wittebergæ ſtuduit, & attentiſſimus B. Martini Lutheri diſcipulus fuit: quem contra Papam legentem diſputantemque audivit, & publico ſcripto indulgentias Papales impugnavit. Hic Olaus doctrina & moribus B. Lutheri ita informatus in Sueciam reverſus eſt, eo ferme tempore, quo Synodus Provincialis Stringnenſis celebrata eſt, anno CIↃIↃXXIV, ubi *Guſtavus* electus eſt. Hic *Olaus* eandem, quam inbiberat, doctrinam publice & privatim coram Rege & Proceribus Regni, nullo reſiſtente, prædicare cœpit. Quæ ut vera & orthodoxa fuit, ita felicem & optatum progreſſum & eventum ſortita eſt. Hanc Rex amplexus eſt, & præfatus *Olaus* hoc ipſo ſingularem gratiam apud Regem conſecutus eſt, idoneumque nactus eſt diſcipulum *Laurentium Andreæ*, Presbyterum & Archidiaconum Eccleſiæ Stringnenſis: & uti *Lutherus & Melanchthon* in Germania; ſic hi duo in Suecia abjecto jugo Papali Eccleſiam, à fœcibus Pontificis purgatam, in vera ſalutifera Evangelica doctrina informarunt: ut item *Guſtavus* à ſervitute civili Rempublicam Suecanam adoptatam libertatem vindicavit; ita & hic eandem à ſervitute Eccleſiaſtica in veram libertatem reſtituerunt, & per totum Regnum Evangelicam doctrinam ſeminarunt. Nec minori diligentia & dexteritate Laurentius Petri, Archi-Præſul Upſalienſis in hoc

Olaus & Laurentius Andreæ puri Doctores Evangelii in Suecia.

Digitized by Google

hoc negotio laboravit; qui cum fratre suo Olao Sacra Biblia in linguam Suecicam ex versione Germanica Lutheri transtulit.

Abrah. And. Angermannus, vigesimus octavus Archiepiscopus Upsaliensis.

XXIIX. ABRAHAMUS ANDREÆ ANGERMANNUS, incidit in tempora Johannis Regis tertij, sub quo viguit illud malum Liturgicum, multis exosum, cui se Archi-Episcopus opposuit. Cujus rei causa in exilium fuit pulsus. Quo sedato in patriam est reversus.

Olaus Martini, vigesimus nonus Archiep. Upsal.

XXIX. OLAUS MARTINI, Vir singulari pietate & in sacris literis apprime eruditus: in concionibus sacris excellens, quæ, si typis mandatæ essent, magnum ubique fructum commune Ministerium Ecclesiasticum sentiret.

Petrus Kenicius, trigesimus Archi-Episcopus Upsaliensis.

XXX. PETRUS KENICIUS, Bodniensis, S.S. Theologiæ Doctor, & Academiæ Upsaliensis Vice-Cancellarius; antequam ad hanc dignitatem solenniter vocatus fuit, Ecclesiæ Scarinensi in munere Episcopali summa cum laude præfuit: Vir mira sane gravitate & animi corporisque dotibus summè præclarus.

DE ORIGINE CHRISTIANISMI IN DANIA.

ORigines Christianismi in Daniâ vel digito tangit, id est, breviter tradit Cyriacus Spangenberg in Speculo Nobilitatis, Adel-Spiegel/ Lib. VI. c. V. p. 50. ubi meminit, quod Dani Seculo nono & decimo post Christum natum ad Christianam Religionem pervenerint. Plura habet Fridericus Leuholff de Franckenberg, sive Illustris Zechius, Regis Poloniarum & Electoris Saxoniæ Consiliarius Intimus in eximio Tractatu, cujus sinulus: Europäischer Herold/ in cujus libri Tomo secundo p. 240. Origines Christianismi in Daniâ ita describit. König Erich I. so A. C. 847. zum Dänischen Thron kommen/ hat die Glückseeligkeit gehabt/ daß er die Christliche Religion nicht nur vor seine höchste Königliche Person und sein Königliches Haus angenommen/ sondern auch durch S. Anegarium, Ertzbischoff zu Bremen/ selbige in dem Königreich pflantzen lassen. Wiewol andere es seinem Herrn Bruder und Reichs-Vorfahren Haraldo zuschreiben. Hergegen meldet König Erich/ Hertzog in Pommern/ in seinem Verzeichnus vom Ursprung der Dänen/ daß dieser König Erich I. den Christlichen Glauben wieder verläugnet/ und alle Christliche Kirchen seiner Reiche und Lande schlieffen/ die Bischöffe und Clerisey nidermachen lassen/ und das Volck zum Heydenthum zurückgezogen habe. Mit seines Bruders Sohn/ König Guthorn in Norwegen/ habe er ein fatales Treffen gehalten/ darinnen neben der grossen Menge beederseits Armeen/ die Königliche Häuser einander

dergestalt auffgerieben/ daß nur ein einiger Printz Erich Barn/ König Sivards III. Sohn/ übrig blieben/ und dieser hat die Christliche Religion wieder angenommen und eingeführt/ auch in die 40. Jahre regieret. Bey seinen Nachfahrern hat die Christliche Lehre veränderliche und mehrentheils beschwerliche Fälle gehabt/ indem weder Regenten noch Unterthanen beständig dabey geblieben/ und bald die H. Tauff empfangen/ bald wieder zum Heydenthum/ mit Verfolgung der Christen/ sich zurückgeschlagen.

DE
ORIGINE CHRISTIANISMI
IN POLONIA.

ILlustris Fridericus Leutholf de Franckenberg, sive Bernhard Zechius, in allegato rerum Europæarum eximio Commentario, linguâ Germanicâ scripto, Tom. II. p. 506. Origines Christianismi in Poloniâ ita recenset. Fürst Ziernomislus/ war ein Friedliebender Regent/ welcher in seinem Alter einen Sohn/ Nahmens Miesko/ oder Mieciß-laus I. genandt/ erzeuget/ starb A. Chr. 962. Gedachter sein Sohn folgte ihm nach in dem Regiment/ er war blind gebohren/ als er aber/ damaliger Mode nach/ im siebenden Jahr seines Alters zuerst das Haar abnemmen lassen/ und einen gewissen Nahmen empfangen solte/ wurde er gantz unvermutheter weise sehend/ welches man vor ein gut Omen auffnahme/ daß er und die ihm unterthänige Nation zum Glantz und Licht deß Christenthums forthin gelangen solte. Inmassen auch also erfolget/ daß er sich A. C. 965. tauffen lassen. Hiezu haben ihn einige Teutsche beweget/ vorstellende/ wann er sich würde tauffen lassen/ und die Heydnische Abgötterey ablegen/ so würde er Kinder bekommen. Dann ob er wohl sieben Concubinen hatte/ war er doch ohne Kinder. Diesen Vorschlag liesse er sich wohlgefallen/ verstieß die Heydinnen/ und vermählte sich an Fräulein Dambronikin/ oder Dambrawca/ Hertzogs Boleslai in Böhmen Tochter/ mit welcher er sich und zugleich auch mit der Christlichen Kirchen copuliren/ auch nach der Hand gantz Polen zum Christenthum anführen liesse. Die Ertzbistümer/ welche er gestifftet/ sind Gnesen und Krackau/ die Bistümer aber Posen/ Breßlau/ Cruß-witz/ Plozko/ Culm/ Libus und Kaminiez. Wozu ihme Papst Johannes/ der XIII. durch den Bischoff zu Tusculo Ægidium gute Anleitung gabe. Es ließ auch dieser erste Christliche Fürst Papst Benedict VII. umb die Königliche Kron und Titul ansuchen/ erlangte aber selbige deßwegen nicht/ weil der Papst nicht recht trauen wolte/ ob der neue Christl. Regent in der Religion auch beständig seyn/ oder es nach Art seiner Nachbarn/ der Schweden/ machen würde. Mitlerweile bekam Miecislaus I. einen Sohn/ welchen er Boleslaum nennen ließ/ welches seinen Eifer vor die Christliche Religion noch mehr anflammete/ dahero er ein Gesetz ertheilte/ daß/ wann in der Meß das Evangelium gelesen wurde/ die anwesende ihre Sebel halb auß der Scheiden ziehen/ und hiedurch die

die Beſchützung der Religion / dazu ſie ſich in Bereitſchafft ſetzten / andeuten ſollten. ꝛc. Hæc Zechius. Conſentit Johannes Dlugoſſus, ſive Longinus, Canonicus quondam Cracovienſis, qui in Hiſtoriâ Polonicâ, Libris XII. conſtante, p. 1042. Lib. 6. hæc habet. Polonorum Converſionis annum aſſignant Annum 965. Conferri meretur Simon Staro Volſcius, primicerius Tarnovienſis, in Hiſtoriâ Epiſcoporum Cracovienſium, & in ſcriptorum Polonicorum Hecatontade, ſeu Illuſtrium Poloniæ Centum ſcriptorum vitis & Elogiis. Francofurti A. 1625. editis, ubi plura de hoc Argumento conf. Sam. Joach. Hoppii de Scriptoribus rerum Polonicarum Schediasma literarium Gabr. Groddeckii, PP. ac Bibliothecarii Gedanenſis & Valent. Schieſſii, Patritii Gedanenſis, annotationibus auctum.

DE ORIGINE CHRISTIANISMI IN RUSSIA.

LEctu digniſſima ſunt, quæ de initiis Chriſtianismi in Ruſſiâ ſcribit Author quidam latens ſub nomine Theophili Wahrmund in libello, cujus Epigraphe: univerſa Religio Ruthenica, ſive Moſcovitica, oder die auffgehende Sonne der Chriſtlichen Religion / wie und zu welcher Zeit dieſelbe durch die finſtere Wolcken deß Heydenthums ſich hervor gethan / und das gantze Moſcovitiſche Reich beſtrahlet / auch waß darinnen biß auff jetzige Zeit / ſo wohl in Glaubens Articuln / als Kirchen Ceremoniis, vorgegangen und geändert worden iſt / und wie weit ſie mit andern Religionen überein komme. Es rühmen ſich die Moſcoviter gar ſtarck / daß ſie den Anfang ihres Chriſtenthums von dem H. Apoſtel Andrea empfangen / welcher über den Pontum Euxinum aus Griechenland ſolle geſchiffet / und an den Mund deß Boriſthenis angeländet ſeyn / von dannen er nach Kiou (welche ehmal die vornehmſte Ruſſiſche Handels-Statt geweſen) ſich begeben / dem Volck allda das groſſe Erkanntnis GOttes gelehret / gantz Reußland getaufft / und ihnen das Zeichen deß H. Creutzes / wie ſie ſich ſeegnen ſolten / gezeiget hätte. Hernach ſey er weiter nach Novogrod gereiſet / ſie auch daſelbſt zum Chriſtlichen Glauben bekehrt / und dann wäre er über die Oſt-See geſegelt / hätte ſich nach Rom / und endlich nach der Inſul Peloponneſo, ſo jetzt Morea heißt / gewendet / allwo er um Chriſti willen / unter dem König Ægo ſey gecreutzigt worden.

Die zu Novogrod aber haben in ihren geſchriebenen Annalibus, daß ein gewißer H. Antonius genandt / ſie zu dem Chriſtlichen Glauben bekehrt habe. So viel iſt gewiß / das dieſe Roxolani, oder Reuſſen / ein Barbariſches Volck geweſen / nulli diſciplinæ, nulli Curioſitati ergeben / und bis auff das neunte Seculum nach Chriſti Geburt Heyden geblieben / da alſo das erſte Lichtlein deß im erſten Seculo unter ihnen gepredigten Evangelii / wie bey vielen andern / aus ihrer eigenen Schuld / ihnen bald wieder entwichen. Wie ſie dann die Götzen-Bilder Piorum, Scribi, Chorſi, Mocoſſi, angebe-

tet /

tet / welche gedachter Author, Wahrmund / von einem Juden / ſo ſich auff Reuſſiſch tauffen laſſen / communicirt bekommen / nebſt andern gründlichen Nachrichten von der Reuſſiſchen Religion.

Als der Reuſſiſche / noch Heidniſche / Regent Rurich ſterben wollte / hat er ſeinem Sohn Igor das Reich übergeben / welcher nach deß Rurichs Tod mit der Ola / ſo auß Pleskoa gebürtig / Beylager gehalten / mit deren er einen Sohn / nahmens Stoslaus, gezeugt. Als nun dieſer Igor auch geſtorben / hat die Ola / weil ihr Sohn noch zu ſchwach / die Regierung allein angetretten / die auch endlich A. Chr. 955. zu Conſtantinopel unter dem damaligen König Johannes ſich hat tauffen und Helena nennen laſſen.

Dieſe Heldenmüthige Groß-Fürſtin Helena wird in den jetzigen Reuſſiſchen Geſchicht-Büchern Imago Solis, oder das Sonnen-Bild / genennt: Dann ſagen ſie / gleichwie die Sonne die gantze Welt / alſo hätte ſie das gantze Reuſſiſche Reich durch den Glauben an Chriſtum JEſum beſtrahlet und erleuchtet. Es iſt auch dieſe Groß-Fürſtin Helena in dem Chriſtlichen Glauben beſtändig geblieben und ſeelig geſtorben. Ihr Sohn aber Stoslaus hat den Chriſtlichen Glauben nicht annemmen wollen / ſein Sohn dagegen Wolodomirus, den er von der Maluſcha, eines Burgers Tochter von Novogrod, (ſo er in der Frau Mutter Frauen-Zimmer zu Fall gebracht / und nachmahls mit ihr Beylager gehalten) gezeugt hatte / als er ſeine beede Brüder Jeropolch und Olega totaliter geſchlagen / und alſo ein Monarcha des gantzen Reichs geworden / hat endlich / ob er gleich vorher zu Kiou viel Götzen-Bilder ſetzen laſſen / und ſelben geopffert / den Chriſtlichen Glauben angenommen. vid. Auth. cit. p. 1. ſeqq. vid. plura in Baronii ab Herberſtein, Legati Cæſarei ad Magnum Ducem Ruſſiæ, Commentario rerum Moſcoviticarum, ubi ſcribit, Ruſſos A. 961. ad Chriſtianam Religionem ſub Ottone III. Imp. perveniſſe. Guagninus in deſcript. Moſcov. ponit Annum 947. Conferatur etiam Micrælius in Syntagm. Eccleſ. lib. 3. p. 3. & Martin. Cramerus l. 3. Rerum Polon. Paulus Jovius, Lib. de Legat. Baſilii M. Principis Moſcov. ad Clementem VII. Pontif.

Sub Regimine Baſilii, Magni Principis Ruſſiæ, tota Ruſſia ad Chriſtianismum pervenit, uti notus ille Moſcoviæ Tyrannus, Johannes Baſilides, vel Iwan Waſilowicz, in reſponſo ad confeſſionem Johannis Rahitæ, Theologi Poloni, A. 1570. Legatis Sigismundi, Regis Poloniæ, dato, modeſtè & egregiè ſequentibus exponit. Baptizantur Noſtri in Nomine DEI Patris, & Filii & Spiritus Sancti, poſtquam primus Progenitor, Beatus ille & Magnus Czar Wolodimirus, divinitus illuſtratus, nomen Baſilii ad myſticam undam nactus eſt, à quo tempore usque ad hunc diem, non Ruſſiaca, ſed Chriſtiana appellatur fides noſtra. vid. Heidenſteinius, Secret. Regis Polon. lib. I. de Bello Moſcovit. item Ruſſorum Annales, & Hiſtoria Byzantina.

DE

DE RELIGIONE LAPPONUM CHRISTIANA EX JOHANNIS SCHÆFFERI, Argentoratenſis, Hiſtoria Lapponica.

UT gentes cæteras, ſic & Lapponicam, poſt diuturnas paganismi tenebras religionis Chriſtianæ lumen colluſtravit. Quare nobis & de ipſa nunc dicendum. Ante omnia quærendum, quando id ſit factum, quoque primum tempore nomen Chriſti ceperit à Lapponibus audiri. Sed hoc dictu admodum difficile, quia nihil de eo conſignatum literis habemus. Equidem teſtatur Dn. Plantinus, ſeculo ſuperiori demum ipſos dicere, ſe primum de religione Chriſtiana cœpiſſe audire, indeque colligit, egreſſos à Finnonibus, priusquam ipſi Finnones fuerint converſi ad religionem iſtam. Verba ejus hæc ſunt. Conſtat, cum præterlapſo proximè ſeculo primum deprædicaretur Evangelium, Barbaris totum ſalutis negotium fuiſſe inauditum, ut ne fando quidem fatentur, ſe de Chriſto inaudiſſe. Verum utut iſthoc tradant, tamen fides eis adhiberi difficulter poteſt. Conſtat enim ex adverſo, jam temporibus Ziegleri cognitam habuiſſe religionem Chriſtianam, quosdam ipſorum quoque coluiſſe. Vixit autem Zieglerus ab initio proximo præterlapſi ſeculi, ut qui cladi Holmenſi, à Chriſtiano tyranno factæ, interfuerit, eamque deſcriptione luculenta memorarit. Quin imò Zieglerus ſic de ea re, ut videatur memorare veterem, & ante iſta tempora non ignoraram. Religionem Chriſtianam, inquit, ſubinde admittunt in gratiam Regum, quibus parent. Dicit, Regum, ut non modo Chriſtierni tempore, & ſeculo præcedente proximo, ſed & ante ipſum, & ſic ſeculis ſuperioribus intelligatur, nomen Chriſti & religionis Chriſtianæ cognoviſſe. Ac profecto quis crediderit, tot Reges Chriſtianos religionis Chriſtianæ plane nullam habuiſſe curam in Lapponibus, atque licet ſub Impetio haberent ſuo, paſſos tamen eſſe, ipſos vivere impietate paganica, & ne nomen quidem Chriſti, aut religionis Chriſtianæ ipſis feciſſe notum. Cum præſertim extent litteræ Erici Pomerani Regis, quibus monet Conſiſtorium Upſalienſe, ut mittat Sacerdotes ad erudiendos Lapponas. Quarum argumento poſtea & Carolus Nonus, ſuum Sueciæque jus in Lapponas contra vicinos aſſeruit, qui ſic inter alia: Rex quoque Ericus Pomeranus, licet æque eſſet Rex Daniæ Norvagiæque, ac Sueciæ, ad Upſal. tamen capitulum dedit litteras, ut deſtinaret Sacerdotes in Lapponiam. Quid? Quod victos habuerint Birkarlos, gente Finnonas aut Suecos, atque pridem factos Chriſtianos: quod cum his exercuerint commercia; quod tributa quoque ipſis pependerint, jam inde à Regis Magni Ladulaos temporibus, ut ſupra demonſtravimus, & faciemus pluribus in ſequentibus, qui Rex Magnus vixit ſeculo à præſenti quarto. Itaque non poteſt verum eſſe, quod de ſeculo proximè præterlapſo memoratur. Contra cre-

do inde ab ipsis illis Regis Magni Ladulaos temporibus fuisse semper inter Lapponas, qui aut essent Christiani, aut se esse simularent. Neque tum subacta est Lapponia, & Provincia facta Regni Suecici, ut in sequentibus monstrabo, neque potest ambigi, quin cum Imperio in Lapponas notitiam Religionis Christianæ simul Sueci propagarint. Quanquam, si est vera conjectura nostra de migratione Lapponum ex Finnonia ob bella Erici Sancti, & religionem Christianam introductam in Finnoniam, etiam tum aliquid audiverint de Christo, & Religione Christiana, licet neglexerint ac repudiarint. Maximè cum vicinos semper haberent Finnonas, quos nil eis per tot secula significasse de Christo & Religione Christiana, prudens nemo sibi facile persuaderi patietur. Manet ergo mea sententia hoc potius verum, Lapponas jam inde à temporibus Erici Sancti, i. e. seculis quinque & amplius nomen Christi audivisse, repudiasse tamen pietatem Christianam, & doctrinam, quamdiu juris sui fuerunt. Postquam verò veneruns sub Imperium Suecorum sive sponte sua, & ut placerent Regibus suis, sicut ait Zieglerus, sive causis aliis amplexos quoque esse nomen Christianum. Quod cum acciderit sub Rege Magno Ladulos, qui vixit anno MCCLXXVII. post nativitatem Salvatoris, liquet, quibus ex temporibus initia religionis Christianæ apud Lapponas sint repetenda. Et hoc primum est. Videamus jam, quæ ista fuerit religio, ac qualis. Docet hoc Zieglerus, quando ait: Religionem Christianam neque sequuntur, neque etiam refugiunt, tanquam Judaico odio in eam offensi, sed subinde admittunt in gratiam Regum, quibus parent. Ostendit aperte, non fuisse studium apud eos vel ardorem, nec secutos esse hanc Religionem, quod præferrent suæ veteri, crederentque sibi necessariam ad salutem, sed exterius solummodo, & in speciem, ut haberent eam inter instrumenta aucupandæ gratiæ regiæ, & avertendi mali, quod imminuisset, si pertinacius obstitissent illi. Atque huc spectabat, quod conjugia celebrarent evocato & præsente Sacerdote Christiano, quod liberos à se editos deferrent ad templa, Christianoque ritu curarent baptizari. Erantque ista duo præcipua, intra quæ religio ista subsistebat. Itaque & sola ab Olao Magno memorantur. Nam verbi divini prædicatio, informatioque cætera in religionis Christianæ capitibus præcipuis omninò penè tum ignota ipsis. Quod apparet facile, quia testatur Zieglerus, Præsules plerosque curam instituendæ gentis ejus abjecisse. Colligitur & ex notitiis antiquis diœceseum & populorum, qui cuique sint adscripti. Nulla quippe ibi mentio Diœceseos Lapponicæ, vel templi alicujus, vel in universum Lapponum ad diœcesin aliquam spectantium. Denique si fecissent ipsi officium suum, quod ita necesse fuerat, ut ab Erico Pomerano admonerentur per literas, ad mittendos in Lapponiam Sacerdotes, uti supra vidimus. Laborat equidem Olaus Magnus, hoc, & cætera, quæ affert de religione Christiana minus propagata in Lapponibus Zieglerus, revellere, Libr. IV. Historiæ suæ c. 19. Sed tamen testari ipse cogitur, extremi Aquilonis populos ad fidem catholicam in tot retroactis ætatibus & seculis integraliter haud vocatos esse, id est, verbum atque Evangelium Dei non audivisse. Unde & in cap. 17. ejusce libri spectat tantum, fore, ut aliquando fiant Christiani, & verbum audiant divinum. Spes est, ait, ut aliquando audita divini verbi vera prædicatione ad communionem Christi fidelium accedere non tardent. Atque hic religionis Christianæ qui-

dep

dem ſtatus apud Lapponas ad tempora Guſtavi usque. Miſerabilis videlicet, & quia paganismo veteri differret nihil, niſi ſolo nomine, & externis ritibus quibusdam, quibus nomen Chriſtianum Lappones utcunque ſtudebant tueri. Ut non immerito conqueſtus fuerit Damianus à Göes, æqualis & amicus licet Johannis & Olai Magnorum, in Regionibus Lapporum nullam Dei & Chriſti cognitionem eſſe. Nam quod Olaus Magnus ſcribit lib. 4. cap. 17. pia prævalente exhortatione Catholicorum Sacerdotum magna pars ſylveſtrium hominum (ſic vocat Lapponas, ut alibi oſtendi) inducta eſt, majorque ſpes oritur, ut à modo ſedatis alibi erroribus, unanimiter inducendi accedant ad religionem Chriſtianam, id quo loco ſit habendum, & quo modo debeat intelligi, vel ex ſuperioribus cognoſcitur. Quid autem factum, poſtquam Rex Guſtavus venit ad imperium? Tunc ut cura major habita religionis veræ, quam ſuperioribus temporibus per Regnum cæterum, ita & per Regiones Lapponum. Quo inprimis conducebat, quod cum ante Lappones eſſent tributarii Birckarlis potius, quam Regibus, & propterea à Regibus negligerentur, à Guſtavo revocati ſint ſub curam atque diſpoſitionem regiam, ut dicetur amplius in ſequentibus. Tum enim inſtitutum, ut de anno certis convenirent temporibus, quibus ut tributa penderent Regiis miniſtris, ita conciones audirent iis ipſis locis, & in verbo divino erudirentur. Memorat inſtitutum ipſum Buræus in Deſc. Sueciæ; Hyeme, inquit, cum tributa ab illis exigenda ſunt, certis quibusdam locis, certoque tempore, quaſi in hordas congregantur. Illo tempore Sacerdotes adſunt, qui illorum infantes baptizant, articulosque fidei aliaque religionis Chriſtianæ exercitia Lapponibus proponunt, examinantque anno ſequente, quod priori illos docuerant, rationem poſcentes Chriſtianismi. Inſtitutum hoc initium ſumſiſſe ſub Guſtavo liquet, quia Reges ante ipſum tributa nulla à Lapponibus capiebant, ac proinde nulla erat tributorum cauſa congregatio eorum, nulli certi & ſtaturi conventus. Sed nec tale quidpiam ab Olao memoratur, quod non erat omiſſurus, ſi fuiſſet receptum. Imò contra Lapponas tum, ſi qui vellent baptizari liberos ſuos, fatetur coactos iter facere ad Eccleſias Chriſtianorum, ducentis & pluribus miliaribus Italicis diſtantes ab ipſis. Verba ejus ſunt ex lib. 4. cap. 17. Diſtant ducentis & amplius miliaribus Italicis ab Eccleſiis Chriſtianorum, ad quas ob eam immenſam diſtantiam rarius valent appropinquare. Verum tamen, qui Chriſtiano ritu ſeſe ſubdiderant, obedientiſſimi reperiuntur, licet ob prædictam diſtantiam ſemel aut bis in anno ſuas viſitent Eccleſias baptismales, liberosque lactentes cophinis ſeu corbibus impoſitos poſt tergum ligatos ſecum baptizandos comportent. Nullos ergo ipſi tum in ſuis Regionibus habuere Lappones, nullus ad ipſos veniebat Sacerdos, liberi non apud ipſos, ſed in proximis Suecorum templis, Angermannorum puta, Helſingorum & ſimilium, quæ hic vocat Eccleſias Chriſtianorum, item Eccleſias baptismales Lapponum, baptizabantur. Ad quæ templa niſi venirent ultro, liberosque deferrent ſuos, nemo erat, qui hoc nomine ipſos arguebat. Id quod intelligitur ex literis Guſtavi primi, ſcriptis Holmiæ A. 1559. d. 24. Julij, ut in quibus queritur, non paucos eſſe Lappones non baptizatos: Allatum eſt ad nos, multos exiſtere inter vos, qui nec dum paſſi ſint, ſe baptizari. Fiebatque hoc magis, quod apud Lapponas crederentur mori, ſi qui baptizarentur adulti. Qua de re teſtatur Peuce-

tus: Dicunt, ait, quod si provectiores ætate baptismum suscipiant, ii communiter intra sepimum aut octavum diem à baptismo moriantur. At verò temporibus Gustavi una cum ministris Regiis tributa collecturis, in ipsas Lapponum terras penetrabant Sacerdotes, ipsorum ibi baptizabant liberos, in religione Christiana informabant ipsos. Neque fuit nuda recitatio divini verbi. Auscultare id sollicite ac cum cura tenebantur, quia cogebantur reddere rationem auditorum, & profectus demonstrare suos in examine, quod sequebatur. Cœpit ergo verè tum audiri apud ipsos Dei verbum, bonaque fide atque serio coli pietas Christiana. Ut non sine causa hoc respectu quidem dicant aliqui eorum, seculo præterlapso demum annunciatum sibi Evangelium, antea salutis negotium incognitum fuisse, uti supra vidimus. Cum præsertim certi ad Lapponas sint destinati Sacerdotes, qui erudirent ipsos in religione Christiana. Quod manifesto ostendunt Gustavi primi literæ, superius laudatæ, quibus præcipit, ut missum ad ipsos Dominum Michaelem diligenter pi eque audiant, quem existimo fuisse primum, saltem post religionis reformationem, quem Lapponas acceperunt Sacerdotem anno MDLIX. verba litterarum, quia longiora sunt, Latine tantum adferam. Igitur ut æque Lappones ac cæteri sanctam hanc Dei notitiam, animæque suæ salutem queant consequi, huic nostro fideli Domino Michaeli mandavimus, ficut & eidem per præsentes mandamus, ut det operam, quantam potest, per pias Christianasque adhortationes ac informationes, quo prædicti Lappones pervenire queant ad veram Dei agnitionem, Baptismum, & religionem Christianam &c. Longe verò magis hoc factum temporibus sequentibus, & sub Carolo, Gustavo Adolpho, & Christina Regibus. Tum enim adjecta duo præcipua subsidia, sine quibus subsistere, viresque aut incrementa sua capere religio non potest. Templa intelligo & Scholas, quæ tum primum in Lapponia sunt constituta. Templa ædificari primus curavit Carolus Nonus, quod testatur Olaus Petri: Carolus IX. ait; templa in singulis Marchiis ædificanda, & cuiliber Marchiæ pastores præficiendos, Regioque sumtu sustentandos, & clementer & diligenter procuravit. Sic Andreas Buræus in descriptione Sueciæ. Templa, inquit, in quibus Sacra peraguntur, Carolus Nonus iis locis ædificari fecit. Idem Balius Lib. VII. Hist. Eccl. cap. 5. Rex Sueciæ Carolus Nonus curabat templa ædificari in Lapponia. Et Joh. Tornæus: Circa finem Imperii Caroli Noni primum inchoata ædificari templa in Lapponia Tornensi. Qui & templa illa nominat, nempe Tenotekis & Jukas jærff, quorum alterum Anno MDC. alterum triennio post conditum, sumptu Regis. Secuta hoc exemplum Christiana, quæ post inventam ibi fodinam argenti publico diplomate circa An. MDCXL. quatuor ibi extrui curavit in Arwitzierf, Arieplog, Silbojoch & Nasafiell, uti verba diplomatis illius manifeste testantur. Inde ergo templa Christiana etiam in ipsa Lapponia, numerantur que hodie in Aongermonniæ Lapponia unum, quod vocatur Aosalo, in Uma Lapponia unum, cujus nomen Lykfala, in Lapponia Pithensi quatuor, quorum nomina sunt Graatræsk, Arwitzierfi, Storaswawyks & Arieplogs templa. Fuerat & quintum ibi, Silbojochs vocatum, sed id ante annos plusculos à Danis dirutum, & ignibus deletum est. In Lapponia Lulensi tantum unum est, Jochmoch dictum. Habuit equidem & alterum Nafriloche vocatum. Sed id periit incendio fortuito ante tempus non

non ita diuturnum. In Lapponia Tornensi numerantur tria Juckochsiers, Rounala, & Enotaches templum. In Lapponia Kimensi tantum unicum, Enare vocatum. Quæ omnia numero sunt tredecim, hodieque duobus Silbojochs videlicet, & Nafriloches exceptis, manent sarta tecta, & à gente Lapponum frequentantur. Sicut isthæc omnia testantur Samuel Rheen, in Lapponiæ descriptione calamo exarata, quam nunc aliquoties laudavi. Habent autem templa hæc conditores Reges, primumque Carolum Nonum, sicut dixi, qui ea sumptu publico curavit ædificari. Quod confirmat Joh. Tornæus, quando de exstructione ipsorum: Fiebat ea omnis sumptu Coronæ. Unum solum est excipiendum, Rounala dictum, quod in Lapponia Tornensi structum sumtu privato à tribus fratribus gentis Lapponicæ, ornatumque campana. Quæ ipsorum pietas eò majorem meretur laudem, quod, quicquid ad id ædificium requirebatur materiæ ac lignorum, id omne comparare sibi ex Norvagia, inque locum destinatum per rangiferos suos devehere coacti fuerint: Narrat rem Joh. Tornæus verbis, quæ sic transtuli: In Marchia Tornensi pagus est in medio montium, qui dividunt Sueciam à Norvagia situs, qui Rounala vocatur, in quo tum habitabant Lappones sat opulenti. E quorum numero tres fuere fratres, viri probi honestique, qui cum viderent, hic illicque in Lapponia ædificari templa, ipsi quoque amore studioque verbi divini, suo sumtu in dicto pago templum aliquod extruere cœperunt: Materiam ligneam ad eam ex Norvagia devehebant trans dictos montes, itinere longissimo, & plus difficili molestoque, quam quis facile possit credere. Post & campanam ad id suo ære compararunt. Est exemplum hoc eo magis memoratu dignum, quod pauciissimi ex iis etiam, qui civiles, culti, & in pietate singulares ac eximii videri cupiunt, id hodie sequantur, adeoque non æquent, multoque minus superent. Cæterum species formaque illorum templorum simplex quidem, ad hos usus tamen apta satis; Materia caudices lignei, quibus vulgo domus exstrui per Sueciam consueverunt. Adjuncta quoque habent ædificia sustinendis campanis, item domicilia in usus Sacerdotum, & procul adventantis multitudinis, tempore hyberno præsertim, ut se ignibus instructis in foco queat recreare. Quod videtur primum constitutum per Christinam circa annum MDCXL. cum ante Sacerdotes aliunde adventarent, statis temporibus quotannis. Ita enim habet diploma ejus illo anno publicatum: Curabimus etiam, ut ad templum quodque bonæ utilesque extruantur ædes &c. ex adverso Sacerdotes tenebuntur, quisquis ad suum templum constanter habitare. Scholæ institutæ sunt à Gustavo Adolpho primum, ut suspicor, & in oppido Pithensi, ante annum hujus seculi decimum & nonum. Illo certe anno in præfatione quadam Ritualis aljcujus, ut appellant, Nicolaus Andreæ, Pastor Pithensis, gratias hoc nomine Regi Gustavo Adolpho agit, simul Rituale illud scribit ipsi sese dedicare, ut cognoscat orbis Christianus piam hanc Gustavi Adolphi curam. Verba ejus sunt, ut in Latinum verti ex Suecico; se ideo dedicare Rituale illud Regi, ut omnes Suecici Regni ordines superiores inferioresque cum universo orbe Christiano intelligant, quanta commiserarione Majestas Regia instituerit Scholam, inque eam convocati curaverit liberos Lapponum, quo erudiantur, & in verbo divino, & in artibus litterarum. De Gustavo Adolpho, Scholæ Lapponicæ conditore, testatur & Olaus Petri, qui constituendæ ejus causam

docet fuiſſe præcipuam, quod videret Rex, nil effici apud Lapponas per Sueciæ, id eſt, peregrinæ linguæ concionatores, quales hactenus habuere; nec ſi qui miſſi Upſaliam (quod Carolus pater ejus inſtituerat) aliam victus ſecuti eſſent rationem, reverſos domum diu poſſe ſupereſſe. Verba ejus poſt commemorationem inſtituti Carolini, ex quo Upſaliam abire jubebantur: Moritu in peregrino loco, æere, & victu pars maxima, pars autem reliqua ſupervivens meliore victu & amictu aſſueta, ad deteriorem redire, patriæque inſervire prorſus detrectavit. Cum hæc omnia fefellere, ecce Deo benedicente, majore Zelo & prudentia Guſtavus Magnus, Rex noſter, rem aliter urget, alios, ne ut ante factum, tam vehementi æeris & victus mutatione perirent, aliquot annos in Schola Lappiæ proxima Pithenſi Regio aluit ſtipendio. Fuit ergo prima hæc, quam unquam habuit Lapponia, litteratum atque pietatis ſchola, in qua obſervamus, primum curam ejus fuiſſe commiſſam dicto Paſtori Pithenſi, Dn. Nicolao Andreæ, quod colligitur ex antenominata dedicatione. Deinde ut ſucceſſu majore juventutis proficeret, negotium eidem datum ab ipſo Rege Guſtavo Adolpho, ut libros ad hanc rem præcipuè utiles ac neceſſarios verteret in linguam Lapponum ex Suecico, quod teſtatur ipſe in prædicto loco, ubi ait: Majeſtas veſtra per litteras injunxit mihi, ut ex verbo DEI, liberisque veterum Doctorum excerptum verterem in ſermonem Lapponicum, quod Lappis poſſit eſſe ad notitiam ſalutis æternæ, vitæque Chriſtianæ informationem. Nempe ante litteratum atque ſcriptionis omnis rudes erant Lappi, libros ſua lingua ſcriptos habebant nullos. Tum primum factum, ut Lapponico ſermone aliquid comprehenderetur litteris. Fuitque illud, ut exiſtimo, liber Alphabetarius, qualis ſolet pueris dari, cum præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus, Decalogo videlicet, Symbolo Apoſtolico, Oratione Dominica, & ſimilibus, à prædicto Nicolao Andreæ concinnatus, de quo ipſe: Igitur in honorem nominis divini, & ſalutem propriam Lapponum, compoſui atque reformavi librum Alphabetarium, cum ſolitis adjungi partibus ipſius. Niſi quis ex eo, quod ſe reformaſſe librum eum dicat, colligat, jam ante aliquem ejusmodi fuiſſe publicatum, cum nihil reformari ſoleat, niſi quod jam antea eſt formatum. Quanquam videatur ipſe hoc feciſſe, librumque illum prius à ſe ſcriptum, denuò revocaſſe ſub incudem, & in eo emendaſſe, quæ reſpectu linguæ Lappicæ emendanda videbantur. Certe primus ipſe fuit, qui librum Ritualium Lapponico ſermone publicavit. Liber extat hodieque impreſſus Holmiæ, apud Ignatium Meurerum An. MDCXIX. cum ejusmodi inſcriptione: Libellus cantionum, quomodo ſit celebranda Miſſa, quomodo orandum cantandumve, ſermone Lappico. Factus & compoſitus à Nicolao Andreæ, Paſtore in Pitha. Et hi primi libri, editi ſermone Lapponico, ut ex iis elementa religionis Chriſtianæ diſceret gens Lapponum. Primo dico, quoniam deinde ſecuti alii, publicati ab aliis, quos inter Manuale eſt, ut vocant, ex Suecico translatum in Lapponicum à Johanne Tornæo, Paſtore ac Præpoſito Tornenſi, continetque Pſalmos Davidis, Proverbia Salomonis, Eccleſiaſten, Syraciden, Catecheſin Lutheri, Cantiones Sacras, Evangelia & Epiſtolas cum precibus ſolennibus, hiſtoriam Paſſionis Chriſti, vaſtationem urbis Hieroſolymorum, rituale, preces omnis generis, ſicut ipſe hujus rei auctor eſt in Lapponiæ deſcriptione. Tertium, quod obſervamus, illud eſt, quod ut eo promptius

ptius faciliusque liberos ad Scholam ſuos mitterent Lappones, Guſtavus Adolphus certas decreverit pecunias, non in victum modo puerorum, ſed in amictum quoque aliaque neceſſaria, & in præmium illius, qui de educatione ipſorum eſſet curam habiturus. Sicut & hoc ipſum diſcimus ex dedicatione Nicolai Andreæ, ubi inter alia; Et quo iſta melius expedirentur, Majeſtas Veſtra indulſit, conceſſitque, cum in juventutis Lapponicæ victum amictumque aliaque neceſſaria, tum pro meis obſequentiſſimis miniſterlis, curis & laboribus, amplum laudandumque præmium ac ſtipendium. His igitur ſubſidiis adjuta gens Lapponica majori cura cogitare cœpit de religione Chriſtiana, cum præſertim eam diſcerent non lingua peregrina, verum ſua. Olim qui erudiebant ipſos, lingua utebantur Suecica, ut dixi ſuperius, docetque Baazius Hiſt. Eccl. lib. 7. Cap. 15. Rex Sueciæ Carolus Nonus curabat templa ædificari, ſed deerant concionatores verbi Dei, qui materna Lapponum lingua illis verbum prædicarent, neque aliam linguam vulgo intellexerunt. Et Olaus Petri: Clerus concionibus aſſiduis non in Lappica lingua, quam nemo calluit, ſed Suecica, quam Lappi perperam intellexere, rem ſe præclare geſſiſſe autumabat. Itaque diſcebant quidem aliqua, verum ita, ut ne ipſi quidem ſcirent ſatis, qualia, quæ didiciſſent, eſſent: Dn. Nicolaus Andreæ, ſæpe nominato loco; Quidam ex ipſis adulti pariter ac juniores hactenus orationes fundebant ſermone Suecico, ſed ignorabant ipſi, quid orarent. Scabat aliquando Sacerdos in ſuggeſtu, cum interprete inferius collocato, cujus opera explicabantur, quantum poterant, quæ Sacerdos docebat. Samuel Rheen: Cum concio haberur à Sacerdote Suecico, interpretem oportet inferius ad ſuggeſtum ſtare, atque reddere Sermone Lapponico, quod alter concionatur. At vero beneficio libro prædictorum & ipſi incipiebant intelligere, quid orarent, & qui erudiebant ipſos, lingua jam non Suecica, ſed Lapponica poterant hoc facere. Quin imò ex ipſa juventute Lapponica eo usque in litteris & religione Chriſtiana profecere nonnulli, ut committi ipſis Sacerdotia, & informationes popularium ſuorum poſſent. Qua de re ſic Baazius: Rex Magnus Guſtavus Adolphus traxit pueros illorum ad ſcholas, quos ibi ſuſtentavit, donec adoleſcerent, & in ſtudiis liberalibus exercitati quidem, Academiam Upſalienſem adirent, ubi cognitis fundamentis veræ fidei, rectâque religione illis confirmata, ordinabantur Miniſtri Eccleſiæ, qui patriotas ſuos veritatem ſalutis docerent, & lingua materna verbum DEI illis prædicarent. Olaus Petri tres potiſſimum commemorat ſic inſtitutos, qui propterea fuere primi Sacerdotes gentis Lapponicæ. Verba ſunt ipſius, poſt ea, quæ de inſtituta à Guſtavo Adolpho Rege Schola Pithenſi ſupra retulimus: Poſtea ita pedetentim aſſuefactos peregrina aura, in Academia tam diu ſuſtentavit, quo ad tres miniſterio fungi Eccleſiaſtico conferentur digni & idonei. Quilibet horum ſua jam in aſſignata Marchia Lappis in Lappica lingua verbum DEI diligenter & ſincere proponunt, Sacramentaque fideliter adminiſtrant. Atque ita factum, quod ſæpe dictus Nicolaus Andreæ teſtatur, ut quid eſſet Religio Chriſtiana, vere inciperent noviſſe, ut non pauci adhiberent ei fidem, & cum lætitia gaudioque Chriſtum meritaque ejus amplecterentur. Verba ejus iſta ſunt, ut Latine ſonant. Lappones quoque nunc per miſericordiam divinam circa finem mundi hujus facti ſunt Eccleſiæ Chriſtianæ membra per Baptiſmum & Evangelii ſancti prædicationem,

Digitized by Google

tionem, acceperuntque notitiam de Chriſto, quod ipſis æque ac cunctis cæteris Chriſtianis propter cruciatus ſuos acerbiſſimos mortemque velit remittere peccata, concedereque vitam æternam. Quam ob rem ingenti gaudio perfuſi, plurimum lætantur. Et hucusque quidem curas primas Guſtavi Adolphi, & per eam religionis Chriſtianæ, inter Lappones amplificationem explicavimus. Verum ſicut omnium initia rerum ſua inveniunt obſtacula, ita factum & cum verbi divini prædicatione, & cum cæteris huc pertinentibus negotiis. Ante omnia res erat plena difficultatis ac laborum, Scholam conſervare, præſertim extra Lapponiam, & ad eam trahere Lapponicam juventutem. Igitur ſecunda vice actum de ipſa cum Guſtavo Adolpho Rege, per Illuſtrem Virum, Dominum Johannem Skytte, liberum Baronem in Duderhoff, Regnique Senatorem, atque, quod ad immortales ejus viri laudes pertinet, de novo conſtitutum, ut deinceps eſſet ſchola, verum ipſa in Lapponia, & Marchia Umenſi, prope remplum Lykſala, unde dicta ſchola eſt Lykſenſis, ut ex teſtimonio examinis ibi inſtituti apparebit in ſequentibus. Et Olaus Petri de Guſtapho Adolpho: In ipſa Laplandia Scholam introduci judicavit operæ pretium & neceſſarium, in qua ſuo cœlo & aere fruerentur, nec avito ſuo defueſcerent victu, aut aſſuetæ vitæ tædio afficerentur &c. Favit cœptis amplius clementia ſingularis DEI, quæ huic Regio, pio, & prudentiſſimo animo & conatui addidit calcar per Senatorem, Illuſtrem & Generoſum Baronem, Dominum Johannem Skytte, &c. Hæc ſecunda ſchola gentis Lapponicæ, firmata Regio diplomate, cum Guſtavus Adolphus eſſet in Germania bello implicitus graviſſimo, quod non impediebat tamen, quo minus curam ageret Lapponiæ, ac in ea confirmandæ pietatis Chriſtianæ, Anno MDCXXXII. Adſcribam verba Regii diplomatis, licet longiora, ut latine reddita ſunt à Baazio: Nos Guſtavus Adolphus, D.G. Suecorum, Gothorum Vandalorumque &c. Rex, ſignificamus, quanquam dilectiſſimus Pater noſter, piæ memoriæ Carolus IX. olim Rex Sueciæ, ſicut & nos ipſi, poſtquam divina providentia in ſolium Regni aſcendimus, ſedulo incubuerimus, ut ſubditi noſtri in ultima plaga ſeptentrionali habitantes, dicti Lappones, litteris & artibus liberalibus imbuerentur, rectèque in negotio ſalutis informarentur, tamen difficultas temporum noſtrorum, quæ tumultu bellico omnia liberalia turbat, pium noſtrum propoſitum hactenus impedivit. Verum ne pia intentio plane concidat, ordinamus & conſtituimus Noſtrum Regnique Sueciæ fidelem Senatorem, Generalem Gubernatorem Livoniæ, Ingriæ, & Careliæ, nobis dilectum, præluſtrem Dn. Johannem Skytte L. B. in Duderhoff &c. Directorem Scholæ Lapponicæ in Uma inſtituendæ: Sicut ſe ipſum huic operi adminiſtrando obtulit, ſeque hanc effecturum operam, quantum divina benedictio dederit ſucceſſus, recepit. Hæc directio hujus ſcholæ erit in familia Skyttiana perpetua. Ut autem quid certi habeant tum Præceptor, tum diſcentes hujus ſcholæ, unde vivant, donamus huic Scholæ totam ſummam decimarum, quam parochiani in granarium Umenſe quotannis inferunt, poſtquam ordinaria ſubtractio de allatis decimis fuerit facta. Has decimas ſegetum, cum aliis donatiis, quæ bene nominatus Dn. Johannes Skytte ſua diligentia ac induſtria in hunc uſum acquirere poterit, diſponet ipſe in uſum ſcholæ ad neceſſariam ejus ſuſtentationem: prout neceſſitas requirit, tamen ſervata nobis, Coronæ, & Succe-

ſucceſſoribus ſuprema hujus ordinatione, ac futura neceſſaria diſpoſitione. In rei confirmationem ſubſcribimus noſtram manum, & ſigillum Regium imprimi curamus. Datum in Veteri Stetino Pomeraniæ 20. Junii. Anno Chriſti MDCXXXI. Hoc diploma illud, quo nova inſtituitur in ipſa Lapponica Schola, & quidem in Lapponia, ſeu Marchia Umenſi. Nullam enim ibi antea fuiſſe liquet, quia dicitur INSTITUENDA. Quæ Schola hoc etiam peculiare habuit ante illam veterem, quod daretur ei Director non Paſtor, ſed Senator Regni, atque adeo auctoritate firmaretur ampliori. Deinde quod docentibus diſcentibusque ibi conſtitueretur non modo ſtipendium certum, ſed & medium, unde ſumerentur decimæ Umenſes. Habuerunt quidem antea quoque conſtitutum quid hujusmodi, ut patet ex ſuperioribus; ſed quia, unde ſumeretur, non erat definitum, ideò non raro mora, neque ſequebatur ſolutio, quo neceſſe erat tempore. Unde difficultas non exigua, & negotii ſuſcepti interruptio. Huic malo allatum remedium, conſtitutumque, ut quid CERTI haberent. Quod quum ne ipſum quidem videretur ſufficere, conceſſum ſimul Illuſtri Domino Johanni Skytte, ut ſi poſſet alia invenire media huc conducentia, conferendi ea jus & fas haberet. Neque deſtitit Vir ſummus pro ſingulari ſua erga DEUM pietate, ac amore erga bonas literas, impendere omnem operam, qua denique conquiſivit quinque millia nummorum uncialium, ſeu imperialium, partim ex ſua propria, partim ex amicorum liberalitate, quam ſummam in uſus Cuprifodinæ obtulit Reginæ Chriſtinæ, ut pro uſura ejus Schola Umenſis reciperet quotannis, quicquid è villis aliquibus in parœcia Umenſi pervenire rediturum ad Coronam ſoleret. Neque diſtulit Regina optima beneficentiſſimaque precibus ipſius iſthoc indulgere, datis biennio poſt literis, novoque diplomate, per Tutores Regni, quorum ſine prædicatione commemoratio hic non eſt omittenda. Verba diplomatis illius ſimiliter apponam, quia non ſunt nota omnibus. Nos Chriſtina, D. G. Suecorum, Gothorum, Vandalorum Electa Regina & Princeps hæreditaria, Magna Princeps Finlandiæ, Princeps Eſthoniæ & Careliæ, Domina Ingriæ ſignificamus, quemadmodum Celſiſſ. Rex olim Sueciæ, Pater noſter dilectiſſimus, ſingulari amore pietatis, & religioſo affectu promovendæ Eccleſiæ DEI, præſertim ut converterentur barbari in extrema Septentrionis ora viventes ad plenam Dei cognitionem verumque Chriſtianismum, ordinaverit inſtitutionem ſcholæ Lapponicæ in Marchia Umenſi, & Directorem ejus operis fecerit Noſtrum Regnique Sueciæ fidelem Senatorem, Præſidem Judicii Regii in Gothia June copia inſtituti, Cancellarium Academiæ Upſalienſis & Legiferum citerioris Finlandiæ, nobis dilectum Præluſtrem Dominum Johannem Skytte, L. B. in Duderhoff, Dominum in Grœnſiæ, Strœmsrum, & Skytteholm, Equitem Auratum, poſt cujus obitum conceſſerit ejus poſteritati directionis ejusdem Scholæ poteſtatem, clementer additis illi exercitio decimis de granario Umenſi quotannis Coronæ debitis. Quare Nos poteſtate harum literarum non ſolum confirmamus ſalutarem conſtitutionem Noſtri pie demortui Parentis, ſed ſimul notum facimus, Præluſtrem Dominum Johannem Skytte comportaſſe in uſum Scholæ Lapponicæ pecuniam, de ſua & aliorum piorum donatione collectam, quinque millium thalerorum monetæ argenteæ, quam integram numeravit Compagniæ Cupreæ, rogans humilime, ut ea ſum-

ma in illa compagnia Nobis & Coronæ reſervetur, nosque pro uſura hujus pecuniæ quotannis, octo pro cento reddenda, demus ſcholæ Lapponicæ uſum villarium in Norlandia, ut coloni illarum ſuas reddunt nominatæ ſcholæ contributiones. Quapropter mandamus noſtris officiariis, omnibusque, quorum intereſt, ne præſcriptam hypothecam auferant eidem Scholæ ante redditam pecuniam, neve ullam injuriam aut præjudicium contra hoc Edictum nominatæ Scholæ inferant, aut inferri ſinant. In confirmationem hujus inſtrumenti ſubſcripſerunt ſuam manum noſtri reſpective Tutores & Regni Adminiſtratores, Regioque ſigillo confirmarunt Edictum. Datum Holmiæ 5. Novembr. 1634. Iſta verba ſunt diplomatis Regii, ſicut in ſermonem Latinum verſa leguntur apud ſæpe nominatum Baazium. Qui vero ſubſcripſerunt Regni Adminiſtratores, eorum hæc ſunt nomina: Gabriel Oxenſtierna, Guſtavi F. R. Droſetus, Jacobus de la Gardie, R. Archi-Marſchallus, Carolus Caroli Gyldenhielm R. Admiralius, Petrus Baner loco Cancellarii, Gabriel Oxenſtierna R. Theſaurarius. Atque hæc jam Schola eſt, ex qua deinde prodierunt, prodeuntque etiamnum ingenia, per quæ gens Lapponica magis magisque diſcit intelligere ac ſectari Religionem Chriſtianam. Nam & bona copia dein à Juventute Lappica eſt frequentata, & adhibita diligentia, ut in literis pietatreque deſiderata obtinerentur incrementa. Quod docet teſtimonium examinis in ea inſtituti eo ipſo anno, quo eſt aucta Regiis beneficiis prædictis. Verba ejus quoque placet apponere, quia meretur ſciri, uſusque Scholæ illius intelligi, prout ea refert Baazius Hiſt. Eccl: *Lib. VIII. c. 5.* Nos ſubnotati ſignificamus, fuiſſe nos vocatos â noſtro & Eccleſiæ Umenſis Paſtore, Reverend. & Doctiſſ. M. Olao; ut examini juventutis Lapponicæ, frequentantis Scholam Lykſenſem in Marchia Umenſi inſtitutam, intereſſemus. Teſtamur autem, nos huic petitioni ſatisfeciſſe & audiviſſe, examinatos fuiſſe pueros Lapponicos à ſuo Rectore. Primo recinerunt recte omnes pueri conjunctim Pſalmos Davidis in Sueticum ſermonem translatos, prout in patriæ Eccleſiis ſunt diu cantati. Deinde omnes ac ſinguli recitarunt librum dictum Abeecedarium, continentem non tantum Elementa literarum, ſed partes Catecheticas, ſc. Orationem Dominicam, Symbolum Apoſtolicum, decem Præcepta cum verbis inſtitutionis Sacramentorum, Baptismi & S. Cœnæ, item benedictionem ac gratiarum actionem ad menſam recitandas, additis precibus matutinis & veſpertinis. Hunc librum omnes pueri legerunt, juxta formam in aliis Patriæ ſcholis propoſitam. At qui ingenioſiores, etiam recitabant diſtincte & ſine hæſitatione quæſtiones Catecheticas, ad expoſitionem parvi Catechismi à B. Luthero conſcriptam. Ad hæc legebant hi ipſi in libro Evangelia Dominicalia & Feſtivalia ſtylo Sueccico impreſſa. Omnes pueri in ſchola nominata erant huic exercitio dediti, ſaltem octo illorum erant tardiores, qui cum minus valerent ingenio, æmulabantur tamen ingenioſos, quantum poterant. Nunc incipiunt omnes hi pueri diſcere partes Catecheticas idiomate Lapponico, ut fundamenta pietatis materno ſermone ſuis patriotis ediſſerenda proponant. Hoc exercitium ſcholaſticum & fructus inde promanans, quia vicit opinionem noſtram, dum intelleximus, juventutem barbaram brevi tempore didiciſſe gratia DEI fundamenta ſalutis, quæ alias ſolent pueri literati longo tempore perdiſcere, igitur ſingularis gratiarum actio erit ipſi DEO agenda, qui hujus

Labori

labori felicem dederit ſucceſſum, piisque hominibus, qui hanc ſcholam inſtituerunt, donariis auxerunt, hodieque ſuſtentant, ſuus non erit denegandus honor; Sed certe dabitur loco mercedis juxta DEI promiſſionem divina benedictio. In veritatem rei ſic peractæ confirmamus hoc teſtimonium ſubſcriptione noſtrarum manuum, & impreſſione ſigillorum. Datum & actum Anno 1634. loco nominato. Jacobus Andreæ Buræus, Petrus Jonæ, Andreas Haquini, Jacobus Nicolai, Olaus Olai. Apparet ex hoc utique teſtimonio ſcholæ iſtius Likſenſis, ſeu, ut ego mallem appellare, Likſalenſis frequentatio, non exiguo juventutis Lapponicæ numero. Intelliguntur & ingenia illius non omnino inepta ad ſtudia literarum. Cura denique ipſorum hinc animadvertitur in diſcendis illis, quæ ad vitam Chriſtianam recte colendam ſentiuntur eſſe neceſſaria. Ad poſtremum ipſorummet Lapponum adultorum hinc colligitur facilitas & promptitudo aliqua, ſine qua non mitterent profecto ſuos liberos ad ſcholam. Unde ſimul ſatis intelligitur, eſſe aliam religionis Chriſtianæ faciem in Lapponia, quam qualis fuit ſeculis ſuperioribus. Major quippe cura Regum, qua nunc ipſis abunde de templis, de ſcholis, libris etiam, & per quos erudiantur, magiſtris & paſtoribus eſt proviſum. Major quoque circa ipſorummet Sacerdotum & paſtorum, quos non habet nunc, ut olim, Suecos ſolum, unamque linguam Suecicam callentes, ſed & peritos linguæ Lapponicæ, & ſæpe ſuimet ipſius gentis homines. Qua de re ſunt teſtes hodierna die plurimi. Et Samuel Rheen, in Deſcriptione ſua cap. 23. ita inquit: In Lapponia Umenſi unus Presbyter, ſive Paſtor eſt Lapponicus, ubi Lappones bene informantur in religione Chriſtiana. Pergit idem de Lapponia Pithenſi, & ait: In Lapponia Pithenſi tres ſunt Paſtores, ubi æque Lappones in verbo divino bene erudiuntur. In Lapponia Luhlenſi major difficultas eſt, ob ſparſos Lapponas per ſpatia ingentia. Facit tamen ibi quoque Paſtor unicus, quantum poteſt: In Lapponia Luhlenſi unicus ſolum eſt Sacerdos Lapponicus, qui ſolus ægre magnaque difficultate poteſt expedire, quæ ad cultum divinum pertinent, propter partis ejus ſpatia ingentia. In Lapponia Tornenſi & Kimenſi pariter Paſtores habent Lapponicos, quo cum quotannis Paſtor Suecicus Kimenſis Tornenſisque iter facit ad Lapponas longius diſſitos, eosque in verbo divino informat. In Lapponiam Tornenſem Paſtor Tornenſis ſemel de anno iter facit, ut baptizet infantes, Lapponasque erudiat in religione Chriſtiana. Idem facit Paſtor Kimenſis in Lapponiam ſuam ſemel de anno cum Paſtore Lapponico. Addam de his ipſis teſtimonium Olai Petri Niurenii, qui vixit tempore Guſtavi Adolphi. Marchia Umenſis concionatore templo, & ſchola adminiſtratur, ex qua liberi eorum ad informandas familias à templo remotas prodeant quotannis. Marchia Pithenſis tribus divertis locis tres paſtoratus diſtinctos, & conſequenter tres Paſtores poſſidet, hodie Regio ſumtu ſuffultos. Ibi igitur Lappi à ſuis Paſtoribus & templis non procul habitant, ut ſæpius in anno convenire & auditi poſſit. Marchia Luhlenſis, quia templo & concionatore prædita eſt aſſiduo, & ex ipſis Lappis oriundo, inſpectoreque Præpoſito Luhlenſi vicino, avide ſalutem eorum quærente & deſiderante, non poteſt non optime adminiſtrari, ibique locus induſtria concionatoris inventus non ita pridem, quo ſæpius in hyeme, tota autem æſtate ad audiendum verbum DEI queant coaleſcere. Reliquæ Marchiæ binæ, Tornenſis ſc. & Chimen-

ſis, magnitudine longe cæteras ſuperantes, ſemel duntaxat in anno in nundinis, quæ in Februario celebrantur, à ſuo Paſtore inviſuntur. Tornenſis gaudet duobus templis. Chimenſis ex nullo dolet. Totus religionis cultus in utraque Marchia in lingua, quam quodammodo videntur intelligere, Finnonica proponitur & exercetur. Habes ecce teſtimonia de ſtudio Sacerdotum hac ætate, curaque quam in erudienda gente Lapponica in religione Chriſtiana hodieque ſolent adhibere, Cum præſertim conſtituta ſibi habeant & præmia certa laborum, unde ſe familiamque ſuam alant. Ex decimis enim rangiferorum, quas tenentur dare Lappones Coronæ, tertia pars aſſignata eſt in uſus Sacerdotis. Samuel Rheen: Rangiferi, quos tributi nomine tenentur dare, dividuntur inter Coronam & Sacerdotem, ſic ut illa duas partes capiat, hic tertiam. Similiter tributa ei portio de veſtimentis piſcibusque, quos Coronæ dant. Idem: Lappones decimarum nomine dant Coronæ ac Sacerdoti vel duo paria calceorum, vel vulpem albam, vel pondo dimidium luciorum, quod in partes duas æquales dividitur inter Coronam & Sacerdotem. Jam ut hæc, & alia, quæ ipſis à Regibus tributa ſunt beneficia, Sacerdotes faciunt alacriores, ita & ipſorummet Lapponum cura major, ut proficiant quotidie in religione dicta. Quo pertinet initio, quod Sacerdotes dictos audiant excipiantque cum honore obſervantiaque. Nam & adventantes ad ſe ſalutare ſolent inclinato capite, & deducere ſua in tuguria, & præbere ipſis cibum, & quæ poſſunt alia humanitatis exhibere officia, poſtremo in ſignum reverentiæ appellare Dominos. Sic enim prædictus Rheen, ut verba ejus ſonant Latine: *Verbi divini doctores* ipſis adſignatos amant, & honorant, eosdemque vocant Herrai; *hoc eſt*, Dominos. Et Wexionius in Deſc. Suec. Lib. IV. c. 8. Gens Lapponica Sacerdotes honorat; circa feſtum natalitium Chriſti viſitantes rhenonibus procul excipit ac provehit. In tentoria mollibus ramis betulinis, ſuperſtrata pelle rhenonis adornata deducit. Accurrunt omnes inclinato corpore Rhutenico more ſalutantes his verbis: Gratulamur adventum in Lapponiam. Menſa eſt aſſer humi poſitus, fercula, piſces aridi, carnes rhenonis arefactæ, ejusque lingua ad ignem toſta, oſſaque ad forum calefacta, quibus diſciſſis medulla promitur. Hæc ſine ſale & pane, quem utrumque verbi divini miniſtri ſecum afferunt, itemque vinum (cereviſia enim ob frigoris rigorem inutilis eſt,) Lappi vero aquam in vaſculo corticeo potui apponunt. Deinde obſervant dies quoque ſacros, ut Dominicos & feſtos alios. Olaus Petri: Unanimes in obſervando Sabbatho ſunt omnes. Nec in eis labores ſuſcipiunt graviores. Abſtinent ab omni labore iis diebus, inquit Tornæus de Lapponibus Tornenſibus. Quin imò & pecoribus ſuis tum indulgent quietem. Multa à labore incipiunt ceſſare pridie ante diem Dominicum, quæ omnia teſtatur dictus Rheen his verbis, ut Latine quidem ſonant: Celebrant omnes dies feſtos & Dominicos, usque abſtinent ab omni graviore opere, illo præſertim tempore, quo ſciunt verbum DEI ſacris in concionibus annunciari. Nec hoc tantum diebus Dominicis faciunt, ſed & Saturni, quibus itidem non facile ſuſcipiunt laborem graviorem. Diebus Dominicis etiam pecoribus & jumentis ſuis quietem concedunt. Reperiuntur denique plurimi, qui ne quidem lac ex ipſis capere diebus ſuſtinent. Iſtis diebus, ait, rhenones ſuos nolunt emulgere, ſed liberos otioſosque ſinunt ambulare. Cum habetur concio, diligenter auſcultant, cum cæ-

nuntur

nuntur Pſalmi, canunt & ipſi, eſtque notabile, quod Tornæus ſcribit de Lapponibus Tornenſibus: Adeo in hoc negotio ſe pios præſtant, ut & certent inter ſe, quis probitate cantionis alterum poſſit anteire. Sacramenta quoque Chriſtiana multo cum honore venerantur & uſurpant. De Baptismo idem Samuel Rheen: Sacramentum Baptiſmi in magna habent veneratione. Ideo nec differunt, ſed puerperæ ipſæ octo, vel quatuordecim diebus poſt partum perferunt infantes recens editos, per longinquas vias ſæpè ad Sacerdotem. Quod teſtatur idem cap. 12. ubi habet ita, ſicut verba ejus à me reddita ſunt latine: Cum Baptismo ſuorum infantum, quanta poſſunt feſtinatione, properant, ita & puerpera Lapponica octo, vel quatuordecim diebus poſt editum infantem iter ſuſcipiat longinquum per altiſſimos montes, amplos lacus, & profundas ſylvas cum infante illo ſuo ad Sacerdotem. Non minori reverentia proſequuntur Cœnam Dominicam, &, quæ præmitti ſoleat, confeſſionem abſolutionemque peccatorum. Olaus Petri: Abſolutione & Cœna Domini, quantum externe apparet, videntur magna cum devotione frui. Cum præſertim ſciant, nunc demum ejus verè fieri participes. Nam antea & tempore Pontificiorum dabatur eis, verum nulla ſolenni adhibita conſecratione. Quod colligimus ex Petro Claudi, qui hoc ita receptum in Norvagia teſtatur fuiſſe; unde veroſimile ſit, etiam in Suecia ſervatam illam conſuetudinem: Sacramentum Altaris dabatur ipſis tempore religionis Pontificiæ, & aliquanto poſt, absque conſecratione, uti putabatur. De devotione hodierna teſtis Samuel Rheen: Ad confeſſionem abſolutionemque veniunt devotione magna; ut & ad Cœnam Domini ſanctiſſimam. Tornæus de Lapponibus Tornenſibus: Cœnæ Dominicæ & Baptismi Sacramenta magna veneratione colunt, plane ſicut Chriſtiani alii. Sed & alia pietatis Chriſtianæ capita non negligunt. Nam à juramentis, execrationibus, blaſphemiis in Deum, & ſimilibus abſtinent religioſe. Quod teſtatur idem. Hoc, ait, commendandum in eis, quod à juramentis horribilibus, maledictis, & ejusmodi ſibi caveant, neque iſta vulgo ſint in uſu apud ipſos. Erga pauperes ſunt benefici ac liberales, ſicut loco alio jam dixi, ubi furta quoque plerisque oſtendi eſſe ignota. Ipſi quoque inter ſe verſantur multa cum humanitate, mutuo ſe invitantes, & confabulantes amice, præſertim, qui ſunt gentis unius & cognationis, vel affinitatis. Qua de re ille ipſe Samuel Rheen: Mutuo ſeſe crebro ſolent invitare, alterque alterum excipere, qui ſunt neceſſitate, vel affinitate, aliave amicitia juncti inter ſe. Atque iſta quidem faciunt omnia, quoniam abunde didicerunt, quæ qualisque ſit religio Chriſtiana, quid à ſingulis exigat non reſpectu modo fidei, ſed & operum vitæque reliquæ. Quod teſtatur rurſum dictus ſcriptor Cap. 24. Sciunt optime Lappones, unum eſſe DEUM, qui creavit cœlum & terram, nosque omnes per mortem Filii ejus eſſe liberatos. Et poſt non pauca interjecta: Fides hæc eſt Lapponum, ut intelligant unum eſſe DEUM, in Divinitate tamen unica perſonas tres, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Jam ut hæc omnia ex præceptis religionis Chriſtianæ obſervant, ita verſa vice, quæ ad ſuperſtitionem ſpectant veterem, fugiunt & abominantur. Tympana tollunt, abolentque; idola, ſtipites, ſaxa, quæ pro Diis habuere quondam, comminuunt & comburunt. Eſt exemplum elegans, quod memorat Johannes Tornæus in hunc modum. In pago quodam Lappmarkiæ Tornenſis, Pælojærf vocato

vocato, Lappo habitabat aliquis, Petrus Pæiwiæ appellatus, homo probus, pius & ſoleples. Is initio cum ſuis omnibus colebat Seitam idolum. Accidit quodam tempore, ut rangiferi ejus morerentur magno numero: idcirco Seitam implorabat ſuum, ut malo occurreret. Verum irritæ fuerunt preces; rangiferi nihilominus moriebantur. Poſtremo iter ipſe ſuſcipit ad locum, ubi Seita ſtabat erectus, cum familia omni copiaque lignorum aridorum. Circa idolum ſpargit ramos virentes piceæ, ſacrificia quoque ipſi offert, pelles rangiferinas, cornua crania, ſe denique cum familia omni proſternit, Seitæque implorat opem, ac ut ſigno aliquo teſtari velit, ſe verum eſſe Deum, rogat. Poſtquam vero ſignum accipit nullum, licet toto die devotione ſumma oraſſet, ipſe cum ſuis ſurgit, ligna arida conjicit in idolum, iisque accenſis Seitan totius illius pagi comburit. Cumque ob id vicini ejus ipſum vellent occidere, cur, inquit, non ſinitis ipſum DEUM ſumere de me ultionem? Factus autem Pæiwiæ dein tam conſtans religionis Chriſtianæ cultor, ut, cum alii minarentur ei damna magicis ſuis artibus, is contra caneret Symbolum Apoſtolicum, Orationem Dominicam, & id genus; Omnes Seitas, quotquot poſſet, cremaret, mitteret poſtremo filium, ætate maximum ad Enareby, ut idola omnia ibi etiam exſtirparet. Quod ob factum is Filius ejus, Wuollaba nomine, fugere in Norvagiam eſt coactus, metu inſidiarum, quas ſtruebant ipſi Tnarenſes. Jam ut hic Seitam ſuum, ita Clemmet quidam, Lappo Tenobyenſis, ſuum tympanum abolevit, de quo idem Tornæus teſtatur, quod admonitus non ſemel à Sacerdote, noluerit reddere tympanum. Poſtremo matrem ejus incidiſſe in morbum gravem, illum contra quæſiviſſe remedium per tympanum, ſed matrem nihilofecius eſſe defunctam. Itaque tympanum in fruſta conſciciſſe minima, adjecto, ſe videre, tympani nullum eſſe uſum. Habemus itaque religionem Chriſtianam haud paulo melius excultam apud Lappones, & ab ipſis Lapponibus receptam, & adhibitam in quotidianos uſus, quam fuit priſcis temporibus. Liceræque hinc colligere, quantam adhibuerint curam, quotquot hoc negotium auctoritate ſua, conſilio, ſuaſu, miniſteriove potuerunt promovere. Quanquam ne ſic quidem eò res deducta ſit, ut de extirpata omni vetere impietate jure debeamus gloriari, cum proh dolor multæ adhuc triſtiſſimæ reliquiæ etiam craſſiſſimi Gentilismi in Lapponia ſuperſint.

DE ORIGINE CHRISTIANISMI IN HUNGARIA.

SAnctus Apoſtolus Paulus ad Romanos cap. XV. 19. ſcribit, quòd ab Hieroſolymâ uſque ad Illyricum omnia Evangelio Jeſu Chriſti impleverit, & Coloſſ. 1. ℣. 6. toti orbi fuiſſe prædicatum Evangelium, conf. Rom. 10. ℣. 19. unde patet, Hungaris maturè Evangelium de Jeſu Chriſto innotuiſſe, ſed hunc tantum theſaurum non ſolicitè cuſtodiverunt. Hungari enim ex Chriſtianis, qui fuere tempore Pauli, vel fieri potuiſſent, facti ſunt fere totius Europæ prædones, & exculſo Romanorum jugo, cæſoque Macrino, Conſu-

Conſule Romano, ſub Attila totum orbem Europæum ſeculo quinto poſt Chriſtum natum infeſtarunt. Seculo decimo Chriſtianam religionem denuo profeſſi ſunt, uti Illuſtris Zechius refert: Griſa, Toxi Sohn/ ein ſittſamer Regent dieſer wilden und räuberiſchen Nation, war der erſte/ welcher ſie civiliſirt/ und den von Kayſer Carln/ dem Groſſen/ gepflantzten Samen deß Chriſtlichen Glaubens wieder erwecket. Er empfieng ſelbſt die H. Tauff von dem damaligen Biſchoff zu Prag/ Adelberto. Dahin war es gleichwol nicht zu bringen/ daß die Götzen völlig abgeſchafft/ und die Heydniſche Opffer unterlaſſen worden/ weil die andere Hungariſche Fürſten noch feſt bey dem Unglauben hielten. Sein Herr Sohn aber Hertzog Stephan/ welcher nachmahl den Zunahmen deß Heiligen empfangen/ war darinn glücklicher. Dann nachdem er ſich A. C 996. mit Printzeſſin Gyſela, Hertzog Heinrichs in Bayern/ nachmahls Kayſers/ Schweſter/ unter der Condition vermählet/ daß er ſambt ſeinem Volck und Unterthanen den Chriſtlichen Glauben annemmen wollte/ hat er ſolches durch Abthuung der heydniſchen Greuel/ und ſonſt durch Chriſtliche Anſtalten und Ubung der Gottſeeligkeit dergeſtallt eifrig erwieſen/ daß die Geſchichte zweifeln/ ob er oder der heilige Kayſer Heinrich/ mehr Ubung deß Chriſtenthums gehabt. Europ. Herold Tom. II. p. 372.

DE
ORIGINE CHRISTIANISMI
IN ITALIA.

EPiſtola Pauli ad Romanos ſcripta ſatis ſuperque teſtatur, Religionem Chriſtianam primo ſtatim ſeculo poſt Chriſtum natum Romæ non tantum innotuiſſe, ſed & plantatam fuiſſe, ita ut Rex Regum JESUS CHRISTUS ſedem fixerit apud victorem populum, totius fere orbis Dominum. De Tiberio Imperatore Tertullianus in Apologia pro Chriſtianis ſcripta memorat cap. 5. illum Senatui Romano propoſuiſſe: Quod ex Syria de Chriſto audiverit ea, ex quibus colligat, illum eſſe Deum. Eundem etiam à Senatu Romano petiiſſe, ut Chriſtum publicè pro DEO haberent & agnoſcerent. Senatum quidem ex impia ratione ſtatus non annuiſſe, Imperatorem tamen Tiberium ſententiam ſuam de CHRISTO non mutaſſe, & Chriſtianis quietem conceſſiſſe. At ſub Imperio Claudii dura fuit ſors Chriſtianorum in Italia, conf. Act. 18. 2. & Suetonius in vita Claudii Imp. cap. 25.

Eximium Imp. Tiberii de Chriſto judicium.

Romæ Petrus & Paulus uno die, d. 29. Jun. A. Ch. 62. uti Calendarium Romanum recenſet, ſanguine ſuo teſtimonium Evangelii, quod ibi prædicarant, obſignarunt. Cum illis, teſte Clemente Romano in Epiſt. ad Corinthios, plures Martyres obierunt, in quos Tertullianus Apolog. cap. 5. Neronem Cæſariano gladio ferociſſe ſcribit, & Cornelius Tacitus libro 15.

Petrus & Paulus Romæ Martyrio coronantur.

Anna-

Annalium refert: Chriſtianos à Nerone quæſitiſſimis pœnis affectos fuiſſe. Tertullianus libro de præſcriptione Hæreticorum cap. 36. Romanæ Eccleſiæ hiſce verbis gratulatur: Iſta quàm felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt, ubi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur, ubi Paulus Johannis Exitu coronatur, ubi Apoſtolus Johannes poſteaquàm in oleum ignitum demerſus, nihil paſſus eſt, in Inſulam Pathmum relegatur.

Primi Epiſcopi Eccleſiæ Romanæ ſtrenui fuerunt Confeſſores Veritatis Evangelicæ, quam ſanguine ſuo obſignarunt.

CLETUS, à Petro ad fidem converſus, ab eodem Presbyter factus ſanctiſſimè rem Chriſtianam in Eccleſia Romana, cujus tandem fuit Epiſcopus, adminiſtravit, & Martyrio obiit ſub Imp. Domitiano A. Ch. 84. Ante hunc Cletum LINUS, Epiſcopus Romanus, juſſu Saturnini, impii ingratiſſimique Conſulis, cujus filiam Dæmonum æſtu agitatam, divinitus liberarat, ſecuri percuſſus eſt ſub Nerone A. C. 68. *Clemens*, Epiſcopus Romanus, Petri Apoſtoli diſcipulus, ſcriptis illuſtravit Eccleſiam, relegatus in Inſulam ob fidei prædicationem, cùm ibi in ſumma veneratione eſſet, tandem tyranni juſſu alligatâ ad collum anchorâ in mare projectus eſt ſub Trajano Imp. A. C. 92. ANACLETUS, Epiſcopus Romanus, Petri Apoſtoli Diſcipulus, ſacroſanctis inſtitutis Eccleſiam auxit, debiles in fide confirmavit, poſtremo in ſumma perſecutione martyrio coronatus eſt ſub Domitiano An. C. 96. EVARISTUS, Epiſcopus Romanus, multa ſalutariter decrevit, & inter alia, ut nuptiæ celebrarentur publicè, & Sacerdotis benedictio adhiberetur. Cùm autem Eccleſiam pietatis & virtutum exemplis auxiſſet, martyrio coronatus eſt ſub Imp. Trajano A. C. 109. HIGINUS, Epiſcopus Romanus, Martyrium ſubiit ſub Antonino pio Imp. A. C. 142. PIUS I. Epiſcopus Romanus, Vir doctus & eruditus, Epiſcopatum Romanum dignè geſſit, tandem pro Chriſti gloriâ Martyrio coronatus eſt ſub Marco Antonino, pio Imp. An. C. 163. ANICETUS, Epiſcopus Romanus, genere Syrus, Vir ſingulari pietate clarus, Epiſcopatu Romano multis annis religioſè ſancteque adminiſtrato in ſumma Eccleſiæ perturbatione, per Cæſares excitatâ, Martyr obiit ſub Marco Antonino Vero, & Lucio Commodo Imperatoribus A. C. 163. SOTHER, Epiſcopus Romanus, liberalis in egenos, & conſtans in fide Chriſtiana, nunquam animum à rebus divinis abduxit in maximis periculis. Martyrium ſubiit ſub Imp. Antonino Vero A. C. 171. ELEUTHERIUS, primò Aniceti, Epiſcopi Romani, Diaconus, poſtea ipſe Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus, Britanniam Inſulam Lucii Regis rogatu, per Fugatium & Damianum Legatos fidei ſacris inſtituit: Eccleſiâ DEI ſanctè & utiliter adminiſtratâ Martyr migravit in cœlum ſub Imp. Commodo A. 186. VICTOR, Epiſcopus Romanus, omni genere virtutum inſignis, Eccleſiæ DEI præfuit. Multis rei Chriſtianæ cauſâ piè ſanctis præclareque geſtis rebus pro Chriſti gloriâ Martyrio coronatus eſt ſub Imp. Severo A. C. 195. ZEPHERINUS, Epiſcopus Romanus, Vir pius & prudens, piè rexit Eccleſiam DEI, multaque prudenter ſancivit, tandem martyrio coronatus ſub Antonio Imp. An. 218. CALIXTUS, Epiſcopus Romanus, multa piè, ſapienter & utiliter fecit & decrevit, ab impiis autem ob Chriſti libertam confeſſionem comprehenſus, in ſqualidum carcerem conjicitur, inde è feneſtrâ præceps in puteum dejectus, Martyrio coro-

coronatur ſub Aurelio Antonino Imp. A.C. 225. URBANUS, Epiſcopus & Civis Romanus, doctrinâ & vitæ ſanctitate ſuis prælucens, Epiſcopalem dignitatem omni virtutum ſtudio ornavit. Sæpe Româ ob Chriſti fidem pulſus, & clam â fidelibus revocatus, poſtremò datis pro Chriſto cervicibus coronam Martyrii accepit ſub Imp. Alexandro A.C. 231. PONTIANVS, Epiſcopus Romanus, ob conſtantem fidei Chriſtianæ Confeſſionem in Sardiniam relegatus, ibique multis affectus incommodis, laboribus & calamitatibus ad Martyrii palmam pervenit ſub Alexandro Imp. A.C. 236. FABIANUS, Epiſcopus Romanus, cum adhuc Presbyter eſſet, in beatorum Martyrum corporibus humandis piè fuit occupatus. Epiſcopus factus multa piè fortiterque geſſit pro Eccleſia DEI, tandem Martyrii palmam eſt adeptus ſub Imp. Decio A.C. 251. CORNELIUS, Epiſcopus Romanus, mittitur in exilium, Romam revocatus ab Imperatore plumbatis cæditur, raptusque ad Martis templum ſacrificare idolo jubetur, quam impietatem graviter deteſtatus, præciſo capite Martyrii inſignem palmam tulit ſub Imp. Decio A. 253. STEPHANUS, Epiſcopus Romanus, raptus ab infidelibus ad templum Martis, cum ſacrificare recuſaſſet, Martyrio inſigniter coronatus eſt ſub Imp. Valeriano A. C. 257. SIXTUS, Epiſcopus Romanus, Civis Athenienſis, ſanctè præfuit Eccleſiæ, accuſatus & apprehenſus ob veræ fidei prædicationem, & ad Martyrii locum ductus, gaudenti animo pro Chriſti gloriâ cervicem præbuit ſub Imp. Valeriano A. 259. FELIX primus, Epiſcopus & Civis Romanus, Vir omni virtutum laude inſignis, piè Epiſcopali munere defunctus, multa decenter in Eccleſia ſtatuit; Manetis hæreſi acriter reſtitit, tandem multis pro fide Chriſtiana ſuſceptis dimicationibus Martyrio coronatus eſt ſub Imp. Aureliano A.C. 275. CAJUS, Epiſcopus Romanus, ortus è genere Diocletiani Imp. Epiſcopus factus, multa ad Eccleſiæ amplitudinem inſtituit. Tyrannidem conſanguinei ſui Diocletiani in Chriſtianos fugiens, aliquandiu in ſpelunca delituit, tandem ab illius ſatellitibus comprehenſus, datis pro Chriſto cervicibus, Martyrii poculum hauſit ſub Imp. Diocletiano A. C. 296. MARCELLINUS, Epiſcopus Romanus, per vim thus idolis ſacrificavit, cujus eum poſtea ita pœnituit, ut Imperatorem adiens, graviter eum accuſaret, quod ipſum ad tantam impietatem impulliſſet, quam ob cauſam ſecuri percuſſus gaudenti animo Martyrium obiit ſub Imp. Diocletiano A. Chr. 304. MARCELLUS, Epiſcopus Romanus, in maxima Eccleſiæ perturbatione rem Chriſtianam valdè adjuvit, à tyrannis multa paſſus, & intolerabilis odoris fœditate confectus, obdormivit in DOMINO ſub Imp. Maximino A. Chr. 310. Poſſent adhuc plures adduci Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, qui partim cruentâ & ſanctâ, partim ordinariâ morte obierunt, & in pura fide Evangelica perſeveraruntc, non terras & ditiones, non vanam gloriam, nec honores, ſed animas quæſiverunt, DEUM humiliter honorantes: Seculo quinto enim celebratur Leo I. qui templa â ſtarbaris everſa reſtituit: Seculo ſexto claruit Johannes I. Arianæ hæreſis fortiſſimus impugnator, à Theodorico, Italiæ Rege, Ariano, in carcerem incluſus, ſqualore inediaque confectus A. Chr. 526. ſub Imp. Juſtino I. Seculo ſeptimo commendatur, ſi non in omnibus, tamen in multis Gregorius Magnus, ille Moraliſta celeberrimus; Laudatur Marcellus II. Adrianus I. Caroli V. Imp. Præceptor, natione Germanus qui faſtus eſt, Eccleſiam Romanam in capite & in membris indigere notabili

tabili Reformatione. Celebratus fuit noſtro tempore ob varias virtutes Innocentius XI. Mich. Molinoſi Patronus: Sed hæc prolixius deducere, noſtri inſtituti non eſt. Qui plura de his legere cupit, is plura inveniet apud Guicciardinum, Platinam, Wolfium, Baronium &c. quorum hic nimius quidem Paparum Panegyriſta & Monarchiæ Papalis defenſor, inficiari tamen haud poteſt, complures Papas turpiter ſe geſſiſſe. Conferatur Hiſtoria Eccleſiaſtica Magnif. Dn. D. Jo. W. Jægeri, Cancellarii Tubingenſis.

Quid memorem de illis, qui primos pios Epiſcopos Romanos ſecuti, cum hiſce Doctoribus ſuis purpureum pro Chriſti gloria ſanguinem ſuum fuderunt. Inter hos emicuit IGNATIUS, tertius poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus Antiochenus, qui Romam vinctus ducebatur, ubi primùm inauditis cruciatibus tortus, poſtremò leonibus rugientibus Senatu ſpectante objectus, hoſtia Chriſti efficitur ſub Imperatore Trajano Anno Chriſti 110 Ante illum PRISCA, caſtiſſima Virgo, fidei Chriſtianæ accuſata, varia tormenta pertulit, tandem extra urbem præciſo capite virginitatis palmam martyrii coronâ cumulavit ſub Imp. Claudio An. Ch. 45. PRAXEDES, filia Pudentis, pii Viri Romani, & ſoror Pudentianæ virginis, Chriſtianorum corpora ſepeliens, facultates ſuas pauperibus erogans, orationibus, vigiliis & jejuniis ſe dedens, tota Chriſto adhæſit, ſanctè obiit ſub Antonino Imp. A. C. 141. CÆCILIA, virgo Romana, Nobilis, à prima ætate Chriſtianæ fidei præceptis inſtituta, Valerianum ſponſum & Tiburtium fratrem ad Chriſtum perduxit: quare comprehenſa, & ter ſecuri icta à carnifice, martyr abiit in cœlum ſub Alexandro Imp. An. C. 225. RUFINA, virgo Romana cum *Secunda* Sorore fidem Chriſti confeſſa, virgis cæſa, in tenebricoſum carcerem detruſa, ſaxo ad collum alligato in Tyberem projecta, & ab Angelo tandem liberata, capite plectitur ſub Impp. Valeriano & Galieno An. C. 262. SECUNDA, Rufinæ ſoror, in fide Chriſti conſtantiſſima virgo, poſt varios cruciatus cum ſorore Rufina martyrii coronam adepta eſt A. Chr. 262. His viam ſtravit ad Conſtantiam pio & laudabili exemplo Sanctus LAURENTIUS, Diaconus Eccleſiæ Romanæ, Sixti, Epiſcopi Romani, Auditor, multis affectus tormentis, Chriſtum liberè profiteri non deſiit: demum ſubjectâ craticulâ ferreâ aſſus, igne magis amoris in Jeſum Salvatorem, quàm flammis lignorum arſit, & egregiam martyrii coronam accepit ſub Valeriano Imperatore Anno Chriſti 259. LUCIA, vidua Romana, ab ipſo filio ſuo accuſata fidei Chriſtianæ, in ollam, pice & plumbo ferventem, demittitur, unde incolumis evadens, ferro plumboque onerata per urbem ducitur, tandem abſciſſo capite martyr migravit in cœlum ſub Imp. Diocletiano An. 286. ROMANUS, miles, ſancti Laurentii & Sixti confeſſione firmâ commotus, petiit ab eo baptizari, quam ob rem Imperatoris juſſu fuſtibus cæſus, tandem in ſumma fidei conſtantia ſecuri percuſſus, martyr obiit ſub Imperatore Valeriano An. Chriſti 259. ADRIANUS, Civis Romanus, nobili genere ortus, Nataliæ conjugis cohorta-

Ignatius, Epiſcopus Antiochenus, Roma martyrio obiit.

Priſca, Martyr.

Praxedes, pia virgo Romana.

Cæcilia, Chriſtiana virgo Romana Martyr.

Rufina, pia virgo Romana Martyr.

Secunda, Rufina ſoror, fidelis Chriſti ſerva.

S. Laurentius, Martyr.

Lucia, pia vidua Romana Martyr.

Romanus, pius miles, Martyr.

Adrianus, civis Roma-

hortationibus, & viginti trium Martyrum ſociorum fortitudine atque conſtantia incitatus, fractis cruribus, manibus pedibusque præciſis, martyrii palmam abſolvit ſub Imp. Maximiano An. Chr. 206. ALEXIUS, Civis Romanus, genere Nobilis, ad multas Eccleſias profectus, Romæ tanquam peregrinus à Patre hoſpitio exceptus, diu omnibus incognitus, & à ſervis injurioſe habitus, patiens obdormivit in Domino ſub Innocentio I. Epiſcopo Rom. A. C. 398.

nus, nobili genere ortus, Martyr.

Alexius, Civis Romanus, Confeſſor Veritatis Evangelicæ.

Magnum etiam fuit lumen in Italia AMBROSIUS, Epiſcopus Mediolanenſis, in hujus, infantis adhuc, ore examen apum conſediſſe dicitur, quæ res divinam Viri eloquentiam præmonſtrabat; baptizatus, & ad Epiſcopale munus invitus quaſi tractus, Arrianis multis ad fidem converſis, obiit ſub Valentiniano & Theodoſio I. Impp. A. C. 390.

Ambroſius, Epiſcopus Mediolanenſis.

Uti Hiſtoriam originum Chriſtianismi in Italia cum Paulo incepimus, ita eam cum verbis Pauli claudimus, ita enim ille in eximia Epiſtola ad Hebræos cap. 13. v. 24. Salutant vos fratres, qui ſunt in Italia: unde patet, jam tum non tantum Romæ, ſed paſſim in Italia fuiſſe quandam Eccleſiam Chriſtianam.

ORIGINES CHRISTIANISMI IN HISPANIA.

HIſpaniæ mentionem facit Divus Apoſtolus Paulus in aurea Epiſtola ad Romanos cap. XV. v. 24. Quando profectus fuero in Hiſpaniam, ad vos veniam: Spero enim, quod tranſiens viſurus ſim vos, & à vobis deducar eò. Exinde conjicitur, Lucem Evangelii primo ſtatim ſeculo poſt Chriſtum natum in Hiſpania radiaſſe. ALPHONSUS I. Rex Hiſpaniarum jam circa Annum C. 790. propter expulſos & devictos Barbaros Rex Chriſtianus Catholicus dictus eſt, adeoque illo tempore Chriſtianiſmus in Hiſpania jam radices egit. vid. Europäiſch. Herold/ Tom. II. p. 125. L. Marinei Siculi Hiſtor. Hiſpanic. Iſidori Hiſpalenſis Chronicon Concilii Toletenſis &c.

An Paulus Hiſpanis Evangelium de Jeſu Chriſto prædicaverit?

GELASIUS Papa ac Innocentius I. Pontifex Romanus, tradunt, Paulum quidem Rom. 15. 24. promiſiſſe, quod in Hiſpaniam proficiſci velit, ſed hanc promiſſionem illum non impleviſſe. Id certum eſt, Athanaſium in Epiſtola ad Dracontium, Cyrillum in Catech. 17. Epiphanium Hæres. 27. Chryſoſtomum in Homiliis ad Epiſt. ad Hebr. & ad Matth. Theodoretum in Epiſtola ad Timoth. cap. ult. Hieronymum, Iſidorum, Bedam, Adonem &c. Præconium Pauli apud Hiſpanos pro conjectura habere. Huc pertinent ea, quæ ſupra in Suevia Sacra ad ſeculum ſextum, & in Epiſtola Petri de Marca ad Valeſium hac de materia in anteceſſum commemorata ſunt.

Quidam negant, quidam conjiciunt.

Quando perſecutiones Chriſtianorum in Hiſpania inceperit?

Hiſpaniam à perſecutione eximit Henricus Dodwellus Anglus, in Diſſertatione de paucitate Martyrum, quod eam ſub Conſtantii Cæſaris ditione fuiſſe cenſeat. Eam enim, inquit, aliis ditionibus non accenſuit Victor. Sed nec eam Conſtantio attribuit. Hiſpaniam autem Herculio ſubjectam fuiſſe, diſertis verbis tradit Lactantius libro de Mortibus perſecutorum cap. 8. quod mirum eſt, à Dodwello aut animadverſum non fuiſſe, aut diſſimulatum. Idem Lactantius cap. 16. ait: vexabatur univerſa terra, & præter Gallias ab oriente usque ad occaſum tres acerbiſſimæ beſtiæ ſæviebant: Et quidem Donatiſtæ apud Optatum Gallias ſolummodo à perſecutione eximunt, unde judices ſibi dari ob hanc rationem poſtulabant. His adde Concilii Eliberitani aliquot Canones de lapſis & forte Magni Oſii Confeſſionem, quæ ſanè hanc perſecutionem in Hiſpania ſæviiſſe probant. Videatur Theodoricus Ruinartus in Actis primorum Martyrum ſinceris & ſelectis p. 66. in præfat.

Perſecutiones Religionem Chriſtianam dilataverunt, nedum eam extinxerint.

Erunt fortaſſis (verba ſunt egregia ejusdem Ruinarti p. 71. 72. in præfat.) qui dicant, vix fieri potuiſſe, ut Eccleſia tot procellis agitata, adeò tamen creverit, ut ſeculo tertio jam pene per totum terrarum orbem dilatata fuerit. Non enim, inquient, veriſimile eſt, tam multos homines reperiri potuiſſe, qui Religionem amplecterentur, non ſolùm peregrinam & novam, ſed, quæ præter vitam auſteriorem quam præſcribit, cultores etiam ſuos exiliis, bonorum proſcriptionibus, amicorum & parentum, totiusque generis humani invidiæ, tormentis acerbiſſimis, ipſique morti obnoxios reddit. At licet humanæ rationi parùm conſentaneus videatur iſte dilatandæ Religionis modus, certum eſt tamen; hunc ipſum à Chriſto Domino præ cæteris delectum fuiſſe, qui, ut exemplo ſimul & verbo ſuis ſequacibus præiret, nonniſi per varias tentationes mortem acerbiſſimam in gloriam Patris voluit introire.

Id ſuos Apoſtolos docuerat, qui, ut refert Lactantius Lib. 5. Inſtitutionum cap. 5. non tantum pro fide mortem ſubierunt, ſed etiam moriturос ſe ſciebant & prædixerant, & poſtea univerſos, qui eorum diſciplinam ſecuturi eſſent, acerba & nefanda eſſe paſſuros. Unde Martyres non niſi moriendo victoriam adepti ſunt, nec, à tormentis ut liberarentur, petebant à DEO, ſed ut ea patientiſſime tolerarent. Uno verbo, ut ait Tertullianus ad Scapulam, hac conditione fiebant Chriſtiani, & magis damnati, quam abſolvi, gaudebant, unde in Apologetico cap. 5. præſides ſic alloquitur: Cruciate, torquete, damnate, atterite nos. Plures efficimur, quoties metimur à vobis. Semen Eccleſiæ eſt ſanguis Chriſtianorum.

Fortitudinis ac patientiæ Martyrum rationes.

Verùm cum naturæ humanæ vires ad hæc perferenda prorſus impares eſſent, CHRISTUS ſuis athletis tam præſens aderat, ut ſæpius mediis in tormentis nullus, aut certè exiguus eis eſſet dolorum ſenſus, eorumque animos internis ſemper auxiliis, nonnunquam externis etiam & viſibilibus ſignis confortabat. Certè Stephanus vidit cœlos apertos, & JESUM ſtantem à dextris virtutis DEI. Polycarpo facta eſt vox de cœlo: oder è Martyribus Lugdunenſibus emana

Digitized by Google

manabat. Adhæc fideles divinis, ut loquitur Cyprianus, oſtenſionibus de inſtantibus perſecutionibus admonebantur, ne imparati ad prælium accederent. Excitabantur etiam Epiſcoporum verbis & exemplis. Tum perſuaſum eis erat leve & momentaneum, quod paſſuri erant, æternum gloriæ pondus in eis operaturum, ac brevi & caduca vita æternam & beatam ſe mercaturos, ad quam, quod Martyrium alter eſſet Baptiſmus, ſine ulla mora ſe ingreſſuros eſſe, non dubitabant. His adde funeſtam lapſorum vicem, quorum nonnulli divinitus ante omnium oculos puniti ſunt. Ex his aliquot recenſet Cyprianus in libro de lapſis, quorum unus, poſtquam Chriſtum negavit, obmutuit. Mulier, in balneis à Dæmone correpta, ſuam laniavit dentibus linguam, quæ fuerat vel paſta impie, vel locuta. Alii aliis modis puniebantur. Idem etiam quandoque perſecutoribus contigit, ut de Saturnino & Herminiano Pro-Conſulibus obſervat Tertullianus in Lib. ad Scapulam. Et quidem hac de re totus eſt Lactantii liber de Mortibus perſecutorum.

Martyrum Conſtantia Gentilium converſionem promovit.

Hæc autem omnia Gentilium converſioni occaſionem præbebant, quod qua ratione, quibusve gradibus contingeret, egregiè exponit Lactantius Lib. 5. Inſtitutionum cap. 33. Certè Auguſtinus Sermone 31. in Pſalmum 118. obſervat, aliquos etiam è perſecutoribus Martyrum patientia permotos credidiſſe. Quid cum evidentia fierent miracula? Martyres mirè ſanati, voces cœlitus emiſſæ, beſtiæ manſuefactæ, aliaque ejusmodi miracula palam patrabantur? Hæc autem in certis & probis monumentis occurrunt. Quam verò frequentia fuerint miracula in Eccleſia, Patres atteſtantur. Hac de re Irenæus lib. 2. adverſus Hæreſes cap. 58. Alii, inquit, Dæmones excludunt firmiſſimè & verè, ut etiam ſæpiſſimè credant ipſi, qui emundati ſunt à nequiſſimis Spiritibus, & ſint in Eccleſia: alii autem & præſcientiam habent futurorum, & viſiones & dictiones Propheticas: alii autem laborantes aliqua infirmitate per manus impoſitionem curant, & ſanos reſtituunt. Jam etiam mortui reſurrexerunt & perſeverarunt nobiſcum annis multis. Et quid multis? Non eſt numerum dicere gratiarum, quas per univerſum mundum Eccleſia à Deo accipiens in nomine Chriſti Jeſu crucifixi ſub Pontio Pilato per dies ſingulos in opitulationem gentium perfecit &c. Hæc Irenæus l. cit. Illa in Gentilium quoque favorem operabantur Chriſtiani, ut etiam ex variis aliorum Patrum teſtimoniis patet. Unde, etſi nonnunquam Gentiles ejusmodi miracula maleficiis, aut incantationibus tribuerent, nemo tamen de factorum veritate, quæ CHRISTI nomine patrabantur, auſus eſt inficiari; Hinc Chriſtiani pro ejus aſſerenda Divinitate graviora quæque ſupplicia alacriter ſuſtinebant, cujus Martyres, id eſt, teſtes ſe eſſe gloriabantur, quod in eorum ſincerioribus *Actis* diſertè ſæpius exprimitur.

Vide SS. Tarachi &c. Acta Græca p. 424. Theodoric. Ruinarti Acta Martyrum Selecta p. 72. ſeqq. in Præfat. Generali.

DE ORIGINE CHRISTIANISMI IN ANGLIA.

BEatus *Gregorius* videns Romæ viros Anglicos elegantes corpore, contriſtatus, quod diabolus tam formoſorum corporum eſſet poſſeſſor, miſit diſcipulos ſuos in Angliam, *Auguſtinum & Mellitum* Epiſcopos, per quos tota illa Inſula ad fidem Chriſti eſt converſa, qui poſtea dolentes de errore paterno, quia Anglici de ſemine Saxonum proceſſerunt, miſerunt ad eos diverſos Doctores diverſis temporibus, ut iſtos beatos viros, qui in humilitate & paupertate laboraverunt pro ejusdem gentis converſione, ſed ferocitas Barbarorum tum temporis in tantum prævaluit, ut modicum proficerent, & propterea nulla autentica de eorum actibus ſunt relicta, etſi conſcripta, ſed per vetuſtatem, aut negligentiam conſumpta. Hæc *Caſp. Calvör* in Saxonia inferiori antiquâ Gentili & Chriſtianâ ad ſeculum IX. p. 279. ex Chronico Verdenſi, quod Illuſtris *Leibnitius* edidit, recenſet. *Guil. Camdenus*, celeberrimus rerum Britannicarum ſcriptor, ipſe Anglus, origines Chriſtianiſmi in Angliâ ita tradit: Imperante *Adriano*, Iulius Severus Inſulæ noſtræ (Angliæ) præerat, qui cùm contra Iudæos, tunc tumultuantes, evocatus eſſet, Britanni ſua Romanâ ditione teneri non poterant, niſi ipſe *Adrianus* adiiſſet, qui multa correxit, murumque pro LXXX. mill. paſſ. primus inter Barbaros Romanosque duxit. Sub *Antonino* tamen hoc bellum denuò exarſit, quod per *Lollium*, Urbicum Legatum, Barbaris ſubmotis, alioque muro ceſpitio ducto, reſtinxit: Sed Britanni bellum ex Bello ferentes rei ſub *Antonino* Philotopho movere ceperunt, ad quas componendas miſſus eſt *Calpburnius* Agricola. Quo tempore diſcuſſis ſuperſtitionum nebulis divinus Chriſtianæ lucis fulgor Regioni noſtræ *Lucii* Regis operâ illuxit, qui alicubi Romanorum permiſſu (illi enim & Reges ſervitutis inſtrumenta habuerunt) hic regnavit, unde Nennius: *Lucius Rex, agnomine Lever Maur, magni ſtiendoris propter fidem, quæ in ejus tempore venit.* Sub hæc, inquam, tempora, hiſtoriæ nonnullæ veram Religionem ad nos primùm perveniſſe produnt. Certum tamen eſt, Britannos in ipſa Eccleſiæ infantiâ Chriſtianam Religionem imbibiſſe. Nam ut *Joſephum* Aramathæum & *Claudiam* Britannam, A. *Pudentis* uxorem, omittam, cujus D. Paulus in poſteriori ad Timotheum Cap. 4. ℣. 21. meminit, & quam *Martialis* Poëta tantopere laudat: *Dorotheus*, Tyri Epiſcopus, in ſuâ Apoſtolorum Synopſi, *Simonem* Zelotem, qui Mauritaniam peragravit, in Britannia tandem occiſum & ſepultum tradit: nec non *Ariſtobulum*, cujus meminit *Paulus* in Epiſtolâ ad Romanos C. 16. ℣. 10. Britanniæ Epiſcopum factum fuiſſe. *Petrus* etiam ipſe (ſi *Lippomanno* credimus, *Simeonis*, Methaphraſtis Græculi, fide ſuffulto) hùc penetravit, & divini verbi lumen diffudit. Et quidni credamus? Cùm *Nicephorus* idem de Petro prodat. Eandem, inquit, doctrinam ad occidentalem oceanum, Britannicasque Inſulas perfert. *Paulus* etiam, teſte

teſte *Sophronio & Theodoreto*, poſt ſecundam Romæ incarcerationem, hanc noſtram Regionem adiit, unde de illo *Venantius Fortunatus*:

Tranſiit oceanum, vel quâ facit Inſula portum,
Quoſque Britannus habet terras, quoſque ultima Thule.

Huc etiam reflectit tùm *Origines* in Comment. ad Ezechielem, tùm *Tertullianus* contra Iudæos. Hic enim intimas Britanniæ regiones & inacceſſa Romanis loca ſuâ ætate Chriſtum amplexas fuiſſe tradit; ille verò Britannos in fidem conſenſiſſe, & ad DEUM per Druidas viam ſibi muniviſſe oſtendit, qui unum eſſe DEUM ſemper inculcarunt. Ita *Camdenus* in deſcriptione Britanniæ. p. 39. 40. edit. Ffurtenſis A. 1616. Idem *Camdenus* p. 650. de Provinciâ Angliæ Northumberland hæc memorat: poſtquam *Sigga*, Patricius, *Elswaldum* Nordanhumbrorum Regem, perfidè trucidaſſet, Eccleſia à fidelibus extructa fuit in honorem *Cuthberti & Oswaldi*, cujus nomen ita cæteris offecit, ut priſtino nomine obliteratо, S. *Oſwaldus* nunc dicatur. *Oswaldus* hic, Nordanhumbrorum Rex, prope hunc locum *Ceduallam* Britannum, qui Cumbriæ, ut videtur, præfuit, & jam duos Nordanhumbrorum Reges occidiſſet, regionemque iſtam effuſè vaſtaſſet, juſto prælio peremit. Ex qua pugna, prima Chriſtianæ Religionis lux huic Provinciæ affulſit. Cum enim opem Chriſti, quam implorarat hoc in prælio, præſentem ſenſiſſet *Oswaldus*, protinus Chriſto nomen dedit, *Aidanum* Scotum ad ſuos Chriſtianâ religione imbuendos evocavit, & ipſum victoriæ locum *Heasonfield*, id eſt, campus cœleſtis, vocarunt poſteri &c. *Cœleſtinus*, Epiſcopus Romanus, A. C. 431. ad Hibernos miſit *Palladium* Epiſcopum, hunc tamen morte in Britanniâ præreptum, nihil præſtitiſſe, author eſt *Nennius*, qui ex Hibernicis ſcriptoribus Chriſtianam Religionem à *Patritio* hic diſſeminatam ſcribit. Hic enim natione Britannus & *Martino* Turonenſi affinitate conjunctus, Palladio defuncto à Cœleſtino ſubrogatus, tanto ſucceſſu Chriſtianam Religionem per Hiberniam propagavit, ut longè maximam Inſulæ partem ad Chriſtum converterit, Hibernorum Apoſtoli nomen meruerit, & ejus diſcipuli tantos progreſſus in re Chriſtianâ fecerunt, ut ſubſequenti ætate Scoticis Monachis nihil ſanctius, nihil eruditius fuerit, & in univerſam Europam ſanctiſſimorum Virorum examina emiſerint, quibus Fulda Germaniæ, S. Gallus Helvetiæ, aliæque urbes & monaſteria originem debent ſuam.

Nicolaus Harpsfeldius, Archi Diaconus Cantuarienſis, Hiſtoriam Anglicanam Eccleſiaſticam à primis Gentis ſuſceptæ fidei incunabulis ad ſua fere tempora deduxit, & in quindecim centurias diſtribuit: Huic operi brevem narrationem de divortio *Henrici* VIII. Regis ab uxore Catharina, & ab Eccleſia Romana diſceſſione adjecit *Edmundus Campianus*. Prodiit hoc Syſtema Hiſtoriæ S. Anglicanæ, Editore *Richardo Gibbono*, Anglo, Societatis Ieſu, Duaci A. 1623. in fol. Iuxta ſententiam *Nic. Harpsfeldii* Evangelium paulo poſt Chriſtum paſſum per omnem orbem, & in Britannia per *Joſephum* ab Arimathia propagatum fuit. Verba ejus hæc ſunt: Certè de *Joſepho* ab Arimathæa, noſtræ ſaluris ſalutari præcone, frequentiſſima & antiquiſſima apud noſtrates extat recordatio. Quem *Philippus* Apoſtolus (qui, ut, *Iſidori* verbis utar, Gallis prædicavit Chriſtum) ad nos cum undecim ſociis in Britanniam

Digitized by Google

tionem delegavit ad Annum Christi sexagesimum tertium. Jactis fidei fundamentis per *Josephum* & socios, credibile est, hanc sementem in plurimorum postea animis opimam messem, fructumque uberrimum produxisse. Sunt, qui existimant, *Claudiam* illam, de qua *Paulus* meminit 2. Tim. 4. 21. fuisse nobilem mulierem Britannicam, ipsiusque Pudentis uxorem. Sementis certè illa jacta per Josephum & socios in opimam messem postea erupit imperante LUCIO, Rege Britanniæ. Etsi enim ante ejus tempora multi privatim clanculumque sanctissimæ huic se devoverint Religioni, nemo tamen saltem ex principibus apertè & palam eam professus est. Hanc glaciem primus feliciter perfregit *Lucius* sublata veteri Druidarum, qui maxime celebres erant, superstitione.

Scribit certè *Suetonius*, *Claudium* Imperatorem Druidarum Religionem, apud Gallos diræ immanitatis, sub *Augusto* etiam interdictam, penitus removisse. Cui consentanea scribit & *Plinius* libro 30. cap. 1. Nec sine causa diræ eam religionem immanitatis appellat *Suetonius*. Nam his Galli in Sacrificio administris humanis diu litabant hostiis. conf. Jul. Cæsaris Comment. lib. 6. Bell. Gall. c. 34. Hos Druidas *Lucius*, Rex Britanniæ, quemadmodum & Flamines atque Archiflamines suos prorsus sustulit, & Christianæ Religionis Episcopos atque Archi-Episcopos substituit.

Atque ut hoc contra Druidas edictum aliquam forte ei occasionem, ut Christo initiaretur, dedisse non dubuerem, ita plane arbitror, multa alia, quæ animum ejus multò magis promoverent & concuterent, accessisse, cogitasseque eum, ut hominem pium & prudentem, idque attentissimâ meditatione, de vanitate suorum Doctorum, deque sanctitate, soliditate, & certitudine Christianæ doctrinæ, neque perfunctorie sæpius audivisse, quanta & quàm stupenda non modo Christus Hierosolymis, sed & Apostoli, aliique ejus discipuli, pro Christi doctrinâ stabiliendâ, fideique suæ magnitudine, per totum orbem designarint, & cumprimis admirabile illud pluviæ beneficium, paucis ante annis in Germania à Christianis, qui in Marci Antonii exercitu stipendia faciebant, precando impetratum. Credibile præterea est, intellexisse eum, quàm confertim homines undique ad Christianam se religionem conferrent, quàmque sanctè & inculpatè Christiani viverent, & quàm gravia atque immania supplicia, quantâque constantiâ, animorumque fortitudine passim pro Christi fide asserendâ non solum in remotioribus mundi Regionibus, sed etiam in vicina Gallia, & olim atque adeò recens, decertarint. De hac pluviâ miraculosâ videatur Eusebius in Chronico Ecclesiastico, Tertullianus in Apolog. cap. 5. & Scapulam, Justinus Martyr in Apolog. ubi ipsius Imperatoris ea de re Rescriptum habet.

Neque verò vel illud forsan mediocriter animum ejus accendit, & inflammavit ad veram pietatem, quod M. Antonius Imp. post stupendum illud pluviæ cœlestis miraculum edixerit, ne cuiquam Christiana Religio vertatur crimini, eumque, qui deferret Christianum hoc solo nomine, quod Christianus esset, vivum comburendum, quodque intellig ret, multos deinde illustres Romanos fidem Christianam professos. His aliisque id genus causis Deoque eum arcanis rationibus excitante Lucius accensus, Elvarium Avalonium sanctæ illi Josephi Societati, Collegioque adscriptum, & Meduinum Belgium (id est ex Wellensium Regione, quam olim Belgiam appellabant) Viros pios & doctos ad Eleu-

Eleutherium, Romanum Pontificem, amandat, ſibi, totique Regno Chriſtianæ fidei initiandæ opem implorans. Datur itaque hoc negotium Fugacio & Damiano, Viris ſingulari doctrina & pietate, qui delegante Eleutherio Româ profecti, atque in Inſulam delati, *Lucium* cum tota domo populoque ſalutari baptismate perfuſum, Chriſti Familiæ adjunxere; quorum ſancta memoria in ea Britanniæ parte, quam olim Cambriam dixere, & quæ hodie Wallia dicitur, ſanctè celebratur. Templum enim (ut audio) eorum memoriæ dicatum illic extat. Non mediocriter dolendum eſt, antiqua illa Britanniæ monumenta, cùm propter alia, tùm potiſſimum propter præclaras Fugacii & Damiani actiones interiiſſe. vid. Nicol. Harpsfeldii Hiſtoria Anglicana Eccleſiaſtica cap. 3. pag. 6.

Ignatium in Anglia celebrem fuiſſe, patet ex *Gilda* Sapiente, ad Clerum Britanniæ ſic loquente: Quis veſtrûm, ut Martyr Ignatius? Idem *Gildas* ſtatim ab ortu Evangelii & ante eum *Theodoretus*, Græcus Author, teſtantur, inter alias gentes Britanniam fidem ab Apoſtolis, aut eorum diſcipulis, accepiſſe. Illud verò inter omnes conſtat, *Lucium*, ut diximus, palam fidem Chriſtianam profeſſum; creditur que Britannia prima omnium Romanarum Provinciarum ad Chriſti Religionem admota, niſi forte Æthiopia prævenerit, quæ tamen inter Romanas Provincias non recenſetur. Manſit autem Religio Chriſtiana inter Britannos illibata, usque ad immanem illam vaſtationem *Diocletiani*. Atque ita aprè & accommodatè, imperante *Lucio*, Britannia *Deus lucis* facta dici poteſt. Templa autem aliaque ſacra monumenta, quæ absque dubio plurima *Lucius* Chriſto, DEO opt. Max. poſuit, partim Diocletiani atrox illa perſecutio, quæ omnes Eccleſias Chriſtianas paſſim ſuſtulit, Sacrasque Scripturas medio in foro igne combuſſit, partim Saxonum poſtea incurſatio, vaſtitasque abolevit. Sunt, qui Templum divi Petri apud Weſtmonaſterium *Lucio* tribuunt, alii ad Sigebertum referunt. Eant jam, qui plenis (quod ajunt) buccinis Romanorum victorias trophæaque decantant, eosque vel eo ſaltem nomine Alexandro M. long⁹ anteponunt, quod illius victoriæ oceano circumſcribantur: Iſti devictâ Britanniâ non tam de ea, quàm de ipſo quoque Oceano triumphum retuliſſe videantur. Næ totus hic triumphus tenuis & ignobilis erit præ *Lucii* noſtri trophæis, qui tamen, quod legerim, nec Oceanum unquam transgreſſus eſt, (nam quod in Germania quidam Evangelicum concionatorem hunc Regem egiſſe, ibique Martyrio obiiſſe tradunt, nulla id mihi certa probatarum Hiſtoriarum fide niti videtur, & forſan iſti *Lucium* Cyrenenſem in *Lucium* Britannicum transformant) nec triſtes unquam de humano ſanguine fuſo triumphos reportavit. Sed ſint iſtorum trophæa, quantacunque eorum præcones illa eſſe volunt, ſordeſcent tamen præ noſtri *Lucii* Coronis, quæ cœleſtes & perpetuæ ſunt, cum illorum tantùm terreſtres & momentaneæ fuerint. Glorientur illi (ſi aliqua in eo gloria ſita ſit) quod liberis prius populis libertatem illam, quam Natura omnibus ab initio dedit, eripuerint, &, cum omnia dixerint, de hominibus tantùm triumpharint. Quantò ſpecioſior *Lucii* noſtri triumphus, qui ſuos duriſſimo ignorantiæ, perfidiæque atque idololatriæ jugo hactenus preſſos, in ſanctiſſimam illam certiſſimæ veritatis, Chriſtianæque fidei libertatem generoſè vindicavit & aſſeruerit, nec de homine, ſed de ipſo diabolo glorioſum triumphum reportaverit? Poſt *Lucium* Chriſto initiatum, Religionem Chriſtianam hoc & proximo ſe-

culo in Britannia duraſſe, non ſolùm veterum, qui ad ea tempora celebres erant, præſertim *Tertulliani* & *Origenis* monumenta, ſed & celeberrima, quæ Britanni quidam obiere, Martyria palam teſtantur. Quorum omnium Choragum & Antiſtitem à majoribus accepimus, fuiſſe beatum *Albanum Verolamium*, unum ex Britannica Nobilitate, quique prius ſeptennio ſub Diocletiano terreſtris militiæ ſtipendia fecit, mox ſub Chriſto Duce cœleſtis militiæ æterna ſtipendia felici omine facturus: ut Inſulæ nomini, quæ *Albion* olim, aut, ut quidam conjiciunt, *ἀλβιον* dicebatur, id eſt, felix Protomartyr *Albanus* reſponderet. De quo inter cæteros hujus temporis Martyres ita cecinit Fortunatus:

Albanum egregium fœcunda Britannia profert.

Decertavit egregius iſte Athleta in decima illa poſt Neronem perſecutione, quam Diocletiani & aliorum id temporis furor omnium acerrimam & atrociſſimam excitavit, quamque mox altiſſima ſub Conſtantino M. Eccleſiæ pax & Halcyonea tempora excepere, vid. Harpsfeldius loc. cit.

REFLEXIONES CIRCA HISTORIAM *ORIGINUM CRISTIANISMI* IN REGNIS EUROPÆIS

VAſtum navigavi mare, referendo Origines Chriſtianæ Religionis in præcipuis Europæ Regnis. Nobiliſſima hæc materia pleniorem & accuratiorem meretur tractationem. Præclara ſunt, quæ *Jo. Henricus Urſinus*, Superintendens quondam Eccleſiæ Evangelicæ Ratisponenſis, de Origine Chriſtianismi in Germania annotavit. Diſtinguo, inquit, in quatuor intervalla. *Primum* eſto Eccleſiæ naſcentis, ab Apoſtolorum prædicatione usque ad Conſtantinum M. & Annum Domini 306. *Alterum*, creſcentis, inde usque ad Honorium & A. C. 400. *Tertium*, decreſcentis, propter Barbarorum irruptiones, usque ad Clodovæum, primum Francorum Regem, Chriſtianum, & A. C. 496. *Quartum*, renaſcentis, inde usque ad Carolum M. primum Germanorum Imperatorem Chriſtianum, Annumque Domini 800. Ita *Urſinus* in Compendio Hiſtorico de Eccleſiarum Germanicarum origine & progreſſu ab Adſcenſione Domini, usque ad Carolum M. Noribergæ A. 1664. editum, & Sereniſſimo Principi EBERHARDO III. Duci Wirtenbergiæ, Secundo noſtro CHRISTOPHORO, glorioſiſſimæ memoriæ, inſcriptum. Multum juvat, quatuor haſce ſurgentis, aſſurgentis, declinantis & reſurgentis non in Germania tantum & Europâ, ſed univerſo orbe, Chriſtianismi, toti mundo à Salvatore optimo deſtinati, periodos probe obſervare. Apoſtoli cum ſuis aſſeclis CHRISTI mandato, prædicandi univerſo orbi Evangelium, tenaciter inhæſerunt, uti ex Actis Apoſtolorum, Epiſtolis Paulinis & trium primorum poſt Chriſtum natum ſeculorum ſcriptoribus abunde patet: Quò non venit pes Apoſtolorum, eò venit ſonus Evangelii. Obtulit

tulit ergò gratiam ſuam plenis manibus Pater cœleſtis omnibus populis; at verò quod Chriſto accidit ſummo Prophetæ & Doctorum Doctori, ut multos quidem Auditores, ſed paucos veros & genuinos diſcipulos habuerit, id experti ſunt etiam cum dolore ejus Apoſtoli ex prædicto ſui Magiſtri, eadem ipſis fata præſagientis. Si viventibus adhuc Apoſtolis multi defecerunt iterum à veritate, quanto magis poſt illorum deceſſum, creſcentibus undique calamitatibus & perſecutionibus, crevit etiam *ἀποστασία*, & primus fervor decoxit. Interim nihilominus DEUS Opt. Max. ſuos habuit ubique terrarum Cultores, & ſemen Evangelii, largiſſimè ſparſum, paſſim ſuos fructus dedit. Utinam Idola caderent ubique, & turpiſſimus Gentilismus verè poſſet dici extirpatus, ſed quod de Lapponia refert Schæfferus, altas apud Lappos gentilitiam impietatem radices egiſſe, idem de multis & plerisque Europæis gentibus cum lacrymis memorandum eſt, redire illas maximam partem ad vomitum, & Chriſtianam Religionem pleno quidem ore jactare, ſed ejus virtutem abnegare. Hinc eeleberrimus quidam Scriptor, Romanæ Eccleſiæ addictus, Bonal, Franciſcani Ordinis, egregium edidit librum de Chriſtiano hujus temporis in quatuor Sectionibus. I. agit de Origine Chriſtianismi. II. de vocatione omnium hominum ad fidem Chriſtianam. III. de puritate Chriſtianismi primæva. IV. de diſſolutis moribus Chriſtianismi hujus temporis. Liber hic eximius primò Gallicè ſcriptus, haud ita pridem Latinâ linguâ prodiit Ulmæ A. 1715. in fol. Omnino ſe res ita, proh dolor! habet: diſſoluti ſunt mores modernorum Chriſtianorum plerorumque,

Infelix lolium & ſteriles dominantur avenæ.

Bonum ſemen DEUS ſparſit, ſed dormientibus hominibus hoſtis humani generis ſevit Zizania. Evellamus iſta, quantum per DEI gratiam poſſumus, valemus autem illâ roborati plurimùm. Surge GERMANIA ex ſomno peccatorum, & alis fidei, aquilarum inſtar, in cœlum te effer, ut verè ſancta tandem dici queas. Vos populi Europæi date Jehovæ gloriam & robur. Date gloriam & laudem ſupremo Numini divino, incurvate vos coram throno Altiſſimi in ornatu Sanctitatis. Pſallite DOMINO omnes populi, clangite manibus, concinite DEO, quia JEHOVAH eſt excelſus & venerabilis, REX Maximus ſuper omnem Terram, Hallelujah.

De cætero plura de originibus, incrementis & decrementis Chriſtianiſmi in Europæ Regnis memorari potuiſſent, ſed brevitati fuit ſtudendum. Qui de Eccleſiis Germanicis plura legere cupit, is evolvat Annales *Broweri* Trevirenſes, *Jo. Schilteri* Tractatum de Libertate Eccleſiarum Germanicarum, *Wigulei Hundii*, ſupremi Bojorum Senatus Monachii quondam Præſidis, Metropolin Salisburgenſem, qua contiuentur primordia Chriſtianæ Religionis per Bojariam, & loca quædam vicina, nec non Catalogi Archiepiſcoporum Salisburgenſium & Coepiſcoporum, Friſingenſium, Ratiſponenſium, Paſſavienſium ac Brixinenſium, ſimulque fundationes & erectiones Monaſteriorum & Eccleſiarum Collegiatarum. Ingolſtadii A. 1562. in fol. Legi etiam meretur *Davidis Chytræi*, Theologi Roſtochienſis, Chronologia Hiſtoriæ Herodoti & Thucydidis recognita, additisque Eccleſiæ Chriſti ac Imperii Romano-Germanici rebus præcipuis, ab initio mundi usque ad tempus Reformationis per Lutherum ſuſceptæ, contexta. Roſtochii, A. 1578. in 8. cum

Privilegio Cæſareæ Majeſtatis. Notus denique eſt in vulgus aureus liber *Io. Sleidani* de ſtatu Religionis in Germania. &c.

Hiſpanorum Epiſcopos recenſuit *Iſidorus* in libro de claris præſertim Hiſpaniæ ſcriptoribus ac Epiſcopis. *L. Andreas Reſendius* de Eborenſi Eccleſiæ ſanctis Epiſtolam ſcripſit ad *Bartholomæum Kebedium*. Confer etiam *Eulogii* Martyris opera, ejusdemque vitam cum ſcholis Ambroſii Moralis. Inter ſcriptores Hiſpanicos, Struvio judice, præ cæteris æſtimandi ſunt, *Rodericus Ximenes*, *Rodericus Sanctius*, & *Johannes Mariana*, qui omnes vincit, oratorem tamen adfectatur, atque iniquus eſt in Proteſtantes. *Franciſcus Ximenius*, Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus, cujus vitam libris VIII. egregiè ſcripſit *Alvarus Gomecius*, magnam Hiſpaniæ intulit lucem, edendo BIBLIA Regia Complutenſia, A. 1515. linguis Hebraicâ, Chaldaicâ, Græcâ & Latinâ, (ex Tomis juſſu & authoritate Philippi II. Regis Hiſpaniarum, promulgata. Divinum hoc opus conſtitit ſummâ 60. m. ducatorum, auro & gemmis pretioſius,

Quod Gallicam Eccleſiam concernit, Fratres San-Marthani Galliam ſacram ſcripſerunt. Editionem magni hujus operis ſecundam procurat hodie *Dionyſius* San-Marthanus, Prior Abbatis S. Germani Lutetiæ Pariſiorum, uti nuperrime Maximè Reverendus Dn. *Jo. Guilielmus Janus*, Hiſtoriarum apud Wittebergenſes Profeſſor celeberrimus, ex Gallia redux mihi retulit. Maximo in motu eſt Eccleſia Gallicana hoc tempore, dum Cardinalis de Noailles, & cum illo magna pars Cleri Gallicani pro *Paſchaſio Quesnellio*, eximio Novi Teſtamenti Enucleatore, contra ipſum Pontificem *Clementem* XI. hactenus ſtrenuè pugnavit, & Eccleſiæ Gallicanæ, jam tempore Concilii Conſtantienſis ſeculo XV. Papam infra Concilium eſſe, ſtatuentis, libertatem ad exemplum *Johannis Gerſonii*, Cancellarii quondam Pariſienſis, *Joh. Launoji* & *Edmundi Richerii*, illuſtrium Galliæ Luminum, maſculè huc usque vindicavit. A. 1645. prodiere BIBLIA Regia Pariſienſia in octo linguis Latinâ, Græcâ, Hebraicâ, Abyſſinâ, Chaldaicâ, Samaritanâ, & Gallicâ; cui inſigni & divino operi Ludovicus XIV. Galliarum Rex, tum adhuc minorennis, multùm pecuniæ impendit. Nunc etiam ſub hodierno Rege Galliarum, Ludovico XV. minorenne, iterum quaſi ex pulvere & tenebris in lucem apud Gallos exponitur S. Scriptura, notis Paſchaſii Quesnellii piis & doctis illuſtrata. Splendeat in univerſa Gallia Lux Evangelii, & diſſipatis tenebris papalibus, poſt tot noctes & veſperas miſeriarum; poſt feralem & cruentam noctem Nuptiarum Pariſienſium, poſt tot horrenda & immania bella, lætos dies pacis, temporaque gratiæ & tranquillitatis reddat. Gratulatur ſibi Suevia & Wirtenbergia, quod Gallorum doctiſſimi, per gratiam DEI hodie ſuperſtites, Suevorum eruditiſſimos in magno pretio habent. Johannes Paulus de Bignon, Abbas S. Quintini, Regis Galliarum Conſiliarius Intimus, & Academiarum Regiarum cum ſcientiarum, tum inſcriptionum Præſes celeberrimus, Commercium litterarium habet cum D. *Jo. Wolffgang. Jagero*, Cancellario Academiæ Tubingenſis. Cenſores librorum Gallici præclare ſentiunt de Matthæo Hilkero, Profeſſore quondam Linguarum Orientalium in Academia Tubingenſi Celeberrimo, nunc Abbate Cœnobii Regiofontani, & Conſiliario Wittenbergico. P. Nourri, Theologus Pariſienſis, ob eruditionem ſingularem amat & æſtimat Matthæum Chriſtophorum Præſium.

fium, Sereniſſimi Principis Hæreditarii Wirtenbergici Informatorem. Imò univerſa Gallia poſt mortem Henrici II. Galliarum Regis ſe in Tutelam Chriſtophori, Ducis Wirtenbergiæ, ſubmittere voluit. Sed Adminiſtrationem Regni Gallici tantus hic Princeps glorioſè recuſavit; Exinde autem patet, quantæ exiſtimationis apud exteros fuerit Dux Chriſtophorus, qui, utut gubernaculum hoc Galliæ vicarium in ſe non ſuſceperit, Reformatos tamen, ſive Hugonotas in Gallia, propter Evangelium multa perpeſſos, ad patientiam & conſtantiam excitavit. Ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Regni Gallici, referente Struvio, faciunt potiſſimum Caroli le Cointe Annales Eccleſiaſtici Francorum, A. 1683. Pariſiis 8. tomis editi; opus eſt præſtantiſſimum, quò Hiſtoria S. Francorum ab A. 235. usque ad Annum 845. deducitur. Concilia Galliæ antiqua omnia collegit *Jacobus Sirmondus*, Pariſiis A. 1629. in fol. 3. voluminibus. Elegantiſſimum eſt opus Petri de Marca, de Concordia Sacerdotii & Imperii, ſive de libertate Eccleſiæ Gallicanæ, quod primùm prodiit Pariſiis A. 1669. quo ex omni Hiſtoria demonſtravit Auctor, Galliam ſemper à jugo Papali ſe immunem præſtiiſſe. De eadem libertate Eccleſiæ Gallicanæ edidit duo volumina *Petrus Puteanus* Gallicè, Pariſiis 1657. in fol. *Benedictus Bonnefoy* ſcripſit Hiſtoriam hæreſis in Gallia ortæ, & oppugnatæ ſub poſtremis Valeſiæ, & primis Borboniæ ſtirpis Regibus, Toloſæ 1670. in 4. *Johannes Launojus* tres diſſertationes ſcripſit de 7. Epiſcoporum adventu in Galliam, & de primis Galliæ Martyribus. Pariſiis 1611. in 8. *Claudius Robertus* in Gallia Chriſtiana, ſupra jam laudata, Regni Franciæ ditionumque vicinarum Diœceſes, & in iis Præſules deſcripſit, quæ cum Scævolæ & Ludovici Samarthanorum additamentis prodiit Pariſiis 1656. in fol. Nota eſt denique controverſia, quæ ab aliquot retro annis in cauſa Regalium inter Pontificem & Galliarum Regem fuit. Hic enim in Regno ſuo prætendit nominationem novi Epiſcopi, collationem beneficiorum ſimplicium ſine cura, reditumque Epiſcopalium perceptionem vacante ſede. Gallorum Rex ex Iure Majeſtatico ſibi hoc vindicat, Pontifex nonniſi ex papali concedit indulgentia, nec in aliis Provinciis, quàm in illis, quibus in concilio Lugdunenſi A. 1274. nominatim fuere conceſſa. Pontificis favebant Epiſcopi illarum Provinciarum, Jeſuitæ Regi. *Ludovicus Maimburgius* quidem in ſuo de *Gregorio M.* tractatu, Amſtelodami A. 1682. pro Regalibus agit, ſed *Cœleſtinus Marchio de Sfondrati*, Abbas San-Gallenſis, edidit Galliam vindicatam, in qua tradit, plura à ſeculo undecimo ſibi ſumſiſſe Galliarum Reges. Acerrime etiam Pontificis cauſam defendit Epiſcopus Apamienſis, qui de Jure Regaliæ ſcripſit pro Pontifice. *Franciſcus Pitto*, in Franciâ adflictâ Gallicè ſcriptâ, Coloniæ 1688. editâ, molimina Aulæ adverſus libertatem Eccleſiæ denudavit. Plenius Hiſtoriam hujus controverſiæ expoſuit *Gilbertus Burnetus*, de Regalibus Eccleſiaſticis Regis Galliæ, Londini 1682. quem librum in Germanicam linguam transtulit *Henricus Ludolphus Benthemius*. vid. Burc. Gotthelfi Struvii ſelecta Bibliotheca Hiſtorica cap. 14. pag. 352. & 353.

Hiſtoriæ Sacræ Anglicanæ ſcriptores quod concernit, commendata mihi fuit à laudato *Jo. Guil. Jano*, Anglia Sacra Wartoni. *Struvius* celebrat *Gregorium Leti*, qui Italico ſermone Theatrum Britannicum ſcripſit, Amſtelod. 1684. vix priores tomi editi erant,

cum prohiberentur non ſolum in Anglia, ſed ipſe etiam Author Angliam relinquere cogeretur, eò quod cum libertate nimia ſcripſerat. In iis autem exponit etiam Religionem, hujusque varias ſectas, indolem Anglorum &c. *Jacobus Tyrrel* ſcripſit Hiſtoriam Angliæ Generalem, tam Eccleſiaſticam, quam Civilem, ab origine repetitam, atque ad Guilielmum III. usque, Regem Angliæ, perductam, cujus Volumen primum Anglico ſermone prodiit Londini 1697, in fol. *Gilbertus Burnetus* Hiſtoriam Reformationis Anglicanæ accuratiſſimam ſcripſit, eandemque ab Henrico VIII. Rege Angliæ, usque ad Annum 1559. deduxit. Suevorum in gloriam vergit maximam, quod hodie ex ſanguine Comitum Suevicorum Altorfenſium, ſive Guelphorum Familiâ celeberrimâ, Thronum Britannicum occupat Auguſtiſſimus REX GEORGIUS, Elector ſimul Brunsvicenſis Hanoveranus, Fidei Defenſor Evangelicæ contra Jacobitas acerrimus, etiam Sueviæ & Wirtenbergiæ noſtræ ſuperiori Bello Gallico Propugnator fortiſſimus, Cui DEUS det vitam & ſalutem.

Ad Suecos revertimur, quorum res ſacras recenſuit *Vaulovius Vita* in Aquilonia, ſive Suecia Sancta. Sic etiam habemus *Paulini*, Archiepiſcopi quondam Upſalienſis, Hiſtoriam Eccleſiarum Sueciæ. Sed præ cæteris, judice Struvio, æſtimandum eſt *Johannis Baazii*, Inventarium Eccleſiarum Sueco-Gothicarum, Lincopiæ 1642. in 4. Locupletiſſimi ſunt *Claudii Archenii*, Hiſtoriæ Suecorum Gothorumque Eccleſiaſticæ Libri IV. priores Holmiæ 1689. in 4. editi. Deſcribitur in hoc opere utiliſſimo Religionis Chriſtianæ origo atque progreſſus, usque ad finem ſeculi duodecimi. Animum tamen in Danos teſtatur iniquiorem. Abbas de Vertot ſcripſit Hiſtoire des Revolutions de Suede, à Paris A. 1695. & Amſterdam, 1696. Elegans eſt tractatus, quo & viciſſitudines Imperii & Religionis, ab initio ſeculi decimi quarti factas, exponit accuratiſſimè, atque usque ad tempora Guſtavi progreditur. De Epiſcopis Sueciæ *Johannes Magnus* ſcripſit Hiſtoriam Metropolitanam, ſeu Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Upſalienſium, editam per Olaum Magnum, Romæ, 1560. in fol. Eandem Hiſtoriam, ulterius deductam, breviter tamen tradidit *Johannes Meſſenius*, quam edi curavit *Adamus Rechenbergius*, Lipſiæ 1685. vid. Struvii Biblioth. Selecta Hiſtorica cap. 29. p. 745. 746. Noſtro tempore Eccleſia Suecica ſuſpirat & gemit ſub multis adverſitatibus, quas ut clementiſſimus Pater omnis miſericordiæ lenire, & mitiora fata SIONI Suecicæ concedere velit, enixiſſime precamur.

Danorum memorabilia Eccleſiaſtica ſummatim etiam ſunt tangenda. Ab induſtria & fide maximè commendantur *Pauli* & *Johannis Adolphi Cyprianorum* Annales Epiſcoporum Slesvicenſium, unius, veræ, ſanctæ, catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſtatum, quoad ejus originem, propagationem ac mutationem in Regno Daniæ, & finitimis Slesvici ac Holſatiæ Ducatibus, aliasque res quovis ſeculo in Eccleſia ac Politia admirandas, vereque admirabiles illic geſtas. Coloniæ, 1634. *Hieronymus Cyprianus*, ſcripſit Epigrammata, ſive Tetraſticha de 36. Epiſcopis Slesvicenſibus, qui ab Erico usque ad Adolphum Ducem Holſatiæ, Eccleſiæ Slesvicenſi præfuerunt. Magna eſt noſtro hoc tempore moderni Potentiſſimi Danorum Regis *Friderici* cura, in convertendis Malabaris: de ſanctis hiſce mo-

limi-

liminibus videatur *Bartholi, Ziegenbalgi*, Regii Danici Miſſionarii, & Præpoſiti Eccleſiæ ex Gentilibus in Trangebar collectæ, brevis Relatio Hiſtorica, Halæ, A. 1715. edita idiomate Germanico. Commendat in illa Sereniſſimi noſtri & Clementiſſimi Principis ac Domini, Domini, EBERHARDI LUDOVICI, Ducis Wirtenbergiæ, ardorem in promovendo per liberaliſſimam ſtipem hoc arduo negotio converſionis Gentilium in Malabaria.

Ad illuſtrationem & enucleationem Hiſtoriæ Sacræ ſeptentrionalis omnino multum conducis aureum ſcriptum *Erpoldi Lindenbrogii*, cujus hæc eſt Epigraphe: Scriptores rerum Germanicarum Septentrionalium vicinorumque populorum, veteres diverſi, quibus continentur Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Religionis propagatio, geſtaque Saxonum, Slavonum, Wandalorum, Danorum, Norwegorum, Suedorum, ſitus denique & natura omnium, quæ in ſeptentrione Regionum, ipſarumque gentium vetuſtis temporibus mores ac Religiones, præterea variorum Pontificum, Imperatorum, Regum & Ducum Diplomata & Privilegia omnia ad veterum codicum fidem emendata, & aucta, partim etiam primum ex Archivis prolata, cum præfatione *Jo. Alberti Fabritii*, D. & Prof. P. in Gymnaſ. Hamburg. Hamburgi, 1706. in fol.

Apud Polonos ſedem olim habuit etiam Eccleſia Evangelica, nunc valde coangustata, & fere ad incitas redacta, niſi quod Dantiſci adhuc viget, ibi etiam ſuperioribus annis per peſtem valdè imminuta. De cæteris Eccleſiis Evangelicis Polonico-Boruſſicis videantur Annales Boruſſici, à Chriſtoph. Hartknoch ſcripti.

